BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE II ROMA
8
18 — N
23
F.157.
VII a 8

Conventus Cremonae

Ad usu fris Jo. Stephani chizzola fratris
Apticii carmelitarum.

VNIVERSÆ IVSTIFICATIONIS DOCTRINA HODIE CONTROVERSA

Libris Duodecim tradita.

In quibus Chriſti gratia, & hoc ipſum quo Chriſtiani ſumus (Iuſtitia noſtra coram Deo) contra varias & peſtilentes horum temporum hæreſes ſolidè defenditur, & ordine explicatur.

Auguſtinus de Natura, & Gratia, cap. 1.

Hanc Iuſtitiam Dei (non qua iuſtus eſt, ſed qua iuſtos nos facit,) *non in præcepto legis quo timor incutitur, ſed in adiutorio gratiæ Chriſti ad quam ſolam vtiliter legis veluti pædagogi timor ducit, conſtitutam eſſe qui intelligit, ipſe intelligit quare ſit Chriſtianus.*

Librorum Argumenta & Capita proxima pôſt Præfationes pagina indicabit.

Authore THOMA STAPLETONO *Anglo S. Theolog. Doctore, & in Academia Duacena Controuerſiarum Profeſſore Regio & Ordinario.*

Huic operi triplex adiectus eſt index.

Bibliothecæ S. Mariæ Transpontinæ



PARISIIS, A. 50

APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA, SVB SCVTO BASILIENSI.

M. D. LXXXII. C 30

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ALEXANDRO FARNESIO PRINCIPI PARMENSI,

inferioris germaniæ ſub Rege Catholico Gubernatori Generali atque ſupremo &c.

Thomas Stapletonus veram atque perpetuam fœlicitatem precatur.

SAPIENTER obſeruarunt maiores noſtri (Illuſtriſſimè Princeps) idolis gentium Chriſtianorum hæreſes ſucceſſiſſe. Quæ obſeruatio quum latè pateat, eò potiſſimum valet, vt nos doceat per hæreticos illud poſt Euangelij lucem Satanam tentaſſe, quod antea per idolorum cultum tentauit, effecit, obtinuit. Homines nempè quorum ſemper ſaluti hoſtis capitalis inuidit & inſidiatus eſt, à veritatis cognitione & vera pietate quum extinctis falſis cultibus amplius non poſſet, per falſas doctrinas ſanctiſſimo Chriſtianiſmi nomine velatas, abducere conatus eſt. Idola autem quibus hæreſes ſucceſſerunt, non ſaxa tantum & ligna quæ pro diis gentes coluerunt, nec fabuloſa ac myſtica ſolum de diis theologia, ſed & ipſa Philoſophorum vana phantaſmata, atque inania commenta, tam de Angelis & Dæmonibus quam de ſummo bono ac beata vita intelliguntur. Eſt enim iſte alius deterior & inferior ſimulachrorum cultus (*ait Auguſtinus*) quo phantaſmata ſua homines colunt, & quicquid animo errante cum ſuperbia vel tumore cogitando imaginati fuerint, religionis nomine obſeruant. *Illa ergo à Poetis tradita atque conficta, falſa religione; iſta à viris, vt ſibi videbantur ſapientibus adinuenta, falſa ſapientia homines imbuebant. Ac illa quidem ſimpliciorum animos, vana ſuperſtitione obſtrictos tenebāt. Hæc magnis & præclaris ingeniis in errorē pertrahendis ſubſeruiebant. Vt non ſine cauſa Scæuola Pontifex ſtatuert* Philoſophorū placita celanda eſſe, quia non congruunt ciuitatibus: *Varro autem non ſit veritus edicere.* Expedit falli in religione ciuitates. *Quare illi ex vera Dei ignoratione creaturas pro creatore colebant; hi* quū verum Deū cognouiſſent non ſicut Deum glorificauerunt. *Vtrumque hoc Satanæ opera,* qui operatur in filiis diffidentiæ, *confectum eſt. Veritate autē ipſa è cælis tādem toti humano generi patefacta, & ſanctiſſi-*

Ciprianus de vnit. Eccleſ. Auguſt. de ciuit. Dei li. 18. c. 15. Chryſoſtom. in Matth. Homil. 48. oper. imper.

De vera relig. cap. 38.

Augu. de ciuit. Dei, li. 4. ca. 27.

Rom. 1. Epheſ. 2.

ma noſtra religione conſtituta, per hæreſes tentauit inimicus homo, bono ſemini ſua ſuperſeminare zizania, *& veritati errorem, religioni ſuperſtitionem ſupponere.*

Matth. 13.

Atque olim quidem per ſingulas ferè ætates vbertim & plenè: hodiè verò ſtudioſiſſimè atque diligentiſſimè id præſtitit. Nam horum temporum hæreſes, quum partim in veræ religionis odium ſimplicitorum animos abſtractos, varia ſuperſtitione eos liberaſſe videri volunt, partim grauiora ingenia quadam ſapientiæ opinione in ſuas partes attraxerint, vtróque modo Satan maximas hodiè animarum ſtrages dedit. Sed religionis odium extincto ſacerdotio, ſublato ſacrificio, violatis ſacramentis, maximéque Authoritate eccleſiæ deſpecta & conculcata inuexit: & vulgus hominum noua rerum omnium facie, ritibus, cæremoniis, totáque politia noua illexit. Sapientiæ, eruditionis, & pietatis opinionem in ſola iuſtificationis doctrina ſedatis, & modeſtis ingeniis perſuaſit. In hac enim vna doctrinæ parte, quaſi noua Academia erecta, multa noua decreta de natura, de gratia, de fide, de mediatore, de virtutum ac vitiorum cauſis, merito, diſcrimine, denique de vera iuſtitia & vnica ad beatitudinem via, tradiderunt; aſſerendo, diſputando, definiendo: quæ Maiorum noſtrorum memoria vel ignorata, vel malè explicata fuiſſe illi affirmant. Atque hoc in loco vt Socrates olim tota reliqua tam falſæ religionis ſuperſtitione, quã de rerũ principiis confuſa labyrintho, totáque Jonica authore Mileſio contempta diſciplina, iuxta illud ſuum, quæ ſupra nos nihil ad nos, *Pythagoricam & Italicam longo tempore interruptam diſciplinam renouauit & ad ſummi boni atque fœlicitatis humanæ indagationem animum applicuit, ſic Lutherus & alij horum temporum magiſtri noui intermortuam quandam de* vera *Iuſtitia, veráque beatitudinis via, doctrinam reſtauraſſe, & primi poſt Apoſtolos ſapienter intellexiſſe, & dexterè explicaſſe videri volunt, & inflatè iactitant: vt alio loco declaratum dedimus. Oſtendam igitur hoc loco, comparatione breui Philoſophorum veterum, & hæreticorum hodiè inſtituta, ſeductorem Satanam non minus in iſtis quam in illis efficacem fuiſſe.*

Lactant. lib. 3. Aug. de Ciuit. Dei lib. 8. c. 2. Theodoretus de cura t. græc. affect. lib. 2.

Vnus igitur Socrates qui hanc de beata vita & ſummo bono diſciplinam diu intermortuam ſuſcitaſſe perhibetur, eam ſapientiæ opinionem & laudis exiſtimationem conſecutus eſt, vt hic ſolus oraculo Delphico ſapiens ſit iudicatus, vt huius ætate ac tempore, ſe natum fuiſſe, maximæ fœlicitatis loco duxerit Plato; vt hic denique Plato ſectator eius ſtudioſiſſimus diuinus fuerit cognominatus; vt poſtremò contra hunc ſolum, eiúſque diſcipulos, contemptis aliis omnibus, diſputandum ſibi diligenter Auguſtinus noſter iudicauerit, quando veterem omnem Philoſophiam à veritate aberraſſe oſtendere voluit. Vnus hodiè Lutherus Iuſtitiam fidei multis antea ſeculis (vt ſui affirmant) penitus ignoratam, ita primus intellexit, explicuit, illuſtrauit, vt vel hoc ſolo nomine Maximus religionis reſtaurator, nouus Euangeliſta, alter Elias à ſuis prædicetur: vt hoc accepto beneficio plurimum illi debeat Eccleſia Dei, vt denique hæc vna res initio commendationem maximam apud omnes bonos illi attulerit.

De Ciuit. Dei lib. 8.

Apologia Cõfeſſ. Auguſt. art. 11.

Sed expendamus an melius de Eccleſia Dei, Lutherus iſte quam de humano genere Socrates cum ſuis meruerit. In vniuerſa Socratica diſciplina nullum axioma in ſpeciem laudabilius aut verius, quam in virtute ſummum bonum poni, & illam propter ſe expetendam eſſe. Quod quidem retinuerunt Peripatetici ac Stoici licet ſenſu, aut ſaltem verbis differentibus: ipſi quoque Academici vt cætera: approbando, non aſſerendo. Inſipienter tamen & imperitè omnes. Quum enim virtuti nullum præmium pollicentur niſi ſolius honeſtatis & laudis, & conſequenter nullam peccato pœnam minantur,

Philoſophorum error in primario doctrinæ capite.

niſi

niſi ſolius turpitudinis, factū eſt profecto vt vim virtutis neſcierint, cuius præmiū ignora-
runt. Si enim quanti apud remuneratorem Deum vera virtus valeat, exploratum
habuiſſent, neque tam exiliter de virtutis præmio iudicaſſent, neque tam exiguis fini-
bus eius formam ac rationem comprehendiſſent. Quid vero hodie Lutherus? Sola fide
& vnica Mediatoris Iuſtitia credenti imputata contentus, nihil ad iuſtitiam hominis
facere, nullam iuſtitiæ laudem ac mercedem promereri virtutes reliquas affirmat. Iſtud
vero non imperitè tantum, ſed & impiè. Ego (inquit Cato) ſi ſapiens ſum ideo Cic. de Senec.
ſum ſapiens quod naturam ducem tanquam Deum ſemper ſequutus ſum.
Stultiſsimè id quidem, qui à terra iſta mentis oculos attollere non potuit, qui & ipſam
(quam ſe ſequi aiebat) naturam corruptiſsimam & peccati non virtutis ſeminarium
eſſe neſciebat; qui denique quicquid in naturæ bono ſuperat (non enim in vniuerſum
peccato primigenio ſublatum eſt) illud tanquam Deum ſequeretur, quum opus illud
Dei eſſet, & à largitore Deo profectum, non Deus ipſe; nec tamen adhuc ſingulare eius
opus & adiutorium, quo vera virtus perficitur. Stultè, inquam, & miſera veri Dei
ignoratione cogitata à Philoſophis hæc ſunt. Sed maxima hodiè Lutheri & ſuorum Hæreticorū hodie impietas in
impietas eſt, Dei dona quibus natura ſanatur, quibus vera virtus conſummatur, non primario doctrinæ Capite.
agnoſcere, obſcurare, tollere. Illud ſaltem præſtitit philoſophia, vt minus mali illius ſe-
ctatores eſſent. Virtutem enim dum colunt, etſi nec rectè nec completè, à vitiis tamen
multiplicibus eo modo abſtinuerunt. Hæc autem noua hodiè doctrina de corruptione na-
turæ nondum per gratiam ſanata, de fomite in renatis reliquo qui veri nominis pecca-
catum ſit, vnde non imperfecta tantum ſed & immunda ſit omnis renatorum iuſtitia,
de nulla virtutum niſi imputata bonitate, facit ſanè vt ſint homines peſſimi. Ineptus Hæretici hodiè
quidem ille, & bis miſer, qui philoſophorum tantum præceptis imbutus maximo conatu philoſophis deteriores.
currit, ſed extra viam & curſu inani; tam viribus deſtitutus, quàm rectam viam fi-
némque viæ ignorans. Sed ter impius ille qui viam & finem viæ in recta religione (quæ
fons pietatis eſt) edoctus, viribúſque donatus vt currat, abiicit tamen Lutheri placita
ſequutus, & aſpernatur illa; & cum largitoris iniuria parum validas vociferans, aut
deſperata vitiorum victoria vitiis indulget ſola Domini indulgentia confiſus; aut virtu-
tem ciuiliter colens, hominibus non Deo officium præſtat, quia præmium virtutis à re-
muneratore Deo non expectat. Deteriores igitur hac ex parte & veræ pietatis hoſtes
magis infenſi ſunt horum temporum ſectarij eo ipſo in dogmate quod illis omnium & ex
verbo Dei certiſſimum & hominibus maximè ſalutare eſt viſum, quem meliores illi phi-
loſophi eo quoque in dogmate quod ad veram ſapientiam maximè accedere videba-
tur.

At inquiunt illi, iuſtitiam & virtutem nequaquam nos deſtruimus. Docemus enim
piis quidem operibus ſedulò incumbendum eſſe, ſed gratuitas operas collaudamus, quæ ex
ſolo Dei amore & animi gratitudine profectæ mercedem nullam appetunt. Sic ſanè Stoi-
ci, quorum illa vox eſt, virtutem vtcunque ſuis præmiis ſpolietur, imò etiam
rapiatur, vexetur, exterminetur, egeat, tamen ſeipſam multis ſolatiis oble-
ctare, maximéque ſuo decore ſe ſuſtentare. Ita ſanè iſtis cum prophanis homini-
bus philoſophari libet. At aliter diuino ſpiritu inſtructus Apoſtolus, cuius illa vox eſt.
Si in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus, ſi mercedem à Chriſto poſt hāc 1. Cor. 15.
vitam non ſperamus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Virtus ergo
(ait Lactantius) mercedem ſuam à Deo Iudice accipiet: quam ſi tollas nihil Diuinarum Inſtit. lib. 5.
poteſt in vita hominum tam inutile, tam ſtultum videri quam virtus.

Prorſus ergo hæc noua doctrina virtutem omnem ad ſtultitiam redigit, cum Carneade Academico. Diſputans enim ille apud Tullium contra Iuſtitiam. Iuſtus, *inquit,* ſi aut equum ſaucio, aut tabulam naufrago non ademerit, quum in periculo vel hoſtium vel naufragij verſatur, ſtultus eſt. Ipſi enim pereundum eſt niſi fecerit. Cur enim ſic diſputauit, niſi quia ad hanc vitam temporalem referebat omnia, virtutíſque præmia quæ ſunt æterna & immortalia non videbat? *ait Lactantius. Qui autem Iuſtitiæ præmium, iniuſtitiæ pœnas reddi firmiter credit, vitam potius præſentem, quam Iuſtitiam deſeret. Et quis non videt omnem penè hodie Iuſtitiam ſtultitiam videri, poſtquam mercedis deſperatio, noua fiducia, & ſola iuſtificans fides hominum pectora poßidere cœpit? planè diſputatio Furij vel Carneadis potius apud Mar. Tullium, ſapientem non eſſe qui iuſtus ſit, & naturalem iuſtitiam in crimen venire, ciuilem vero iuſtitiam ſapientiam, quidem eſſe (quia leges publicæ eam tuentur, quas vir ſapiens non violabit) ſed iniuſtam & violentam, per hanc huius nouæ doctrinæ fiduciam & ſalutis certitudinem prorſus obtinuit. Sublato enim metu omni iuſtitiæ diuinæ (hunc enim vt conſcientiis hominum eximeret ſpecialem ſuam fidem atque fiduciam adinuenit Lutherus, actiuam illam Dei Iuſtitiam qua in peccatores animaduertit prorſus exhorrēs & exoſam habens, vt altera ad Lectorem præfatio oſtendit,) & erectis hominum animis ad indulgentiæ fiduciam,* diuinæque erga ſe beneuolentiæ cognitionem certam *(quibus verbis ſuam fidem ſaluantem definit Caluinus) non vera tantum pietas Dei legibus præſcripta, ſed & ea quam natura dictat, rectè & honeſtè viuendi ratio, apud huius ſectæ homines, extincta iacuit, ſolæq; leges publicæ in officio illos continere potuerunt. Quanquam & illas quoque è medio tollere non eſt verita, procacißima horum temporum hæreſis. Docuit enim diſertè Lutherus* hominem Chriſtianum nullis legibus teneri. *Legum ergo ſapientia huic homini non ſecus quàm Carneadi iniuſta eſt viſa. Magnum tamen hic diſcrimen eſt, quòd Carneades iſtud diſputando in Senatu aſſeruit more Academico (pridie enim pro Iuſtitia perorauerat) iſte autem vt dogma Euangelicum & doctrinam cœleſtem (omnia enim ſua dogmata è cælo accepiſſe affirmare & ſcribere, furcifer non eſt veritus) hoc dogma ſuis tradidit. Quare & fructus longè diuerſi Lutheri doctrinam hodiè & Academicas illas olim diſputationes ſequuti ſunt Erroris illæ Magiſtræ fuerunt, impietatis iſta.*

Hæretici hodie à virtutē ad ſtultitiam redigunt. Cic. lib. 3. de Republ. apud Auguſt. de Ciuit. Dei li. 2. cap. 21. Lact. lib. 5.

Inſtitut. lib. 3. cap. 2.

In lib. de libertate Chriſt.

In lib. contra Regem Angl.

Sed parum adhuc eſt. Horum temporum ſectarios vel virtutum ſtudium cum Stoicis depreßiſſe, quum illud maxima commendatione erigere ſeſe exiſtimabant, vel veram Iuſtitiam ad ſtultitiam cum Carneade redegiſſe. Etiam ad Atheiſmum hæc doctrina peſtilens ducit, à Stoicorum placitis incipiens, ſicut olim Epicuri veſana dogmata à Stoicorum quoque propoſitis aſſumpta, ad eundem deducebant. Ira non eſt in Deo vt puniat malefacta, quia paßio eſt Deo indigna aiebant Stoici Zenonem ſequuti. Aſſumpſit Epicurus; Si ira in Deo non eſt, nec etiam gratia aut beneficētia qua benefacta remuneret ideoq; nec habet ipſe negotium nec aliis exhibet, ſed nihil curans ſeipſo beatus eſt. Ex hac Stoicorum propoſitione & Epicuri aſſumptione, concluſit Diagoras & Cyrenæus Theodorus non eſſe Deum. Si enim nullo affectu mouetur, ſi nulla cogitatio, nullus ſenſus, nulla cura ei ineſt, quæ intelligibili naturæ ſunt propria, prorſus non eſt. Sed hoc præcipitium nec Stoicus cogitauit, nec præuidit Epicurus; vnde factum eſt, vt veterem Academiam, Socratem, Platonem, deſerētes ad damnatum prius Protagoræ atheiſmum ſectatores ſuos imprudentes reducerent. Idem hodiè nouis impietatum Magiſtris accidit. Bona virtutum opera nulla mercede retribuit Deus, aſſerit Caluinus etiam contra

Veterum Atheiſmus à Philoſophorum placitis ortum cepit.

Lactant. in lib. de Ira Dei.

ipſos

ipſos Lutheranos, qui etſi non vitæ æternæ, aliam tamen & multiplicem bonorum ope- Inſt.li.3.ca.15.
rum mercedem agnoſcunt. Si bona opera non remunerat, malefacta eum punire quis cogi- Inſt.lib.de ira
tabit? pulchrè Lactantius. Illud nemo de Deo dixit vnquam, iraſci eum tantum Dei,cap.5.
modo & gratia non moueri. Eſt enim diſconueniens Deo, vt eiuſmodi pote-
ſtate ſit prædìtus qua noceat & obſit, prodeſſe verò ac benefacere nequeat.
At hoc omnes hodiè noui ſeductores Deo attribuunt. Volunt enim eum pœnis æternis
peccata mortalium, vt iuſta mercede punire. Nolunt eum Virtutes iuſtorum æternæ vitæ
retributione, vt vera mercede donare.

Sed vnus Caluinus in Atheiſmi barathrum præcipiti curſu rapit & rapitur. Tollit Nouus atheiſmus ex hæreticorum hodie placitis exortus.
enim piis metum omnem diuinæ iuſtitiæ, & ſolam reuerentiam ad ſalutis negotium admit-
tit, vt in hoc opere latius explicatur, vt quid ille timor tollitur, & perpetua fiducia gratui- Lib.8.cap.27.
tæ beneuolentiæ ſubſtituitur, niſi quòd vt remuneratorem bonorum Deum negat, ita nec
vindicem malorum illum agnoſcit? Verus atheiſmus eſt iſte qua omnis è medio tollitur re-
ligio. Prorſus enim coniuncta ſunt ſapientia & religio. Hæc ſpectat ad filios & amorem
exigit. Illa ad ſeruos & timorem poſtulat: connexa hęc ſunt, nec vnum ſine altero eſſe po-
teſt. Deus enim nec cognoſcitur niſi à filiis, nec colitur niſi à ſeruis. Qui Deum patrem neſ-
ciunt, ſimiles ſunt filiis abdicatis, qui hæreditatem patris non aſſequuntur. Qui ſcientes, vt
dominum non colunt, ſimiles ſunt ſeruis fugitiuis, qui pœnam ſempiternæ mortis non effu-
gient. Et veteres Philoſophi olim, & noui ſectarij hodiè, Deum cognouerunt, ſed vt do-
minum non coluerunt, nec glorificauerunt, ſeruientes ei in timore. *Sic veram religionē* Pſal.2.
qua Deo, vt domino ſeruitur, qua colitur & glorificatur Deus, hodierna hæreſis ſublato
diuinæ iuſtitiæ timore, ſuppoſita perpetua indulgentiæ fiducia, negata boni operis mercede,
penitus ſuſtulit & rectà ſuos ad atheiſmum deduxit.

Sed & alia illorum dogmata ad idem barathrum impellunt. Negant libera volunta-
te operari iuſtos bonum; quia bonum opus ſola gratia facit. Quod videns Lutherus, intulit
quoque nec ipſum malum liberè fieri, ſed impellente natura tota vitioſa. Addit Caluinus, Vide huius operis lib.11.cap.4.
vt Stoicorum fatum & connexionem cauſarum ſtultitia excederet, impietate ſuperaret, & ſeq.
Deum ad omne flagitium non permittendo tantum, aut deſerendo, aut ordinando; ſed pla- In lib. de Rep.
nè efficaciter operando, fortiter impellendo, ac demum ab æterno deſtinando concurrere. Sic apud Theodoretum de curat.
quod Plato videre & arguere potuit, nō eſſe Deum authorem malorum, aut ſi eſt, Deum græc.affect.li.6.
non eſſe, quando Deo nihil magis eſt proprium quàm ſua bonitas, hoc Caluinus & videre,
& aſſerere, & defendere, nihil exhorruit. Sic ille poſt Protagoram atheiſmi vexillum ere-
xit, & orbi Chriſtiano peſtilens ſeductor illuſit.

Eſt hic igitur aliud Satanæ ſtratagema obſeruandum, quo per hæreticos hodiè ſicut per
philoſophos olim homines ſeduxit. Ille nempè (*ait Lactantius*) inſidiatur vniuerſis.
Sed eos qui Deum neſciunt, errore impedit, ſtultitia obruit, tenebris circū- Diuinarum Inſtit.lib.5.
fundit, eos autem qui Deum ſciunt primum dolis & aſtutia aggreditur, vt
cupiditate ac libidine irretiat ac peccati blandimentis deprauatos impellat
ad mortem. Quod ſi dolo nihil profecerit vi & violentia deiicere conatur. 1.
Primum horum perſuaſa Deorum multitudo effecit quæ vana ſuperſtitione homines ob- 2.
ſtrinxit. Alterum non in falſa tantum, ſed & in vera religione effectum dedit, & vt la-
tam viam ambularent, tam vera quam falſa Dei cognitione imbutos impulit. Sed illis no-
cendi artibus partim à natura ipſa deprehenſis, partim multóque excellentius vera pietate 3.
diuinitus data deluſis, tertium aggreſſus eſt, nouaq; & mirabili fraude tam per quoſdam
olim Philoſophos hoc nomine indignos, (Epicureos) quam per noſtræ ætatis hæreticos

Satanæ ſtratagema ad omnẽ pietatẽ ſenſim tollendam.

a. Lutherus in lib de cap. Babyl.

b. Caluinus locis hoc opere citatis, li. II. ca. 2 4. & ſeq.

Chriſtiano nomine indigniſſimos ipſam pietatis opinionem & rectè viuendi neceſſitatem (quam ſibi omnes perſuaſam hactenus habebant) hominum animis eximere tentauit. Quod vt efficeret, ſatellites ſuos egregiis iſtis paradoxis inſtruxit,[a] *cogi hominem ad malum naturæ impulſu.*[b] *Dei quoque voluntate, actione, deſtinatione huc vnumquemq; ferri atque propelli. Viribus gratiæ naturam non reparari, nec adiutorem, ſed liberatorem tantũ mediatorem hominum fuiſſe. Diuino adiutorio (ſi quod agnoſci debeat) non ſuauiter, ſed violenter vnumquemque trahi. Studia virtutum inania ad ſalutem eſſe, nullam iuſtitiæ partem continere: ſuprèmo numini ad æternam fælicitatem capeſſendam accepta non eſſe: ſolam fiduciam perpetuam deſiderari, ſola certitudine ſalutis & gratiæ nitendũ eſſe. Hæc eſt illa vis & violentia quam cæteris fruſtra tentatis auſus eſt tandem inferre Satanas. Et ne tanta impietas (qua nulla maior cogitari poteſt) à melioribus ingeniis atque animis prima ſtatim facie repudiaretur, laruas pietatis impoſuerunt ſectarij multas & varias. Sic enim oportuit turpiſſimam beſtiam ornari ne à quoquã quæ eſſet facilè agnoſceretur. Primum paterna ſummi Dei liberalitas illuſtratur, qui omnia gratuito propter filium donat. Deinde mediatoris fides extollitur, precium orbis ab illo perſolutum commendatur. Illius iuſtitia, integritas, perfectio, noſtra ſingulorum deputatur. Accedit diuinus ſpiritus non qui intus cor tangat, mentem imbuat, illuminet, accẽdat; ſed qui dona illa gratuita obſignet, & certitudinem illam atque fiduciam ab hoſte perſuaſam ſuo teſtimonio cõfirmet, ſtabiliat roboret: ne vlla ſit amplius ambigendi cauſa, ne vllus ſuperſit pietatis ſtimulus, peccati horror aut Dei timor; quo tãdem perculſus ſapias & reſipiſcas. Sed nos in hoc opere has laruas omnes detraximus, impietatem variam deteximus, beſtiam in apertum productam verbo Dei iugulauimus.*

Laruæ hæreticorum ad impietatem ſuam contegendam.

Fingitur à Poetis (qui antè natum Philoſophiæ nomen pro ſapientibus ſunt habiti) Iuſtitia terras deſeruiſſe, poſtquam Saturnus è regno ſuo per Iouem filium ſummo ſcelere expulſus eſſet; pariterq; aureum ſeculum deſiiſſe creſcente in immenſum ad exemplum impij Regis omnis generis impietate. Contaminata hodiè per nouos dogmatiſtas vera iuſtitiæ doctrina, & libertate Euangelica quam illi prædicant ſuperinducta, rurſum terras deſeruit iuſtitia. Quæ vt olim abiens veritatem ſecum traxit, & pulſo Saturno reliquit hominibus errorem, ignorantiam, cæcitatem, multitudine Deorum ſtatim inuecta, ſumpto à Ioue & Iunone aliiſq; eius ſeculi impiis & potentibus hominibus exordio; ſic hodiè ſublata Iuſtitia multiplici peſtilẽtum hæreſum fœtu, ſeu hydra potius orbem Chriſtianum compleuit. Odium Iuſtitiæ quod Lutherus conceperat, (vt ipſemet fatetur) fiduciam iuſtificantem peperit. Fiducia pietatis ſtudium ſuſtulit. Sublata pietas cæcitatem mẽtibus inuexit, lumen fidei extinxit, & obſequium fregit, fractum & violatum fidei obſequium ſuperbiam generauit. Generata ſuperbia tot hæreſum portenta quibus hodiè mundus agitatur, fabricauit; vt illud iam Prophetæ propemodum obtineat. Iuxta numerum ciuitatum tuarum facti ſunt tibi dij tui Iuda. *Sic ſeneſcente mundo, exulat iuſtitia, extinguitur veritas, opprimitur pietas, iacet religio, refrigeſcit charitas multorum: vt verum eſſe poſſit, quod veritas prædixit.* Putas ne quum veniet filius hominis inueniet fidem in terra? *Satis opinor manifeſtum eſt, id per ſectarios hodiè ad Iuſtitiæ & virtutis vim totam excindendam Satanam egiſſe, quod per falſæ ſapientiæ Magiſtros ac falſæ religionis inſtituta olim perfecit.*

Contaminata hodiè vera iuſtitiæ doctrina omnis impietatis mater.

Vide præfationẽ alteram.

Ierem. 2.

Luc. 18.

Sed erit hæc Satanæ operatio, qui operatur in filiis diffidentiæ iniquitatis myſterium, *in nouis hodiè ſectariis magis adhuc illuſtris & perſpicua, ſi concertationes illorum præſentes de vera Iuſtitia Philoſophorum certaminibus de ſummo bono conſimiles*

Epheſ. 2.

2. Theſſal. 2.

eſſe,

eſſe, pari errore & contentione progreſſas fuiſſe oſtendamus. Arguet enim vtriuſque ſimilitudo, eiuſdem authoris & Magiſtri efficaciam. Poſt varias de ſummo bono diſputationes vanas & friuolas, vna tandem extitit ſententia Philoſophorum voce digna, ait Cicero, quæ in virtute & honeſtate illud poſuit. Hanc enim huiuſque actionem ſummũ extremum, & vltimum bonorum eſſe ad quod natura peruenit, & in quo conquieſcit, hanc per ſe eſſe expetendam, cætera propter hanc ſummus Philoſophis totiq; veteri Academiæ placuit, Socrati, Platoni, Speuſippo. Sed hanc tam celebrem ſententiã non eodem modo qui hos ſequuti ſunt vel acceperunt, vel tradiderunt.

Cic. de finibus; lib. 5.

Ariſtoteles, Xenocrates, & Theophraſtus peripatetici veterum ſententiam proximè aſſecuti, ſic virtuti eiuſque actioni supremũ locum tribuerunt, vt alia tamen animi & corporis bona eſſe, & ad beatæ vitę complementum expetenda aſſererent.

Peripateticorũ de ſummo bono ſententia.

Et hæc quidem animi & corporis propria, tanquam prima ſecundum naturam; vt ingenium, ſcientiam in animo; in corpore incolumitatem, conſeruationem omnium partium, valetudinem, ſenſus integros, vires, pulchritudinem, doloris vacuitatem, cæteraque his ſimilia; propter ſe expetenda, & ad beatæ vitæ complementum acceſsiones eſſe, paruas quidem & exiguas, & quibus carere beatus poſſit, aliquas tamen & veras indicarunt. Quia ſine illis beatus, non tamen beatiſſimus exiſteret vir bonus. Alia vero fortunæ bona & extra hominem poſita, vt parentes, liberos, propinquos, patriam, diuitias expetenda quoque, non tamen ſummo bono contineri aut ad eius complementum deſiderari. Ab hac peripateticorum explicatione ſic receſſerunt Stoici authore Zenone, vt virtutem eiuſque actionem non ſummum tantum, ſed & ſolum bonum, ſolumque propter ſe expetendum aſſererent.

Stoicorum ſententia. 1.

Cætera præter virtutem ipſam ſeu animi ſeu corporis bona, nec bona, nec expetenda dici debere, ſed commoda, & ſecundum naturam appellari voluerunt. Atque ita eius vitam qui cum virtute illa coniũcta haberet, non meliorem, non beatiorem illo qui eis careret, ſed magis eligendam atque præponendam affirmabant, eſſe enim illa corporis atque fortunæ aduerſa non mala aut fugienda, ſed aſpera & incommoda vocanda: vitam tamen in perpetua virtutis actione cum illis omnibus coniunctam perfectè beatam atque fælicem eſſe. Atque hanc Stoicorum diſſentientem ſententiã verbis tantum non re differre ſuſtinet Cato Stoicus apud Ciceronem: nec ipſe abhorret Cicero 1. de legibus.

De finibus, li. 3.

Sed magis euidens fuit aliorum Stoicorum à peripateticis repugnantia, qui Ariſtonem Chium ſecuti præter vitia atque virtutes negarunt rem vllam eſſe vel fugiendam vel expetendam; ſed omnia eſſe paria planeq; indifferentia præter vtrumque hoc genus.

Altera Stoicorum ſententia.

Atque iſtæ aliæque controuerſiæ de ſummo bono Academicorum ſectam pepererunt, qui nihil percipi in rebus omnibus poſſe certum & exploratũ, id eſt quod ita ſit verum vt falſum eſſe nequeat, pro certo tamen & explorato (ſaltem plerique) tenuerunt; etiam de hoc ipſo an certum eſſet dubitantibus alijs.

Quibus ita breuiter explicatis videamus nunc, vt noui hodiè Magiſtri Lutherum ſequuti principale hoc dogma de vera hominis coram Deo Iuſtitia tradiderint & explicuerint.

Hæreticorum hodie ſectæ circa veram iuſtitiã.

Placuit Luthero in ſola fide iuſtitiam ponere, poſtquam didicerat illo vocabulo non illam iuſtitiam qua Deus iuſtus eſt, & malefacta punit, ſed nec illam qua iuſtos facit iuſtitiæ donum impartiens; ſed ſolam mediatoris iuſtitiam nobis imputatam fideque apprehenſam veram eſſe iuſtitiam fidei qua iuſtificamur, id eſt qua iuſtitiam & ſalutem coram Deo conſequimur. Sed hanc tanti viri ſententiam non eodem modo qui eum ſequuti ſunt acceperunt.

Lutherani molliores.

Reliquas enim præter fidem virtutes, ipſam maximè charitatem eiuſque actiones Philippus Melanchthon. Huius Socratis alter Plato, vel alter Platonis Xenocrates, & qui eum ſequuti ſunt molliores Lutherani vel etiam Melanchthonici dicti ad iuſtitiæ

In Repetitione Confeſſ. Auguſtanæ.

Illyricani ſeu rigidi Lutherani
In Theſibus.

Chriſtianæ complementum prorſus accedere debere affirmarunt. Quare & eſſe ad ſalutem neceſſaria bona virtutum opera; nec ſine illis fidei iuſtitiam conſtare poſſe, etiam hodiè docent Maioriſtæ horũ diſcipuli. Sed Flaccus Illyricus tanquam alter Zeno Stoicus hanc mollitiem deteſtatus, non ſolum à Iuſtitiæ & ſalutis efficientia, ſed etiam ab omni eius complemento bona opera arceri vult. Nec defuerunt ex eius ſociis Nicolaus Amſdorfius & Nicolaus Gallus qui ea etiam ad ſalutem pernicioſa eſſe aſſererent, & docerent: Illo ſanè Ariſtone Chio duriores, qui cætera præter virtutem paria quidem indifferentia tamen cenſebat, ſiue adeſſent ſiue abeſſent. Nec ab horum ſententia multum abeſt Caluinus qui ſtante operum Iuſtitia, ſtare fidei iuſtitiam non poſſe, ſed illa ſtante hãc neceſſariò ſubuerti acriter contendit. Sed vt ad noſtros primi generis Stoicos redeam, negãt illi quidem ad veræ Iuſtitiæ complementum bona opera accedere non damnant, nec repudiant tamen. Et hoc pro magno ſcilicet virtuti donauit Illyricus. Verum, inquit, eſt nõ excludi bona opera ac virtutes ne adſint, ſeu vt quis vetetur eas habere: ſed negantur vel eſſe media apprehendendi ſalutem vel planè ad eam neceſſaria. *Multum illi ſcilicet debet iuſtitia, quod ſaltem non ei prohibetur comitem ſibi adiungere virtutem. Cæterum vt Stoici veteres animi & corporis bona ne paruas quidem ad beatæ vitæ complementum acceſſiones eſſe, vt ſaltem beatior ille eſſet qui eam cum virtute coniuncta haberet concedere voluerunt; ſic nec noui hodiè Stoici vel minimam eſſe ad veram coram Deo Iuſtitiam ex bonis operibus acceſſionem concedunt.* Qui bona opera ad ſalutem affert, ſuas ille opes oſtentat, *ait Illyricus;* ſola fide vt mendica manu opus eſt, qua Iuſtitiam accipias & ſalutem apprehẽdas. *Quare &* blaſphemiam eſſe *pronunciat* ſi quis dicat magis iuſtum & Deo gratum fuiſſe Ioannem Baptiſtam quam Magdalenam aut Latronem in cruce: quia par fuit in omnibus ex ſola fide remiſſio peccatorum. *Planè vt apud Ciceronem negat Stoicus M. Attil. Regulo ab hoſtibus interfecto beatiorem fuiſſe L. Metellum qui tres filios Conſules videns in maxima gloria domi defunctus eſt. Aliud autem adhuc eſt Lutheranorum genus magis Peripateticon, è quibus eſt Martinus Chemnitius, qui nec bona opera ad ſalutem eſſe neceſſaria cum Melanchthonicis audent aſſerere, nec tamen à Iuſtitiæ complemento prorſus remouent: ſed contra rigidos illos & Stoicos Illyricanos meliores illos & magis Deo gratos non verentur dicere, qui pariter cum fide morum ſanctitatem colunt, quàm qui ſola fide abſque bonis operibus ad ſalutem aſpirant: Illyricanos iſtos pro Epicureis & Phanaticis hominibus habentes. Nec poſtremò deſunt noui hodiè Academici qui in tanta opinionum turba de vna Iuſtitia atque ſalutis via, quaſi nihil in toto hoc genere tam verum percipi poſſet quod non etiam falſum apparere queat, illud aſſerunt: in vnaquaque religione ac ſecta retento fundamento ſaluare vnumquenque poſſe. Quæ tamen opinatio non tam Academica incertitudo, quàm certus & verus atheiſmus cenſeri debet. Quis ergo dubitabit in tanta & tam conſimili circa ſummi boni in ſola virtute cõſtitutionem olim, circa Iuſtitiæ & ſalutis rationem explicandam hodiè, varietate ac diſſenſione, eundem Authorem Satanam erroris & diſcordiæ magiſtrum extitiſſe? vt per ſuperbos hæreticos illud hodiè efficeret, quod per vanos Philoſophos olim effectum dedit?*

Inſtitut lib 3. cap. 11.

In defenſione contra Tiletanum cap. 6. pag. 137.

In claue Scr. par. 2 tit. de varia prædic. bonorũ operum.

De Fin. lib. 3.

Noui Academici 1. Athei.

Quanquam hoc in loco multo & numero plures, & rei grauitate maiores, circa veræ Iuſtitiæ explicationem hæreticorum hodiè diſſentientes ſententiæ ſunt, quam circa ſummi boni inueſtigationem veterum Philoſophorum opinationes erant. Quod ad oculum Lectori demonſtrabunt Antitheſes Lutheranorum & Caluiniſtarum in hoc vno doctrinæ

capite

capite, poſt calcem libri ſeorſim deſcriptæ. Vna autem fuit & Philoſophis olim circa ſummum bonum & hæreticis hodiè circa veram Iuſtitiam erroris cauſa, vnum idémque diſſenſionis tantæ & cæcitatis principium. Diuina authoritate deſtituti, ſui cerebri capitá ſequuti ſunt. Illi Dei verba prorſus ignorantes, iſti Deum per Eccleſiam loquentem aſpernantes. Sic & Græciæ ſcholæ & Romana eloquentia & totius mundi inquiſitio *(ait Proſper)* circa inueniendum ſummum bonum acerrimis ſtudiis & excellentiſſimis ingeniis laborando nihil egit, quia ad noſcendam veritatem ſemetipſis ducibus vtebantur. *Sic de Socrate eiúſque vel diſcipulis vel æmulis annotauit Auguſtinus.* Quod cuique placuit, inde ſumpſerunt, & vbi cuique viſum eſt, ibi finem boni conſtituerunt. *Idem hodie Luthero eiúſque partim diſcipulis partim æmulis, in vera Iuſtitiæ noſtræ explicatione accidit. Poſtquam enim hoc ab eis Satanas ſemel impetrauerat,* Eccleſiam non eſſe audiendam, *ſed ſuum cuique ſpiritum ad ſcripturarum intelligentiam ſufficere; effecit vt quot eſſent capita tot eſſent ſententiæ.* Vna erroris cauſa philoſophis & hæreticis. Cōtra Collatorem. cap. 26 De Ciuit. Dei lib. 8. cap. 3.

Quum igitur tam efficacem & violentam Satanæ operationem in hoc vno primario doctrinæ Chriſtianæ capite perſpicerem, perſpectam autem ſtudio & labore aliquo pro mea tenuitate expendere, & à piorum animis remouere vellem, ideóque in hac publica noſtra Controuerſiarum profeßione, vniuerſam hanc de Iuſtificatione doctrinam mihi pertractandam ante annos aliquot proponerem, eandémque ſaltem aliquatenus pertractatam in lucem tandem emittere omnibuſq; cōmunem facere decreuiſſem; diſputationem hanc totam ſub alio nomine atque præſidio exire nolui, quàm ſub tuo Illuſtriſſime princeps, Catholicæ Fidei propugnator magnanime, & totius Belgij ſub Rege Catholico Gubernator ſupreme. Tua profectò & animi fortitudo maxima, & Religio in Deum ſingularis, & denique Authoritas in hoc Belgio ſuprema meritò me compulerunt; vt & viro fortiſſimo labores iſtos literarios conſecrarem: (neque enim fruſtra herculem muſagitem veteres nuncuparunt, eique & Palladi commune templum Romani ſtatuerunt) & orthodoxæ fidei Zelatori maximo atque Eccleſiæ Romanæ deuotiſſimo diſputationes de fide grauiſſimas dedicarem; & deniq; Regis noſtri Catholici, vicario ſupremo, in Academia regia elaboratum opus, profeſſor regius nuncuparem. Eo ſanè nunc loco horum temporum hæreſes ſunt, eas altercationes & inextricabiles pugnas pepererunt, vt non tam arte & induſtria quam Alexandri gladio illarum nodus Gordius diſſolui poſſe, quaſiq; Herculis potius claua feriendæ, quam Apollinis lyra mitigandæ videantur; Magis denique Conſtantinos, Theodoſis Martianos deſiderent, qui vt armis hoſtes, ita legum ſeueritate hæreticos compreſſerunt, quam Auguſtinos, Hilarios, Athanaſios qui ſolis literis & gladio ſpiritus rem decernūt. Quare mihi neceſſarium propè videbatur diſceptationi huic literariæ Celſ. t. patrociniū expetere, vt quemadmodum illa vi armorum rebelles compeſcit, & ad officium reuocat, ſic pietatis ſtudio Eccleſ. cauſam diligenter agat, bonis literis faueat, & hāc Academiā Duacenā modis omnibus foueat, defendat, ornet. Siue quia à Rege Catholico recenter inſtituta veſtræ potentiæ viribus iure optimo fouenda eſt; ſiue quia Illuſtriſſimæ D. Duciſſæ Matris veſtræ ac Sororis Regiæ diligenti opera, ſtudio, commendatione & primum erecta, & poſtea exornata, filij beneuolentia, fauore ac ſtudio carere non poteſt; ſiue denique quia virtutis ac ſcientiæ tantum ſeminarium, addo etiam conſeruandæ hîc fidei Catholicæ tantum adiumentum, ab eo principe negligi nequit, cuius omnes curæ ac cogitationes ad Dei honorem & ſacroſanctæ fidei conſeruationem potiſſimum deſtinantur. Fecerunt hæc Illuſtriſſime princeps vt tuo celeberrimo nomini hoc qualecunque opus noſtrum, certè de rebus ma-

ximis, & ſtudio non paruo elaboratum, libentiſſimè offerrem. Quod vt ea quæ tanto principe dignum eſt, humanitate & candore tua Celſ. accipiat, vehementer peto.

Illuſtriß. Celſ. tuam Eccleſiæ ſuæ & huic Belgio Deus Opt. Max. diutiſſimè incolumen conſeruet. Duaci apud S. Amatum. 12. Octobris. 1581.

Celſitud. tuæ Illuſtriſs. humilis ſeruitor.

THOMAS STAPLETONVS.

PRIVILEGII SVMMA.

CAROLVS IX. Francorum Rex, ſuo diplomate ſanxit, ne quis opera Thom. Stapletoni, antè ſexennium à die primæ editionis numerandum, præter Michaëlem Sonnium Bibliopolam, imprimat, néve alibi impreſſa diuendat in Galliis. Secus qui faxit, mulcta fiſco applicanda, aliiſque pœnis indictis damnabitur, vt latius patet in literis Priuilegij indultis Lutetiæ quinto Nouembris. 1570.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

IN QVA ETIAM OSTENDITVR, hæreticos horum temporum circa vnam de Iuſtificatione doctrinam, profeſſos eſſe virtutis hoſtes, & peccati regnum ſtudio erexiſſe, per impia doctrinæ puncta viginti, quæ in hoc Opere ſingula refutantur.

GRAVIS ERAT (Chriſtiane Lector) totius humani generis in prima parentis noſtri præuaricatione ruina, lapſus horrendus, & omnium rerum ſiue quæ ad hominem ipſum, ſiue quæ ad vſum eius creata pertinebant, in peius demutatio. Multum ab illa rectitudine in qua creatus eſt deflexit: maxima derepente & intellectum caligo, & voluntatem infirmitas occupauit. Denique toto quaſi rerum ordine inuerſo, dominari ancilla, & imperare caro; ſubiugari domina & captiuari mens hominis cœpit. Auxit quoque poſtea hoc malum conſuetudo peccandi, impunitas, exemplum. Nunquam tamen illa tanta perturbatio aut naturæ noſtræ corruptio facta eſt, vt aut bonum naturæ omni ex parte perierit, aut nulla rationis ac virtutis ſcintilla remanſerit. Bonum enim originale à creatore nobis tributum, vehementer ſanè ex peccato imminutum eſt; non ita tamen deletum, quin ſicuti naturæ propagatio antè peccatum conceſſa poſt peccatum tamen (*operante vſque adhuc Patre cæleſti*) vt ait D. Ioan. capite quinto, efficaciter perdurat, ſic & naturæ bonum, rationem ſequi, virtutem amplecti, vitia fugere, homini naturaliter antè peccatum inſitum, poſt peccatum cooperante ſemper Deo, auxilio ſuo communi, & rebus creatis nunquam negato, bona quoque ex parte ſubſtiterit. Atque hinc ſanè factum, eſt vt quemadmodum nulla vnquam gens

August. de Ciuit. Dei. lib.22.cap.24.

Cicer.1.Tusc. Lact.lib.5.

tam fera & immanis, nulla natio tam barbara extiterit, quam aliqua non imbuerit religio Deorum, ſic nulla vnquam religio ſine aliquo virtutis, rectíque & honeſti ſtudio vſquam apparuerit. Et quædam ſanè Philoſophorum ſectæ ſummum in virtute bonum poſuerunt, quàm & per ſe expetendam eſſe, & ſolam ad beatitudinem huius vitæ conſequendam ſufficere docuerunt. Omnes profectò aut ferè omnes primas illi partes dederunt, vna Epicureorum ſecta hoc nomine peſſimè audiuit, quod voluptatum ancillas virtutes eſſe tradere videbatur. Denique qui virtutis ſtudium maximè coluerunt, illi in proximo quaſi ad Deum gradu ſubſtiterunt. Cuius rei exemplum eſſe poteſt Magnus ille Auguſtinus; Confeſſionum libro tertio, Capite quarto. Qui quum in iuuentute ſummum bonum voluptatem eſſe exiſtimaſſet, lecto poſtmodum circa annum ætatis viceſimum Ciceronis Hortenſio, virtutis amator factus, alicui ſtatim religioni ſe dedit, quaſique primum paſſum verſus Deum fecit. Ita etiam extra veri Dei cultum, virtutis & honeſti ſtudium ipſa tamen natura docuit, quod & Apoſtolus agnoſcens ait, *gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis ſunt facere; & ſibiipſis legem eſſe oſtendentes opus legis ſcriptum in cordibus ſuis*; in quibus videlicet rationis lumine & recti bonique flammis nondum extinctis, teſtimonium reddit ipſa conſcientia; dum ipſæ huiuſmodi hominum cogitationes vel in rectè factis eos defendunt, vel de nequiter commiſſis accuſant.

Rom. 1.

Ambroſius.

At verò vbi primum ad vnius & veri Dei cultum populus vnus adiuuari cœpit, quis neſcit Decalogum ante omnia traditum fuiſſe, *in quo omnia humanæ vitæ officia, quæ ad honeſtum & decorum pertinent continentur*, vt ſcripſit Ambroſius Officiorum libro primo, capite vndecimo: qui etiam datus eſt, *tanquam vniuerſi orbis Magiſter ac Pædagogus, ſeu vt publica quædam & ſacroſancta ſchola, non ſolum in iis quæ ad Dei cognitionem pertinent, ſed etiam in illis quæ ad animæ diſciplinam ſpectant*, vt rectiſſimè ſcribit Athanaſius, in libello de Incarnatione verbi. Ita ſemper ab exordio conſtitutæ religionis, veræ fidei & cultus diuini indiuiduus ſemper comes fuit virtutis & bonorum operum ſtudium. Quam certè ob cauſam vniuerſa vetus Scriptura non minus diligenter ſanctitatis ſtudium & benè viuendi præcepta, quàm rectam fidem docet; nec minus frequenter pietatis & virtutis nomine, Prophetas, Sacerdotes, Reges, ac Populum, temporis illius, quàm veræ fidei & rectæ religionis ergò commendat.

Athanaſius.

Iam verò ſi quid in hac parte minus præſtitum, & virtutis ſtudio minus fortaſſè datum fuiſſet, vel apud gentes quæ verum Deum neſcierunt, vel apud veterem populum qui verum Deum coluit, profectò quum Mediator, & Magiſter humani generis Chriſtus Dominus aduenit, quum eius Eccleſiam, & populum Apoſtoli inſtituerent, conſtat ex tota Euangelica hiſtoria, cum doctrina veræ fidei, virtutis, ac morum præcepta quàm diligentiſſimè coniuncta, ſummóque ſtudio tradita,

commen-

commendata, inculcata fuiſſe. Docent hoc (vt de præcurſoris eius prædicatione nihil ferè aliud quam pænitentiam & fructus pœnitentiæ dignos
inſonante taceam) frequentes Chriſti parabolæ de ſemine in terra bona Luc. 8. & Matth. 13.
ſeminato,quod fructum afferebat triceſimum,ſexageſimum, centeſimum, Matth.7.
Deo eo qui ædificauit domum ſuam ſuper firmam petrām, & de anguſta Matth.13. Matth.25.
porta. ibidem & Lucæ decimotertio : Item de inuentā precioſa margari- Matth 22. Matth.24. &
ta : De decem prudentibus Virginibus : De eo qui intrauit ad Nuptias ſi- Luc.18. Matth.25.
ne veſte Nuptiali : De Seruo bono & fideli : De talentis traditis : De arbo- Luc.15.
re fici non ferente fructum : De volente Turrim ædificare, &c. Docet Loc.14. Ioan.15.
idem Sermo Domini in Monte, Matth. 5. & ſequentibus. Item Lucæ 6. Luc.11.18. & 12.
Forma Iudicij futuri, Matth. 25. Comparatio illa qua ſe vitem nos palmites vocat. Denique doctrina de perpetuo orationis ſtudio : De vigilantia ac alia huius generis permulta.

Nec aliter Apoſtoli poſt Chriſtum , quorum Epiſtolæ omnes maxima ex parte ad nouitatem vitæ, ad mortificationem carnis, ad ſanctè, piè, & ſobriè in hac vita viuendum hortantur; hoc Paulus perpetuò facit, & morum doctrinam pertractat, excepta priore parte epiſtolæ ad Romanos, ad Galatas , & Hebræos. Petrus, Iacobus, & Ioannes toti etiam in hoc ſunt. Nec minore ſtudio ab impura & flagitioſa vita deterrent grauiſſimis pænis propoſitis. Ad Roman. 13. 1. Corinth. 6. Epheſ. 5. Ad Galat. 5. Hebræos 10. virtutum quoque & ſanctitatis ampliſſima præmia proponunt, maximè in futura vita, quia verus iuſtus ex fide viuit, nec præſentem aliquam mercedem expectat. Ad Roman. 3. 6. & 8. 1. Corinth. 5. 1. Timoth. 4. & 6. Ad Philip. 3. Ad Heb. 10.

Quam ſanè Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam rectiſſimè aſſecutus S. Baſilius ait, ipſum Euangelium nihil eſſe aliud quam vitæ nouitatem.
Si quis (inquit) *definiens dicat Euangelium eſſe formam vitæ quæ eſt ex reſurrectio-* De Spiritu S. cap.15.
ne, mihi nequaquam videretur à vero aberrare. Hæc ille. Reſurrectionem autem
intelligit à peccato, cui *per baptiſmum nos eſſe mortuos & Chriſto conſepultos, vt* Rom.6. Coloſſ.2.
in nouitate vitæ ambulemus, Docet Apoſtolus : & hanc reſurrectionem vocat,
nobis congruam, Auguſt. *Donec ad alteram perueniamus quam ſuæ reſurrectionis* De Spiritu, & Lit cap.29.
exemplo Chriſtus confirmauit. Denique hæc eſt noſtra vera regeneratio & renouatio per Spiritum Sanctum, quia propriè ſumus Chriſtiani, quam Pau- Tit 3.
lus deſcribit. & de qua dicit *Qui ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius*, id eſt, Rom.8.
non eſt Chriſtianus.

Atque hæc quidem ſatis illuſtria eſſe poſſunt vel teſtimonia vel argumenta ſine virtutis ſtudio, profeſſione, exercitio, ſine nouitate vitæ, mortificatione carnis, renouatione ſpiritus, nullam religionem, cultum Dei nullum & maximè Chriſtianum conſiſtere poſſe, & per hoc qui virtutis & bonorum operum hoſtes ſunt, qui nouitatem vitæ & bona opera labefactant & oppugnant, eoſdem vniuerſam religionem, pietatem, fidem euertere, eoſdem Chriſtianæ profeſſioni apertum bellum indicere.

At verò ſi non iam dicta ſed facta, nec doctrinam ſed actionem, non verba denique, ſed ipſam in terris œconomiam totam mediatoris noſtri *Ieſu Chriſti* inſpicere volumus, animaduertere poſſumus, & aduentum eius

Totachriſti œconomia ad peccati deſtructionem deſtinata. in hunc mundum, & mortem quam tulit, & gratiam eius propriam, ad
peccati deſtructionem & virtutis ac veræ ſanctitatis efficacem in ſuis
operationem, prorſus deſtinata fuiſſe. *Venit enim in hunc mundum, vt ſal-*
Matth.1. *uum faceret populum ſuum à peccatis eorum,* vt eſſet *Agnus Dei qui tolleret peccata*
Ioan.1.
1.Ioan.3. *mundi*, Denique, *vt diſſolueret opera Diaboli*, quæ ſunt peccata. Mortem ſubiit
Rom.8. eandémque acerbiſſimam, *vt de peccato damnaret peccatum in carne, vt iuſtificatio*
Tit.2. *legis impleretur in nobis qui non ſecundum carnem. ſed ſecundum ſpiritum ambulamus: vt*
Hebr 9. *redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bo-*
norum operum. Denique, *vt emundaret conſcientias noſtras ab operibus mortuis. Ad de-*
ſtructionem enim peccati apparuit per hoſtiam ſuam ſemel. Poſtremò Chriſti gratia
Chriſti gratia virtutis largitio. non eſt aliud quam Spiritus ſui gratia, quam *miſit in corda noſtra*, Deus pro-
pter Chriſtum, *in quo placuit omnia inſtaurare, & omni nos benedictione replere*, ad
hunc certè finem, *vt liberaret nos à lege peccati & mortis in qua venundati eramus:*
Gal.4.
Epheſ.1. *vt peccatum nobis amplius non dominaretur*, qui iam non ſub legis iugo, ſed ſub
Coloſſ.1.
Rom.8.7.6. gratiæ ductu ſuauiſſimo ſumus: Denique, *vt in nouitate vitæ ambularemus,*
Epheſ.2. *creati in Chriſto Jeſu in operibus bonis quæ præparauit Deus, vt ambulemus in illis.*

Hinc autem factum eſt, vt etſi antè legem diuinitus datam, ſanctitatis &
Geneſ.6. virtutis ſtudium penè extinctum fuerit, quia *omnis caro corruperat viam ſuam*
& cuncta cogitatio cordis humani intenta eſſet ad malum omni tempore, tamen tum
poſt legem datam in vero Dei populo multi antiqui iuſti, pietate & virtutũ
Hebr 11. c.44. & ſeq. cultu inſignes extiterint, quorum præclarum catalogum Paulus recenſet, &
copioſius deſcribit Eccleſiaſticus; tum vero magis rutilante Euangelij luce,
non ſolum fide mediatoris per quem remittuntur peccata & vera Dei ſuíque
ipſius cognitione, nouus populus imbui cœperit, ſed etiam nouitate vitæ, at-
que omni virtutum genere floruerit, & ſtudio admirabili per vniuerſum or-
bem inclaruerit. Quam etiam ob cauſam vbicunque ſuſceptum & prædica-
tum Euangelium fuit, non tantum religionis & cultus externi totiúſq; do-
ctrinæ fidei, ſed etiam vitæ morumque maxima permutatio viſa eſt: quam
ſanè in omnibus illis populis ad quos ſcribit Apoſtolus, maximè, in Roma-
nis ca. 15. in Philip. cap. 4. in Coloſſ. cap. 1. in Theſſal. epiſt. 1. cap. 1. Denique in
hebræis ca. 10. deprædicat. Vnde factum eſt, vt pietatem, modeſtiam, ſancti-
tatem, innocentiam populi Chriſtiani non ſolum in Apologiis ſuis ad ethni-
cos principes Athenagoras Tertullianus, Iuſtinus Martyr, & alij, vt Cypria-
nus ad demetrianum & Lactantius, lib. 5. de iuſtitia confidenter aſtruxerint,
Euſeb. lib. 3. cap. 27. ſed & ipſi ethnici, fideique hoſtes diſſimulare non potuerint. Illuſtre eſt hac
de re Plinij ſecundi teſtimonium ad Imperatorem Traianum. Iulianus, Por-
phyrius, Tryphon, Lucianus, aliique populi Chriſtiani vel perſecutores, vel
deriſores, ſuperſtitionem & magiam propter rigidum virtutis cultum & pa
tientiam in tormentis admirabilẽ, ſæpius obiectabant; turpitudinis, infamiæ
aut criminis nota, (niſi in cultũ interdũ religionis propter myſteria nõ intel-
lecta) Chriſtianos non perſtringebant. Denique rectè obſeruauit, Euſebius,
Demonſtrat. Euangel. lib. 1. cap. 6. quantũcunq; feras gentes Chriſtianiſmi profeſſione, ad humanitatem, mo-
deſtiam, vitæque moderationem conuerſas fuiſſe. Poſtremò nõ virtutis tan-
tum qualecunq; ſtudium, ſed perfectiſsimã viuendi normã & primos Chri-
ſtianos amplexos fuiſſe acta Apoſtolica demonſtrant; & toto poſtea terrarũ
orbe

orbe poſteros exercuiſſe, innumera eremitarũ deſerta, cænobitarũ collegia, extructa denique monaſteria loquuntur. De qua multiplici Chriſtianorum pietate multa egregiè diſputat contra Manicheorum calumnias & ſuperſtitiones præpoſteras D. Auguſtinus. Multa etiam cõmemorat Euſebius Pamphili cum in hiſtoria Eccleſiaſtica, tum demonſtrationis Euangelicæ, lib. 1. cap. 8. Chryſoſtomus quoque in Homil. 59. ad Pop. Antioch. & S. Baſilius in conſtitu. aſceticis cap. 18. Ambroſius in libris de Virginibus, aliíque vetuſti Patres ferè omnes. De moribus Eccleſ. Catho. cap. 31. & ſeq. lib. 2. cap. 16.

Quæ quum ita ſint, incredibile penè videri poteſt, vllos vnquam eſſe potuiſſe Chriſtiani nominis profeſſores, qui virtuti, bonis operibus, vitæ morumque ſanctitati, apertum bellum indicere, peccati vero & omnis impuritatis ſcholam aperire, regnumque erigere & ſtabilire, vel conati vel auſi fuerint. Multos eſſe ſempérque fuiſſe in populo Chriſtiano virtutum deſertores, vitiorum ſectatores, minimè mirum videri debet. Ea enim eſt nõ ſolum humanæ naturæ fragilitas, vt etiam ſanata per gratiam cito relabatur, & *in vacuum gratiam Dei recipiat*; ſed etiam ſocietatis ipſius atque Eccleſiæ Chriſtianæ conditio, *vt multos habeat vocatos, paucos electos, vt in domo magna ſint vaſa precioſa, & vaſa contumeliæ*; vt ex bonis & malis permixta conſiſtat. Sed aliud ſemper fuit *diſciplina Chriſtianorum: aliud luxuria vinolentorum*, ait Auguſtinus. Itémque *aliud quod præcipere iubemur, aliud quod emẽdare præcipimur, & donec emendemus tolerare compellimur*, ait idem Auguſtinus. Quare inter ſanctitatis profeſſores non omnes eſſe ſanctos, dolendum quidem, mirandum tamen nõ eſt. Sed inter ſanctitatis profeſſores, hoſtes eſſe ſanctitatis; id eſt homines eſſe, qui non ſolum eam non ſectantur, ſed etiam ſectandam non eſſe profiteantur; qui non ſolum virtutis viam non carpunt, ſed etiam illam viam vanam, inutilem, adeoque noxiam eſſe ad ſalutem conſequendam diſertè docent; qui denique non ſolum virtuti & bonis operibus ipſi non vacant, non inuigilant, ſed etiam tale ſtudium cum ratione fidei conſiſtere non poſſe, imò ſtante operum iuſtitia, fidei iuſtitiã neceſſariò ſubuerti manifeſtè affirmant; & tamen ſe pariter Chriſtianos, Apoſtolicos, & Euangelicos eſſe aiunt; iſtud vèrò omnem admirationem ſuperat, planéque monſtri cuiuſdam & portẽti ſimile eſt. 2. Cor. 6. Matth. 20. 2. Timo. 2. Cõtra Fauſtũ. lib. 20. cap. 21.

Non defuerunt quidem olim Pſeudochriſtiani & hæretici, qui vel libertatem Chriſtianam ita perperam acciperent, vel fidei virtutem ita præpoſtere extollerent, vt virtuti, & bonis operibus detrahere viderentur. Tales enim perſtringere videtur Paulus, quorum vox erat, *faciamus mala, vt veniant bona*, id eſt, peccemus largiter vt abundet gratia. Tales fuiſſe Apoſtolorum tempore colligit Auguſtinus. ex verbis Petri epiſtol. 2. capite 3. & ex argumentis epiſtolarum Iacobi, Ioannis, & Iudæ. Ex quibus videtur fuiſſe Simon Magus qui ſuos liberè facere quæ voluerunt, *quia non per bonas actiones, ſed per gratiam ſalutem eſſent conſecuturi*, docuit; vt commemorat Theodoretus. Quibus etiam ſimilia docuit valentinus, vt eodem in libro idem obſeruauit. Eunomius quoque *ita bonis operibus inimicus fuit, vt nihil cuiquam obeſſe quorumlibet perpetrationem ac perſeuerationem peccatorum aſſereret, ſi ſidei quæ ab illo doceretur particeps eſſet*, teſte Auguſtino in libello de hæreſibus. Rom. 3. In lib. de fide & operibus. cap. 14. Hæret. fabul. lib. 1. Hær. 54.

Sed iſti omnes etſi virtuti ac ſanctitati plurimum ac nefariè detraherent, nõ tamen eius vel impoſsibilitatem docuerunt, vel omnem fructum & vſum abſtulerunt; ſed partim ſuam fidem, & propria dogmata hac fraude ſtabilire conati ſunt vt poſteriores; partim carnalibus deſideriis magis indulgere, quàm carnis atque peccati cauſam & patrocinium ſuſcipere voluerunt, vt priores.

Hodiè verò in hoc maximè calamitoſo & deplorando ſeculo noſtro, quaſi nunc demum ligatus in Apocalypſi Satanas ſolueretur, & ad omnem impietatem atque nequitiam edocendam & exercendã perruptis inferni clauſtris tota dæmonum caterua per terras emitteretur, noui & peſtilentes Magiſtri ſurrexerunt, qui omne virtutis & pietatis ſtudium ſubuertunt; qui carnis cauſam diligenter agunt; qui peccati regnum omnibus viis & modis erigunt, confirmant, dilatant. Iſti ſunt noſtrorum temporum hæretici, Lutherani, Caluiniſtæ, aliáque ſectarum infauſta nomina. Iſtud vero quot modis faciunt in quot & quantis dogmatibus hoc ſatagunt, paucis enumerabo; Quibus etiam fucis & technis hanc impietatis notã eluere & excutere moliuntur breuiter aperiam: hoc ſanè fine, & hanc ob cauſam, vt nihil eſſe horũ temporum hæreticis peſtilentius, nihil à vero Chriſtianiſmo illis alienius, nihil denique ab omni non ſolum vera & Chriſtiana, ſed etiam vel ethnica & naturali religione remotius, quum intellexeris, Criſtiane lector, ſic demum huius Operis ac laboris noſtri fructus qualis ac quantus ſit intelligas; in quo vniuerſam hanc impietatem confutandam & profligandam ſuſcepi.

Vt itaque à capite rem arceſſam, quaſique ab ouo repetam Martini Lutheri deteſtandæ memoriæ apoſtatæ, primus hic, peneq; vnicus ſcopus erat, quum primum à matre Catholica iratus diſceſsit, repulſa ſcilicet quã in promulgatione indulgentiarum paſſus erat grauiter offenſus, vt libertatem conſcientiis, operum, præceptorum, ceremoniarum iugo, vt illi videbatur oppreſsis, ſua doctrina adferret. Quum enim in Catholica adhuc exiſtens ſcrupuloſus monachus eſſet, & (vt de ſeipſo ſcribit) *conſcientiæ inquietiſſimæ*; ideoque ſenior quidam Monachus in Auguſtinienſis, vt eius animum nimia trepidatione deiectum ad meliorem ſpem erigeret, ad alterum tamen extremũ imprudenter deflectens conſtanter eum hortaretur, non ſolum credere remiſſionem peccatorum in genere datam, iuxta ſymboli tenorem, ſed etiam firmiſſimè crederet ſibi eſſe remiſſa peccata, & hunc eſſe illius articuli ſenſum ille hac exhortatione non tam ſurſum erectus quàm deorſum præcipitatus, planéque ex timido inflatus, ex puſillanimi præſumptuoſus, ex meticuloſo audax factus, hoc Senioris verbo quaſi oraculo (ſed dæmonis non Dei) accepto, ſtatim monſtra illa & portenta opinionum, de libertate Chriſtiana, de ſola fide iuſtificante, eaque ſpeciali iſta, de certitudine gratiæ, de imputatiua iuſtitia, aliaque conſimilia parturiuit bellua, animoque fabricare cœpit.

Origo Apoſt. ſæ Lutheranæ.

Melanchthon in præfa. in tom. 2. operũ Lutheri.

Qua autem via & ratione ad id tandem opere complendum, quod animo diu deſtinauerat, peruenit, ipſum ſuis verbis explicantem audi. Secundo poſt ſchiſma anno, videlicet ſupra ſeſquimilleſimum 19. quum hactenus in ſolis indulgentiis oppugnandis occupatus eſſet, *miro*, inquit,

quit, *ardore captus fueram cognoſcendi Pauli in epiſtol. ad Roman. Sed obſliterat hactenus non frigidus circum præcordia ſanguis, ſed vnicum vocabulum quod eſt cap. 1. Iuſtitia Dei reuelatur in illo. Oderam enim vocabulum iſtud, Iuſtitia Dei quod vſu & conſuetudine omnium doctorum doctus eram Philoſophicè intelligere: de iuſtitia (vt vocant) formali ſeu actiua qua Deus eſt iuſtus, & iniuſtos punit. Ego autem qui me vtcunque Monachus irreprehenſibilis viuebam, ſentirem coram Deo eſſe peccatorem inquietiſſimæ cõſcientiæ, nec mea ſatisfactione placatum cõfidere poſſem, non amabam, imo odiebam iuſtum & punientem peccatores Deum; tacitáque ſi non blaſphemia certè ingenti murmuratione indignabar Deo dicens. Quaſi vero non ſatis ſit miſeros peccatores & æternaliter perditos peccato originali, omni genere calamitatis oppreſſos eſſe per legem Decalogi, niſi Deus per Euangelium dolorem dolori adderet, & etiam per Euangelium nobis iuſtitiam & iram ſuam intentaret. Furebam ita ſæua & perturbata conſcientia. Pulſabam tamen importunius eo loco Paulum ardentiſſimè ſitiens ſcire quid vellet: donec miſerante Deo connexionem verborum attenderem, nempe. Iuſtitia Dei reuelatur in illo ſicut ſcriptum eſt: Iuſtus ex fide viuit. Ibi iuſtitiam Dei cœpi intelligere eam qua iuſtus dono Dei viuit, nempe ex fide: & eſſe hanc ſententiam. Reuelari per Euangelium iuſtitiam Dei ſcilicet paſſiuam quia nos Deus miſericors iuſtificat per fidem, quia iuſtus ex fide viuit, Hic me prorſus renatum eſſe ſenſi, & apertis portis in ipſum paradiſum intraſſe. Igitur quanto odio vacabulum, Iuſtitia Dei, oderã ante, tanto amore dulciſſimum mihi vocabulum extollebam: ita mihi iſte locus Pauli fuit verè porta Paradiſi: poſtea legebã Auguſtinum de Spiritu, & Litera, vbi præter ſpem offendi quod & ipſe Iuſtitiam Dei ſimiliter interpretatur, qua nos Deus induit dum nos iuſtificat. Et quanquam imperfectè hoc adhuc dictũ ſit, ac de imputatione nõ clarè omnia explicet, placuit tamẽ iuſtitiã Dei docere qua nos iuſtificemur.* Hæc Lutherus. Copioſius autem iſta & prolixius ex eo commemoraui vt clarè perſpicias (Lector) hunc primarium fuiſſe Lutheri ſcopum vt libertatem vel vt ille vocat pacem conſcientiis hominum adferret, excuſſo iuſtitiæ diuinæ metu & obedientiæ mandatorum iugo. Quam ob cauſam hoc potiſſimum nomine in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ, à ſuis predicatur Lutherus. Sic enim ſcribut. *Hæc ſententia, Nos fide reconciliari Deo, multas pias mentes erexit, & initio commendationem maximam apud omnes bonos viros attulit Luthero, cum oſtendit certam & firmam conſolationem conſcientiis, quia antea tota vis abſolutionis oppreſſa erat doctrinis operum.* Hæc illi. Hoc igitur ſcopo Luthero propoſito, vt metum Iuſtitiæ diuinæ qua punit peccatores Deus, animis hominum eximeret, vt conſcientiis conſolationem & libertatem adferret, vt doctrinas operum tolleret, fidem autem omnibus modis extolleret; vide obſecro quot & quantis impiis dogmatibus ipſe eiúſque ſectatores iſtud effectum dederint, virtutis & pietatis ſtudium euerterint, peccati & impietatis regnum erexerint.

Origo ſolius fidei [illegible] à Luthero [illegible] deſcripta.

Lutherus exo[illegible] habuit Iuſtitia Dei vocabulum.

Lutherus odit iuſtum Deum.

Lutheri furor.

Lutheri regeneratio, id eſt, apoſtaſia.

Art. 11.

Primum vt libertatem hanc adamatam ſolidè ſtabilirent & à fundamentis ipſis extruerent, peccatum originale, totius calamitatis noſtræ fundum, & deprauationis principium in immenſum exaggerant, docéntque non ſolum eſſe rectitudinis originalis quæ in mente erat miſeram priuationem, & omnium gratiæ ornamentorum quæ menti collata fuerant triſtem expoliationem, ſed etiam eſſe omnium vitiorum contrariorum poſitiuam, inexiſtentem, & inhærentem cateruam; vt *contemnere Deum, odiſſe iudiciũ Dei,*

Primum peccatũ præſidium in exaggerando peccato originali.

" *iraſci Deo, fugere Deum iraſcentem, deſperare gratiam.* Hæc enim omnia vitia no-
1 biſcum naſci & eſſe peccatum originale in vnoquoque. Sic Apologia Con-
feſſionis Auguſtanæ rem exponit. Alij verò poſtea addiderũt peccatum ori-
ginale eſſe totius hominis totalem deprauationem & corruptionem. Hanc
Inſtitut lib. 2. cap. 1. ſect 9. his verbis explicat Caluinus; *Quicquid in homine eſt ab intellectu ad voluntatem, ab anima ad carnem vſque concupiſcentia praua inquinatum, refertúmque eſſe: & totum hominem nihil aliud ex ſeipſo eſſe quam concupiſcentiam. Sic enim quaſi diluuio à capite ad pedes obrutum eſſe, vt nulla pars à peccato immunis ſit, ac proinde quicquid ab eo procedit in peccatum imputari.* Hæc ille. Sed & hãc deprauationem ſic à Caluino deſcriptam, quaſi nõdum tamen omnibus ſuis numeris abſolutam, ſic alij poſtea auxerunt, vt dicerent, *corruptionem iſtam non ſolum accidentium, ſed & ſubſtantiæ humanæ tam ſecundum materiam, quam ſecundum formam, animæ ſcilicet & corporis fuiſſe.*

De peccat. origin. tract. 7 Heshuſius in epiſt. ad Illyr. Sic enim contra Flaccum Illyricum defendit ſuorum ſentẽtiam Muſæus vt recitat Theodorus Peltanus. Cui tamen nec ipſe Illyricus quicquam in hac impietate cedit, aut inferior eſt. Etſi enim non vult ſubſtãtiam humanam hoc peccato penitus corrumpi & tolli reſpectu ſi non Phyſico ſaltem Metaphorico, tamen vult (quod eodem penè recidit) peccatum hoc originale eſſe corruptionem quandam, non quæ accidens ſit (vt cætera peccata) ſed quæ de natura & eſſentia hominis ſit, imò ipſam eſſe hominis eſſentiam ac naturam: ipſum eſſe cor hominis, ipſam rationem cum omnibus viribus, hoc ſcilicet peccato ita oppreſſam & extinctam, vt peccatum potius quam ratio dicenda ſit. Hęc ille etiam ex ſententia Lutheri vt dicit. Hæc impietatis fundamenta primo huius operis libro diligenter euertimus.

Secundum peccati præſidium. Simili furore & amentia peccati originalis effectus vel defectus potius, concupiſcentiam ſcilicet & inferiorum virium corruptionem ex peccato originali conſecutam & inflictam, indigniſſimè exaggerant. Sic enim de ea ſcribit Caluinus: *Alterum accedit* (nam quod de veri peccati natura huic corruptioni ante regenerationem inhærente diſputat orthodoxum eſt) *quod hæc peruerſitas nunquam in nobis ceſſat, ſed nouos aſſiduè fructus parit, ſcilicet opera carnis, idque non ſecus atque incenſa fornax flammam & ſcintillas eſſ[illegible], aut ſcaturigo aquã ſine fine egerit. Non enim natura noſtra boni tantum inops & vacua eſt, ſed malorum omnium adeo fertilis & ferax vt otioſa eſſe nõ poſſit.* Hæc ille. Hæc autem duo opinionum portenta ideo poſuerunt, vt poſita tanta naturæ humanæ corruptione, perpetuam peccandi neceſſitatem, benè autem & ſecundum virtutem operandi impoſſibilitatem, tanto probabilius etiam in regeneratis & Chriſtianis poſteą docerent. Quare & de hac naturæ corruptione diligenter diſputauimus, huius Operis lib. 2.

3. Hac etiam de cauſa docent (quod tertium eſt impietatis dogma) ipſam concupiſcentiam etiam in renatis verè peccatum eſſe, & ex ſua natura, hominem damnare, quia videlicet contra legem Dei pugnat, atque etiam quia de eius turpitudine & effreni impetu nihil eſt imminutum: ideo autem non damnare quia non imputatur: quod æquè de quibuſuis peccatis & flagitiis atque de iſta concupiſcentia docent. Hoc autem impium dogma tertius liber expugnat.

4. Hac eadem de cauſa (quod quartum eſt impietatis dogma) negat diſertè

Caluinus

Caluinus gratiam Chriſti ad hoc datam eſſe vt contra peccati dominatum nos adiuuaret, aut eius victoriam nobis conferret. Quod ne cuiquam incredibile videatur, in hoc quidem opere latiùs oſtenditur, ſed & hic breuiter ex eius verbis oſtendam. Negat Caluinus diſertis verbis, gratiam Chriſti vel Spiritus S. in adiutorio illo conſiſtere, quo infirma noſtra ad bonum voluntas ad virtutem excitatur & confirmatur. Reprehendit enim hoc nomine ſcholaſticos, *quòd gratiam Dei* (ſunt eius verba) *non gratuitæ iuſtitiæ imputationē ſed ſpiritū ad ſtudiū ſanctitatis adiuuātem interpretantur.* Auguſt. quoque doctrinam ibidem taxat, quòd gratiam Dei ad ſanctificationem refert, qua in vitę nouitatem per Spiritum Sanctum regeneramur. Hāc autem re vera gratiam adiuuantem contra Pelagium defendit ſemper Auguſtinus. Denique ſuam ſententiam verſipellis hæreticus adhuc apertius alio in loco declarat. *Nemo* (inquit) *bene in Chriſto fundatus eſt, niſi qui ſolidam habet in ipſo iuſtitiam: quādo non dicit Apoſtolus miſſum eſſe Chriſtum quod ad iuſtitiam conſequendam nos iuuet, ſed vt ipſe ſit noſtra iuſtitia.* Hæc ille. Negat ergo prorſus adiutorium gratiæ ad nouitatem vitę inſtituendam & peccati regnum deſtruendum. Hac ipſa etiam de cauſa ſcholiæ Caluinianæ ſuper epiſt. ad Rom. illud, *eſſe ſub gratia, non ſub lege,* exponunt nihil aliud eſſe, quàm habere conſcientiam certiſſimam de remiſſis peccatis per Chriſtum, quam non habent qui ſunt ſub lege, quia ſententia legis damnantur in conſcientia. Eſſe autem gratiam Chriſti adiutorium ad rectè piéque viuendum libro huius operis quintò luculenter probatur.

Lib. II. cap. 2. | Inſtitut. lib. 3. cap. 11. ſect. 15. | Inſtitut. lib. 3. cap. 15. ſect. 5. | Rom. 6.

5. Hac rurſum de cauſa (quod quintum eſt impietatis punctum) vt naturam in ſua corruptione eáque vehementer exaggerata relinquunt, ita conditionem naturæ quam peccatum non abſtulit, auferunt illi tamen; vt omnibus modis peccandi neceſſitatem, ideóque licentiam introducant. Negant enim liberum arbitrium quæ propria eſt rationalis creaturæ cōditio. Ac plerique ſanè ita hoc negant, vt cū primo ſuo magiſtro Luthero tam ad bonū, quam ad malum illud tolli velint, nec eſſe in hominis poteſtate vias ſuas malas facere: vt eſt apud Lutherum art. 3. & apud Caluinum Inſt. lib. 3. cap. 2. Alij libertatem ad malum concedunt, & etiam ad bonum in actionibus merè humanis ſeu adiaphoris, interdum etiam in moralibus, vt molliores (quos vocant) Lutherani Melācthonem ſequuti. Ad opera vero ſpiritualia, iuſta, meritoria, nihil valere liberum arbitrium plærique omnes volunt ſed merè paſſiué ſe habere tam in noua obedientia, quam in prima conuerſione ad Deum. Quanquam quoad nouam obedientiam & opera renatorum, moderatiores iam Lutherani cooperationem liberi arbitrij nōn grauatè concedere videantur, vtcunque repugnante cum ſuis Caluino. Quare de liberi arbitrij cum prima gratia cooperatione totus liber quartus huius operis accuratè diſputat.

6. Omnes tamen nihilominus (quod ſextum eſt impietatis punctum) his primis ſanè eorum principiis conformiter, omnem veri nominis iniuſtitiam à bonis operibus renatorum tollunt (quam impietatem totus liber quintus refutat & eam in ſola fide conſtituunt. Quam illorum peſtilentiſſimā ſententiam ne quis non ſatis intelligeret in aliis adhuc dogmatibus ſuis, hoc eſt

nouis & Prophanis doctrinis,eandem pulchrè explicarunt.

7. Docent ergo (quod ſeptimum ſit impietatis punctum) propter concu-
piſcentiam relictam,quam propriè peccatum eſſe volunt,hominem inceſ-
ſanter & in omni bono opere peccare,quia inceſſanter & in omni opere bo-
no prauo aliquo deſiderio afficitur:quæ fuit Lutheri doctrina.

8. Sed quia hoc à Luthero paulò incommodius & dutius dictum videba-
tur,illud tamen vnanimiter omnes hodiè docent (quod octauum ſit impie-
tatis punctum) nullum eſſe renati opus purè bonum & iuſtum coram Deo,
quia hac concupiſcentia contaminatur & immunda redditur omnis iuſtitia
noſtra.

9. Hunc etiam in finem docuerunt, pro nouo impietatis puncto, exactiſſi-
mam & omnimodam legis obedientiam neceſſariò à ſingulis requiri,idque
tam ex parte materiæ & mandatorum omnium,quam ex modo obſeruandi
quem perfectiſſimum eſſe debere ſtatuunt. Vt videlicet quia talis perfectio
in hac vita non repetitur,conſequenter inferant,nullam ex bonis operibus
iuſtitiam haberi poſſe.

10. Docent igitur pro decimo impietatis puncto , ſic eſſe imperfectam &
inchoatam omnem in hac vita iuſtitiam , vt propterea non ſit coram Deo
vera iuſtitia,ſed perpetuum peccatum, propter violatum primum decalogi
mandatum de dilectione Dei ex toto corde,&c.& poſtremum mandatum,
Non concupiſces.

11. Docent conſequenter pro vndecimo impietatis puncto ,propter admix-
ta venialia peccata,ſine quibus in hac vita non viuitur , nullam eſſe ex bonis
12. operibus coram Deo iuſtitiam. Quibus addunt (quod duodecimum ſit
13. impiet.punctum)mandatorum impletionem eſſe in hac vita impoſſibilem.
Hinc etiam inferunt (quod 13. impietatis punctum eſſe poteſt) hominem
Chriſtianum ad decalogi obſeruationem non obligari:quia non ſumus ſub
lege,ſed ſub gratia, & vbi Spiritus domini , ibi libertas : quibus argumentis
ſæpe vtitur Lutherus. Atque hæc quidem ſeptem impietatis pūcta libro hu-
ius operis ſexto diligenter profligantur.

14. Porro ad regnum peccati fortiſſimè roborādum,ex iſtis principiis & axio-
matibus,nobiliſſimum illud ſuum & principale dogma conficiunt , (quod
14.eſt impiet. punctum.) *ſolam fidem iuſtificare*,& ad ſalutem ſufficere , eamque
ſpecialem circa ſpeciale obiectum, gratuitam ſcilicet remiſſionis peccatorū
promiſſionem,eámque ſpecialiter vel potius ſingulariter conſideratam,qua
quiſque ſibi ſingulariter remiſſa eſſe peccata ex fide ſtatuit. Hac enim ſola
ſeu fiducia,vt quidam Lutherani,ſeu apprehenſione vt alij, vel denique cer-
ta notitia & perſuaſione(vt ſuos Caluinus docuit) omnem noſtram in hac
vita iuſtitiam & ſalutem cōpleri. Sed hoc ſceleratū dogma toto lib. octauo
copioſè refutatum eſt,& multiplicis Hydræ ſingula capita reſecta,ipſáq; be-
Technæ quibus ſola fides defenditur. ſtia iugulata.Hoc autem peſtilentiſsimum dogma etſi multis malis artibus
fucis ac technis ab impietate quam in ipſa fronte præ ſe fert manifeſté, dili-
1. genter aſſerere laborant;dum videlicet modo fidem ſe intelligere aiunt vi-
2. uam & operantem per bona opera;quāquam illa poſtea exponant non actu
ſed potentia & propoſito adeſſe;modo opera cum fide admittant,ſed vt eu-
chariſtica

chariſtica tantum non vt iuſtificantia, & merè ex parte noſtra gratuita,non
ad ſalutem aut iuſtitiam neceſſaria; modo etiam fidem ſine charitate eſſe nõ
poſſe ſtultiſſimè defendant; vel quia omnes aliæ virtutes ſunt ipſa fides, vt 3.
vult Illyricus in claue patr. 1. vel quia inſepabiliter ſunt fidei connexæ, vt 4.
molliores Lutherani docẽt, ideóque amiſſa charitate fidem quoque amitti,
fructúſque fidei neceſſarios eſſe bona opera,(quas omnes technas dictus liber octauus aperuit,remouit, confecit,) tamen in alijs poſtea dogmatibus hanc ſuam flagitioſam impietatem apertè produnt:potiſſimũ vero in duobus & maximè.

Impietas ſolius fidei manifeſta

Prius eſt(quod & 15. impietatis punctum ſit) *certitudo gratiæ*, quã aſtruunt. 15.
Iuxta hanc enim certò debet vnuſquiſque ſtatuere idq; ex fide ſe eſſe in gratia Dei,hoc eſt(ſic enim exponunt) ſe eſſe remiſſionem omnium peccatorũ conſecurum, ſe eſſe iuſtum & acceptum coram Deo. Denique de perſeuerãtia finali & beatitudine futura ſe pari modo certum eſſe. Hæc enim doctrina non ſolum neceſſitatem, concurrentiam aut congruentiam, ſed etiam præſentiam omnem bonorum operum ſecundum omnes excludit; ſecundum Caluiniſtas vero & ipſum initio Lutherum etiam cum quibuſcunque peccatis conſiſtit. Quam ob cauſam alterum Caluini dogma eſt fidem & certitudinem eius nullo peccato poſſe amitti. Eandem etiam ob cauſam docet Caluinus in peccatorum recordatione & aſſiduitate, *non de deſerendis aut euitandis peccatis, vt cum Deo reconciliemur, ſollicitè ſatagendum eſſe, ſed de obſirmando animos in fide contra pauores & terrores conſcientiarum diligentiſſimè contẽdere nos oportere.* Hæc ille. Sic Illyricus. *Excluſis omnibus alijs ſollicitudinibus in hoc vnum intentus eſſe iubetur Archyſynagoga, vt tantum credat. Bona opera non excluduntur quidem ſic vt prohibeantur, ſed tamen nec requiruntur, vt neceſſaria.* Hæc ille. Hoc ergo in dogmate bonorum operum manifeſtos hoſtes ſe eſſe manifeſtè produnt. Et illud igitur liber nonus ſibi expugnandum ſuſcepit, & ni fallor effectum dedit.

Inſtit. li. 3 c. 2. ſec[illegible].

Ibidem ſect. 17. & ſeq.

In defenſ. contra Talet. ca. 6.

Alterum dogma quod non minus etiam hoc propalat (& eſt. 16. impietatis punctum) eſt illorum proprium & illuſtrè dogma de *imputatiua Iuſtitia.* 16.
Huius enim dogmatis ille ſenſus eſt, quod ira Chriſti iuſtitia, obedientia, ſanctitate induimur atq; veſtimur, vt quantumcunque in nobis ipſis ſimus omnis iuſtitiæ inanes ac nudi, imò quantiſcunq; ſceleribus conſperſi & contaminati, in Chriſto tamẽ & in eius iuſtitia nobis imputata ſumus iuſti, obedientes, ſancti. Ac denique quicquid Chriſtus, vt homo fuit. Quem ſenſum, vt magis explicaret Flaccus Illyricus dilertè docuit, *ſummam eſſe blaſphemiam negare perinde fuiſſe iuſtos mulierem peccatricem in Euangelio, & latronem, quàm erant Ioannes Baptiſta vel Euangeliſta, quia vtriſque æqualiter peccata condonauit, & ſuam pleniſſimam iuſtitiam Chriſtus imputauit.* Hæc ille. Nimirum ex Magiſtri ſui Lutheri ſententia, qui eodem ſenſu aſſeruit, *vnumquemque Chriſtianum æquè eſſe ſanctum ac fuit B. Virgo.* In ſerm. de natiuit. B. Mariæ. In his ergo duobus dogmatibus ſic ſolius fidei iuſtificantis ſenſum explicuerunt, vt luce meridiana clarius conſtet vniuerſum virtutis ac pietatis ſtudium per illud dogma ſubuerti, & eos eſſe bonorum operũ, & totius virtutis manifeſtos ac iuratos hoſtes, peccati vero & impietatis ſatellites ſtrenuos, & induſtrios aduocatos. Quare hanc imputatiuam iuſtitiam penitus explodendã liber ſeptimus de-

Ibidem vt ſupra.

ſtinatus eſt. Sed & in aliis dogmatibus eandem cauſam diligenter agũt, quæ nunc breuiter recenſebo. Singulis enim immorari non licet.

17. Ad virtutis igitur ſtudium deprimendum, & pietatis flammas imò & ſcintillas omnes penitus extinguendas, dogmatiſant, (& eſt 17. impietatis punctum) *nulla eſſe bonorum operum merita*, quod ſic Caluinus exponit, vt non ſolum in altera vita, ſed neque in hac præſenti, vllam bonis operibus mercedem retribui (quod tamen concedunt Lutherani) aut vel minimum aliquid apud Deum bene operãdo mereri quempiam poſſe aſſeueranter doceat. Quis autem neſcit ad bene operandum, maximum eſſe aculeum mercedis expectationem? Quare & hoc peſtilens dogma totus liber decimus refutare contendit.

18. Porrò ad iuſtitiam ipſam coram Deo, & ſalutem noſtram nullo modo eſſe bona opera neceſſaria, pro 18. impietatis puncto omnes ad vnum Proteſtantes (paucis fortaſſe witenbergenſibus quos Maioriſtas & ſemipapiſtas cæteri vocant, exceptis) docent. Imò *totam obedientiam quam Chriſtus à ſaluandis propriè requirit, eſſe tantum credere in illum, & ad gratuitas epulas quo ab illo inuitamur currere* docet diſertè Flac. Illyricus in defenſione ſua contra Tiletanum. Hac etiã de cauſa in ſcholiis ſuis ſuper epiſt. ad Rom. notarunt diligẽter horum temporum hæretici, *quod obedientiam pro fide vſurpat Paulus*. Ita omnibus modis bonorum operum ſtudio detractum cupiunt. Quis autem rurſum nõ videt, ſublata neceſſitatis opinione quàm planè frigidi ad virtutis callem terendũ homines ſunt futuri, qui etiam neceſſitate bene viuendi perſuaſa, tam tepidi nihilominus ac languidi exiſtunt? Sed bonorum operum ad ſalutem neceſſitatem, diſputatio varia libro quinto & ſexto, huius operis facta, ſatis ſolidè demonſtrauit.

Cap. 6 pa. 139.

19. Ad idem peccati regnum ſtabiliendum pro 19. impietatis puncto peccatorum diſcrimina ſuſtulerunt maximè Caluiniſtæ, qui ſtatuunt omnia peccata ex ſe eſſe mortalia, ſed per imputationem Chriſti fieri venialia, vt ita ſanè ſtoico illo rigore admiſſo, infirmos diſſolutio, fortes & alacres deſperatio conſequatur; dum illi quidem ptopter remiſſionis facilitatem æquè in grauioribus atque minoribus delinquunt, iſti propter reatus æqualitatem grauioribus cedunt, quia minora vitare, non poſſunt. Quare de diſcrimine peccatorum totus liber duodecimus accuratè diſputat. Caluinus poſtremò, vt his omnibus impietatibus colophonem imponeret, & peccati regnum fortiſſimè ſtabiliret, docuit homo nefarius, & verè atheus (quod 20. erit impietatis punctum) Deum ipſum Opt. Max. eſſe in nobis authorem & cauſam omnis peccati, idque tribus modis, quia vult peccatum voluntate actiua nõ permiſſiua tantum; quod accuratè docet, Inſtitu. lib. 1. cap. 18. ſect. 1. quia operatur peccatum in reprobis non deſerendo tantum, ſed efficaciter mouendo, excitando, ideoque impellendo impios ad peccatum, quod ſimiliter docet. Inſtitut. lib. 2. cap. 4. Ac denique quia etiam decernit & prædeſtinat homines ad peccandum non ſecus quam electos ad fidei obſequendum. Hũc ergo Atheiſmum & Mahometiſmum (nam ſic Mahometes in ſuo Alcorano docuit) liber vndecimus aperit, repellit, iugulat.

Caluini atheiſmus.

20.

Inſtitu. lib. 1. cap. 1.

Quid hic iam reliqua impietatis dogmata attingam quæ vt peccati regnũ ſtatuerent,

ſtatuerent, varia ſollicitudine, etiam circa Sacramentorum doctrinam fœdiſ- *Impietatis dogmata circa Sacramentorum doctrinam.*
ſimè ab ipſis contaminatam inuexerunt? Nam vt ſuam quoque ſolam fidem
eamque ſpecialem in ipſa ſacramenta ſacráque omnia intromitterent, & illã
quoque doctrinam huic eorum principali axiomati ſubſeruire cōpellerent;
Primum, numerum ſeptenarium ad binarium contraxerunt; eo conſilio, vt 1.
quam pauciſſima eſſent, vel contra peccatum remedia vel pietatis exercitia,
ac religionis vincula. Deinde totam ſacramentorum vim & naturam in pro-
miſſione annexa, vſum vero fructum & effectum in teſtificatione & obſi- 2.
gnatione eiuſdem promiſsionis poſuerunt: quia ad vtrumq; iſtud ſola fides
ſufficit, promiſſionem videlicet in viſibili ſigno non aliter quam in audito
verbo apprehendens. Qua etiam in re ſolius fidei confirmationi egregiè ſub
ſeruitum eſt. Tertiò, eodem reſpectu gratiã ſacramẽtalē non eſſe aliam, quã 3.
reconciliationis gratiam ſtatuerunt; vt ira videlicet in ſola remiſſione pec-
catorum omnem ſanctificationem noſtram conſiſtere etiam ſacramentorũ
doctrina oſtenderet; pariterque fidelium hic vitam eſſe quaſi ſtatum peccati
perpetuum in perpetua & ſola remiſsione peccatorum non vulgarium, ſed
quibus remiſſis reconciliamur Deo, id eſt mortaliũ, manifeſtè ſignificarent.
Quartò, eandem ob cauſam abſolutionis ſeu pœnitentiæ ſacramẽtum pror- 4.
ſus ſuſtulerunt: etſi priores Lutherani in Confeſſ. Auguſt. & ſubſeq. Apolo-
gia illud agnoſcerent; retinentque etiam hodiè etſi vacillanter & ambigue *Vide Illyricum contra Tuet. Pag. 244.*
rigidiores Lutherani. Hoc enim vno ictu & contritionis neceſſitatē, & con-
feſſionis vſum, & ſatisfactionis ſtudium, (quæ tria contra peccatum fortiſ-
ſimè militant, vt egregiè peccati cauſam agerent penitus præſciderunt. Po- 5.
ſtremò vt laxiſſimas peccato habenas darent, non ſolum omne perfectionis
Euangelicæ exercitium, profeſſionem, ſtudium penitus ſuſtulerunt, mona-
ſteria omnia ſubuertendo, vitam monaſticam vbique exterminando, vota
voluntariæ pietatis ſuggillando, virginitatem coniugio adæquando, imo eã
eſſe quiddam ex impoſſibilibus dogmatiſando; ſed & præterea nulla ieiu-
niorum certa tempora obſeruare, pauciſſimas celebritates diuinis ſolemni-
bus dare, parcè & raro orare ſuos docent: carni denique vt per omnia indul-
geant, & ſecundas ac tertias nuptias ſuperſtite repudiata permittunt omnes
& Polygamiam cum Turcis admittunt quidam.

His ſanè omnibus viis & modis, per hæc infanda & peſtilentiſſima dogmata, virtutis & pietatis ſtudiũ non elanguit tantum & labefactatum eſt; ſed penitus ſubuerſum atq; extinctum iacet. Peccati vero regnum egregiè hac opera ſtatuerunt, fortiſſimè confirmarunt, & ampliſſimè dilatarunt.

Quandoquidem ergo Satanas horum temporum hæreticos excitauit, *Ratio huius operis* qui apertum pietati bellum indicerent, peccati patrocinium profiterentur, carnis cauſam accuratè agerent; volui ego (quantum mihi Chriſtus dedit) huic Satanæ inſtituto, hos meos labores opponere, & piorum conſcientiis contra tanta venena hanc antidorum parare. Non quod magni & eruditiſsimi viri hoc antea magna ex parte non præſtitetint, aut quaſi hæc tanta cauſa defenſorem hactenus non habuerit (habuit enim per multos eoſdemque doctiſsimos, Dominicum à Soto in libro de natura & gratia, Ioannem Heſſels in libello contra ſpecialem fidem; Iudicium

Tiletanum in Apologia priori contra Martinum Chemnitium; Ruardum Tapperum in explicat, artic. Louanienſium, & omnium maximè Andream vegam in libris de iuſtificatione: quorum ego omnium laboribus eruditis plurimum me adiutum profiteor (ſed quia nemo horum vel ea methodo tractauit, vel ita vniuerſe hanc doctrinam complexus eſt, vel denique (quod mihi præcipuum viſum eſt) aduerſariorum fundamenta quibus ſuam tuêtur & argumēta quibus noſtram impugnant ſententiam, ita ſingula aperuit, expendit, confutauit, atque ego in hoc mihi opere faciendum propoſui. An fecerim eruditi & candidi lectoris eſto iudicium. Certè in re rāta, & in qua vna cardo ſalutis vertitur, meam quoque operam libenter impendi, nec vllius docti viri operam inanem eſſe poſſe exiſtimo. Has autem omnes cōtrouerſias, quæ circa vnum iuſtitię Chriſtianæ caput verſantur, ea breuitate complexus ſum, vt rem propoſitam ſemper perſecutus, nihil alienum, ſuperuacaneum nihil admiſcuerim, ea luce explicui, vt ad totius diſputationis intelligentiam claram (quæ de rebus maximè arduis & perplexis tractat præſertim in primis 4. libris) nihil neceſſarium prætermiſerim; ea demum diligentia tractaui, vt & ſententiam orthodoxam firmis & ſolidis è verbo Dei argumentis, in vnaquaque quæſtione ſtabiliuerim, & hæreticorum fundamenta in ſingulis euerterim, obiecta diluerim, cauillationes innumeras refutauerim, improbas & acerbas calumnias abſterſerim. In qua certè parte præcipuus mihi labor & cura primaria adhibenda fuit.

Tibi vero Chriſtiane lector eam animi voluptatem & fructum exopto, qualem in ſcribendo ipſe percepi. Mihi enim certè licet in rebus interdū obſcuriſſimis ſudanti, & cum aduerſariis importuniſſimè confligentis, maximo tamen oblectamento fuit, & cauſæ Catholicæ firmitatē nequicquam tot hoſtibus illam impugnantibus planè inexpugnabilem cernere; & tantam aduerſariorum vanitatem & inanitatem cum tanta ferocia coniunctā perſpicere; & denique tam euidentem tandem impietatem verumque ſceleratiſſimorum hominum atheiſmum animaduertere, prodere, conuincere, idque in ea cauſa in qua optimè ſe de Eccleſia Dei meritos, homines ipſa impudētia impudentiores, iactitare non erubeſcunt. Quod certè incredibile videri poſſet, niſi & inter Philoſophos non deeſſet, qui niuem eſſe nigram dogmatiſaret, & Propheta non prædixiſſet forè, *qui bonum malum, & malum bonum dicerent*, & denique niſi olim Auguſtinus in hęreticorum pugnis exercitatiſſimus non annotaſſet, *hæreticorum frontem non eſſe frontem; ſi hoc nomine non corporis membrum, ſed pudorem ſignificamus*. Hæc enim illa cauſa & quæſtio eſt in qua vna noſtri temporis hæretici, *inimici ſunt crucis Chriſti, Spiritui gratiæ contumeliam faciunt, & Sanguinem noui teſtamenti pollutum ducunt*: non ſolum peccatis indulgendo, quod humanæ interdum fragilitatis eſt; ſed peccati neceſſitatem, pietatis impoſſibilitatem diſertè docendo, quod Diabolicæ impietatis eſt. Venit enim Chriſtus & Crucem ſubiit, vt *expolians principatus & poteſtates diſſoluat opera Diaboli* quæ ſunt peccata. Venerunt iſti, vt confirment opera Diaboli & regnum dilatent. Datus eſt Spiritus gratiæ, *vt in nouitate vitæ ambulemus*. Abutuntur illi Spiritu gratiæ, vt in perpetua vetuſtate peccati perpetua confidentia (quam fidem vocant,) corda confirmet atque obſignet. Denique Sanguis noui

Eſai 5. Contra Iulianum. lib 4. cap. 3. Philip. 3. Hebr 10. Coloſſ 2. 1. Ioan 3. Rom. 6.

noui teſtamenti effuſus eſt, *vt emundaret conſcientias noſtras ab operibus mortuis.* Hebr. 9.
Hunc ſanguinem illi ſic ſacrilegè polluunt, vt effuſum eſſe doceant ad imputationem iuſtitiæ in operibus mortuis. Hunc ergo noſtri temporis Antichriſtianiſmum vel ſi mauis atheiſmum, ſaltem vtriuſque præcurſorem proximum & Anteſignanum certiſſimum, hoc in opere explicatum & confutatum, vt potui dedi: idque tanto libentius, quanto mihi fidei Catholicæ & profeſſio in tanta contradictione ſuperanda auidior, & explicatio in tanta obſcuritate diſcutienda gratior, & defenſio in tanta hoſtium pertinacia reuincenda iucundior, ſemper fuit. Eandem tibi mẽtem idem veritatis orthodoxæ ſtudium Chriſtianæ lector exopto. Erit ita tibi hic labor noſter non vtilis modo, ſed & periucundus. Vale.

IVSTIFICATIONIS
DOCTRINA HODIE CONTROVERSA.

Libris Duodecim tradita.

In quibus Chriſti gratia, & hoc ipſum quo Chriſtiani ſumus (Iuſtitia noſtra) contra varias horum temporum hæreſes ſolide defenditur, & Ordine explicatur.

Librorum Argumenta.

I. *De Peccato originali in ſe.*
II. *De Corruptione naturæ per peccatum originale inuecta.*
III. *De Concupiſcentia, ſeu relicta corruptione, in Renatis.*
IIII. *De Gratiæ, & Liberi arbitrij cooperatione.*
V. *De Iuſtitia inhærente.*
VI. *De Perfectione Iuſtitiæ.*
VII. *De Imputatiua Iuſtitia.*
VIII. *De Sola fide iuſtificante.*
IX. *De Certitudine gratiæ.*
X. *De Meritis bonorum operum.*
XI. *De cauſis peccatorum contra Caluini atheiſmos.*
XII. *De Diſcrimine peccatorum.*

Sequuntur ſingulorum Librorum ſingula capita.

Capita

Capita lib. 1. De peccato Originali.

Errores moderni circa peccatum Originale vel ab hæreticis defenſi vel Catholicis falſò impoſiti. Cap. I.

Ordo futuræ diſputationis. II.

In qua re conſiſtit vera & propria peccati ratio. III.

Peccatum quare & in quo ſenſu vocatur Originale. IIII.

Quod de Originali peccato neceſſariò credendum eſt. V.

De Iuſtitia Originali annotatio breuis. VI.

Peccatum Originale in quo conſiſtit, quæ eius vitioſitas eſt, & quomodo nos reos facit, accurata explicatio. VII.

Peccatum Originale quomodo ad ius deriuetur, & à nobis contrahatur. VIII.

Contra eos qui peccatum Originale impropriè peccatum dici, & eſſe tantùm reatum quendam ſeu effectum peccati, non autem verè peccatum, docuerunt. IX.

Contra eorum ſententiam qui peccatum Originale, non aliud quàm primum illud primi hominis peccatum ab illo actualiter commiſſum, eſſe docuerunt. X.

An Concupiſcentia ſit peccatum Originale: & primum quid nomine Concupiſcentiæ à Theologis intelligetur. XI.

Quòd Concupiſcentia non eſt ipſum peccatum Originale, ſed tantùm materiale ipſius. XII.

Qua in re Proteſtantes hodiè peccatum Originale ponunt. XIII.

Proteſtantum ſententia & varij errores circa priorem peccati originalis & formalem eius partem aperiuntur, & ex parte confutantur. XIIII

Iuſtitia Originalis quid ſit, & qua in re propriè conſiſtat, exactius definitur; vt ita quid propriè priuatio huius ſit (quæ Originale peccatum eſt) clarius intelligatur. XV.

Primus Proteſtantum error ſuprà explicatus cap. 13. & 14. breuiter confutatur. XVI.

Capita lib. 2. de Corruptione naturæ per peccatum Originale inuecta.

Proteſtantum Argumenta pro triſtiſſima illa naturæ deprauatione ſuperius affirmata, præcedentis libri cap. 13. enumerantur. I.

Quatenus in hac Controuerſia ex Patribus diſputant vel non diſputant Proteſtantes. II.

In quibus & quantis malis Naturæ humanæ deprauationem Proteſtantes hodiè ponunt, ſigillatim oſtenditur. III.

Scholaſticorum doctrina mendaciter à Proteſtantibus accuſata & falſò intellecta circa preſentem materiam. IIII.

Quæ ex Auguſtino, & Proſpero ad duo puncta controuerſa proferunt Proteſtantes, proponuntur. V.

Quorundam Scholaſticorum proponitur ſententia aſſerens corruptionem naturæ peccatum Originale ſubſecutam, fuiſſe naturalem hominis conſtitutionem. VI.

Eadem ſententia accuratè refellitur. VII.

Reſpondetur variis difficultatibus contra hanc ſententiam, Naturale homini eſſe vt caro obediat rationi. VIII.

Deprauatio naturæ humanæ in quo tandem conſiſtat, qualis & quanta ſit, per quinque puncta magna ex parte oſtenditur. IX.

X. *Ad deprauationem humanæ naturæ magis explicandam, docetur quæ ſit ſeruitus peccati, quæ captiuitas diaboli, quæ denique neceſſitas peccandi homini extra gratiam à Scripturis & Patribus attributa.*

XI. *Reſponſio ad Argumenta Proteſtantum ex Scripturis citata, ſuprà Cap. 1.*

XII. *Reſpondetur ad priora loca ex D. Auguſtino & Proſpero prolata ſuprà Cap. 5.*

XIII. *Ad difficiliora Auguſtini loca reſpondetur, & à Pelagianiſmo illa ſententia ſolidè defenditur, quæ docet hominem extra gratiam, aliquatenus peccatum vitare poſſe.*

XIIII. *Ex ipſo Auguſtino docetur: Infideles ſeu alios quoſuis extra gratiam poſitos habere bona opera: ideóque huiuſmodi ex deprauatione naturæ non ſemper peccare.*

Capita lib. 3. de Concupiſcentia in renatis

Cap. 1. *Concupiſcentiæ nomine quid apud Theologos, & maximè in hac controuerſia intelligatur.*

II. *Punctum huius Controuerſiæ inter Catholicos & Proteſtantes exponitur.*

III. *Pro Catholica ſententia probationes ſolidæ afferuntur.*

IIII. *Argumenta Proteſtantum ex Scripturis, quibus probare volunt Concupiſcentiam in renatis eſſe veri nominis peccatum, proferuntur.*

V. *Ad 8. probationes Martini Chemnitij dilucidè & ſolidè reſpondetur.*

VI. *Argumenta Proteſtantum ex Patribus, vt probent Concupiſcentiam in renatis eſſe verè peccatum, diſſoluuntur.*

VII. *Obiectiones Martini Chemnitij ex ipſo Auguſtino quòd concupiſcentia ſit verè peccatum, refutantur.*

VIII. *Confutatio Cauillationum quibus Proteſtantes fundamenta Catholicæ ſententiæ ſuperius poſita cap. 3 conuellere nituntur.*

IX. *Cauillationes Martini Chemnitij contra varia D. Auguſtini loca præallegata abſterguntur.*

X. *Cauillationes & fraudes Martini Chemnitij contra Catholicam ſententiam, variáque eius argumenta expugnantur.*

XI. *Pelagiana ſententia Catholicis à Chemnitio mendaciſſimè obtruſa, repellitur.*

Capita libri 4. De Gratia & Libero arbitrio.

Cap. 1. *Status præſentis Controuerſiæ explicatur.*

II. *Quid hic Gratiæ, quid Liberi Arbitrij nomine intelligatur.*

III. *Quòd Liberum Arbitrium præuenienti gratiæ cooperatur, & in prima præparatione ad Iuſtitiam verè aliquid agit, quatuor probationes ſolidæ afferuntur.*

IIII. *Cauillationes Proteſtantum quibus has 4. probationes conuellere conantur, breuiter & ſolidè diluuntur.*

V. *Quæ Proteſtantes contra Liberi Arbitrij cum præueniente gratia cooperationem ex S. Scripturis diſputant, refelluntur.*

VI. *Quæ ex S. Auguſtino diſputat Martinus Chemnitius, vt ex eius mente & ſententia cooperationem Liberi Arbitrij tollat, excutiuntur: & contra mentem S. Auguſtini prolata eſſe oſtenduntur.*

VII. *Quòd voluntas humana præuenientem gratiam liberè poteſt repudiare, contra Pro-*

teſtantes

teſtantes oſtenditur.

Adiutorium gratiæ adeò non tollit libertatem arbitrij, vt illam maximè corroboret, atque confirmet. VIII.

De Gratia excitante contra Cauillationes M. Chemnitij. IX.

De Gratia adiuuante in prima Conuerſione ad Deum, contra cauillationes M. Chemnitij. X.

Senſus orthodoxus de cooperatione liberi arbitrij cum prima gratia explicatur, & contra cauillationes M. Chemnitij diligenter defenditur. XI.

Proœmium in ſequentes libros quinque, qui propriè ad quæſtionem de iuſtificatione pertinent.

Prolegomena tria in librum 5. de Iuſtitia inhærente.

De præparatione ſeu diſpoſitione hominis peccatoris, per varias virtutes ad primam iuſtificationem adipiſcendam. I.

De vocabulo iuſtificandi in Scripturis, quid Proteſtantes ſentiant, quid iuxta orthodoxam doctrinam ſentiendum ſit. II.

Iuſtitia quotuplex eſt: & de qua tandem in iuſtificationis negotio maximè eſt inquirendum. III.

Capita libri. 5. de Iuſtitia inhærente.

Status præſentis Controuerſiæ explicatur & ordo diſputationis futuræ deſignatur. Cap. I.

Quod renouatio interna iuſtificantis gratiæ perpetuus effectus eſt. II.

Quod renouatio interna non ad ſanctitatem tantum, vt volunt proteſtantes, ſed etiam ad iuſtificationem referenda eſt, quòdque eius pars eſt. III.

Quod gratia Chriſti ab Apoſtolo commendata, quod noui teſtamenti gratia quod gratia contra Pelagianos defenſa, eſt gratia Spiritus Sancti internè iuſtificans per virtutes infuſas. IIII.

Quod charitas cæteræque virtutes, non ſolum fidei donum, ſint illa Spiritus Sancti dona quibus iuſtificatur impius. V.

Idem ex verbis Apoſtolicis luculentius demonſtratur. VI.

Quod bona opera in fide facta verè iuſtificant coram Deo, & acceptam iuſtitiam conſeruant atque augent. VII.

Recollectio variarum Scripturarum pro iuſtitia inhærente & in ſingulis eius partibus, cum variis quæſtiunculis propoſitis. VIII.

Argumenta proteſtantum quod ſola remiſſio peccatorum abſque vllo reſpectu renouationis internæ, ſit noſtra iuſtificatio, diſſoluuntur. IX.

Reſponſio ad illas Scripturas quæ omnia prorſus opera à iuſtificatione per Chriſtum excludere videntur. Vbi de renouatione interna exactius determinatur. X.

Quo modo & ſenſu opera legis excluduntur ab Apoſtolo à iuſtificatione per Chriſtum vbi & de diſcrimine legis & Euangelij. XI.

Quo ſenſu bona opera ſequuntur iuſtificatum, non præcedunt iuſtificandum: nec factoribus legis accedat iuſtificatio, ſed hæc illos præcedat: quæ vtraque Auguſtini ſententia eſt. XII.

Argumenta proteſtantum contra veram iuſtitiam bonorum operum quæ in fide fiunt, proponuntur & refutantur. XIII.

Explicatio duorum difficilium locorum D. Pauli quæ inuicta putat Caluinus ad bo- XIIII.

norum operum iuſtitiam à iuſtitia fidei excludendam.

XV. *Explicantur illæ Scripturæ quæ iuſtitiam bonorum operum etiam quæ in fide & gratia fiunt penitus tollere, iudicio proteſtantum videntur.*

XVI. *Alia tria Scripturæ loca ex quibus bonorun operum iuſtitiam euertere volunt proteſtantes, explicantur.*

XVII. *Quo modo gloriatio excludenda cum iuſtita bonorum operum conſiſtat.*

Capita libri 6. de perfectione iuſtitiæ.

Cap. I. *Aduerſariorum fundamenta contra perfectionem iuſtitiæ proponuntur: & hæreſes ſuperextructæ explicantur.*

II. *Ad perfectionem iuſtitiæ Chriſtianæ demonſtrandam, prima propoſitio eſt, iuſtificatos in Chriſto gratiam Spiritus S. accipere qua legem implent.*

III. *Adimpletio legis in hac vita non eſt ex omni eius parte & ſemper, ſed pro modo fragilitatis humanæ. Secunda propoſitio.*

IIII. *Iuſtum illum eſſe coram Deo qui plures habet virtutes quam vitia: & quo demum ſenſu hoc verum ſit. Tertia propoſitio.*

V. *Sic perfecta iuſtitia eſt & ſic adimpletur lex mandatorum Dei in hac vita, vt ſine peccatis mortalibus viuere renati poſſint ac debeant. Quarta propoſitio.*

VI. *Proficiendo de die in diem perfectio Iuſtitiæ in hac vita cõparatur. Quinta propoſitio.*

VII. *Quamuis in profectu conſiſtat iuſtitia, non in perfectione virtutum; tamẽ virtutes quas facit iuſtus vera ſunt mandatorum adimpletio, & nulla eſt permixta peccato illarum operatio. Sexta propoſitio.*

VIII. *Perfectio iuſtitiæ etiam ex eo oſtenditur, quod quicquid ad perfectiſſimam adimpletionem mandatorum deeſt, Chriſti gratia ignoſcitur. Septima propoſitio.*

IX. *Chriſti gratia ignoſcens non datur ſola fide nitentibus, ſed illis ſolis in quibus eſt fides per dilectionem operans. Octaua propoſitio.*

X. *Primi fundamenti proteſtantum contra perfectionem iuſtitiæ argumenta proferuntur. Et de primo atque vltimo pręcepto decalogi, quæ perfectionem requirunt, quatenus obligant vel non obligant, diſſeritur.*

XI. *Variæ hæreticorum hodiè fraudes ex eo quod ad prædicta præcepta non obligamur, aperiuntur: & cur ita data ſunt, vt non obligent adhuc accuratius explicatur.*

XII. *Aliæ hæreticorum hodiè fraudes quibus ex hac omnimoda perfectione negata, ſuas hæreſes ſtabiliunt: explicantur & depelluntur.*

XIII. *Alia proteſtantum argumenta diſſoluuntur, quibus probare volunt ad vniuerſam omnium mandatorum obſeruationem nos obligari ſi aliquam ex bonis operibus iuſtitiæ perfectionem ſtatuere volumus.*

XIIII. *Commentitiæ quædam hodiè proteſtantum diſtinctiones ad veram Iuſtitiæ perfectionem euertendam, & ad SS. Patrum diſtinctiones eludendas adinuentæ aperiuntur & refutantur.*

XV. *Quæ pro imperfectione iuſtitiæ Proteſtantes in 2. fundamẽto diſputant, diligenter expugnantur.*

XVI. *Aliæ ſcripturæ quas ad impoſſibilitatem implendi legem ſtatuendam proferunt & deprauant Proteſtantes, explicantur.*

XVII. *Aliis Scripturis quæ omnem prorſus in Dei conſpectu iuſtitiam hominibus negare videntur, & ab aduerſariis proferri ſolent reſpondetur.*

XVIII. *Ad argumenta & ſpeculotiones Proteſtantium, quas ab immunditia quam ponunt*

operum

operum noſtrorum contra iuſtitiæ perfectionem adferre ſolent via ſternitur.

Argumenta Proteſtantum quibus probare nituntur ex concupiſcentia relicta, omnes XIX.
actiones noſtras contaminari, proferuntur & diſſoluuntur.

Tres Proteſtantium errores ex verbis Pauli ad Rom. 7. perperam intellectis hauſti. XX.

Argumenta Proteſtantum quibus probare conantur ex aliqua ſemper circunſtantia XXI.
vitiari actiones bonas, Ideóque nullam Juſtitiæ perfectionem illis ineſſe, explicantur &
exploduntur.

Non contaminari iuſtitiam noſtram propter peccata venialia admixta, contra Pro- XXII.
teſtantes oſtenditur.

Capita libri 7. de imputatiua iuſtitia.

PRoteſtantum ſententia de iuſtitia imputatiua explicatur, & variæ hęreſes quæ illa Cap. I.
poſita conſequuntur, vel propter illam defenduntur, commemorantur.

Chriſti Juſtitia quotuplex & quanta qualiſque fuerit ſeu in ſeipſa ſeu reſpectu per- II.
ſonæ Chriſti, dilucidè explicatur.

Quomodo Chriſti iuſtitia eſt principium & fons omnis iuſtitiæ noſtræ, ideoque om- III.
nes in Chriſto iuſtificantur. Deniq; quo modo ſit caput Eccleſiæ influens vitam gratiæ iu-
ſtificantis in omnia membra corporis ſui.

Modus quo Chriſtus influit effectiuè in membra ſua, & quo eſt omnis iuſtificationis IIII.
noſtræ principium vniuerſale, quantum ad habitualem eius gratiam accuratè explicatur.

Chriſti actualis iuſtitia quomodo noſtræ iuſtificationis cauſa & origo eſt, tam per mo- V.
dum meriti quam exemplariter, demonſtratur.

Quod mors & paſſio Chriſti nos potiſſimum iuſtificauit. Quot etiam modis illa nos VI.
iuſtificat, & quibus de cauſis illa maximè, ex Scripturis diligenter oſtenditur.

Recollectio præcedentis diſputationis de Iuſtitia Chriſti. VII.

Imputatiua Proteſtantum iuſtitia variis & idoneis argumentis confutatur, planeque VIII.
exploditur.

Argumenta Proteſtantum quibus imputatiuam ſuam iuſtitiam ſtabilire ſolent, confu- IX.
tantur: & quatenus abſque Chriſti iuſtitia iuſtificari non poſſumus luculentius adhuc
oſtenditur.

Alia Proteſtantum argumenta pro imputatiua iuſtitia ſtabilienda euertuntur. X.

Capita libri 8. de ſola fide iuſtificante.

MArtini Lutheri de ſola fide iuſtificante prima & propria ſententia explicatur. Cap. I.

Diſputatio Lutheri de triplici fidei virtute, vt ea ſola hominem iuſtificari do- II.
ceat, profligatur.

Facta futuræ diſputationis diſtributione, definitio fidei iuſtificantis Lutherana inqui- III.
ritur.

Quid verè & propriè ſignificat fides quæ iuſtificat iuxta Catholicam ſententiam, Et IIII.
quod iuxta doctrinam Apoſtoli in epiſ. ad Rom. illa ſententia tradita eſt.

Idem ſenſus fidei iuſtificantis ex doctrina Apoſtoli in epiſt. ad Gal. colligitur. V.

Quam fidem iuſtificantem Chriſtus in Euangelio & Apoſtolo in Actis commenda- VI.
uerint.

Quam fidem iuſtificantem Patres (maximè Auguſtinus) intellexerint & tradiderint. VII.

Quid hæretici horum temporum de illo ſenſu fidei iuſtificantis iam confirmato ſenſerint, VIII.
& quatenus eum amplexi fuerint.

Fides generalis, vniuerſo Dei verbo aſſentiens, per ſe & ſolitariè ſumpta quanta & IX.

qualis virtus ſit.

X. *Quid fides iuſtificantis nomine Proteſtantes propriè intelligi volunt.*

XI. *Argumẽtatio Proteſtantiũ pro ſua ſpeciali fide explicatur & varius in ea error oſtẽditur.*

XII. *Quot & quanta ſunt obiecta & officia fidei iuſtificantis; præter vnicum & ſpeciale ſpecialis fidei Proteſtantum obiectum atque officium copioſè oſtenditur.*

XIII. *Reſpondetur ad formam argumentationis Proteſtantum ſuprà cap. II. factæ, necnon & Scripturæ ad eius confirmationem proferri ſolitæ exponuntur,*

XIIII. *Variæ Proteſtantum & diſſonæ ſententiæ de ſpecialis fidei acceptione, & vnici eius obiecti ad iuſtificationem applicatione, diligenter explicantur.*

XV. *Specialis fides qua vnuſquiſque credit ſibi remitti peccata propter Chriſtum (quam omnes Proteſtantes vnanimiter docent) multis argumentis exploditur.*

XVI. *Reſponſio vulgaris Catholicorum ad Proteſtantum argumenta, quod fides iuſtificans apud Apoſtolum ſignificat fidem charitate formatam non autem ſolam fidem contra varias Proteſtantum cauillationes defenditur.*

XVII. *Alia reſponſio quod Apoſtolus fidei naturã non perfectionem potuit intelligere quùm ex fide nos iuſtificari docet: nec quicquam hoc tamen ſolam fidem iuuare.*

XVIII. *Argumenta Proteſtantum ex natura & proprietate promiſſionis gratuitæ petita, vt ſpecialem ſuam fidem confirment, confutantur.*

XIX. *Veterum Lutheranorum ſententia, quod ſpecialis fides eſt ipſa fiducia miſericordiæ diuinæ refellitur.*

XX. *Argumenta quibus fidem eſſe fiduciam veteres Lutherani contendunt, refutantur.*

XXI. *Quod fides & fiducia pro eodem in ſcripturis (vt volunt Lutherani) non accipitur.*

XXII. *Alia Lutheranorum ſententia, quod fides eſt manus ſeu organum quo Chriſtus, ſalus, iuſtitia apprehenditur, ideóque iuſtificans, exploditur.*

XXIII. *Argumenta Lutheranorum pro apprehendente ſua fide deiiciuntur.*

XXIIII. *Definitio fidei Caluiniana; per ſingulas eius partes ſigillatim euertitur.*

XXV. *Quo ſenſu Spiritus S. obſignet corda credentium contra ſenſum Caluini ex ſcripturis luculenter oſtenditur.*

XXVI. *Caluini tergiuerſatio contra quotidianam experiẽtiam circa cordis ſecuritatem quam fingit, à ſeipſo nequicquam reluctante euertitur.*

XXVII. *Cauillationes Caluini quibus ſcripturas illas eludere conatur, quæ notitiam & certitudinem in qua fidem ponit, manifeſtè euertunt refutantur.*

XXVIII *Ad diſputationem de ſola fide via ſternitur propoſitis ea de re Proteſtantum ſentẽtiis.*

XXIX. *Quod charitas vim habeat iuſtificandi non ſecus quam fides contra Proteſtantum argutationes defenditur.*

XXX. *Quod pœnitentia quoque præter fidem ad iuſtificationem eſt neceſſaria demonſtratur.*

XXXI. *Variæ Proteſtãtum euaſiones quibus charitatis & pœnitentiæ in negotio iuſtificationis neceſſitatem eludere, & ſuam ſolam fidem defendere conantur, confutantur.*

XXXII. *Quod fides & cæteræ virtutes non ſunt ita connexæ quin ab inuicem ſeparari poſſunt contra multiplicem aduerſariorum pugnam defenditur.*

XXXIII. *Quod promiſſam hæreditatem & beatitudinem ſola fides non conſequatur.*

XXXIIII. *Variæ Flacci Illyrici cauillationes contra bonorum operum conditionem, efficaciam, & neceſſitatem repelluntur.*

XXXV. *Quo ſenſu Patres aliquando ſcripſerunt hominem ſola fide iuſtificari.*

XXXVI. *Quo ſenſu fides ſeu ſola, ſeu non ſola, per ſe, & ex ſe iuſtificat.*

Capita

Capita libri 9. de certitudine gratiæ.

QVid gratiæ, & quid certitudinis vocabulo in hac controuerſia intelligitur, cum totius futuræ diſputationis diſtributione. Cap. I.

Certitudo remiſſionis peccatorum refellitur, quia nec in verbo Dei promittitur illa cuiquam, nec abſolutè ſed ſub certa conditione fit illa cuiquam. II.

Cauillationes variæ Proteſtantum contra conditionem ex parte noſtra ad remiſſionem certam peccatorum conſequendam refutantur. III.

Ex ipſorum hæreticorum principiis euertitur certitudo remiſſionis peccatorum. IIII.

Alia varia argumenta contra certitudinem remiſſionis peccatorum & cauillationum aduerſariarum refutatio. V.

Quod nemo in hac vita de ſua Iuſtitia coram Deo certitudine fidei certus eſt. VI.

Proteſtantum defenſio pro certitudine fidei circa præſentem corā Deo Iuſtitiā refellitur. VII.

Cauillationes Proteſtantum contra Scripturas ſuprà cap. 6. contra certitudinem fidei prolatas conuelluntur. VIII.

Quæ pro certitudine fidei tam circa remiſſionem peccatorum quam circa præſentem iuſtitiam diſputant Proteſtantes ex vi & natura fidei iuſtificantis, diſſoluuntur. IX.

Sophiſticatio & tergiuerſatio varia Proteſtantum circa certitudinem quam ponunt, aperitur: & Catholicæ doctrinæ ſenſus ab illorum calumniis aſſeritur. X.

Vera diſtinctio certitudinis fidei à certitudine ſpei explicatur. XI.

Argumenta hæreticorum ex Scripturis quibus certitudinem fidei circa præſentem iuſtitiam ſtabilire ſolent, euertuntur. XII.

Quod nulla eſt certitudo fidei de perſeuerantia finali. XIII.

Patrum dicta quibus circa certitudinem gratiæ variè abutuntur Proteſtantes per certa diſtinctionum capita explicantur. XIIII.

Capita libri 10. de Meritis operum.

DVo Proteſtantum fundamenta contra bonorum operum merita iam olim confutata oſtenduntur. Cap. I.

Primum fundamentum pro meritis bonorum operum quia ſunt opera gratiæ & filiorum Dei explicatur. II.

Aliud meriti fundamentum ab ipſa promiſſione & ordinatione diuina petitum, vbi etiam quomodo vita æterna eſt gratia, & tamen meritum breuiter explicatur. III.

Tertium meriti fundamentum, quia bona opera nituntur meritis Chriſti vt plenius & efficacius mereantur, vbi duo errorum ſcopuli cauendi iudicantur. IIII.

Probatur meritum bonorum operum ex mercede illius in Scripturis repromiſſa & variæ hæreticorum cauillationes contra illud probationis genus repelluntur. V.

Alia meriti probatio, quia merces iniquitatis eſt mors æterna cum refutatione cauillationum quibus illud argumentum eludunt hæretici. VI.

Tertium pro meritis argumentum à dignitate bonorum operum in Scripturis commendata, & cauillationum hæreticarum contra illud refutatio. VII.

Quid Lutherani hodiè Meriti & quatenus in bonis Renatorū operib⁹ agnoſcāt & doceāt. VIII.

Primum Proteſtantum argumentum contra meritum vitæ æternæ, quia vocatur in Scripturis gratia, inane & futile eſſe oſtenditur. IX.

Alterum Proteſtantum argumentum contra meritum quia promiſſione Dei non iuſtitia aut dignitate operum nititur, vanum eſſe conuincitur. X.

Quę ex gloria & meritis Chriſti diſputāt Proteſt. vt inde iuſtorū merita excludāt, refutātur XI.

Quod doctrina de Meritis Renatorum non partitur inter merita Chriſti, & merita hominum, ſed totum Deo dat per Ieſum Chriſtum. XII.

XIII. *Quod propter doctrinam meriti, iuſti non ſunt mercenarij operatores vt cauillantur Proteſtantes: cum clauſula de recto ſenſu huius doctrinæ orthodoxæ de meritis operum.*

Capita lib. 11. de cauſis peccatorum contra Caluinum.

Cap. I. *QVod hæretici horum temporum peccati regnum multis modis confirmarunt, circa cauſas, remedia, & diſcrimina peccatorum.*

II. *Singularis Caluini hæreſis (olim Pelag.) quod victoria peccati per Chriſtū non eſt adiutoriū gratiæ per Spiritū S. quā frauduleńter tegit, detegitur, & ex verbis eius manifeſtatur.*

III. *Quatenus iuxta ſanam doctrinam Deus Opt. Max. circa peccatū agat vel non agat. & quatuor impietatis puncta quibus hac in re terminos ſanæ doctrinæ Caluinus horrendè exceſſit proponuntur.*

IIII. *Primum Impietatis Caluinianæ punctum, quod Deus non ſolum permittit, ſed & vult actiua ac efficaci voluntate peccatum, exponitur.*

V. *Secundum impietatis Caluinianæ punctum, quod Deus non tantum ordinat peccatum ad certos fines, ſed etiam operatur idipſum ſua propria actione declaratur.*

VI. *Tertium Impietatis Caluinianæ punctum: Deum non deſerere tantum impios ſed etiā ad peccandum incitare & commouere, manifeſtatur.*

VII. *Quartum Impietatis Caluinianæ punctum, quod Deus reprobos ad peccandum deſtinat, & neceſſitate plus quam fatali impellit explicatur.*

VIII. *Quibus fucis & technis Impietatem ſuam in primo puncto Caluinus excuſare & fortiſſima argumenta quibus illa refutatur eludere conantur.*

IX. *Quibus artibus à ſecundo impietatis puncto ſe purgat, & validiſſimas rationes quibus illa impugnatur euitat Caluinus.*

X. *Caluinus dum operationem Dei ad malum (quam blaſphemè ponit) excuſare conatur, partim ſibi ipſi contradicit partim ſuam impietatem magis prodit.*

XI. *Alia Caluini ſubterfugia nihil eum ab impietate & atheiſmo liberare oſtenditur.*

XII. *Reſpondetur ad Caluini argumenta ex Scripturis deſumpta quibus ad quatuor Impietatis ſuæ puncta confirmanda fœdè abutitur.*

XIII. *Quod omnipotētia & prouidētia Dei actiua Caluini Impietates nihil iuuāt oſtēditur.*

XIIII. *Quod Auguſtini doctrina contra Iulianum libr. 5. pro Caluini Impietatibus nihil faciat, tum ex illo tum ex aliis Auguſtini locis demonſtratur.*

XV. *Ad alia & difficiliora Auguſtini verba in lib. de Gratia & Libero arb. reſpondetur.*

Capita lib. 12. de Diſcrimine peccatorum.

Cap. I. *QVas ob cauſas diſcrimen peccatorum venialium & mortalium negare horum temporum hæretici voluerunt.*

II. *Duplex & magis propria diſtinctio peccatorum venialium à mortalibus iuxta doctrinam orthodoxam explicatur.*

III. *Aliud duplex genus ſed magis improprium venialium peccatorum, exponitur.*

IIII. *Quod venialia peccata à mortalibus diſtinctè ſemper diſcernere difficilè admodum eſt, & illius difficultatis cauſæ.*

V. *Viæ & rationes quædam ſatis idoneæ, quibus peccata venialia à mortalibus diſtingui*
VI. *queant.*
VII. *Diſtinctio pecc. ven. à mortalibus ex Scripturis & Patribus luculenter probatur.*
Lutheranorum doctrina qui aliquatenus diſcrimen venialium à mortalibus agnoue-
VIII. *runt multiplici errore laborare oſtenditur.*
Caluini cauillationes nugatoriæ contra diſcrimen venialium peccatorum à mortalibus exploduntur.

A

DE VNIVERSA IVSTIFICATIONIS DOCTRINA HODIE CONTROVERSA, CONTROVERSIA PRIMA.

LIBER PRIMVS.

De peccato Originali in ſe.

PROOEMIVM.

B CONTROVERSIARVM hodie quæ tam variæ & tam graues Chriſtianum orbem perturbant, duo mihi principia, fontes, & ſcaturigines duę eſſe videntur. Vnum principium commune eſt & remotius, alterũ proprium & magis propinquum. Commune principium illud erat, extra Scripturas nihil eſſe recipiendũ; & ipſarum Scripturarũ ſenſum(ſicut & reliqua dogmata) ex dono Spiritus, non ex Authoritate Eccleſię, eſſe petendum. Nam ex hoc vno principio quot hæreſes hodie vel emanarint, vel propagatæ & defenſæ fuerint, me tacente res ipſa loquitur. Hoc autem principium iam vt potuimus, longa diſputatione euertere conati ſumus, facta euidenti demonſtratione, quæ ſit vera Eccleſia, in quibus ſit eius poteſtas, qualis illa poteſtas ſit, quàm latè pateat, nempe ad Scripturas ipſas & recipiendas & exponendas, denique ad dogmata etiam non ſcripta ſuſcipienda. *In Principiorũ fidei doctrinaliũ demonſtratione.*

Alterum principium eſt, Originalis peccati natura, perperam tradita, & C effectus male explicati. Nam vt doctrina iſta, omnibus ſæculi Philoſophis prorſus incognita, ſolis fidelibus eſt propria; ex eáque naturæ humanæ morbo bene proſpecto) remedium tuto quæritur; ſic è conuerſo, morbo non bene intellecto, ſed vel neglecto, & extenuato, vt olim a pelagianis; vel temere exagerato, vt hodie à noſtri temporis hęreticis remediũ ipſum non bene quæſitũ eſt; ſed à Pelagianis vana præſumptione, à noſtris hodie ſcelerata deſperatione, perniciosiſsimè erratum eſt; illis de libero arbitrio confidentibus, iſtis vires gratiæ negantibus. Nam noſtri hodie propter vnum peccatum originale perperã traditum, nimiſque exaggeratũ, præter naturæ corruptionem penitus inſanabilem, ipſam quoque concupiſcentiã in renatis veri nominis peccatum eſſe grauiſsimo errore docuerunt. Propter illud peccatum manentis concupiſcentiæ, & naturæ corruptionem non ſanatam non ſolum omnium infidelium opera peccata eſſe, ſed etiam ſemper in omni opere bono peccare iuſtum, vel certè immunda & imperfecta eſſe omnium iuſtorum bona opera *Duo extremi errores circa naturæ ęgræ remedium.* *Catena errorum ab vno peccato originali male explicato.*

ideóque nullā eſſe iuſtitiā operum niſi imputatiuā, nullū peccatorum diſcrimen, nullum hominis liberum arbitrium; ex prædeſtinātis Dei neceſſaria lege omnia fieri, adeóque ipſius peccati authorē eſſe Deum: propterea quóque obſeruationem legis aliā quam ciuilem aut moralem eſſe impoſſibilē: In ſola fide iuſtitiam conſiſtere, & hoc eſſe diſcrimen legis & Euangelij; hanc quóque fidem ſpecialem quādam fiduciam eſſe cum certitudine gratiæ coniunctam quæ opera non requirat, nam cum iuſtitia fidei operum iuſtitiam conſiſtere non poſſe, hinc etiam non ſolum bonorum operum (vt ieiunij Orationis, Eleemoſinæ & ſimilium) nulla eſſe merita, ſed in vniuerſum omnibus ſacramentis ſanctificandi, & iuſtificandi vim, negandam eſſe: ſublata Sacramentorum virtute Sacrificij quoque vim Sacrum ordinem, Templa, Altaria, quicquid eò pertinet, pariter è medio tollenda eſſe dogmatizarunt. Hęc eſt tela errorum & ingens blaſphemiarum catena, quam ex altero hoc principio, & ex vno peccati originalis euerſo fundamento, texuerunt & communicarunt huius temporis hæretici. In eum ſanè finem, vt per præſentium hæreſum miniſtros, vniuerſam Iuſtificationis noſtrę, & ſalutis in Chriſto doctrinam ſanam, Satanas ſubuerteret: eóque medio, ad Antichriſtum paratiſsimam viam ſterneret. Nos igitur diuino freti adiutorio ad Chriſti gloriam, & ſalutis noſtræ cauſam defendendam, has omnes Controuerſias (excepta de Sacramētis, ſacrificio, & iis quæ illo pertinent, tractatione) quæ Iuſtificationis doctrinam proximè & propriè concernunt, cōtinua & methodica diſputatione explicabimus: à peccato Originali ſumpto exordio. Nempe etſi de peccato Originali in quæſtione an ſit, non fuit hodie litigatum (ſicut olim a pelagianis) tamen in queſt. quid ſit, de natura & effectibus huius peccati, graues hodie rixæ & longiſsimè diſputationes extiterunt. Quas nos vt in Compendium redigamus, eáque ſolum aut certè potiſsimum tractemus, quæ Controuerſa inter nos, & hæreticos hodie ſunt, primum varios circa hanc rem errores, hodie ab hęreticis vel defenſos, vel Catholicę fidei falſò impoſitos, aperiemus; Deinde quid de originali peccato, ex Catholica fide, & magis probabili ſcholaſticorum doctrina, cenſendum ſit, oſtendemus. Poſtremò errorum ſingulorum argumenta & fundamenta euertemus.

Ordo præſentis libri.

A *Errores moderni, circa peccatum originale vel ab hæreticis deſenſi, vel Catholicis falſò impoſiti enumerantur.*

CAPVT I.

PRIMI Proteſtantes, ſeu Lutherani, hodie propter quoſdam ſchola-
ſticos nimis interdum hoc peccatum originale extenuantes, aut ſal-
tem extenuare viſos, in alterum extremum delati (vt fieri ſolet, *dum
vitant ſtulti vitia, in contraria currant*) idem exaggerarunt, plúſque illi
tribuerunt quam tribuendum fuit; atque ea occaſione in graues er-
rores inciderunt. Quum enim aliqui ſcholaſtici peccatum originale, 1.
minimum eſſe omnium peccatorum, & etiam quouis veniali minus, docerẽt,
conſiderantes illud iuxta intentionem, ſecundum quã quia minimũ habet de volũtario
minus intẽſum eſt, non iuxta extenſionem totum genus humanum peruadit, eſtque eo
ſenſu maximum peccatum; (quam diſtinctionem vide apud S. Thom. 3. p. q.1. ar. 4.) itẽ
quia hoc peccatum habitus tantum eſt, quũ reliqua peccata actualia ſint omnia; Luthe-
rani ex diametro in Confeſsione Auguſtana, eiuſdemque Apologia, & Repetitione, eſſe
B hoc omnium peccatorum maximum, atque grauiſſimum aſſeruerunt, etiam quacunq;
ratione. Et in hoc contradictionis impetu, nullam eſſe diſtinctionem voluerunt, pecca-
torum actualium & habitualium; quod tamen poſtea multi eorum retractarunt.

Rurſum quum aliqui ſcholaſtici Auguſtinum ſequuti, in concupiſcentia hoc peccatũ 2.
ponerent, ſed ita vt quamuis cum Apoſtolo concupiſcentiam pro lege carnis acciperẽt,
animum tamen quóque grauiter corruptum, & vulneratum agnoſcerent; clamabãt ni-
hilominus Lutherani, tales ſcholaſticos in ſola carne, ſedem peccati ponere. Et in hac
rurſum contradictione, volunt ipſam concupiſcentiam etiam ad animam & ſuperiorem
rationem pertinere. *Neque enim* (aiunt Lutherani in Confeſſionis Auguſtanæ apologia)
*concupiſcentia qualitatum tantum corporis corruptio eſt, ſed etiam eſt conuerſio ad carnalia in ſuperio-
bus viribus*. Eandẽ ſententiam tuetur in colloquio Vvormatienſi Melanchthon, & aper-
tius deſcribit Caluinus Inſtit. lib. 2. cap. 1. par. 9. aſſerens legem carnis ad Rom. 3. inobe- *Caluini & Melanchthonis opiniones falſæ.*
dientiam mentis complecti, & eſſe ipſum peccatum originale.

Præterea quum aliqui ſcholaſtici docerent, peccatum originale eſſe reatum potius, & 4.
obnoxitatem pœnæ, quam veri nominis culpam; Lutherani illam paucorum ſententiã,
Catholicæ Eccleſiæ impingebant, & in eodem contradictionis impetu docuerunt non
ſolum veri nominis culpam eſſe peccatum originale, ſed etiam culpam eſſe prorſus im-
medicabilem, & quæ totum hominem ſic cotruperit, vt quicquid ab eo procedit, ſem-
per ſit peccatum: vt docuit Caluinus loco citato.

Rurſum, quum alij ſcholaſtici, peccati originalis naturam, non tam in ipſa concupiſcẽ- 4.
tia, quàm in priuatione originalis iuſtitiæ ponerent; contrà Lutherani voluerunt pecca-
tum originale non vt habitum tantum vitioſum, ſed etiam vt actum & affectum peccan-
C di, in paruulis & omnibus non renatis conſiſtere; ideóque potius concupiſcentiam eſſe;
quam Lutherus in aſſert. art. 2. *Rem* vult eſſe *viuentem & actu mouentem*, *& quia inimica
eſt Deo, ſemper & in quocunque veri nominis peccatum*. Atque iſti ſunt errores quos circa pec-
cati originalis naturam, nimis eam exaggerando inuexerunt hodie hæretici; ſuntq; mul
torum aliorum errorum ſeminaria.

Imponunt præterea Catholicis, docere eos, quòd propter peccatũ originale, nemo *Errores Catholicis falsò impoſiti.*
damnetur pœna æterna; quum ſimpliciter nemo Catholicus hoc doceat; ſed id quidem
affirment, non deberi peccato originali, ratione ſuæ maculæ aut grauitatis pænam ęter-
nam, ſed ratione conditionis, ſubiecti ſcilicet hominis, qui ſine gratia inuenitur. Quæ eſt
doctrina S. Thom. in quæſt. diſput. in malicia de malo q. 5. ar. 2. Et in hac contradictione,
volunt paruùlos renatos damnari, pæna non ſolum damni, ſed & ſenſus. Poſtremò mẽ-
tiuntur Catholicorum ſententiam eſſe; non eſſe nobis proprium hoc peccatũ, ſed pror-
ſus alienum; quum omnes tamen fateantur ex parte ſubiecti eſſe proprium, etſi ex parte
cauſæ ſit aliquo modo alienum: de qua re poſtea plura.

Diſtributio & Ordo futuræ diſputationis hoc præſenti libro. D

CAPVT II.

NVNC quid de originali peccato ex Catholica fide,& ex magis probabili doctorum ſententia cenſendum ſit, explicandum nobis eſt. In hac autem explicatione lõgè difficillima,vt quam fieri poteſt, breues pariter atque perſpicui ſimus(quæ tamen eſt altera magna difficultas) hunc ordinem tenebimus,vt primum explicatio terminorum fiat,vi-
1. delicet in qua re conſiſtat peccati vera & propria ratio,& quid ſignifi-
2. ficet hoc loco,Originale:Deinde de peccato Originali,quid neceſſa-
3. rio credendum ſit.Tertio in quo conſiſtat peccati originalis propria, & tota ratio ope-
4. roſius erit tractandum. Quarto ſententiæ illæ notandæ & repellendæ ſunt,quas circa eius naturam explicandam,Catholici tractatores tanquam probabiliter veras tradide-
5. runt.Quintò & poſtremò fœdos proteſtantum hac in re errores confutabimus.His finibus peccati originalis explicatio continebitur.

In qua re conſiſtat vera & propria peccati ratio. E

CAPVT III.

QVOD ad primum attinet,breuiter recolendum eſt, propriam peccati rationem conſiſtere in eo,quod caret debita commẽſuratione ad aliquam regulam,cui conformis eſſe debebat,vt ex D.Auguſtini definitione colligit S.Tho.1.2.q.71.art.6. Quod etiam ſpectauit S. Ioannes
1.Ioan..3. dicens. *Omnis qui facit peccatum, iniquitatem facit, & peccatum iniquitas eſt.* Vtitur verbo ἀνομίας quæ ſignificat contra legem, vtique Dei, aliquid aut factum,aut dictum,aut cogitatum.Quia ergo regula omnium dictorum, factorum,
Voluntas diuina regula virtutis. aut cogitationum,quæ à volũtate humana vel eliciuntur, vel imperantur,debet eſſe nõ ſola ratio ſed voluntas diuina,(vt nos Chriſtiani de peccato loquimur)peccatum hominis eſt quoties illi voluntati Dei,aliquid tale in homine eſt difforme.Hæc autem difformitas quia fit vel prorſus auertendo nos à Deo, vel conuertendo nos ad alia quàm ad Deum,aliter quàm oportet,ſequitur peccatum omne, in altero horum propriè cõſiſte-
Duplex peccati ratio & reſpectus. re.Et quidem vt omne peccatũ,malum aliquod,ſiue defectũ à recto ſignificat,in auerſione à Deo quæ eſt inordinatio priuatiua conſiſtit:vt autem omne peccatum eſt volũtarium,in conuerſione ad creaturam potius conſiſtit (auerſio enim eſt præter intentionem,ideóque non niſi per conſequentiam voluntaria,)quæ eſt inordinatio contraria & poſitiua.In vtra autem harum magis conſiſtat peccatum,non eſt huius loci inquirere.
Lege autem ea de re Caietanũ ſchol. ad 1.2.q.71.ar.6. Quicquid autem ex tali vel auer- F
Quæ conſequũtur peccatum. ſione,vel conuerſione conſequitur,vt reatus ipſe, partim culpæ qua odioſi ſumus Deo, partim pœnæ qua digni ſumus;item macula ex peccato contracta, (illa ſanè quæ eſt pri-
1. uatio nitoris debiti ineſſe,) deordinatio quóque & debilitatio virium animæ, effectus
2. peccati ſunt,& quidem verè mala,non tamen ipſum propriè peccatum. Ordinatio ve-
3. rò,ad pœnam ex peccato quoque conſequens,ne malum quidem eſt,quippe quæ à Deo
4. eſt,multò minus peccatum vt putauit Scotus,& pòſt eum Durãdus:de qua re lege Caietanum ſchol. ad 1. 2.q.86.ar. 2. Atque hæc de peccato ipſo quatenus cõmmittitur aut fit. Nam de peccato omiſſionis alia quæſtio eſt.
Cæterum,quia tranſeunte & ceſſante actu peccati, id eſt, illa auerſione ſeu conuer-
Quomodo peccatum remaneat traſeunte actu. ſione actuali,actu inquam,ſiue externo,manemus adhuc peccatores & in peccato, donec per pœnitentiam in gratiam redeatur,quæritur quid illud remanẽs in nobis eſt, vnde peccatores denominamur,& ſumus,etiam dormiẽtes.Nam quia de hac re variè cenſerunt ſcholaſtici,factum eſt vt de peccato originali(quod eſt remanens quoddam peccatum)variè ſentirent.Sed breuiter nos reſpõdemus,trãſeunte actu peccati, manere in eo qui peccauit,præter effectus peccati ſupra memoratos,*ipſum habitum peccati*;ſiue quod

A idem eſt tranſeunte actuali defectu,ſiue deformitate,manere *habitualem deformitatem*; idque propter manentem in anima maculam,non illam ſolam ſupradictam,ſed quæ præter priuationem nitoris,qui animo humano iuxta primæuam ſuam inſtitutionē debuit ineſſe,(*creatus enim eſt in iuſtitia & ſanctitate,*)eſt etiam priuatio cōiunctionis ad Deum ex peccaro facta;quàm D. Aug. apto vocabulo vocat *interclusionem à Deo*.Nam illa manente,manet priuatio conuerſionis ad Deum,& ex illa priuatione(quæ propriè eſt peccatū) manet habitualis auerſio à Deo,poſt peccatum mortale. Eſt alia macula longè euidentior, ex conuerſione ad creaturas,quæ manet poſt peccatum , qua ſimiles ſumus ĳs quæ dileximus iuxta illud Oſeę. *Facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt*. Qui enim ſemel peccauit,retinet ſemper affectum,& eandem voluntatem peccandi,ſiue eandem deformitatem & deflexionem à recto,donec mutata voluntate affectum deponat.Hic remanens affectus,qui extra actum habitualis tantum eſt , hominem peccatorem conſtituit; eſtque peccatum & Deo odioſus.Colligitur hoc ex doctrina Auguſt.lib.1.ca.26. de nuptiis,& concupiſcentia,Et docetur à Sancto Tho.1.2.q.86. act.2.& à Caietano Ibidem. Explicatur autem dilucidè à Petro à Soto in lib. de inſtitu. ſacerdot.in tractatu de pœnitentia,lect.3.

Epheſ.5.

De peccat. mer. & remiſſ. lib.1. cap. vltimo.

Macula ex conuerſione.

Oſe.cap.9.

Peccatum quare & quo ſenſu vocetur Originale.

B

CAP. 4.

NVNC de voce,Originali,breuiter aliquid præmonendum eſt.Vox iſta in ſcripturis non apparet, nec in patribus vetuſtiſſimis, niſi ſub alio vocabulo , vt apud Chriſoſt. Homil.40. in 1.ad Cor.*Peccatum radicale*. Apud alios quos lib.2. contra Iulianum citat Auguſt. *Naturæ vitium*: re tamen ipſa & in ſcripturis & in patribus frequens & clarum ſatis eſt.Vnde merito ſe Auguſt.defendit contra Iuliani calumniam,dicēs. *Non ego finxi originale peccatum, quod catholica fides credidit antiquitus: ſed tu qui hoc negas, ſine dubio es nouus hæreticus*. Dicitur autem originale , ſpecifica quadam & vniuoca appellatione,quæ cauſam huius peccati ſpecialem deſignet. Nam in omni inordinata diſpoſitione(quale peccatum eſt)vnitas ſpeciei conſideratur ex parte cauſſæ; vt docet D.Th.1.2.q.82.art.3.Cauſa enim diſpoſitionis inordinatæ diuerſa ſpeciem facit diuerſam,vt in morbis corporeis apparet. Dicētes ergo originale, differentiā ſpecificā notamus, quæ opponitur perſonali : deſignat enim cauſam peccati, naturam eſſe non perſonam, quia naturaliter contractum, non perſonaliter commiſſum, hoc genus peccati eſt : ſicut dicentes actuale,facimus oppoſitionem ad peccatum habituale,vel quòd ſola omiſſione committitur.Neque enim(Originale)eſt terminus reſtrictiuus,vt ſi dicas hominem pictum; ſed ſpecificans, vt animal rationale & irrationale : éſtque propterea peccatum originale,verè & propriè peccatum.

De nuptiis & concupiſc. lib 2. cap.12.

Peccatum originale ſpecies certa peccati.

Significat autem(originale)hoc in loco, non tale aliquod peccatum, quòd ſit origo C & radix omnium peccatorum;quod aliqui putantes in eius natura errauerunt.Sic enim notaret ipſius Adæ peccatum perſonale,& actum illum primum,quo peccauit.Vel fortaſſe etiam hoc ſenſu peccatum luciferi poſſet vocari peccatum originale : vel etiam inuidia diaboli tentantis Adam; quæ preceſſit peccatum Adæ. Sed vocatur originale,ſiue radicale, ſiue naturæ, quia ab origine noſtra, id eſt, à primo naturæ noſtræ parente, tanquam hæreditarium quoddam malum, ad nos deriuatum & propagatum eſt; idémque in ipſa natiuitate, & naturæ noſtræ origine,à nobis contractum.

Originale, quid hoc loco ſignificet.

Originalis peccati etymologia.

Hanc duplicem cauſſam originalis peccati , Scriptura euidenter expreſſit, quùm aliquando *ab homine peccatum in mundū intraſſe*,aliquando nos *filios iræ natura eſſe*,id eſt, naſci, apertè docet vt ſuo poſtea loco tractabitur latius. Breuiter ergo Originalis peccati etymologia hæc eſt,quòd ſit iniquitas aliqua, & deordinatio vitioſa, in naſcente quolibet à primo parente transfuſa,& ab ipſo naſcente originaliter contracta, vnâ cùm ipſa natura; quæ ita inhæret carnaliter nato, vt non quidem originaliter peccare, ſed originaliter peccatum trahere dicendus ſit, veréque (ſed ex origine) peccator eſſe , quiſquis carnaliter naſcitur ; id eſt, ex ſemine Adæ propagatur.

Rom. 5.
Epheſ. 2.

Quid de Originali peccato neceſſariò credendum ſit. D

CAPVT V.

SEQVITVR nunc, vt terminis explicatis, quid de originali peccato neceſſariò credendum ſit, explicetur. Primum ergò ſicuti eſſe peccatum aliquod, vnde paruuli recens nati rei teneantur, ideóque in veram remiſſionem peccatorum baptizandi ſint, olim contra Pelagianos apertè difinitum eſt, ſic hodie in Concil. Trident. in decreto de
Concil. Mileuitano cap. 2. Origin. peccat. ſeſſ. 5. paulò clarius definitum eſt, quale illud peccatũ ſit, & qua ratione in paruulis recens natis exiſtat. Primum enim ſtatuunt Patres, *Acce-*
1. „ *piſſe Adam à Deo ſanctitatem, & iuſtitiam*: quòd contra illos ſcholaſticos eſt, qui in puris naturalibus creatum eum fuiſſe, rectóque vſu naturalium virium, hanc ſanctitatem me-
„ reri potuiſſe docuerunt. Deinde *acceptam hanc ſanctitatem, non ſibi ſoli ſed & toti poſteritati*
2. *per peccatum amiſiſſe decernunt*; contra eos qui putant hoc niſi concedatur vltrò, demon-
„ ſtrari non poſſe. Sic enim Pighius ante hoc Concilij decretum, ſcripſit in ſuis controuerſiis: concedens iſtud non vt certum alquid, ſed vt probabile tantum, & diſputandi cauſſa; cum tamen ſit de fide.

3. Tertiò decernunt nõ ſolum amiſſam eſſe ſanctitatem, per hoc peccatum, ſed etiam præter mortem, & pœnas corporales, *peccatũ quod mors eſt animæ, per idem Adæ peccatum, in omnes homines transfuſum eſſe conformiter* Apoſt. dicenti: *in quo omnes peccauerunt*. Eſſet itaq; E
Rom. 5. Peccatum originale mors animæ. iam non error, ſed hæreſis, illorum ſcholaſticorum ſententiam tueri, qui non propriè peccatum hoc originale eſſe docuerunt, ſed vel reatum penæ & obnoxietatem peccato alterius vt docuit Durãdus: vel reatum culpæ, vt liber à collocutoribus catholicis Vuormatiæ oblatus, & æditus, anno 1544. docuit: vel denique nihil aliud, quam morbũ
In inſtitut. Chriſtiana. & languorem naturæ, quæ fuit ſententia Svvinglij. Nullum enim horum peccatum eſt, quod eſt mors animæ; ſed effectus ſunt omnia peccati, & animæ iam peccato mortuæ, conſequentia quædam mala & damna commerita.

4. Quartò, ſtatuerunt iidem patres originale peccatum, *omnibus ineſſe vnicuique proprium*; Diſertè contra illos, qui nihil aliud peccatum originale eſſe docuerunt, quàm actuale peccatum ipſius Adæ, quod nobis imputaretur ratione propagationis & naturæ, non tamen nobis inhæreret: ideóque nullum eſſe in patuulis peccatum aliud, quàm communem Adami peccatoris naturam. Quæ ſententia fuit Ambroſij Catharini & Alberti Pighij: quam quidem Pighius in ſuis controuerſiis ſtrenuè defendit. Hæc ergo omnia tum quia fidei iam ſunt, tum quia ab hæreticis huius temporis conceſſa, ponentur à nobis abſque vlla confirmatione: niſi quòd in explicatione mox ipſius peccati originalis dabitur neceſſarius, aliqua ſcholaſticorum argumenta expendendi locus.

Iam verò quia peccatum hoc & verè peccatum eſſe, & vnicuique proprium, etſi aliũdè contractum, definiuit quidem Eccleſia, ſed qua in re tamen originale peccatũ con- F
ſiſteret, & cuiuſmodi vitioſitas ſit nihil definiuit, illud nunc paulò operoſius tractãdum nobis eſt, vt expenſis hinc inde variè opinantium ſententiis, quod demum nobis magis probabile videatur, oſtendamus. Seruata tamen inſtituti noſtri ratione, qui non hic veteres ſcholaſticorum pugnas, ſed præſentes hæreticorum controuerſias profitemur, & tractamus. Itáque quæſtiones quidem illas, de ipſa Iuſtitia originali, (vnde ad peccati
Tres quæſtiones de Iuſtitia Originali. originalis cognitionem veniatur) qualis illa ſit, an in ſola ſanitate naturæ poſita: An etiam gratiam & ſanctitatem adiunctam habuerit; Item an illam ſiue ſanitatem ſiue ſan-
1. ctitatem in ipſa creatione homo accepit, ſiue in puris naturalibus creatus, poſtea pro-
2. pter bonum vſum naturalium illum acceperit; Tum an illa Iuſtitia & ſanctitas, homi-
3. ni fuerit naturalis, an ſupernaturalis, hoc loco curioſius inquirere ſuperſedemus: ne in prolixitatem ſuperuacuam excreſcat hæc controuerſia, cuius quæ propria tantum ſunt, pertractare eſt animus; eandémque quàm fieri poteſt pauciſſimis expedire.

De iuſti-

A

De Iuſtitia Originali annotatio breuis.

CAPVT VI.

Primũ punctũ. *Iuſtitia Originalis nõ fuit ſola natura ſanitas ſed totius hominis perfecta ſanctitas.*

TRIA tantum puncta de Iuſtitia Originali breuiter ſubnotabimus. Primùm ergò dicimus, Iuſtitiem originalem à nobis hoc loco intelligi, iuxta ſcripturas, & Sanctorum patrum doctrinam, (quàm ſequutus eſt D. Thomas 1.p.q. 95. art.1.) Rectitudinem totius hominis, (adiecto naturæ viribus, ſingulari adiutorio per donum iuſtitiæ) nõ ſolum corporis ad animam, ſiue appetitus ſenſitiui ad rationem, (quod ſanitatem naturę alij vocant) ad naturalem tantum finem, (qui eſt operari ſecundum rationem,) perfectè conſequendum; ſed etiam animæ ad Deum, ſuperaddita ſanctitate, & gratia, ad finem ſupernaturalẽ, (qui eſt Deo in æternum frui) adipiſcendum. Talem rectitudinem intellexit ſapiẽs quum diceret. *Fecit Deus hominem rectum* Et Apoſtolus euidenter expreſſit dicens; *Nouum hominem ſecundũ Deum creatum eſſe in iuſtitia & ſanctitate veritatis*: quam etiam fuiſſe *imaginem ſecundum quam creatus eſt*, alibi docuit. Sic enim has Scripturas intellexerunt, & expoſuerunt ſancti Patres: inter quos Auguſt. quàm ſæpiſ-

Eccl. 7.

Epheſ 4 colloſſ. 3.

B ſimè, maximè in opere de Ciuita. Dei lib. 12. cap. 21. lib. 13. cap. 1. lib. 14. ca. 10. de Gen. ad lit. lib. 6. cap. 8. de corrept. & gratia. cap. 11. In enchiridio cap. 109. Irenæus lib. 3. ca. 37. Cypria. ſermo. 3. de bono patientiæ. Ambroſius in lib. exhæmeron cap. 7. Damaſc. de orthodoxa fide lib. 2. cap. 12. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianũ. Chriſoſthom. homil. 16. in Geneſ. Baſilius in Pſalm. 48. & in lib. de Spiritu Sancto ca. 15. Nazianzenus ſerm. 4. qui eſt de paſchate. Fuit ergo haud dubiè, Iuſtitia Originalis, in primo homine rectitudo talis, quæ non ſolum perficeret hominem in naturalibus, integritatem naturæ cõſeruans, ſed etiam quæ eleuaret hominem ad Deum: qua preditus, potuit cognoſcere Deum, vt beatificum bonum; potuit non peccare ſicuti non mori; potuit diligere Deũ ſuper omnia, in eáque etiam dilectione *perſeuerare ſi voluiſſet*; vt diſertè docet Auguſt. in lib. de corrept. & gratia cap. 10. 11. Fuerit ne vero hæc Iuſtitia ipſa gratia, an eius fructus, ſeu habitus & effectus, ab ea diſtinctus, ſicuri noſtra eſt Iuſtitia, (De qua re, variè ſentiunt etiam ij qui D. Thom. ſequuntur;) non multum ad rem præſentem pertinet ſcire; modo illud teneatur, inſeparabiles illas in primo homine fuiſſe: nec vnam ſine altera aut conſeruari, aut amitti potuiſſe.

Secundum punctum. *Iuſtitia Originalis fuit habitus natura infuſus, non virtus acquiſita, vel ſimpliciter infuſa.*

Alterum punctum eſt, (vt ſciatur quare vocetur originalis iuſtitia) quòd hæc rectitudo & impeccabilitas quam diximus, fuit in primo homine, non per motum & præparationem liberi arbitrij ſui, noua ſemper & ſpeciali graria adiuuandum, ſicuti in nobis fit, (quorum tota rectitudo perſonalis tantum eſt, ideóque in potentiis ſita, quæ ſunt

C principia perſonalium actuum) ſed per tale adiutorium Dei, ſiue per talem gratiam, quę fuit in illo per modum habitus, in ipſius anima, eiuſque eſſentia perpetuo reſidens: idque ex lege & conditione illius ſtatus, quippe in qua conditus erat, vt quodammodo per modum naturæ in illo extiterit. Quùm enim dicitur primum hominem fuiſſe creatum in gratia, *vel in ſalute* (vt loquitur Auguſt. in Enchiri. cap. 104.) *vel in bona voluntate* (vt idem loquitur in lib. de corrept. & gratia c. 11.) quorum neutra ex mente Auguſtini, eſt vnquam abſque charitate & gratia, ſignificatur quòd ipſi naturæ fuerit inſita & infixa hæc gratia, ſeu iuſtitia originalis, Hinc enim docet S. Thomas 1.2.q.83.art.2.ad 2. Iuſtitiam originalem primordialiter pertinere ad eſſentiam animæ, non ad aliquam potentiam animæ, quæ eſſet ſubiectum illius gratiæ, ſicuti reliquarum virtutum perſonalium eſſe ſolet. Vnde etiam ſequitur, quod hæc iuſtitia fuerit donum diuinitus datum. humane naturæ, non illi perſonæ Adæ. Ideóque tranſmittendum per generationem licet non ex vi ſeminis (vt docet S. Thomas 1.p.q.100.art.1.) tamen ad infuſionem animę, qui primus eſt generationis terminus. Atque ideo certè originalis iuſticia vocatur, non autem naturalis propriè & ſimpliciter. Superaddita enim eſt ad finem ſupernaturalem, Dei ſcilicet viſionem & frutionem, aſſequendam: qui quidem finis, quùm ſit homini non quidem ratione appetitus, tamen ratione aſſequutionis ſupernaturalis, gratia quæ fuit huius finis, medium, & ſemen, non potuit eſſe niſi ſupernaturalis. Media enim proportionantur ad finem; & ſemen arboris in virtute æquale eſt toti arbori.

Originalis iuſtitia nõ eſt propriè naturalis.

Tertium punctum.

Tertium punctum eſt, quod huius rectitudinis, ſeu iuſtitiæ originalis prior illa pars,

qua voluntas ſubdebatur Deo, erat ipſius iuſtititiæ originalis formale; reliqua autem D rectitudo quaſi materiale. Nam prior illa fuit cauſſa poſterioris,& quaſi mouens reſpectu mobilis. Quamdiu enim ratio ſubdebatur Deo, inferiora quóque & ſubdebantur; & quidem proter illam ſuperiorum partium ſubiectionem: vt ex doctrina Auguſtin. in lib. de natu.& gratia cap.25.& in lib. de corrept.& gratia. capi.11. docet Sanct. Thom. 1.pa.q.95.ar.1. Dum igitur, formalis ratio omnis moralis actus, accipienda ſit per comparationẽ ad finem quo actus tendit, materialia autem, in moralibus ſunt quaſi media ad aliquem finem, (vt ex ſent. Ariſt. in ethi. docet S. Thom. in quæſtionibus diſputatis in materia de malo.q.4.ar.2.) prima autem illa rectitudo, fuerit principaliter in voluntate, cuius eſt mouere omnes alias partes in finem, (vt docet idem S. Thom.1.2.q.9.ar.1.) idq; in voluntate vt Deo ſubdita,& ad Deum tendente, nõ ſolum vt inferioribus viribus imperante, ſequitur illam rectitudinem fuiſſe iuſtitiam originalem formaliter, propter quã videlicet eſſet formaliter homo iuſtus,& Deo gratus. Nam propter alterum rectitudinem, hominis quidem perſecutionem & finem naturalẽ aſſequutus homo fuiſſet, & vt hominem decet vixiſſet, rationem non ſenſum ſequutus; Iuſtus autem coram Deo vel amicus Dei, propter eam non extitiſſet. Et hæc eſt cauſſa, quare in baptiſmo reſtitui nobis dicatur iuſtitia originalis, quoad formale, non quoad materiale: quia videlicet reſtituitur gratia qua grati ſumus,& amici Deo, quáque nos diligimus Deum, & mente ſeruimus legi Dei, etſi non illa cum perfectione quam habuit primæua iuſtitia vt alibi dicetur. Non tamen reſtituitur illa rectitudo inferiorum virium; manente lege carnis & E membrorum, repugnante legi mentis. Hæc autem de Iuſtitia originali breuiter ſic prænotata,& præcognita fuiſſe, quantum ad propoſitum iuuet, in conſequentibus manifeſtum fiet.

Quare renatis iuſtitia originalis redditur quo ad formale non quo ad materiale.

Infra lib.6. cap.11.

Peccatum originale in quo conſiſtat. quæ eius vitioſitas ſit, & quomodo nos reos faciat, accurata explicatio.

CAPVT VII.

NVNC itáque vt ipſius peccati originalis explicationem aggrediamur, duo videntur nobis explicanda. Primum, cuiuſmodi ſit illa vitioſitas & iniuſtitia, quæ conſtituit peccatum originale,& de qua nihil hactenus definiuit Eccleſia. Deinde iuxta duplicẽ *Aetimologiæ* eius cauſſam ſuperius datã, quomodo ad nos deriuetur & à nobis naſcentibus contrahatur.

Quod ad primum attinet, in quo maior eſt difficultas, (nam reliqua F duo in ſcripturis reuelata firmiſſimè creduntur) illud ante omnia videndum eſt, vt *peccatum quod per Adam intrauit in mundum, & in quo omnes peccauimus*, diſtinguatur ab actu ipſo peccantis Adæ, quicunque tandem ille fuit: ſiue inobedientia, ſiue ſuperbia, ſiue gula. Nihil enim ad rem præſentem pertinet, licet ea in re quidam ſcholaſtici, multum ſe & fruſtra torſerint. Neque enim actus ille qui ſuppoſiti fuit, ad nos qui numero ab ipſo differimus, vllo modo ſpectat: neque naſcimur aut ſuperbi, aut guloſi, ſed peccatores. Itáq; peccatum quod per Adam intrauit in mundum, id eſt, quod deriuatum eſt ad poſteros, eoſque peccatores reddidit, non eſt actuale peccatum Adæ, ſed iniquitas aliqua in illo peccato Adami actuali contracta, & tranſeunte eodem actu in ipſo Adam remanens; quam quidem ad poſteros tranſmiſit. Illa autem iniquitas fuit mors animæ de qua Deus illi prædixit, *Qua die commederis morte morieris*. Hæc mors animæ fuit (ſicuti in omnibus peccatis læthiferis fit) auerſio mentis adeo, ſeu priuatio iuſtitiæ & gratiæ, in qua ante peccatum extitit. Et quia illa iuſtitia erat in eo originalis, (vt iam eſt explicatum) non ſibi tãtùm, ſed toti naturæ accepta, propterea in peccato quod fecit, cõtracta eſt priuatio Originalis iuſtitiæ in ſe,& in tota natura ab eo propaganda: planè ſicuti alij peccatores, iuſtitiam in qua ante peccatum fuerunt, ſeu maiorem ſeu minorem peccando amittunt: amiſſa ſcilicet charitate, per quodlibet peccatum mortale. Iam verò, quia iuſtitia hæc duplicem rectitudinem còtinebat, (vt diximus:) priuatio quóque per peccatum duplex fuit. Altera ſanctitatis & gratiæ, qua anima non iam amplius obediebat Deo: Altera ſanitatis

Rom.5.
Perſonale peccatum Adæ ab Originali diſtinguendum.

Geneſ.2.

Priuatio iuſtitiæ originalis duplex.

A nitatis naturæ,qua iam effrenis concupiſcentia in obiecta ſenſus, præter rationis ordinem ferebatur.Itaque peccatum originale,vtramque hanc priuationem complectetur; (quamuis non in vtraque par erat peccati ratio,vt poſtea dicetur.) Nam vtraque fuit in peccante Adamo,& vtraque ex illo in nobis eſt,quotquot ab illo generamur.

Sed hic ne nimium properando,dubia pro claris,& falſa pro veris ponamus, quaſiq́; hoſtes à tergo relinquamus,diligenter aduertendum eſt; quod diximus ex actuali peccato Adæ,contractam eſſe originalis iuſtitiæ priuationem, non ſic dici aut intelligi, vt hæc ab illo tanquam effectus à cauſſa,diſtinguatur: ne ſit hæc priuatio, non tam peccatum, quàm effectus peccati eſſe videatur, vt cætera quæ ſuprà commemorauimus. Itáque intelligendum eſt,diſtingui ſanè illa vt diximus; ſed non aliter quàm in actualibus,& mortalibus omnibus peccatis fit.Sunt enim in omni peccato mortali tria;eáque ipſi peccato intrinſeca nec re ſed ratione multum diuerſa: vt ſcitè diſtinguit Caiet. in ſcho.ad 1.2.q.79.art.1.Actus ipſe peccati, ex parte voluntatis mouentis; ſpecies moralis, ad quam actus reducitur, ſecundum conuerſionem ad obiectum in quod tendit; & deformitas ipſa peccati, quæ eſt malitia priuatiua, & formalis ratio peccati poſita in priuatione obſeruationis legis,& in qua conſiſtit ratio mali ſimpliciter. Sic ergo in primo peccato Adæ, præter actum voluntatis eius conſentientis in malum, & præter ſpeciem facti, ſiue ſuperbia fuerit, ſiue gula; fuit deformitas, ſeu deflexio à rectitudine in

Supra cap. 3.

Tria peccata intrinſeca.

B qua erat,& in qua perſiſtere debebat. Hæc deflexio fuit priuatio Iuſtitiæ acceptæ; non quam Deus illi inflexit per modum pœnæ; ſed quam ipſe peccādo incurrit,ſemetipſum auertens à Deo, & ſanctitatem acceptam auertendo amittens: eam videlicet qua anima ſubdebatur Deo.Hæc enim ſanctitas quia intrinſeca erat iuſtitiæ originali,ſiue conuerſioni illi ad Deum quæ fuit in primo homine; ideo eiuſdem ſanctitatis amiſſio, intrinſeca fuit priuationi eiuſdem iuſtitiæ, ſiue auerſioni factæ. Nam & ideo, vt altera rectitudo, qua inferiores vires rationi parebant, fuit Iuſtitiæ Originali materiale tantum, non formale & intrinſecum; ſic eius priuatio non fuit peccato intrinſeca, ſed pro pœna inflicta: vt ſuo loco poſtea dicetur.Hæc ergo priuatio Iuſtitiæ, ab Adamo contracta ad nos deriuatur, non ipſa ſpecies facti eius,aut voluntatis eius motus actualis, ſiue perſonalis.

Hac ergo diſtinctione præmiſſa, peccatum Originale quid ſit oſtenditur. Nempe deformitas illa,& amiſſio iuſtitiæ originalis,per peccatum Adæ cōtracta, manſit in Adam tranſeunte actu peccati; & in perſona quidem, donec per pœnitentiam in gratiam rediit; in ipſa autem natura eius, proprio iuſtitiæ bono iam priuata, cui collata erat illa iuſtitia, etiam poſt remiſſionem perſonæ factam, remanſit per modum habitus quieſcenter manens: proindéque ad totam naturam, naturaliter ab eo propagandam deriuanda ſicuti ipſa natura,& vnà cum ipſa natura. Paruulus itáque recens natus,ſicut naturam

Originale peccatum quid ſit.

C accepit ab Adam, ſic & naturæ vitium in Adam contractū. Quod quidem vitium, quia eſt carentia iuſtitiæ debiter nobis ineſſe; qua videlicet natura noſtra ornari debebat vt Deo grata eſſet; facit paruulum verè peccatorem, veréque deformem,& ideò ingratū, ac filium iræ.

Quanquam & illud quoque attentè conſiderandum eſt,priuationem iſtam iam dictam, ex peccato in natura relictam, non ex ſe materialiter ſumptam, facere nos peccatores & filios iræ (non enim carere eo quod ſupra nos eſt facere peccatores abſolutè poteſt)ſed hanc vt primi parentis fuit, & per tranſgreſſionem eius contractum, nos etiam reos & tranſgreſſores facere: quia illius non ſolum natura ſed & voluntas noſtra fuit: proindéque & tranſgreſſio eius, noſtra tranſgreſſio: iuxta illas ſcripturas quæ nos in Adam peccaſſe dicūt:ſed illius fuit tranſgreſſio actu,noſtra origine:In illo fuit priuatio iuſtitiæ peccando,in nobis naſcendo contracta: Ille peccauit, nos peccatū contrahimus. Denique *in nos per ſolam natiuitatem deſcendit, quod in illo per actionem fuit*, ait Hugo de ſacramentis lib.1.par.7.ca.27.Sed illud prius eſt eſſentia peccati originalis in ſe: hoc poſterius,eſt vera ratio peccati in vnoquóque noſtrum.Nam priuatio illa,& inordinatio iam dicta,licet ſit peccatum,(quia priuatio eſt rectitudinis debitę in eſſe,)tamen nō eſſet peccatum noſtrū,& nobis proprium, niſi quia quod in illo primo peccato Adam fecit,nos quoque fecimus iuxta Apoſtolum *In illo omnes peccauerunt*:ſiue in illo homine, ſiue in illo peccato exponas,idem valet. Nam eius ſeu hominis,ſeu peccati deformitas noſtra eſt.

Priuatio iuſtitiæ non per ſe ſed vt contracta facit nos peccatores.

Quare deformitas peccantis Adami noſtra eſt.

Nec pactum nec præceptum intercesſit.

Retract. lib. 1. cap. 13.

cap. 15. ibid.

D Attende autem diligenter cauſam. Eramus omnes & ſinguli, in Adam tanquam in vno principio & ſemine totius naturæ, & (vt ait Auguſt. de pecca. mer. & remiſſ. lib 1. ca. 10.) *omnes erant ille vnus homo.* Itáque quod naturæ noſtræ in illo homine datum erat, eadem natura noſtra, ſicuti ſi ille donum conſeruaſſet ab illo generata accepiſſet, ſic quia non conſeruauit ab illo generata amiſit. Non quod vel pactum aliquod tale inter Deũ & Adam interceſſerat, vel etiam quod ſingulare præceptum de hoc dono ſub tali vel mercede conſeruando, vel periculo amittendo acceperit, ſed quia in primo illo peccato gratiam naturæ ipſi datam amiſit primus parens noſter: ideóque quod eius voluntas fecit, noſtra fecit; & ſingulorum homiuum qui ab eo naturaliter generantur. Docuit autem hoc de voluntate primi hominis Auguſt. contra Pelagianos, clamantes nullum eſſe in paruulis voluntatem, qua peccent, aut alieno peccato conſentiant. Ait enim: *Originale peccatum, non abſurde vocatur etiam voluntarium, quia ex prima hominu mala voluntate* (nota quod primam voluntatem dicit) *contractum, factum eſt quodammodo hæreditarium.* Hæc ille. Et iterum paulò pòſt reſpõdet Pelagianis, *paruulos non proprietate voluntatis, ſed origine reos teneri.* Et hanc ſanè ob cauſam occulate S. Thom. perpetuò ponit rationem culpæ in hoc peccato, in quantum deriuatur à primo parente 1.2.q.81. art.1.q.82. art.1. ad 2.& art.4. in corp.& contra Gent. lib.4. cap.52. Eſt ergo peccatum originale eſſentialiter & in ſe, priuatio originalis iuſtitiæ, relicta videlicet in nobis per modum habitus, quùm in Adam eſſet formalis ratio primi peccati eius. Formaliter verò, & in nobis, idẽ E peccatum eſt ſpecie, non numero: quia ex primo parente naturam ſinguli accipimus. Quo in loco error eorum perſpici poteſt, qui nolunt peccatum originale definiri per carentiam originalis iuſtitiæ, quia etiam in baptizatis manet eadem carentia: In quibus tamen iuxta claram doctrinam Conc. Trident. ſeſſ.5. can.5. nihil manet quod veram & propriã rationẽ peccati habet. Eſt autẽ hęc ratiocinatio Doctoris Nauarri in ſuo manuali præludio 8. num.3. Manet enim in baptizatis carentia originalis iuſtitię non ſub ratione peccati, id eſt, vt contracta à primo parente *in quo omnes peccauerunt*, ſed prorſus materialiter, vt ſupra diſtinximus. Facti enim per regenerationem filij Dei, non ſunt amplius filij Adæ aut pars eius, ſed quicquid in eo peccauetunt abolitum eſt. Deinde non manet in verè renato carentia originalis iuſtitiæ quoad formale eius, quia mens recepti ſubditur Deo, ſed tantum quoad materiale eius, quia caro renati non adhuc ſubditur menti, ſed etiam in iuſtis cõcupiſcentia rebellis manet; non tamẽ ſub ratione peccati ſed tantũ modo vt materia virtutis, certaminis, & coronæ, ſicuti poſtea docebitur.

Quod autem diximus priuationem Originalis iuſtitiæ eſſe in nobis per modum habitus, attentè conſiderandum eſt, non ſic intelligendum eſſe, quaſi hæc priuatio ſit verè habitus, aut res aliqua poſitiua in nobis. Eſt enim mera priuatio, ſeu carentia rei poſitiuæ debitæ ineſſe. Nam quòd S. Thomas docet, peccatum originale non eſſe puram priuationem, ſed habitum corruptum, de materiali eius intelligit, nimirum de habitu concupiſcentiæ, ſeu concupiſcibilitate, de qua adhuc non diſputamus. Nam de ea expreſſe (diſputat quando hoc dicit: videlicet. 1.2.q.82.ar.1. Nos autem adhuc diſputamus de formali originalis peccati, quod eſt mera priuatio originalis iuſtitiæ. Quod quidem diligẽ F ter aduertendum eſt, ne ponẽtes peccatum originale, quoad ſuum formale (hoc eſt quo ad veram peccati rationem) eſſe rem aliquam poſitiuam, ponamus conſequẽter Deum eſſe Authorem peccati, qui ſanè Author eſt cuiuſcunque rei poſitiuæ. Et hãc ob cauſam ſententiam magiſtri qui pecc. orig. poſuit in concupiſcentia vel in morbida qualitate (vt mox videbimus) periculoſam eſſe prudenter notauit Gabriel Biel 2. ſent. diſt.30. q.2. art. 3. Nam & hodie experientia in noſtræ ętatis hæreticis id verum eſſe commonſtrauit; qui in corruptione naturæ, ponentes peccatum originale, eò tandem venerunt, vt Deum Authorem peccati dicere non vererentur. De qua re ſuo loco. Ex prædictis autem quęſtiuncula naſci poteſt, quomodo videlicet potuerit peccatum originale, manere in natura Adæ, remiſſum perſonæ Adæ. Nam aut ita remiſſum eſt perſonæ Adæ, vt prorſus deletum fuerit; & tunc etiam ex natura eius delebitur; quum perſona eius non ſit aliud, quàm determinata natura, aut ita remiſſum eſt, vt non deletum, ſed manens ſemper tamen non imputaretur; & ſic pateret ianua imputatiuæ peccatorũ remiſſioni & imputatiuæ iuſtitiæ ab hæreticis hodie innentæ. Ad hanc quæſtionem reſpondetur, in natura Adami relictum hoc vitium naturæ fuiſſe, quatenus Adam erat naturale generationis principium, id eſt, non quatenus fuit hic homo, ſed quatenus homo. Originale enim

peccatum

A peccatum, quàm ſit naturæ peccatum, infectio eius manet in natura, ideóq; per ſolum actum naturæ, qui generationis eſt, transfundenda. Itaque etſi perſona pleniſſimè liberetur ab hac infectione, tamen quia manet in perſona, naturale principium generandi, vitium naturæ vi eiuſdem principij retinetur: non ſanè iam amplius per modum culpæ, ſed per modum principij & ſeminaliter. Simile eſt de puriſſimo tritici grano, quod tamē ſeminatum generat cum tritico paleam, de qua re lege Auguſt. lib. 3. cap. 8. & 9. de pecc. mer. & rem. Ex his ergo hactenus patet, & quid fuit peccatum illud primi hominis ad nos deriuatum, & quomodo in eo manſerit poſt actum peccati, & quid demum illud ſit in nobis ab eo progenitis, & quomodo, quaque ratione, illius nos rei ſumus, veríque nominis peccatores.

Peccatum Originale quomodo ad nos deriuetur, & à nobis contrahatur.

CAPVT VIII.

IAM verò de modo traducendi hoc peccatū in poſteros, minus eſt quod laboremus. Satis eſt ſcire, quod quia peccatum hoc naturæ infixum fuerit, ſicuti & ipſa iuſtitia originalis erat, propterea vnà cum natura contrahitur. Itáque vt ad naturam humanam per generationem
B propagandam, inſtrumentum eſt ſemen, ſic & huius peccati traducēdi inſtrumentum erit & principium, non effectiuum ſed diſpoſitiuum vt docet S. Thom. 1. 2. q. 82. art. 1. ad 3. Nam quoties Auguſt. *per concupiſcentiam traduci hoc peccatum* ſcribit, vt lib. 1. cap. 16. de pecca. mer. & remiſſi & lib. 1. c. 24. de nuptiis & concupiſc. & Epiſt. 89. aliíſque multis in locis; præterquam quod de materiali ſemper huius peccati diſputat, quod materialiter traduci tam abſurdum non eſt; tamen neque de illo loquens aliud dicere intelligendus eſt, quàm per ſemen traduci in cuius deriuatione operatur concupiſcentia.

Quo ſenſu per concupiſcentiam traducitur peccatū ex D. Aug. diuerſis locis.

Neque ergo per animam traducetur, quæ de nouo creata infunditur, neque per aliquod parentis peccatū, qui aliquando iuſtus eſt & legittimè generat, ſine omni alio peccato quàm veniali; (imò etiam dato quòd ſine vlla libidine inordinata generaretur homo, tamen peccator naſceretur: vt rectè docet S. Thom. in 1. 2. q. 83. ar. 4 ad 3.) ſed quia anima infunditur carni ſeminatæ ab Adam, principio naturæ noſtræ vitiato, & illa infuſio eſt generationis terminus; ideo traducitur hoc peccatum: id eſt, homo in peccato originali concipitur, quia concipitur filius Adæ. Et hoc eſt quod apud Auguſt. legitur, *animam infici ex carne tanquam ex vaſe*; quia videlicet anima, infunditur carni ſeminatæ ab Adam, & propterea illo reſpectu (qui naturæ & naturalis generationis eſt reſpectus, non perſonæ) vitiatæ. Non quod caro ſit ſubiectum huius peccati (cuius ſola anima & potentiæ eius ſubiectum eſſe poſſunt) aut etiam quòd hoc peccatum ſit aliquando morbida qualitas per peccatum Adæ carni infixa, ex carne in animum deriuata, vnde poſtea in-
C quinetur ipſa anima: vt aliqui ex ſententia magiſtri docuerunt. Neque enim vel impingere animæ rei ſpirituali, qualitatem corporis quæ materialis eſt, Caro poteſt, neque vt anima infuſa corpori reddatur peccatrix, talem qualitatem infixā excogitare eſt opus. Anima enim cum ſit actus corporis, ſenſum per ſeipſa (niſi ratione cohibeatur) appetendo ſequitur. Itáque adiutorio Iuſtitiæ originalis, ſiue dono ſanitatis naturæ ſpoliata, & (quod huius rei cauſa eſt,) gratia & amicitia Dei exuta anima recens nati, quia eſt anima filij Adæ, ex hoc ipſo ſtatum filiorum Adę accipit & pænam ſubit: hoc eſt, ſenſum ſequitur, & in malum omne procliuis fertur. Nec deníque Auguſt. quùm dicit *malam concupiſcentiæ eſſe affectionem malæ qualitatis*, voluit morbidam illam qualitatem docere, ſed ſemper ponit concupiſcentiam in carne, non in anima: malum tamen eius, affectionem eſſe docet non ſubſtantiam, cōtra manichæos: qui ipſius mali exiſtentem aliquam naturam, & principium tanquam alterum Deum impiè poſuerunt. Non ergo aliter traducitur aut propagatur hoc peccatum naturæ, quàm ipſa natura ſpeciei: vt quamprimum anima infunditur corpori, fitque homo, pariter quóque peccatum contrahatur, & ſit peccator natus.

Contra Iulianū lib. 5.

De nupt. & concup. lib. 1. ca. 25.

S. Thom. cont. gen. lib. 4. ca. 52.

 D

Contra eos qui peccatum originale, impropriè peccatum dici, & eſſe tantum reatum quendam ſeu effectum peccati, non autem verè peccatum, docuerunt.

CAPVT IX.

SED NVNC cuius rei modum (vt in re difficillima licuit) explicuimus, eiuſdem veritatem diſcuſſis breuiter aliter ſentientium catholicorum ſententiis, deſcendamus. Hoc enim quarto loco facturos nos eſſe antea polliciti ſumus. Contra vel præter hanc ſententiam quam iam explicuimus, quæ ſanè grauiſſimos authores habet, vt D. Anſelinum lib. de conceptu virginali. S. Th. vbique 1.2.q.81.art.1. In quæſt. diſp. materia de malo q.4. art.2. & cõtra gentes lib.4. cap.52. Scotum quoque ad Diſt. 32. lib.2. ſen. Occam quoque & Gregorium Arimin. vt citat Gabriel Biel 2. ſent. Diſt. 30.q.2.art.1. Quibus etiam adiungere licet, Hugonem de S. Victore de Sacrament. lib.1. par.7.cap.28. & Bonauentutam 2. ſent. Diſt.30.art.2.q.1. vt poſtea apparebit; tres potiſſimum ſententiæ ſunt merito expendendæ; ſed duas priores quia iam contra fidem ſunt, ideóque amplius non ſuſtinentur, paucioribus abſoluemus. In tertia conſideranda quia nondum ab eccleſia repudiatur, habétque aſſertores etiam grauiſſimos, diutius erit paulò immorandum; eò maximè quod eius ſententiæ diligens examen, viam nobis facillimam ſternet, ad hæreticorum hodie de peccato originali pernicioſum dogma euertendum. Nam ex hac tertia ſententia male intellecta, illorum hæreſis emanauit. E

Authorũ ſententiæ ſuperius expoſita.

Tres diuerſæ ſententiæ adhuc perpendendæ.

Prima ſententia erronea circa peccatum originale.

Prima itáque ſententia eorum Catholicorum eſt, qui putabant peccatum Originale, in nobis non niſi impropriè peccatum eſſe, quia videlicet nulla in nobis propriè dicta iniuſtitia, originaliter ineſt, ſed tantum reatus quidam, & debitum quoddam carendi dono iuſtitiæ. Horum præcipua ratio fuit, euertere illud quod de voluntate Adæ diximus, illam ſcilicet ratione originis, & principij noſtram eſſe; ideóque ex ea veram rationem culpæ in nobis eſſe. Aiunt enim illi voluntatem Adæ in peccato illo ſuo primo, directè & per ſe actum tantum illum reſpexiſſe, quem peccans fecit; priuationem autem iuſtitiæ acceptæ pro ſe, & pro tota poſteritate, non fuiſſe directè & per ſe voluntatiam Adæ, aut ab eo volitam, ſed ſolum concomitatiue, & ex quadam conſequentia; quia videlicet hoc ſequebatur ex actuali eius peccato, eo hoc non intendente, fortè etiam neque volente. Qui ergo putat tale voluntarium, voluntate aliena, non directè, ſed concomitatiuè tantum, eſſe propriè voluntarium, (quod nemo ſanè dixerit) ille etiam poterit dicere, peccatum originale eſſe proprie peccatum. Hæc eſt argumentatio Durandi 2. ſent. Diſt.30.q.2. Et hoc argumento Durandi, permoti videntur illi, qui rationem culpæ in peccato originali, non ex voluntate primi parentis procedere volũt, vt nos ſuprà cum S. Thom. S. Auguſt. & cum Apoſtolo docuimus, ſed ex habituali quadam paruuli voluntate, habitualiter in eo durante, quia non gerit contrarium voluntatis arbitrium. Quæ ſententia, reprobata eſt per Bullam Pij quinti anno 1567. in artic. 45. & 46. Concedit tamen Durandus eſſe culpam, ſiue modus loquendi ſit proprius, ſiue improprius. Ex hac autem poſita argumentatione, adhuc infert Durandus q.3. ibid. Quum voluntas Adæ peccãdo non intenderit ſpoliare ſe vel poſteros iuſticia accepta, id eſt, totaliter recedere à Deo; profectò quod noſtra voluntas dicitur voluntaria voluntate Adæ (ſic enim expreſsè Auguſt. docuit) non aliter eſt intelligendum, quàm quòd voluntas Adæ peccans meruerit priuari iuſtitia accepta; noſque conſequenter in illo idem commeriti ſumus: vnde concludit non in ipſa priuatione iuſtitiæ, conſiſtere, præciſe peccatum originale, ſed in hoc quòd digni ſumus vel rei talis priuationis, ideóque eſſe illud nihil aliud quam reatum, ſiue debitum carendi dono Iuſtitiæ; quod non eſt propriè culpa ſed effectus culpæ. F

Durandi argumentatio contra cauſam originalis pecc. ex voluntate Adæ.

Refutatio eiuſdem.

Sed hæc ſententia, & argumentatio Durandi, ex eo facilè refellitur, quòd falsò ſupponit voluntatem peccantis Adæ, non niſi concomitatiuè & interpretatiuè fuiſſe noſtram, propterea quod præter intentionẽ eius quum peccaret, priuatio Iuſtitiæ ſequuta eſt.

A eſt. Nam primum licet nihil tale intenderet Adam, intentione actuali (quod eſt ſatis veriſimile,) tamen ad propriam rationem peccati, quatenus eſt in genere mali ſimpliciter, ſatis eſt quod intenderit virtualiter. Alioquin in omni peccato etiam actuali, auerſio à Deo eſt, præter intentionem peccantis actualem, & non niſi ex conſequentia voluntaria. Nemo enim vult directè auertere ſe à bono, in quantum huiuſmodi, ſed omnia appetunt bonum; appetitum per ſe & directè accepto, (eſt nihilominus auerſio de ratione peccati, adeóque ipſum formale peccati, quatenus eſt in genere mali. Sic ergo Adam etſi nec auerſionem, nec priuationem quæ fuit illi intrinſeca, intenderet, directè; ſed tantum complacentiam in actum; Nihilominus ſicut voluntariè ipſe peccauit, ſic & nos in illo.

Deinde, quemadmodum ipſa originalis Iuſtitia, non fuit data Adamo, per acceptationem liberi arbitrij, (vt ſupra notauimus,) aut quaſi ex merito poſteris communicanda, ſed ipſi naturæ vna cum natura infixa fuit, ex ſola volũtate Dei; ſic priuatio eiuſdẽ facta eſt, non ex intentione voluntatis Adæ, quaſi per modum demeriti, (nam ſi millies hoc intendiſſet, tamen ſola talis actus intentio, nunquam potuiſſet pro toto humano genere demereri, ſicut nec mereri:) ſed facta fuit ex antecedente voluntate Dei; quæ ſic dedit donum iuſtitiæ Adamo, vt ſibi ac toti poſteritati acceptum, vel perſeuerando cõſeruaret, vel peccando perderet. Illud itáq; donum Dei, ex tali Dei voluntate datũ, obſtrinxit voluntatem Adæ, fecítque eam debitricem talis iuſtitiæ conſeruandæ, & ſi peccaret amittendæ, & in ſe & in poſteris: vt bene notauit Gab. Biel 2. ſent. diſt. 30. q. 2. art. 1.

Nota.

Priuatio iuſtitiæ non ex voluntate Adami ſed ex voluntate Dei conſequuta eſt.

B Et hæc eſt cauſſa quare voluntas Adæ, paritérque in illo noſtra, eſt directè & propriè voluntaria, circa priuationẽ iuſtitiæ factam; ideóque propriè peccatrix: debuit enim Adam, iuſtitiæ cõſeruationem, & ſibi & toti poſteritati velle. Hoc itáque Durandi fundamento euerſo, tota eius per ſe ipſa corruit argumentatio.

Intereſt autem plurimum, clarè cognoſcere & firmiter tenere, peccatum originale eſſe propriè peccatum, in ſingulis noſtrum. Nam hæc perſuaſio de peccati improprietate reatum illum confinxit; ita tamen vt culpa non negaretur, ne Pelagianiſmus apertè ſtatui videretur. Sed ille reatus mox etiam culpam prorſus excluſit. Zvvinglius enim ex reatus illius (quem ponit Durandus) conſideratione cõcluſit, non eſſe culpam, ſed tantum miſeriam, & ſeruitutem in peccato originali: nec naſci nos Deo odibiles, ſed tantum miſeros & ſeruos. Itáque hæc ſententia Durandi, reuera eſt Pelagianiſmo propinqua valde, vtcunque eam ille extenuare conetur, quia magiſter illam non pro Pelagiana ponit, ſed inter Doctorum ſententias enumerat. Sed firmiſſimè tenendum eſt, verè & proprij nominis culpam, eſſe peccatum originale, vt iam explicatum eſt: ídque propter manifeſtiſſimas ſcripturas quæ hoc docent. Apoſtolus enim non ſolum *peccatores nos vocat propter Adæ inobedientiam, & in illo peccaſſe nos dicit*; ſed explicat præterea, hoc peccatũ huiuſmodi fuiſſe, *vt iram, vt indignationem* (ſicuti loquitur Conc. Triden. ſeſſ. 5.) *omnes incurrerint*. Ait enim: *Iudicium ex vno in condẽnationem*: & iterum. *Eramus natura filij iræ*. Hæc enim verba, non ſolum de peccato & mortalitate, tanquam pœna inuecta loquuntur, ſed etiam de excluſione à regno Dei. Hoc enim ſonat ira Dei & condemnatio, quam Apoſtolus opponit iuſtificationi per Chriſtum factæ. Solum autem verè, & propriè,

Neceſſariò tenendum peccatũ originale eſſe propriè in ſingulis peccatum.

Peccatum originale propriè dictum peccatum eſt.

Rom. 5.
Epheſ. 2.

C peccatum excludit à regno Dei, poſt hæreditatis ius ſemel acceptum; quod in iuſtitia originali humanũ genus accepit. *Stipendium enim peccati mors*; æterna ſcilicet: quia ſtatim ſubiicitur: *Gratia Dei vita æterna*. Et in veritate, non vera ſed ſimulata eſſet in baptiſmo paruuli, remiſſio peccatorum (quod anathemate percuſſum eſt, tanquam Pelagianum in Conc. Mileuit. can. 2.) ſi paruulus verè & propriè dictum peccatum non habetet.

Rom. 6.

Contra eorum ſententiam qui peccatum originale, non aliud quàm primum illud primi hominis peccatum, ab illo actualiter commiſſum, eſſe docuerunt.

CAPVT X.

ALTERA ſententia illorum eſt, qui peccatum originale non aliud eſſe exiſtimant, quam actuale illud & primum peccatum Adæ: qui cum eſſet origo humani generis, peccatum eius (aiunt illi) fuit peccatum originis humani generis: quod eſt dicere, originale. Itáq; in illo peccauimus, in illo cōdemnationem incurrimus, quia illius peccatū nos obſtrinxit; & participatione, non proprietate noſtrum eſt. Et ſic omnes ſcripturæ apertè loqui videntur; quæ nos *peccaſſe quidem omnes, ſed in vno homine Adam Peccatores conſtitutos nos eſſe*, ſed *propter vnius inobedientiam*; Deníq; *omnes mortuos eſſe ſed in Adam ſiue per Adam* loquuntur. Imò Auguſt. ſententia, & noſtra, quæ docet paruulos in voluntate Adæ peccaſſe, non ſua, ſeruari etiam in hoc ſenſu poſſe videtur: quia videlicet peccatum paruulorum, non eſt aliud quam peccatum Adæ. Quin & hac ratione, omnes illæ difficultates de proprietate peccati originalis in nobis, de traductione huius peccati, de quidditate & eſſentia eius, prorſus ceſſabunt. Neque etiam baptiſmi virtuti, hic ſenſus derogare videtur vnum enim peccatum Adæ, ſicuti ſingulos reos & obnoxios tenet, ita in ſingulis per baptiſmū remittitur. Huc accedit, quod hanc ſententiam ipſemet Auguſt. amplecti videtur, non ſolum antequam in Pelagianos incidiſſet vt lib. 3. cap. 20. de libero arbitrio; ſed etiam poſtea. Ille enim etiam contra Pelagianos ſcribens, non niſi hoc vnum peccatum Adæ vrget, vt oſtendat paruulos peccati reos eſſe. Ait enim epiſt. 89. ad Hilarium. *Quid eſt ex vno in condemnationem niſi ex illo delicto ex quo deliquit Adam?* Quam ſentētiam in illa epiſtola ſæpe repetit, & inculcat. Idem docet lib. 1. cap. 9. de pecc. mer. & remiſſ. Et in Enchirid. cap. 36. ſemper aſſerens propter vnum peccatum Adæ, omnes eſſe condemnatos, quia omnes illo vno obligantur, & obſtricti tenentur. Vnde colligitur ideò eſſe paruulos peccatores, quia vnius Adæ peccatum illis imputatur. His argumentis & rationibus, confiſus Albertus Pighius, hanc ſententiam vt omnium maximè probabilem ſuſtinet: catholicè tamen, & paratus meliori acquieſcere, ſi vel certa ratione probetur, vel ab Eccleſia tradatur. Notandum eſt autem, tum hanc ſententiam tum alteram illam Durandi, à nonnullis antiquis patribus, maximè ante Pelagij tempus pro ſatis probabili aſſertam & creditam fuiſſe. Nam ſtatim poſt Apoſtolos, Clemens ille Alexandrinus lib. 3. ſtromatum verſus finem, negat in recenter natis eſſe peccatum; aut aliud quippiam Adam, quàm mortis corporalis neceſſitatem: & D. Chriſoſt. homil. 10. in epiſt. ad Roman. illud Apoſt. *In quo omnes peccauerunt*, exponit, *in quo omnes mortales effecti ſunt*. Móxque exponens quod Apoſtolus dixit, *peccatores conſtituti ſunt multi ex illius* (inquit) *inobedientia alterum peccatorem extitiſſe nullam habet congruentiam; ſed peccatores dicit, quia ſupplicio obnoxij ac mortu rei ſunt*. Sic Homil. 39. in 1. ad Cor. 15. quod dicitur *per Adam omnes eſſe mortuos*, de morte corporis intelligi vult: de iuſtitia & peccato nequaquam.

Argumentationes pro contraria ſententia.

Rom. 5.
1. Cor. 15.

Duæ priores ſententiæ à quibuſdam antiquis patribus aſſertæ.
Clemens Alexandr.
Chryſoſt.

D

E

Idem docet apertiùs homil. 24. in epiſt. ad Epheſ. Quæ omnia, proprietatem peccati in paruulis, ex ſententia Pighij excludunt. Alij non peccatum, ſed occaſionem peccandi ad nos deriuatam, per peccatum Adæ docuerunt, vt Theodoret. in commentar. ad Roman. 5. & commentarij Hieronymi nomine inſcripti, ibidem Ambroſij quoque commentar. ibidem Arnobius in Pſalm. 50. *Qui naſcitur ſententiam Adæ habet, peccatum non habet*. Theodoretus quoque in commentar. ſuper eundem Pſalmum, corruptionem naturæ non peccatum ex Adam traductam eſſe docet. F

Theodor.
Hieronym.
Ambroſius.

Euthymius vero, ne ipſi quidem primæ tranſgreſſioni Adæ, mortem æternam deberi docet, ſed tantum temporalem: Panopl. part. 2. titul. 22. aduerſus Maſſalianos. Cæterum hæc opinio (vt breuiter ei ſatisfiat) tria magna abſurda habet. Primùm, quòd non peccatum, ſed obligationem tantum peccati, in paruulis ponit. Deinde quòd peccatores eos eſſe vult, tamen nec propriè nec impropriè, ſed omni peccato carere, & tamen peccatores eſſe: quod implicat contradictionem. Tertiò, quod ſimpliciter nullum ponit in ſingulis inhærens peccatum originale, ſed vnicum numero eſſe vult illud primi hominis.

Euthymius.

Tria abſurda prædict. ſentent.

Itáque hæc ſententia, (vt diſcrimen eius à noſtra intelligas,) etſi per ea omnia quæ iam diſputauit, ex parte cauſæ & principij rectiſſimè explicat peccatum originale; videlicet, non niſi Adami peccatum actuale, cauſſam & principium eſſe noſtri originalis, ita ex parte ſubiecti grauiſſimè errat; docens nullum nobis inhærere peccatum

Cauſa & principium peccati originalis.

tum

A tum originale, ſed Adami actum eſſe noſtrum ſingulorum peccatum. Verum quidem
eſt, (quod & docet D. Thom. 1. 2. q. 83. art. 1. ad 2.) illud peccatum, & illam inordinatio-
nem, quæ in Adam fuit per modum actualis peccati, eſſe in nobis originalem, & ex ori-
gine tantum, nec per modum actus alicuius, (non enim peccauimus originaliter,) ſed
per modum habitus in natura relicti; ideóque peccatum originale trahimus cum na-
tura; falſum tamen eſt, quod illa inordinatio ab eo contracta, ſeu priuatio & auerſio, ab
eo & in eo facta, non ſit etiã noſtra; & quidẽ propria ſingulis noſtrum ratione ſubiecti:
quia verè à nobis cõtracta eſt, ſingulíque ſingulas contrahimus maculas. Fundamentũ *Fundamentum*
autẽ huius erroris eſt, quòd non aduertit Pighius, peccatũ primũ, primi hominis naturæ *erroris in hac*
ipſi infixũ eſſe; proindéq; ad nos vna cũ natura deriuatũ: peccatũ dico non vt actũ Ada- *ſent.*
mi ſignificat, ſed vt priuationem, ſeu auerſionem illi actui eius coniunctã, & intrinſecã
notat, quæ fuit formalis ratio peccati eius. Nam propterea verba illa Apoſtoli, & Aug.
citata ſic intelligit, quaſi illa factum Adami proprium, pariterque ſubiectum peccati
originalis proprium denotarent. Contrà vero, cauſam & originem, non ſubiectum hu-
ius pecati, illa verba denotant. Nam ratione ſubiecti diſertè dixit Apoſt. *omnes peccauerũt*: Rom. 5.
ſed originem notans, *in quo* adiecit: non proprietatem ſubiecti negans, ſed originem
explicans. Originem dico, non quoad factum ipſum, ſed quoad peccantem perſonam:
quatenus ſanè totius naturæ principium erat. Nam factum Adæ quatenus actum tranſ-
euntem importat, quia perſonalis erat, (actus enim ſunt ſuppoſitorum) perſonam egre-
di non potuit, aut ad nos pertingere; licet deformitas per actum contracta, quia naturæ
B deformitas erat, & naturalis cuiuſdam rectitudinis debitæ ineſſe priuatio, ad nos omnes
qui ab eo naturaliter propagamur tranſeat, nóſq; propterea peccatores conſtituat. Hoc *Cauſa erroris*
non aduertens Pighius toto cælo errauit. Putat enim obſtrictos nos eſſe illo vno pec- *Pighij.*
cato Adæ, id eſt, carere debere iuſtitia originali, propter pactum inter Deum & Adam
initum, de conſeruanda iuſtitia pro ſe & poſteris, carere tamen abſque aliquo peccato
noſtro, & nõ eſſe in nobis aliud peccatum originale, quam illud vnum quo obſtricti ſu-
mus: quia ille per pactum illud obſtrinxerat ſe & nos omnes. Sed pactum illud fabula
eſt, nec vllum aut ex ſcripturis aut ex patribus teſtimonium habet. Itáque non obſtricti
tantum peccato, aut priuati iuſtitia, ſed & rei ſumus peccati ſeu iniuſtitiæ Adami, eiuſ-
démq; participes; nõ quidem actualiter rei, licet in eo per modum actualis peccati eſſet,
ſed originaliter, quia ab eo contractæ. Nam in eius natura, noſtra natura deformata fuit,
& in eius voluntate, noſtra voluntas peccauit, quia voluntas eius noſtra fuit.
Arguit tamen Pighius, hanc priuationem originalis iuſtitiæ, ex peccato Adæ in nobis *Argumenta*
factam, non poſſe in nobis peccatum eſſe. Primum quia nulla lex proferri poteſt, quæ *Pighij.* 1.
obligauit poſteros ad conſeruationem illius iuſtitiæ. Deinde, ſi aliqua lex eſſet, tamen 2.
quòd illa paruulos qui capaces legis nõ ſunt, obligare nõ poſſet. Poſtremo, quòd etiamſi 3.
obligarentur omnes ad talem conſeruationem, tamen quia nulla noſtra culpa propria
amiſſa eſt, amiſſionem eius in peccatum, nobis imputari non poſſe. Paruulus enim recẽs
natus, nulla ſua culpa caret Iuſtitia originali. Itáq; quemadmodum etſi ſanitas ſit bonũ 4.
corporis, tamen vel non habere, vel etiam ſua negligentia perdidiſſe ſanitatem, pecca-
tum non eſſet niſi præceptum perpetuæ ſanitatis datum fuiſſet, (neque enim ipſe mor-
C bus niſi in tali caſu eſſet peccatum, licet ſua culpa perdidiſſe peccatum eſſet,) ita caren-
tia originalis iuſtitiæ, non erit peccatum in paruulo, niſi probetur aut præceptum de eã
conſeruanda datum fuiſſe, aut paruulos eius capaces eſſe, aut deníque ſua culpa illam
præceptam iuſtitiam paruulos perdidiſſe. Sed tota hæc diſputatio propterea malè pro- *Reſponſio.*
cedit, eo quòd peccatum originale, ſemper conſiderat tanquam particularem aliquam
tranſgreſſionem legis alicuius, ſicuti & iuſtitiam ipſam originalẽ, tanquam particularem
aliquam obſeruationem legis. Itaq; aduertẽdum eſt, quòd ſicuti iuſtitia originalis, non *Iuſtitia origina-*
fuit aliqua ſpecialis virtus, aut alicuius certi præcepti obſeruatio, ſed totius naturæ re- *lis cuius generis*
ctitudo, eáq; nõ acquiſita, aut per modũ habitus cum acceptatione liberi arbitrij infuſa, *iuſtitia fuit.*
ſed in ipſa creatione per modũ naturæ data, poſteáq; in ipſa generatione naturaliter po-
ſteris infundenda, vt iuſti homines naſcerentur, non fierent; ſic è contrà, Iniuſtitia Ori-
ginalis non eſt alicuius pręcepti trãſgreſſio, ſed naturæ rectitudo amiſſa, vt ſic naſcamur
peccatores & iniuſti, nullo opere noſtro, nec propter vllius legis traſgreſſionem, ne qui-
dem Adamì quaſi per modum demeriti: ſed per originem & natiuitatem contracta in-
iuſtitia, quia ſine naturæ rectitudine naſcimur ſemel accepta, ideo iniuſti & peccatores
naſcimur.

Impietas enim & iniuſtitia, ſeu(quod idem eſt) auerſio, peccato Adæ intrinſeca, & D quæ formalis eius ratio fuit, infixa eſt naturæ; eámque totam infecit: vt impietatis non ſolum rea, ſed etiam verè particeps ſit, eámque inherentem habeat. Ad talem autem totius naturæ iniuſtitiam, originaliter inhærentem oſtendendam, non eſt opus legem, aut præceptum aliquod violatum, ex parte ſubiecti ponere, & ex eo peccati originalis rationem inquirere, ſed ſatis eſt, naturam ex origine culpabiliter vitiatam oſtendere, quod in Adami peccato oſtenditur.

Art. 2. R. Tapperi ſententia ſingularis. Mouit ſanè hæc Pighij ratio virum doctiſſimum Ruardum Tapperum vt negaret priuationem originalis iuſtitiæ in primo homine propriè fuiſſe peccatum; dicerétque peccatum quod poſt actum eius remanſit, & quòd ab illo effectiuè in nobis formaliter eſt, fuiſſe inobedientiam præteritam poſt actum Adæ; non quidem ſimpliciter, ſed prout manebat in effectibus habitualis auerſionis à Deo, inordinatæ conuerſionis, maculæ item & reatus quæ relinquebantur: vt ſic non ipſa priuatio originalis iuſtitiæ, ſed habitualis auerſio per modum effectus relicta in Adam, & ad nos deriuata, ſit peccatum originale. Sed illa habitualis auerſio in Adam poſt peccatum inobedientiæ relicta erat perſonalis, neque eius perſonam egrediebatur, ſicuti nec ipſe inobedientiæ Adami actus. Potuit quoque per ſubſequentem pœnitentiam prorſus deleri, non illa tantum, ſed quicquid præterea eius effectus erat. Illam ergo hac duplici de cauſa poſteritas eius originaliter contrahere non potuit. Sed alia fuit auerſio eius à Deo in primo eius peccato, non iuxta ſpeciem peccati quod patrauit, ſed iuxta ſtatum originalis iuſtitiæ & E gratiæ in qua erat, cui auerſioni intrinſeca fuit priuatio iſta originalis iuſtitiæ, quā omnes naſcendo contrahimus, vt eſt ſupra ſatis declaratum.

Subeſſe tamen adhuc poteſt ſcrupulus in fauorem ſententiæ Pighij, quare ipſa mera priuatio non vt amiſſionem actualem ſignificat, ſed vt ſolam abſentiam notat, ideóque ſignificantius (etſi rudius) carentia vocatur, ſit in recens natis verè peccatum, quum tamen ſola carentia gratiæ poſt peccatum actuale remanens non ſit reuera peccarum. *Argum. pers. sent. Pighij.* Sic enim poſſes arguere. Sicut originalis iuſtitia, tollitur per peccatum originale, ſic & gratia per peccatum actuale: ſed mera carentia gratiæ, non eſt ipſum peccatum actuale, verum effectus eius; nec eſt nouum pecatum carere gratia;) alioquin continuè peccaret, & continuè demereretur etiam dormiens qui ſemel peccaſſet:) nec eſt magis quis Deo odibilis, carens gratia poſt peccatum, quàm fuit dum peccaret. Nec carentia ergo iuſtitiæ originalis, erit ipſum peccatum originale, ſed aliquis effectus eius; non peccatorem, ſed miſerum eum conſtituens in quo eſt. *Reſponſio.* Itáque ad hoc argumentum reſpondebis cū S. Th. in q. diſp. in materia de malo q. 4. art. act. 2. diſcrimen in vtroq; peccato hoc eſſe, quod priuatio gratiæ per actuale peccatū nō eſt in ipſo actu peccati: hoc eſt; non eſt ipſi actui intrinſeca, auerſio à Deo eſt; ſed eſt in ſubiecto actus (in perſona videlicet peccante) poſt actum: & ideo non pertinet ad ipſum peccatū actuale, ſed eſt effectus eius. At vero carentia Originalis iuſtitiæ, ſic eſt in ipſa natura humana & remanſit in natura peccātis Adami, vt fuerit (ſicuti ſupra oſtēdimus) illi primæ auerſioni, quam fecit Adā intrinſeca; ideóq; merito pertinet ad peccatū originale, quod eſt peccatū naturę. Vbi duas F diſcriminis cauſas obſeruat: vt ſic formale huius peccati originalis exactius intelligas.

Prima eſt: quod carentia gratiæ in peccato actuali, perſonæ tantum inhæret poſt actū, 1. idque per modum pœnæ, non culpæ. *Duo diſcrimina peccati actualis & originalis.* Carentia verò iuſtitiæ Originalis, inhæret quidem perſonæ, ſed ratione naturæ. Hoc enim genus peccati, licet ſit vnicuique proprium, & numero differat in ſingulis, (vt docet S. Thom. 1. 2. q. 82. arti. 2.) tamen vt idem docet in quæſtionibus diſputatis loco citato, non eſt ſingulorum niſi ratione communis naturæ; nec inhęret perſonæ niſi ſecūdum naturā quam habet, & à primo parēte traxit perſona.

Altera cauſa diſcriminis, & magis ad propoſitū eſt, quòd in actuali ſeu perſonali peccato carentia gratiæ non eſt ipſi actui intrinſeca, ſed ſoli ſubiecto inhæret. Hic verò ca- 2. rentia iuſtitiæ Originalis non ſolum ipſi ſubiecto, puta naturæ, & ſecundum eam perſonæ inhæret; ſed etiam fuit actui huius peccati intrinſeca, vt ſupra oſtenſum eſt. Intellige autem carentiam gratiæ in peccato actuali, quæ maculam nitoris amiſſi ſignificat. Nam quod ſupra diximus, deformitatem peccato eſſe intrinſecam, ſicut actum ipſum & ſpeciem actus, illam deformitatem intelleximus quæ auerſio vocatur, & etiam macula; ſed reſpectu excluſionis á Deo, non autem illam deformitatem quæ macula dicitur, reſpectu nitoris amiſſi: quàm ſanè ad effectum, non ad eſſentiam peccati pertinere ſupra diximus.

A diximus.Et pro hoc genere maculæ,ſupponit carentia gratię perſonalis,quando carentiæ iuſtitiæ originalis in argumento opponitur. Nec tamen in æquiuoco facta eſt iſta oppoſitio,quia carentia iuſtitiæ originalis,vtramque maculam includit,non ſolum alteram.Et quia vtraque macula,in primo peccato Adæ,fuit actui eius intrinſeca, (vt oſtenſum eſt)in peccato autem actuali, ſolum altera eſt, propterea ſequitur in peccato originali,ipſam carentiam ſolam iuſtitię originalis,vtróque modo acceptam,verè peccatum eſſe,cumque in quo eſt peccatorem cōſtituere;licet in peccato actuali ſola carentia gratiæ iam deperditæ vno modo (vt diximus)accepta,nō ſit peccatum ſed effectus peccati.

An Concupiſcentia ſit peccatum Originale: & primum, quid nomine Concupiſcentiæ à Theologis intelligatur.

CAPVT II.

VENIO nunc ad tertiam illam de peccato originali ſententiam, quæ in concupiſcentia hoc peccatum ponit; quæque vt nondum ab Eccleſia reprobata eſt,ita aſſertores habet grauiſſimos,& ipſum imprimis Auguſtinum, quem ſequutus hac in re Mag. quamplurimos in ſuam ſententiam pertraxit.Et quidem in ſcholis ea ferè ſola præualuit, donec ſcholaſtici quidam,mente Auguſtini acutius perſpecta,ſententiam iſtam cum illa prima à nobis poſita conciliarunt; & vtramque (ſi bene intelligantur.)eſſe quam veriſſimam docuerunt. Horum primus videtur fuiſſe Hugo de S.Victore lib.1.de ſacram.p.7.Vir ita in Auguſt.verſatus, vt ſuo tempore Auguſtini lingua vocaretur.Hunc Paulo poſt ſequuti ſunt Alexand.de Hales. S.Thom. S. Bonauent.aliique permulti,ex probatiſſimis ſcholaſticis.Iſti enim omnes cum poſt Anſelmum Cantuarenſem ſcriberent,qui primus videtur primam illam quam iam tradidimus de originali peccato ſententiam, tradidiſſe: Itemque poſt Magiſtrum qui hanc de Concupiſcentia ſententiam amplexus eſt,(excepto Hugone qui Magiſtrum præceſſit,) mediam viam ſequi voluerunt:vt nec in ſola concupiſcentia cum Magiſtro, nec in ſola priuatione originalis Iuſtitiæ cum Anſelmo,ſed in vtraque cum Hugone, peccatū Originale ponerent:ita tamē vt illud ſemper axioma in ſcholis obtineret,Peccat.Orig.ſupponere pro vitio concupiſcentiæ,& connotare carentiam Iuſt.Originalis. Vbi ipſi concupiſcentiæ potiores peccati partes tribuuntur, vtrumque illud excuſare conetur diſt. 30.q.2.art.1.Gab.Biel.quòd videlicet non ſecundum rei viritatem, ſed ſecūdum ſtatum rei in quo nunc res eſt,modus ille loquendi ſit verus:quia videlicet de facto non eſt iſta priuatio Originalis Iuſticiæ,abſque concupiſcentia.Hanc ergo concupiſcētiam ſitne ipſum peccatum originale,an aliqua pars vel effectus eius,nunc inueſtigabimus. *Scholaſticorum ſententia.*

B

Ad inueſtigandum an concupiſcentia ſit peccatum originale, ante omnia aperiendū eſt,quid concupiſcentiæ nomine intelligatur:vt proprie illa ad diſputationem theologicam pertinet.Itaque cum homo anima & corpore conſtet,anima autem quùm ſit huius corporis actus primus & forma,ideóque vniçuique propria & vna numero in ſingulis,varias tamen habeat partes non quidem ſpecie ſed poteſtate differentes,ſic vt altera alteram eminenter contineat,ſicuti circulus alias omnes figuras,ſcilicet Rationalē,ſenſitiuam,& vegetatiuam vim,iuxta communem diuiſionem; & hæ rurſum ſingulæ, ſuas quoque habeant partes, ſeu potentias diuerſas, ſola rationalis facultas homini propria eſt,quatenus homini,itémque partes eius;quùm cæteræ omnes potentiæ,brutis & plātis cōmunes ſint.Sicuti autem rationalē facultatē,ſeu rationem ſuperiorem,philoſophi quidem in tres,theologi in duas partes diuidūt,intellectū ſcilicet,& voluntatē. De diuiſione illa poſſibilis & agētis intellectus,parū ſolliciti,quia ille tantū ad illuſtrāda phātaſmata,& ad abſtrahēdas ſpecies requiritur,circa rerū creatarū intelligentiā,in rebus autē fidei intelligēdis locū intellectus agētis ſupplet lumē gratiæ,vel donū intellectus vt docet S.Tho.2.2.q.8.ar.1.ſic ſenſitiuā partē quā Philoſophi ſecundū interiorē eius operationē,principaliter diuidūt in apprehēſiuam vim,& appetitiuā,(quæ appetitus ſenſitiuvocatur,)ipſamq́; rurſus vim appetitiuam ſeu appetitū ſenſitiuū, in iraſcibilē & concupiſcibilem partem, Theologi cum de inferiori ratione, ſeu inferioribus animæ viribus diſputant, non niſi appetitum ſenſitiuum, (quem ſenſualitatem vocant,) conſiderant; *Quare Theologi potentias animæ & partes aliter tradant quàm Philoſophi. 1.p q.79.art.3. & 4.*

C

ipſumque appetitum ſenſitiuum, ſeu ſenſualitatem, in ſola quoque cõcupiſcibili vi, ſeu concupiſcentia maximè ponunt. Et quidem ſolum appetitum ſenſitiuum propterea quum de ſenſualitate & inferiori ratione agitur, conſiderant theologi, quia quum ſenſualitas, *ſenſualem animi motum*, ſignificet, *ſecluſum à ratione ſapientiæ* vt definit. Auguſt. lib. 12. cap. 12. de Trinit. quo videlicet ferimur ad res ſenſibiles, temporales, & commutabiles vt tales; motus iſte magis propriè appetitiuè, quàm apprehenſiuæ parti competit & attribuitur, quia ſanè (vt explicat S. Thom. 1. p. q. 81. art. 1.) apprehenſio quæ conſideratur in receptione obiecti, habet ſe per modum quietis, appetitio verò, cui propriũ eſt ferri in obiectum, aſſimilatur motui. Hunc ipſum verò appetitum concupiſcentiæ nomine propterea vocamus (etſi iraſcibilem quoque complectatur) quia illa huius fundamentum eſt & finis, fundamentum, quia omnes paſſiones iraſcibilis, incipiunt à à paſſionibus concupiſcibilis. Ira enim naſcitur ex illata triſtitia & ex ſublato aliquo delectabili; finis, quia paſſiones iraſcibiles terminantur in concupiſcibiles, vindicta enim quam quærit ira terminat in lætitiam. D

Senſualitatis definitio Theologica.

Quare ſub nomine concupiſcentiæ etiam pars iraſcibilis continetur.

Tho. ibid. art. 2. Concupiſcentia apud Theologos quid.

Concupiſcentia ergo apud Theologos id totum ſonat quod ſenſualitas, ſiue appetitus ſenſitiuus aut animalis, ex cuius inclinatione (neglecto ſuperioris rationis dictamine quod per intellectus iudicium & voluntatis imperium fit) iuxta inferiores vires earúmque vel apprehenſionem, vel deſideria operamur. Et concupiſcentia quidem vt ſignificat appetitum ſenſitiuum ſimpliciter & indifferenter acceptum, homini eſt naturalis; non ſecus quàm ipſa ſenſitiua vis eſt, cuius hæc vna pars & potentia eſt. At verò quùm in diſciplina theologica de Concupiſcentia vt ad peccatum originale pertinet diſputamus, à ſenſualitate ipſa quæ naturalis eſt diligenter diſtinguenda. Significat enim illa ſenſualitatem effrænatam, & inferiores animæ vires deprauatas atque corruptas. Etenim in natura hominis, nudè & per ſe accepta, nec dono Iuſtitiæ veſtita, nec peccato corrupta, appetitus totus ſenſitiuus, natus quidem eſt obedire voluntatis imperio, & rationis dictamini, ſed ita tamen vt reluctari poſſit. E

Concupiſcentia quæ peccatũ eſt, diſtinguenda à ſenſualitate naturali.

Habet enim aliquid proprium, vnde reniti poſſit imperio rationis, quia videlicet moueri poteſt, non ſolùm à ratione illa particulari cogitatiua & diſtincta à ratione intellectiua, (quæ id facit in homine, quod æſtimatiua vis in bruto, vt docetur 1. p. q. 78. art. 4. 2.) quam dirigit vniuerſalis ratio, ſed etiam ab imaginatione & ſenſu. Vt propterea dicatur intellectus dominari appetitui, regimine quodam polytico, atque regali, non deſpotico ſicut anima dominatur corpori, eiúſque membris: vt ex doctrina Ariſt. lib. 1. cap. 3. polytic. docet S. Thom. 1. p. q. 81. art. 3. Itáque ſi in puris naturalibus homo eſſet, haberet ſenſualitatem: non quidem rebellem vt nunc, ſed quam rationis vſu reprimere poſſet vt deberet, ſecundum naturam operando & ſtudioſè agendo: quem in modum hominem philoſophi conſiderarunt. Nunc verò, credimus homini in ipſa ſua creatione, donum Iuſtitiæ datum fuiſſe, quod & ſuperiorem rationem ad Deum eleuaret, & inferiores has vires perficeret, atque vt ſingulare adiutorium in officio rationis contineret: quam poſteriorem partem, iuſtitiæ originalis ſanitatem, ſiue integritatem naturæ vocamus. Ex peccató autem primi hominis ſublata iuſtitia originali, quoad ſuperioris rationis perfectionem, effrenis & diſſoluta facta eſt hæc inferiorum partium ſenſualitas, procliuis iam tota in bonum delectabile, ſenſu, & rationi rebellis. Hæc tota inordinatio, omnium inferiorum animæ virium per peccatum facta & introducta, in natura iam corrupta, non naturaliter inſita, communi nomine vocatur Concupiſcẽtia, ſicuti ipſam ſenſualitatem in genere ſumptam vocari à theologis diximus. Et de hac concupiſcentia quæritur, ſitne peccatum ipſum originale an aliquid eius. F

Concupiſcentia quid.

Quod Concupiſcentia non eſt ipſum peccatum originale, ſed materiale tantum ipſius.

CAP. XII.

Et qui-

A ET quidem eſſe aliquid eius,nemo nunc niſi Pelagianorum ſocius negaret,qui naturalem illam eſſe,nec ex peccato inuectam docuerunt, condemnati hoc nomine ab Eccleſia,& in libris contra Iulianum ab Auguſtino coufutati.Quatenus autem ad peccatum originale pertineat, variæ ſententiæ fuerunt.Nos pro veriſſima ſtatuimus,iuxta doctrinam S.Thom.tum.1.2,q.82.ar 3.tum in quæſtio. diſputatis in materia de malo q.4.art. 2. non eſſe ipſummet peccatum originale, ſed tantummodo materiale eius.Hoc autem breuiter,ex ipſa iuſtitia originali oſtēdi poteſt. Contrariorum enim eadem eſt ratio.Oſtenſum eſt autem ſuprà in 3.puncto,circa explicationem iuſtitiæ originalis,ordinarionem ſeu rectitudinem iſtam, inferiorum virium, non niſi materialiter ad illam pertinuiſſe.Ipſa earundem ergo inordinatio,non niſi materiale quóque quiddam erit circa originale peccatum. Vocatur autem hæc inordinatio, ſiue concupiſcentia, materiale quiddam ipſius peccati originalis varias ob cauſas.

Quas ob cauſas concupiſ.eſt materiale pecc.orig.

Primùm quia non magis formaliter ſe habet illa in peccato originali,quam in actuali.Sed in ipſo actuali peccato,inferiores iſtæ animæ vires,non producunt peccatum,niſi motæ à voluntate;quæ ſanè mouet illas omnes, ad ſuos actus, idq; per modum agentis,& mouentis principij;non ſolum vt obiecta mouent potentias, ipſæque potentiæ ſe 1.
B inuicem,ſed indirectè tantum vt docetur in 1.2.q.77.art.1.

Quo fit vt ſe habeant inferiores iſtæ vires reſpectu volūtatis,in omnibus actibus ſuis, per modum mobilis ſemper & patientis: Tale autem ſemper eſt materiale. Rurſum,concupiſcentia vocatur materiale ipſius peccati Originalis, quia eſt primus effectus eius. 2. Qùm enim cæterorum peccatorum,materiale ſit ipſa actio (quæ eſt ſubiectum deformitatis circa actum,)hîc quia nulla actio ſubeſt, (non enim peccamus originaliter, ſed peccatum contrahimus)propterea loco actionis,proximum & primum effectum, ſubſtituimus,vt tanquam materiale huius peccari vocetur. Quemadmodum enim in primo homine;rebellio iſta inferiorum virium,non fuit ipſum peccatum eius, ſed primus effectus peccati ipſius, per modum iuſtæ retributionis & pœnæ, ſubſequens (vt poſtea oſtendetur,)ſic in nobis non eſt ipſum peccatum originale, ſed eſt primus effectus eius, propter carentiam Originalis iuſtitiæ nobis inhærentem.

Pręterea qùm materiale in moralibus ſit actio,ſeu operatio circa quā verſatur actionis deformitas,ſeu obliquitas,(non dico actus ipſe aut ſpecies facti, quæ ex vtroque reſultat)ſicuti in naturalibus,& artificialibus,illud ex quo aliquid fit aut alteratur, eſt materiale:formale autem illud ſit in quo fit comparatio ad finem, (ideóque in omni peccato auerſio à bono incommutabili,eſt formalis eius ratio, conuerſio autem ad bonum commutabile,eſt actio illa,circa quàm hæc auerſio verſatur,quæ propterea materialiter ſe habet reſpectu ipſius peccati quatenus actio deformis eſt) in primo autem peccato 3.
C Adami,formalis eius ratio fuit auerſio à Deo,cui fuit intrinſeca priuatio originalis iuſtitiæ,(accipiendo ipſam iuſtitiam formaliter,id eſt pro rectitudine ſuperiorum animæ virium erga Deum) materiale autem,circa quod illa auerſio verſabatur, fuit conuerſio ad bonum commutabile,cui ſanè conuerſioni,intrinſeca fuit priuatio alterius partis iuſtitiæ Originalis,ſcilicet inordinatio inferiorum animę viriū;(hoc ipſo enim quo auertendo ſe à Deo,ad inferiora ſe conuertit,factus eſt inferiorum virium ſeruus, rerúmq; ſenſibilium appetens)hinc ſanè eſt, quod & in noſtro ſingulorum peccato originali, ab eo contracto,idem proríus vſuueniat:ſitque in nobis ſingulis, priuatio iuſtitiæ originalis, formaliter acceptæ,vera & formalis noſtri originalis peccati ratio: concupiſcentia autē nobis innata,ſeu procliuitas ad rerum ſenſibiliū amorem, ſit eiuſdem peccati materiale quoddam ſignificatum:culpa ſcilicet originaliter contracta, ſed culpa materialiter inintellecta:vt videlicet(quemadmodum bene explicat Gab.Biel.loco citato, ex ſententia Alexādri de Hales) propoſirio iſta,*Peccatum Originale eſt ipſa concupiſcentia*,ſit materialis tantùm prædicatio. Quo etiam modo ſimiles omnes propoſitiones intelligendæ ſunt,vt iſta,

Tho 1.2.q.74 art.3.ad 2.

Peccatum Originale tranſit reatu,& remanet actu.

Peccati originalis partes diuerſa iuxta natura(cuius peccatum eſt)partes diuerſas.

Quod quidem totum,vt adhuc paulo clarius intelligatur, Notandum eſt peccatum Originale qùm ſit peccatum naturæ,ex multis partibus componi,ſicut ipſam naturam ideóque omnium partium naturæ humanæ defectus,ad peccatum originale pertinere.

Sed alij defectus ſunt in natura per modum culpæ, alij per modum pœnæ. Illarum ſanè partium quæ ſuſceptiuæ ſunt culpæ, defectus erunt culpabiles, idque eatenus, quatenus ipſæ animæ partes ſunt culpæ ſuſceptibiles. Itaque quùm an ima ſit ſubiectum virtutum & vitiorū (non caro) omnes defectus carnis originaliter cōtracti, pœnæ tantum erunt non culpæ: vt corporis & omnium membrorum grauis hebetudo, facilis laſſitudo, cita corruptio, & mors ipſa: animæ autem defectus omnes, originaliter contracti, culpabiles erunt.

Tho. 1. 2. q. 83. art. 1

At verò, etſi tota anima ſit ſubiectum virtutum, & vitiorum tamen quùm non ſimiliter vnaquæque eius pars tale ſubiectum ſit, ſed ſuperior ſanè pars intellectus, vt & voluntas ſola, ſunt perfecta ratione virtutis & vitij ſubiecta, (neque enim aut vera virtus erit, aut crimen graue, niſi quod voluntatis actu, aut elicitum aut imperatum fuerit) inferior autem pars, non niſi imperfectè (neque enim in ſola ſenſualitate, abſque voluntatis conſenſu eſſe poteſt peccatum mortale) Inde fit, quòd defectus omnes ſuperioris rationis, originaliter contracti, ſunt defectus formaliter & completè culpabiles: vt non poſſe cognoſcere Deum, vt bonum beatificum; item non amare Deum ſuprà omnia, ex charitate: qui defectus, ſunt priuatio Originalis iuſtitiæ, formaliter acceptæ.

1. 2. q. 74. ar. 4.

Defectus autem omnes inferioris rationis culpabiles, ſunt materialiter tantum & incompletè, vt ipſa tota ſenſualitas.

Senſualitas ex ſe ſimpliciter nō eſt culpabilis.

Notandum eſt autem diligenter quòd idcircò ſenſualitas iſta, originaliter contracta, materialiter eſt culpabilis, quia non ſimpliciter ex ſe, ſed propter priuationem originalis iuſtitiæ, eſt culpabilis: vt nimirum quamdiu, illa priuatio manet ſiue reatus eius, tam diu manet ſenſualitas, per modum culpæ originalis, & non aliter. Nam niſi ſuperioris rectitudinis priuatio ineſſet, profectò illa ſenſualitas, vel naturaliter tantùm ineſſet vt in natura nuda, necdum dono iuſtitiæ veſtita, prorſus tamen indifferenter ſe habens, nec vllo modo prædominans aut effrænata; vel per modum habitus vitioſi, ex propriis malis actibus cōtracti ineſſet; vt in multis malis, exiſtit hoc nomine acrior multo, & vehementior: vel denique tantum per modum exercitij ineſſet, vt in bonis pòſt baptiſmum exiſtit.

Nunc verò facit, priuatio originalis iuſtitiæ, in ſuperiori parte animæ, ante regenerationem culpabiliter manens, vt ipſa quoque concupiſcentia, ſeu inordinatio inferiorum animæ virium, ante eandem regenerationem culpabiliter maneat, quia non ex naturæ principiis inſita, ſed propter peccatum inflicta eſt, ſicuti mors ex eadem cauſa, in nōdum renatis pœna eſt originalis peccati; & non naturalis corruptio, aut materia meriti, ſicuti in renatis. Ex quo ſequitur quòd omnes defectus inferiorum animæ virium, quæ quatuor à ſcholaſticis aſſignari ſolent, Ignorantia, Infirmitas, Malitia, & Concupiſcentia, ſunt materialia ſignificata originalis peccati, verèque culpabiles ante baptiſmum; ſed poſt baptiſmū non amplius vt culpabiles, quamuis vt vulnera, & morbi corruptæ naturæ, ad agonem & exercitium noſtrum permaneant. Quùm enim manente cauſſa maneat effectus, & ſublata cauſa tollatur effectus, ſola autem carentia originalis iuſtitiæ, cauſa eſt inflictæ totius inordinationis circa inferiores animæ vires, nec ſolum quòd ſit, ſed etiam quod ex origine culpabilis ſit, certè carentia illa manente, culpabilis erit prædicta iſta inordinatio, & illa ſublata amplius culpabilis non erit. Quomodo autem maneat hæc tota concupiſcentia poſt baptiſmum, fuſius poſtea diſputabitur.

Quare defectus inferiorum virium in renatis non ſint culpabiles.

Lib. 3. per totū.

Hoc loco ſatis eſt aduertere tam diu illam eſſe materiale ſignificatum originalis peccati, quamdiu manet formale ipſum peccatum originale, & non amplius. Nunc ergo vt hanc diſputationem de Concupiſcentia, vt eſt peccatum originale concludamus, notandum quòd propter has cauſas, quas iam recenſuimus, vt concupiſcentiam non niſi materiale ſignificatum eſſe peccat. origin. oſtenderemus, probatiſſimi ſcholaſtici, mediam illam ſententiam quàm diximus ſequuti fuerint.

Probatiorum ſcholaſticorum media ſententia.

Primus enim Hugo, definiuit peccatum Originale eſſe *ignorantiam in mente, & concupiſcentiam in carne.* lib. 1. de Sacrament. paragraph. 7. cap. 20. Hunc ſequutus Alexander de Hales p. 2. q. 22. dixit peccatum originale eſſe culpam ex parte priuationis & pœnā ex parte Concupiſcentiæ.

Nec

A Nec multò poſt Sanctus Bonouentura, vtraque illa ſententia, Anſelini & Magiſtri nominatim citata, definit peccatum originale, eſſe concupiſcentiã inordinatam quæ ſemper eſt iuncta carentiæ debitæ iuſtitiæ. 2. ſent. diſt, 30. in q. 1. de quidditate originalis peccati.

Sed obſcurius adhuc iſti docuerunt. Itaque eodem fere tempore: Sanctus Tho. aperte docuit priuationem eſſe formale, & concupiſcentiam eſſe materiale, in pecca. Orig. 1. 2. q. 82. ar. 3. Hunc denique ſequutus Gab. Biel. mediam quoque ſententiam amplexus eſt, & diligenter Anſelinum & Magiſtrum more ſuo conciliat. 2. ſent. diſt. 30. q. 2. arti. 1. Sed quia in quæſtione quid eſt, rectius reſpondetur per formale, quia forma dat eſſe rei, propterea nos peccatum definiuimus, per ſolam priuationem originalis iuſtitiæ, tacentes prorſus de concupiſcentia: non quòd hanc ad originale peccatum nihil pertinere cenſeamus, ſed quòd huius peccati quidditas in ea non ſit: quia non eſt ipſa iniuſtitia originalis, ſed ipſius iniuſtitiæ materiale quoddam ſignificatum, vt iam ſatis explicatum eſſe exiſtimamus. Illud vnum pręterea obſerua, vt quoties Auguſtinum legis, vocantem peccatum origin. nomine concupiſcentiæ, vel alios doctores, iuxta eius ſententiam aſſerẽtes, & docentes, quòd peccat. Origin. eſt concupiſcẽtia, non alio ſenſu id ab illis dictum intelligas, quàm iuxta materiale ſignificatum ipſius peccati originalis: ſi quidem verè ab illis dicatur & intelligatur. *Quo ſenſu peccatum orig. vocetur Concupiſcentia à doctoribus.*

B

Qua in re Proteſtantes hodie peccatum Originale ponant.

CAPVT XIII.

NVNC ergo poſt explicatum originale peccatum, iuxta diſtributionẽ quadripartitam in initio factam, ad Proteſtantum hac in parte errores refutandos, veniendum eſt. Iſtud vt fiat, quid illi de peccato originali ſentiant, & qua in re illud ponant, ante omnia eſt aperiendum. Nempe quum & Scripturæ & patres, & probariores ſcholaſtici, naturam hominis ex primo peccato verè peccatricem naſci docerent; totúmque hominem, non vnam tantum aut alteram eius partem, hoc peccato contaminatam fuiſſe aſſererent; ideóque ipſum peccatum Originale ponerent partim in cæcitate mentis, (quam aptiſſimo vocabulo *carentiam iuſtitiæ Originalis vocauerunt*,) partim in corruptione carnis, (quam vno nomine *concupiſcentiam* nuncuparunt) ita tamen, vt præcipuas peccati partes, priori vitio tribuerent, poſteriori autem, nõ niſi materiale ſignificatum huius peccati; Proteſtantes hodie in vtraq; parte, huius peccati modum exceſſerunt.

Nam cæcitatem mentis ſic exaggerarunt, vt peccatum Originale ex ea parte eſſe dicerent, non ſolum quandam priuationem, & carentiã illius cognitionis & dilectionis Dei, quæ per iuſtitiam originalem homini inerat, (quàm vocant ſcholaſtici *Originalis iuſtitiæ* C *carentiam*, accipiendo ipſam iuſtitiam originalem, pro formali & meliori ſua parte,) ſed etiam dicerent hoc *vitium naturæ, in mente eſſe contemptũ Dei, odiſſe iudicium Dei, fugere Deũ, iraſcentem, iraſci Deo, deſperare gratiam: Hæc enim omnia & ſimilia eſſe vitia nobiſcum nata. Quæ quia ſcholaſtici tacuerunt, & in ſola priuatione quadam contrariarum virtutum, peccatum originale poſuerunt, propterea illa neceſſario enumeranda cenſuerunt.* Sic Apologia confeſſionis Auguſt. ſcribit. *Proteſtantes in vtraque parte pecc. origin. modum exceſſerũt.*

Rurſum corruptionem carnis, ſic in immenſum exaggerarunt, vt non ſolum ſublatum originalis iuſtitiæ adiumentum, naturámque noua rebellione inflicta vitiatam eſſe docent; ideóque deſtitutam iam naturam, in ſuperiori ſua parte auxilio gratiæ, quod in originali iuſtitia habuerat, ab inferiore parte, liberrimè iam concupiſcente, & rebellante, quodammodo captiuam trahi. Et hoc ipſum ita à rebellante carne, in cõſenſum peccati pellici & commoueri, eſſe ipſius peccati originalis partem, & materiale ſignificatum in nondum renatis, vetuſtatem autem ad agonem relictam in renatis; (quod totum catholica doctrina agnoſcit & prędicat,) ſed præterea docerent *illam concupiſcentiam neceſſariò peccatum producere, nec vnquã illam in nobis ceſſare, ſed nouos aſſidue fructus parere; opera carnis ſcili-* *Caluini ſententia de peccato originali*

cet, non ſecus quam incenſa fornax flammam & ſcintillas efflat, aut ſcaturigo aquam ſine fine egerit, D
& hoc eſſe peccatum originale; vt videlicet ſic natura corrupta fuerit, vt non modo ſanari, ſed nouam
Caluini Diabolicum decretum.
prope naturam induere opus habeat. Itáque nec *in carentia iuſtitiæ Originalis, ſatis ſignificanter vim & energiam huius peccati exprimi, quia natura noſtra, non tantum boni inops eſt, ſed etiam malorum omnium adeo fertilis & ferax, vt otioſa eſſe non poſsit: nec concupiſcentiæ nomine ſatis hoc exprimi, niſi addatur quicquid in homine eſt ab intellectu ad voluntatem, ab anima ad carnem vſque, hac concupiſcentia inquinatum refertumque eſſe; & totum hominem nihil aliud ex ſe ipſo eſſe quam concupiſcentiam. Sic enim quaſi diluuio à capite ad pedes obrutum eſſe, vt nulla pars à peccato immunis ſit, ac proinde quicquid ab eo procedit in peccatum imputari.* Hæc omnia Caluinus Inſtitu. libr. 2. ca. 1. ſect. 8. & 9. Hæc ergo, eſt Proteſtantum hodie de peccato originali ſententia, impietatis pleniſſima, quæ & propterea à nobis quàm diligentiſſimè eſt confutanda. Habet autem partes præcipuas duas, iuxta duplicem peccati originalis partem, circa videlicet mentis cæcitatem & carnis concupiſcentiam: mentis nomine totam ſuperiorem animæ partē intelligendo, ſicuti & carnis nomine omnes inferiores vires intelligimus. Prius itáque de priori ac poſterius de poſteriori, ordine agetur.

Peccati originalis diuiſio.

Proteſtantum ſententia, & varij errores, circa priorem peccati originalis & formalem eius partem, aperiuntur, & ex parte confutantur. E

CAPVT XIIII.

QVOD ad prius attinet, attentè conſiderandum eſt, ne peccatum ipſum cum effectu eius, arborem cum fructu, radicem cum palmite cōfundamus. Nam vitium ipſum naturæ, quod contrahimus in mente, diligenter diſtinguēdum eſt, ab eiuſdem vitij effectibus, & fructibus. Etenim quùm de peccato originali ex parte mentis quæritur, de ipſo etiam vitio naturæ originaliter in mente contracto quæritur, non de huiuſmodi vitij effectibus. Hoc vitium in mente iam definiuimus priuationem Iuſtitiæ orig. quæ menti ineſſe debeat. Aiunt verò Proteſtantes, nō ſolum talem priuationem eſſe hoc vitium, ſed etiam defectus illos omnes commemoratos, eoſdémque in peccato origin. contineri. Sed aliud ſanè eſt, in hoc peccato tales
defectus contineri, ſiue ad hoc peccatum tales defectus conſequi, (ſi tamen propriæ, &
1. per ſe, vt neceſſarij effectus conſequuntur,) aliud tales defectus eſſe hoc peccatum. Itaq;
Primus Proteſtantum error.
hic primus fuit Proteſtantum error, quòd ſcholaſticos reprehendere volentes, de non commemoratis grauioribus vitiis humanæ naturæ, illi eoſdem ſic commemorent, vt in definitione & natura peccati originalis illos ponant. Scholaſtici enim dum definiunt pecca. orig. rectiſſimè explicare voluerunt quid eſſet in ſe conſideratum, non quos defectus pareret.
2. Hic autem error occaſionem proteſtantibus dedit, vt poſtea docerent, ipſum pecca- F
tum orig. nihil eſſe aliud, quàm totius hominis totalem deprauationem, & corruptionē
3. vt paſſim ſcribunt. Deinde verò addiderūt hanc corruptionem non ſolum accidētium,
ſed ipſius quoque ſubſtantiæ humanæ, tam ſecundum materiam quam ſecundum formam, animæ ſcilicet & corporis fuiſſe, vt contra Illyricum defendit Muſæus.
4. Poſtremò, peccatum hoc non corruptionem eſſe, quæ accidens eſt, ſed de natura & eſſentia hominis eſſe, imò ipſam eſſe hominis eſſentiam, ac naturam; ipſum eſſe cor hominis, ipſam rationem cum omnibus viribus, quæ verba ſunt flacci Illyrici, ex ſentētia Lutheri vt dicit. Sic ſanè qui initio peccatum cum effectibus ſuis cōfundebant, poſtmodum naturam ipſam, & quicquid naturę eſt cum peccato confundere, non ſunt veriti.

Cōfutatio quarti erroris per incommodum.
Cæterum iſta paradoxotata ſententiarum portenta, facile omnia euertuntur. Primū
enim (vt ordine retrogrado, à poſtremo incipiamus:) vitia iſta commemorata, ſi homi-
1. nis ipſa natura eſſent, ſanè alterius naturæ & Adam poſt peccatum eſſet, quam ante peccatum fuit, & nos poſt baptiſmū eſſemus quam antea eramus; & denique iuſti & iniuſti, fideles

A fideles & infideles,ſpecifica ratione differrēt, & ſolo genere ac materia cōuenirent,quæ ſunt omnia pluſquam ab ſurdiſſima.

Deinde,Deus qui naturæ & ſubſtantiæ noſtræ author eſt, conſequenter peccati au- 2.
thor eſſet.Aut ſi vt Deum liberent,Diabolum huius corruptelæ noſtræ authorē dicant, *Caluinus manichæi errorem amplectitur.*
in Manichæi furorem incidenr qui ipſum peccatum ſubſtantiam quandam eſſe,eiuſque
authorem malum quendam Deum finxit.

Huc accedit quòd hac ratione deterius cum Adamo quàm cum dæmonibus actum 3.
fuiſſet,quorū naturalia omnia integra manſerunt,vt ex Dioniſ.Aerop.& Sancti Augu
ſtini doctrina,docet S.Tho.1.p.q.95.art.1.Non ſolum autem Luciferi & ſociorum eius,
peccatum grauius fuit,ſed & multa hominum peccata grauiora ſunt,quàm Adami peccatum.Ille enim,neque ex contemptu,neque ex malitia, ſaltem tanta & tam deſtinata,
neque contra ius naturæ (vt multi interdum homines,)neque etiam contra ęternam le-
gem Dei,ſed tantum contra legem diſciplinæ,& præceptum diuini iuris poſitiui pecca- *Adami peccatū quale.*
uit.Non ergo periit ipſa natura Adami per peccatū,vt quæ à Deo bona ſubſtantia creata eſſet,iam per Diabolum mala ſubſtantia fieret.

Iam verò,deprauatio ipſa totius Naturæ & ſubſtantiæ humanæ,quam penultima ſen- *Confutatio 3. erroris.*
tentia poſuit,eadem fere habebit abſurda,quæ iſta iam commemorata. Primum enim,
hac ratione pecc.orig.in homine erit ſine ſubiecto.Tota enim natura humana, ſecundū
B partes ſuas ſubſtantiales corrupta, peccati amplius ſubiectum eſſe non poteſt. Virtutis enim & vitij ſubiectum homo eſt, propter animam eiúſque potentias, quæ ſunt operationum eius principia.Deinde hæc corruptio aut Phyſica eſt & vera,aut Metaphorica tantùm & ſimilitudinaria.Si Phyſica,cū priore blaſphemia planè coincidit.Nulla enim eſt vera & Phyſica corruptio,citra formæ à materia diuulſionem,& ſic eadem quæ prius abſurda conſequentur.

Quòd ſi Metaphoricam tantùm corruptionem, aut totius naturæ ex omni ſua parte ponunt,quia videlicet, virtutibus omnibus quibus indutus animus erat in Iuſtitia origin.per peccatum ſpoliatus eſt,vt illarum loco,contrariotum vitiorum turma irruperit, certè & hæc ſententia vaniſſima eſt.Nam virtutes illæ,quas in originali Iuſtitia ponunt, aut ornamenra fuerunt naturæ humanæ extrinſeca & aduentitia,aut intrinſeca, & quæ ad ipſius naturæ humanæ quidditatem, & eſſentialem integritatem, pertinerenr. Qui poſterius iſtud hodie etiam inter carholicos defendunt, expedire ſe difficulter poſſunt, quin pecca.originale,quo illa omnia naturalia per illos ornamenta amiſſa ſunt,ipſius naturæ humanæ corruptionem fuiſſe, quoad partes eius eſſentiales, cum Proteſtantibus concedant.

Quod enim ad ſubſtantiam,& naturam hominis,ſine qua homo non eſſet homo pertinet,ſalua hominis ſubſtantia tolli non poteſt.Sed quia vitutes illas Iuſtitiæ originalis,
non naturales,ſed aduentitias,nec ad animę ſubſtantiam,ſed ad ornatum pertinuiſſe,ex
communi doctotum ſententia iudicamus,conuenienter illis Scripturis,*Deus veſtiuit ho-* *Eccleſiaſtici cap. 17.*
C *minem ſecundum ſe,virtute*,Et *Induite nouum hominem*:Et *expoliantes veterum hominem cum actibus ſuis* & iuxta parabolam illam viatoris *expoliati à latronibus*, vbi ſemper ſub metaphora Ephеſ 4. coloſſ.3. Luc.10.
veſtimenti & ornatus,primæua noſtra Iuſtitia exprimitur. Propterea ſanè nullo modo ex metaphorica,vel ſimilitudinaria illa corruptione animæ propter ſublata illa ornamēta,ipſius ſubſtantiæ animæ,corruptio aliqua conſequuta fuiſſe dici poteſt.Nam etſi talis fieret corruptio metaphorica,id eſt,licet integritas,& ſanitas naturę læſa fuerit;imò etiā ſi ſublata prorſus eſſet,quùm externa tantùm integritas,& accidentalis illa fuerit, quæ animæ iam exiſtenti acceſſerit, (quamuis enim in creatione ipſa data fuerit, tamen prior natura fuit anima quam iuſtitia)certè eadem anima incolumi exiſtente, diſcedere illa iuſtitia potuit.Non ergo totius naturæ,aut etiam vlla ex parte ipſius naturæ atque ſubſtantiæ humanæ deprauatio eſſe poteſt peccatum originale.

Iam vero,quòd neque accidentaria totius naturæ totalis corruptio pecc.orig.fuerit, *Confutatio 2. erroris.*
demonſtrandum nobis eſt.Hęc enim tertia fuit ordine retrogrado aduerſariorum ſententia.Verum hoc loco non niſi de ſuperiori animi parte,idq; quatenus eius corruptionem eſſe,ipſum peccatum originale Proteſtantes dicunt,diſſeremus. Nam poſtea rū de *Lib.ſequenti.*
inferiorum partium corruptione quā ponunt agemus,tum ne effectum quidem eſſe huius peccati,talem corruptionem quam fingunt demonſtrabimus.

Nempe volunt Proteſtantes,pecc.orig.ex parte mentis, non ſolum merā eſſe priua-

tionem ipſius originalis Iuſtitiæ, quatenus illa donum rectitudinis naturæ ſignificat, nec D etiam priuationem tantum omnium virtutum, quæ ad tale donum conſequebantur; ſed etiam eſſe contrariorum vitiorum omnium poſitiuè, in exiſtentem & verè inhærentem cateruam. Et hoc eſt punctum controuerſiæ, inter illos & nos hodie, circa hunc huius partis articulum.

In Apologia confeſſ. Auguſtana.

Etenim hac de cauſa, vehementer illi amplificant, virtutes Adami, ante peccatum. Aiunt enim Iuſtitiá originalẽ, in illo homine, fuiſſe oẽs illas virtutes, quas vtráque decalogi tabula complectitur, & præterea notitiam Dei, amorem Dei, fiduciam erga Deum, & ſimilia. In Apologia Confeſſion. Auguſtanæ. Rurſum in Actis Vvormatienſibus, hæc dona omnium virtutum vrget contra Eckium, Melanchthonem, & illa omnia eſſe Iuſtitiam originalem affirmat; quia vera fuit conuerſio mentis primi hominis ad Deum, non per acceptationem tantum, id eſt imputationem; vt in noſtra hodie Iuſtitia rem ſe habere fingunt. Denique nuperrimè Martinus Chemnitius in examine (vt vocat) decretorum Concilij Tridentini, poſitiuam iſtam vitiorum inhærentiam defendit.

Iuſtitia originalis quid ſit, & qua in re propriè conſiſtat, exactius definitur: vt ita quid propriè priuatio huius ſit, (quæ originale peccatum eſt) clarius intelligatur. E

CAPVT XV.

Variæ ſcholaſticorũ ſententiæ de peccato originali.

1\. SED vt hæc Controuerſia, (quæ omnium ferè hodie, circa Iuſtitiam hominis quæſtionum fundamentum eſt,) clarè intelligatur, pauca hoc loco de Iuſtitia originali notanda ſunt, vt ſic quid tandem per priuationem illius ſignificari debeat, rectè perſpiciatur. Nempe (vt antea monuimus) aliqui ſcholaſtici putauerunt Iuſtitiam originalem nihil aliud fuiſſe, quam ſanitatem naturæ abſque gratia & ſanctitate, quam tamẽ poſtea per bonum vſum naturalium virium, homo mereri potuiſſet, quæ ſententia iam exploſa eſt, vt pluſquam ſemipelagiana.

2\. Alij Iuſtitiam originalem, gratiam ſanè fuiſſe agnouerunt, non autem gratiam gratum facientem, ſed tantummodo gratiam quandam gratis datam, quale eſt donum ſanitatis, aut prophetia. Nempe iſti per donum Iuſtitiæ originalis pręciſè loquendo, nihil aliud intelligunt, quàm integritatem omnium virium naturæ, ſicuti prior ſententia putat. Sed in hoc differunt, quòd hanc integritatem putant fuiſſe gratiam, non ipſam naturæ conſtitutionem. Et rurſum in eo differunt, quòd gratiam diligendi Deum ex charitate, & cognoſcendi vt authorem beatitudinis, non per meritum accedere potuiſſe (vt F prior ſententia voluit,) ſed gratuitam fore Dei gratiam docuerunt. In eadem tamen gratia ab aliis differunt, quòd nec ad originalem Iuſtitiam illam pertinere, nec etiam in ea neceſſariò includi voluerunt. Non enim principium meriti, eſſe donum Iuſtitiæ originalis, vllo modo dicendum exiſtimarunt: quæ eſt ſententia Scoti, 2. ſent. diſtin. 29. quæſt. 1.

3\. Tertia ſententia eſt S. Thomæ, & qui eum ſequuntur: quòd iuſtitia originalis & integritatem naturæ, & gratiam gratum facientem ſignificet, ſuóque ambitu complectatur: quod videlicet homo non ſolum in natura integer, ſed etiam Deo gratus, in ſanctitate creatus fuerit, ideóque iuſtus extiterit; nóſq; ab eo propagandi, ſic iuſti naſceremur omnes, ſi nemo peccaſſet.

Sed quia hæc ſententia, ad Iuſtitiam originalem refert virtutes, & dona illa omnia, qualia proteſtantes primo homini tribuunt, ideóq; difficilius defendi poſſe contra Proteſtantes videtur, (priuatio enim talis Iuſtitiæ tum omnium virtutum eſſe priuatio, tum etiam vitia contraria neceſſario inducere videtur) proptetea & in ipſo initio, catholici quidam ſcriptores, vt Eckius in actis Vvormatienſibus, & hodie etiam quidam, negant illa dona & virtutes ad Iuſtitiam originalem pertinere, vel quia gratiam, & Spititum

Sanctum

A Sanctum Adamo datum non fuiſſe exiſtimant vt aſſerit Eckius, vel quia gratiam illi datam ad Iuſtitiam ipſam originalem, (præciſè de ea loquendo) non pertinere, nec in ea neceſſariò includi autumant. Quam ſententiam hodie vir doctiſs. Theodorus Peltanus tract.3.de peccat.origin.amplectitur.

Verum enimuerò, nihil neceſſe eſt, vt Proteſtantum opinio confutetur, à D. Thoma, eiúſque ſequacibus, à communi theologorum ſentētia, à S. Patribus, imò ab ipſa Scriptura hac in parte recedere: qui primò homini talem reuera Iuſtitiam tribuunt, quæ & gratiam habuerit gratum facientem, in ipſa creatione ſua, & virtutes omnes illi ſtatui conuenientes. Hoc enim docet D.Thom.ex ſententia Auguſtini & aliorum Patrum 1.p.q.95.art.3. Et ſanè ipſum Iuſtitiæ vocabulum, in ſchola Chriſtiana aliquid plus ſonare debet, quàm ſanitatem naturæ: nempe ipſam gratiam gratum, & conſequenter iuſtum facientem; ipſamque naturam iam ſanam ad finem ſuum, qui Deus eſt ſubleuātem. Alia enim coram Deo, id eſt vera Iuſtitia, nulla eſt niſi ea quem non ſolum ſecundum rationem operari, ſed etiam Deo mentem ſubiici facit. Sine qua ſubiectione, nemo coram Deo iuſtus eſt quia nondum eam rectitudinem adeptus eſt, quæ ad conſequendum finem creationis ſuæ, ei planè neceſſaria eſt. Hanc autem rectitudinem, vt primo homini non defuiſſe, nemo fere ſcholaſticorum negat, ita ad iuſtitiam eius in initio illi collatam pertinere, etiam ſecundum ſe, negari profectò non debet, ſi cum piè iuſtum, non ſolum philoſophicè & moraliter bonum confiteri volumus.

B Neq. tamē hæc noſtra ſententia Proteſtātibus aliquo modo patrocinatur. Etſi enim Iuſtitia originalis quùm fuerit per nos gratia gratum faciens, omnes etiam virtutes complexa fuerit, aliud tamen fuit ipſa Iuſtitia, aliud ipſæ virtutes. Nam Iuſtitia ipſa originalis ſiue fuerit diſtinctus habitus à gratia, ipſáque gratia eius radix, vt mentem S.Thomæ putat eſſe Caiet.ſiue idem habitus & eadem prorſus res fuerit cum gratia, vt ex eiuſdem D.Thom.mente magis probabiliter colligit Dominicus Soto, certè in hoc omnes conueniunt qui D.Thom.ſequuntur, quòd Iuſtitia origin.ipſa, ſecundum ſe præciſè accepta, non erat aliud quam gratia rectificans mentem in ſuperiori parte, in ordine ad Deum, & refrænans appetitum in inferiori parte in ordine & mentem; quòd totum vno complexo vocatur, *Rectitudo totius naturæ*. Virtutes autem ſingulæ erant huius gratiæ, ſeu Rectitudinis effectus quidam. Gratia ſeu rectitudo erat radix, & arbor omnium virtutum, ipſúmque principium meriti; virtutes autem ipſæ fructus erant talis radicis.

Com.ad 1.p. q. 95 art.1.

De natura & gratia lib 1.c. 5.

Iuſtitia originalis a virtutibus diſtincta.

Rurſum rectitudo illa, & gratia, erat in primo homine per modum habitus naturæ infixus, virtutes illæ, erant actus & operationes huius habitus, etſi non immediatæ. Etenim etſi erant in primo ſtatu ſingularum virtutum, ſinguli habitūs, in ipſis potentiis animæ vt nunc ſunt, tamen in ipſa eſſentia animæ vt nunc eſt gratia, (non eſt enim immediatum principium operādi, ſed eſſendi ſpiritualiter, vt docet. Sanct. Thomas:) ſic tunc fuit rectitudo ipſa naturæ, ſeu Iuſtitia orig. & omnium virtutum atque habi-

C tuum radix. Et quemadmodum nunc gratia diſtincta eſt ab habitibus virtutum, (vt docet idem doctor,) eſtque radix bonitatis in homine, non ipſa bonitas quæ virtus eſt ſic Iuſtitia orig. diſtinguenda eſt à virtutibus primi ſtatus, tanquam radix & principium earum; nec etiam proximum & immediatum, ſed mediantibus earum habitibus; vt aliud ſit ipſa rectitudo naturæ, aliud virtutes quæ ab illa perfluxerunt. Nempe rectitudo hęc, & gratia primi ſtatus erat naturæ; & fuiſſet omnibus hominibus communis, etiam in prima cuiúſque natiuitate.

1.2.q. 110. art. 4 ad 1. & 2. argum.

1.2.q. 110. art. 3.

Virtutes autem erant perſonales, magiſque fuiſſent in vno quam in alio. Sicuti maior haud dubiè fuit fortitudo, ſapientia, & dilectio Dei in Adam *qui ſeductus non fuit teſte Apoſtolo*, quam in Eua quæ ſeduci ſe à ſerpente paſſa eſt. Itaque quemadmodum quædam virtutes, in illo ſtatu ſecundum actum in nullo eſſe poterant, ſed tantùm ſecundum habitum; quæ videlicet imperfectionem important illi ſtatui repugnantem, vt docet. Sanct. Thomas, ſic certum eſt, multas alias virtutes, in quibuſdā eſſe potuiſſe, tantum ſecundum habitum, & non ſecundum actum; in aliis etiam ſecundum actū magis, in aliis minus. Non eſt ergo (vt bene contra Melanchthonem monuit Eckius in Actis Vvormatienſibus,) ponenda identitas Metaphyſica donorum orig. Iuſtitiæ, vel inter ſe inuicem, vel cum ipſa Iuſtitia.

1.Timo.2.

1.p.q 95. art.3.

Eckius in colloq. Vvormatien.

Explicata deſcriptio Iuſtitiæ originalis. Quare hoc in loco diligenter obſeruandum eſt, quid ſit Iuſtitia originalis, præciſè de ea & propriè loquendo. Erat ſanè propriè loquendo, non actus ſed habitus, nec operatio ſed poſſibilitas operandi. Erat enim gratia naturam rectificans, & mentem ſubleuans, qua & ſecundum rationem facilè operari ſenſualitatem reprimendo, & Deum præterea cognoſcere, vt beatificum bonum, atque diligere ex charitate potuiſſet. Erat denique poſſibilitas non peccandi, vt eam egregiè diſcribit Auguſtinus ex verbis illis Eccleſiaſticis. *Deus fecit hominem ab initio & reliquit eum in manu cõſilij ſui. Quid eſt* (Ait Auguſtinus.) *in manu conſilij ſui, niſi in poſſibilitate liberi arbitrij ſui? In manu enim poſſibilitas intelligitur. Ipſa eſt prima gratia qua primus homo ſtare potuiſſet, ſi mandata ſeruare voluiſſet.* Hęc ille. *Poſſibilitas ad bonum Iuſtitia originalis. Hypognoſticum lib. 3.* Manifeſtè primá gratiá, (quod eſt dicere, originalẽ Iuſtitiá,) vocat poſſibilitatẽ liberi arbitrij ad bonũ. Loquitur autẽ de bono meritorio. Fuit ergo hæc prima gratia non ipſa mandatorum obſeruatio, aut virtutum operatio, ſed poſſibilitas obſeruandi & operandi. Idem certè copioſè docet in lib. de corr. & gratia cap. 10. & ſequent. vbi poſt multa concludit. *Cap 11.* *Prima ergo libertas voluntatis erat, poſſe non peccare; prima immortalitas poſſe non mori; prima perſeuerantiæ poteſtas, bonum poſſe non deſerere.* Hęc ille. Fuit ergo prima gratia, prima iuſtitia, poſſibilitas tantum omnium virtutum radix, habitus naturæ infixus, gratia intellectum clarè illuminans, voluntatem plenè rectificans, cõcupiſcentiam ſuauiter cohibens; nõ autem ipſa virtutum omnium operatio, poſſeſſio, aut actualis adeptio.

Qualis poſſibilitas fuit Iuſtitia originalis. Fuit autem iſta poſſibilitas, non ſolum non peccandi mortaliter, (talem enim & nos poſt baptiſmum habemus ſanata mente,) ſed etiam non peccandi venialiter; ideſt ab
1. omni peccato abſtinendi vt docet S. Thomas ex communi theologorum ſententia.
1. 2. q. 109. ar. 8. Pręterea poſſibilitas fuit tum ſingula, tum omnia peccata etiam venialia vitandi. Na-
2. tura corrupta etiam ſanata, ſingula quidem venialia vitare poteſt, ſed non omnia, vt ibidem docetur: non ſanata verò, nec venialia, nec mortalia omnia diu vitare poteſt.
3. Rurſum poſſibilitas fuit cum facilitate adiuncta, vt tum ſine noua habituali gratia id potuiſſet præſtare, tum etiam ſine rixa carnis. Noſtra poſſibilitas & rixam hanc patitur, & habitualem ac ſpecialem gratiam in ſingulis virtutibus deſiderat: vt à S. Thom. & S. Auguſtin. locis præallegatis docetur. Quare *primus homo lætiorem, nos potentiorem gratiam accepimus*, ait ibidem Auguſtinus. Denique poſſibilitas illa, fuit non ſolùm non
4. peccandi, ſed etiam omnia mandata, & omnes virtutes adimplendi, illi ſtatui aut ſingulis perſonis conuenientes vel neceſſarias: & poſtremò non tantum ſecundum ſub-
5. ſtantiam actus, ſed etiam ſecundum modum agendi: id eſt fine legitimo, ſancto, atque meritorio: ſcil. propter Deum: hanc enim omnem poſſibilitatem habuit iuſtitia originalis, partim ex naturæ integritate, partim ex gratia.

Primus Proteſtantum error, ſupra explicatus cap. 13. & 14. breuiter confutatur.

CAPVT XVI.

His ergo expoſitis & declaratis, facilè eſt ſententiam illam Proteſtantum quam vana ſit oſtendere. Quum enim Iuſtitia originalis, non fuerit ipſa virtutum poſſeſſio, ſed poſſibilitas illas habendi; nec ipſa dilectio aut notitia Dei, ſed recta totius mẽtis cõſtitutio, qua potuiſſet tum amare tum cognoſcere Deum, vi liberi arbitrij, ſic per gratiam rectificati; profectò iniuſtitia origin. ipſa in ſe, non erit omnium huiuſmodi virtutum deſpoliatio, & multo minus contrariorum vitiorum infælix poſſeſſio, ſed tantum ſupradictæ rectitudinis & poſſibilitatis priuatio; ſcilicet non actualis aliqua & poſitiua malitia, aut ignorantia, ſed carentia poſſibilitatis prædictæ: non poſſe videlicet vllis iam naturæ viribus cognoſcere Deum, vt bonum beatificum, vel amare Deum ex charitate, vel facere mandata ex charitate, & vt ſunt facienda.

Epheſ. 2. Hæc eſt vitioſa deformitas in qua naſcimur, & *ſumus natura filij iræ*. Sic enim in iuſtitia origin. paruuli nati fuiſſent iuſti, non quòd omnem iuſtitiam actu haberent,

omnéſque

A omnéſque virtutes quas parentes habuerunt, (neque enim cum perfecto vſu rationis nati fuiſſent (vt docet S. Thom.) ſed creuiſſent in illis vna cum corporum membris, Iudicium, ratio, ſcientia, paritérque ipſa Iuſtitia quod ad virtutes attinet, etſi Auguſt. lib. 1. cap. 37. & ſeq. de pecca. mer. & remiſſ. de vſu rationis in paruulis aliter iudicauit; à cuius iudicio hac in re omnes ferè ad vnum ſcholaſtici receſſerunt:) ſed nati fuiſſent habitu tantum & potentia iuſti: ſic videlice: Iuſtitiæ paternæ hęredes, non vt omnes & ſingulas paternas virtutes, & in eodem gradu vel ſtatim nati, vel etiam tota reliqua vita ſemper conſequuti fuiſſent, ſed vt Iuſtitiæ donum naturæ datum ſtatim nati acciperent, quæ erat rectitudo omnium virium non actu ſed potentia, nec in ſpecie ſed in habitu omniũ virtutum. Sic ergo mentis cęcitas quæ peccat. origin. eſt, nihil eſt aliud quam illius rectitudinis priuatio, & innata quædam obliquitas, ſiue impoſſibilitas prædictæ. Vitia autem & flagitia à proteſtantibus commemorata, eſſe ipſum pecca. orig. non poſſunt, quia nec contrariæ virtutes illa Iuſtitia fuerunt.

Libri primi de peccato Originali.

FINIS.

DE CORRVPTIONE NATVRÆ HVMANÆ PER PECCATVM ORIGINALE INVECTA.

LIBER SECVNDVS.

PROOEMIVM.

Lib.1.cap.13. DICTVM & declaratum ſuperius eſt, peccatum Originale à Proteſtantibus hodie, tam quoad formale eius, quàm quoad materiale; tam quoad mentis cæcitatẽ, quàm quoad carnis concupiſcentiam, vehementer exaggeratum fuiſſe. Et quidem corruptionem mentis quàm falsò exaggerauerint, Confeſsionis Auguſtanæ ſocij, & qua in re illa mentis & ſuperiorum animæ virium corruptio, quæ propriè peccatum ſeu vitioſitas originalis eſt conſiſtat, ſatis iam opinor perſpicuè explicatum eſt. Dicendum nunc erat continuo orationis filo de carnis concupiſcentia & altera illa inferiorum virium corruptione, & deprauatione, quam ſimiliter Caluinus cum ſuis, ſupra modum exaggerauit, illáque altera ſententia confutanda fuerat. Sed quia, ſi rectè aduertimus, quicquid de illa naturæ corruptione, & inferiorum animæ virium deprauatione, quam vno verbo Concupiſcentiam carnis, Scriptura & ſcholæ Theologicæ vocant, diſputant Proteſtantes, non tam ad ipſum peccatum Originale, quàm ad effectus ſeu defectus eius potius pertinet, vtpotè quæ ſit materiale tantum eius ſignificatum, & prima proles ſeu effectus eius, iuſto Dei iudicio peccato primi parentis inflictus, (vt in ſuperioribus oſtenſum eſt) propterea ſeorſum, & aliundè initio ſumpto de ea diſputabimus. Qua etiam in diſputatione, vniuerſam naturæ humanæ deprauationem, per peccatum originale inuectam, tam ex parte mẽtis, quàm ex parte carnis tractabimus. Eſt autem hæc diſputatio longè vtiliſſima, maximéque neceſſaria; vt bene intellecto naturæ humanæ morbo, poſtea de reparatione eius per Chriſtum certius omnia teneamus.

Prote-

A *Proteſtantum argumenta, pro triſtiſſima illa natura deprauatione ſuperius affirmata præcedentis libri cap. 13. enumerantur.*

CAPVT I.

IN hac diſputatione & controuerſia, de triſtiſſima naturæ humanæ
deprauatione, per ſolum originale peccatum inuecta, à Proteſtanti-
bus aſſerta, ſtatim & in ipſa prima certaminus acie, vt mox cominus
confligatur, Phalangem & cohortem vniuerſam argumētorum, quæ
ab illis hac in parte proferri ſolent, in medium producemus. Deinde
veritate orthodoxa quaſi noſtri exercitus robore copioſè explicata,
& ſolide defenſa, hoſtiles acies impugnabimus, & propoſita argumenta conuellemus.
Ac primum quidem videtur, quòd etſi talia vitia tantaque corruptio ex parte mentis &
carnis, qualem proteſtantes iam aſſignarunt, non ſit ipſum originale peccatum, ſaltem
effectus eius erunt. Nam & contrariæ virtutes, effectus fuiſſe Iuſtitiæ origin. iam dictæ
ſunt, & planè tum Scriptura tum patres, talem corruptionem ex parte mentis per pec- 1.
B cat. orig. inuectam eſſe, manifeſtari videntur. Quare hæc tria argumentorum ge- 2 3.
nera proferunt Proſtantes, vt hanc tantam corruptionem ſaltem effectum eſſe pec- *Primi generis argumenta à contrario ſumpta.*
cati origin. oſtendant. 1. argum.
Quod ad primū enim attinet, arguunt [*Ex Iuſtitia origin. obſeruationem mandatorum
vtriuſque tabulæ conſequutam fuiſſe, & propterea ex Iniuſtitia originali, impoſſibilitatem ad vtrumque
ſimiliter conſequi, vt non ſolùm habeat ex parte concupiſcentiæ, amorem inordinatum ad carnalia
& ſenſibilia, vnde omnis iniuria in proximum naſcitur, ſed etiam ex parte mentis cæcitatem, ignorantiam
Dei, odium & contemptum Dei, &c.*
Hæc eſt Auguſtanæ Confeſsionis argumentatio. Alij ex imagine Dei in qua factus eſt homo, 2 argum.
*idem colligunt. Nam homo factus eſt ad imaginem Dei rectus & ſanctus. Poſtea peccator Adam ge-
nuit filios, ſecundum ſuam imaginem & ſimilitudinem: ait Scriptura vnde colligunt amiſſam fuiſſe* Gen. 1.
imaginem Dei, quæ iterum in decalogo delineata eſt, & homini repreſentata, vt videlicet toto corde di- Eccleſ. 7.
ligeret Deum, & non concupiſceret: ſed quia eam natura perficere non potuit, ſcripſiſſe Paulum, Om- Epheſ. 4. Gen. 5
nes peccauerunt & egent gloria Dei. id eſt renouatione per Chriſtum, quæ vocatur gloria 2. Cor. 3. Rom. 3.
Hæc Martini Chemnitij argumentatio eſt in examine] Hinc ergo colligunt naſci omnes pec-
catores, & legis tranſgreſſores, non ſolum cum impoſſibilitate, (ex parte mentis & vo-
luntatis) implendi mandata, ſed etiam cum neceſſitate peccandi, vt ſupra in Caluini
verbis recitatum eſt. lib. 1. ca. 13.
Quod ad Scripturas attinet, multa accumulantur ad iſtam corruptionem mentis
oſtendendam. Sed præcipua, & maximè tantùm vrgentia loca, commemorabo: eáque *Secundi generis argumenta e Scriptura.*
in certos ordines vt potero diſponam. Citantur primum illa loca, quæ peccata natu-
ræ ipſi imputant: vt illud Apoſtoli vbi dicuntur *Gentes ambulaſſe in delictis & peccatis ſecun-* 1. Ordo argum.
C *dum ſeculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aëris huius, ſpiritus qui nunc operatur in fi-* Epheſ. 2.
lios diffidentiæ. In quibus & nos omnes (inquit) *aliquando conuerſati ſumus in deſiderijs carnis no-
ſtræ, facientes voluntates carnis & cogitationum.* Et ne iſta vel ex conſuetudine, vel ex imita-
tione, accerſita eſſe mala aliquis putaret, addit ſtatim Apoſtolus: *Eramus natura filij iræ,
ſicut & cæteri*: vt omnia illa peccata quorum fontes ibi commemorat Apoſtolus, ſint
congenita nobis & naturæ peccata propter naturæ corruptionem in qua naſcimur. Sic
Apoſtolus alijs in locis, vocat peccatum originale, *habitans in nobis peccatum*, & *circunſtans
nos peccatum*, quia videlicet omnes in homine vires occupat. Rom. 7.
Secundo loco illæ ſententiæ numerantur, quæ ſubiectum huius peccati ipſam viden- Hebr. 12.
tur ponere mentem, cor, & voluntatem: vt illud, *Eratis quondam tenebræ, nunc autem lux* 2. Ordo argum.
in Domino. & paulò antè: *tenebris obſcuratum habentes intellectum propter ignorantiam quæ eſt in* Epheſ. 5.
ipſis. Rurſum. *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis.* Sic in Geneſi, *Senſus* Ephes. 4 2. Cor. 3
& cogitatio humani cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Et iterum *Cuncta cogitatio* Geneſ. 8. & 6.
cordis intenta eſt ad malum omni tempore. Quem locum illi aliter legunt. *Omne figmentum co-*

gitationum cordis tantum erit malum. Et quia dicitur, *ab adoleſcentia*, ſeu(vt illi legunt) *à pueritia*, natiuum hoc malum eſſe colligunt. Huc denique cogerunt omnes ſcripturas quæ de cordis peruerſitate occurrunt, eas omnes ad peccat. orig. applicando. D

3. ordo argum. In tertio ordine, illas Scripturas colligunt, quæ (aiunt illi) non ſolum priuatiuè, ſed & poſitiue deſcribunt deprauationem naturæ, quale illud eſt. *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. Stultitia enim ſunt illi. Prudentia carnis inimica eſt Deo: Legi enim Dei non ſubiicitur: nec enim poteſt.* Sic alibi vocat, *voluntates cogitationum*, & *figmentum cordis malum* Ex his enim colligunt, non ſolum in priuatione virtutum, ſed etiam in ipſa vitiorum colluuie deprauationem hanc conſiſtere.

1. Cor. 2. Rom. 8. Epheſ. 2. Geneſ. 6.

4. ordo argum. Ad quartum ordinem referuntur illæ Scripturæ, quæ non ſolum in mente ſeu corde, vt ſuprà; ſed etiam in toto homine qualis eſt ex prima natiuitate, in omnibus eius membris & partibus ponunt ſedem originalis prauitatis. *Vetus enim homo cum vitiis, morbis, & concupiſcentiis iubetur crucifigi. Sapientia carnis, inimicitia eſt aduerſus Deum. In carne mea non habitat bonum: lex peccati in membris meis.* Item ad Rom. 6. *vt deſtruatur corpus peccati.* Dauid agnoſcit ſe *in peccatis & iniquitatibus conceptum.* Alibi nominantur os labia, guttur, pedes, oculi, &c. omnia peccato infecta. Et ab ipſa anima nominatur *animalis homo*, ψύχικος, *qui non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei.* Has omnes ſcripturas, ad totius hominis deprauationem demonſtrandam, profert Martinus Chemnitius. Alias multas addunt Magdeburgenſes, & quæcúnque ſcripturæ hominum antè fidem peccata deſcribunt, illa omnia ad pecc. origin. referunt. vt quæ Petr. epiſt. 2. cap. 2. & Paulus ad Epheſ. 4. de gentibus commemorant. Per hanc autem totius hominis deprauationem inferiorum maximè virium, & carnis concupiſcentiam intelligunt. Itáque ad hunc ordinem reſpondendo de illa diſputandum erit. E

Rom. 6. Gal. 5. 8. & 7. Pſal. 50. Rom. 3. 1. Cor. 2.

5. Ordo argumentorum. Ad quintum & poſtremum ordinem, referri poſſunt illæ Scripturæ, quæ (ait Chemnitius) in deſcriptione mali originalis, adiungunt etiam tyrannidem diaboli, vt illud Apoſtoli, Secundum principem poteſtatis aëris huius; Spiritus, qui operatur (vel vt illi legunt) *qui efficaciam ſuam habet in filios diffidentiæ.* Ad quam ſententiam probandam, multa alia loca decumulant Magdeburgenſes. *Naturam deprauatam* (aiunt) *eſſe Mancipium diaboli*, Ioannes docet, dicens, *Peccantes ex diabolo eſſe*, & rurſum alibi, *Maior eſt qui in vobis eſt, quam qui in mundo.* Et Paulus, *Dicitur Deus huius ſeculi excæcaſſe mentes infidelium.* Et iterũ alio in loco. *Dicuntur homines à diaboli laqueis captiui teneri, ad ipſius voluntatem. Denique hanc ob cauſam diaboli, principatus & poteſtates & domini mundi, & rectores tenebrarũ harũ, appellãtur.*

Epheſ. 2. Ioan. epiſt. 3. 1. Ioan. 4. 2. Cor. 4. 2. Timor. 2. Epheſ. 6.

Hæc Magdeburg, vt oſtendant ad deprauationem originalem pertinere, quòd homo ante gratiam eſt mancipium diaboli. Atque ad hæc capita reduci omnia poſſunt, quæ ex Scripturis pro deprauatione hac originali proferunt.

Quatenus in hac Controuerſia ex Patribus diſputant vel non diſputant Proteſtantes,

F

CAPVT II.

Magdeburgenſes ignoris accuſant Patres quinti ſeculi.

QVOD ad patres attinet, Proteſtantes initio ſcholaſticos accuſabant, quòd non animaduertẽtes quid patres voluerint, quùm de defectu naturæ loquerentur, ſophiſticis rixis patrum ſententias obruerunt. Sic enim ſcribit Apologia Cõfeſſionis Auguſtanæ. Nullas tamen patrum ſententias pro ſua ſententia proferũt. Imò verò re tandem melius perſpecta, ipſos etiam patres accuſarunt. Nam Magdeburgenſes in Præfatione Centuriæ, 5. accuſantes, (vt ſolent) illius ſeculi patres, inter cætera dicunt. *Alij Patres viribus humanis nimium tribuentes, originalem corruptionem, iuſtitiámque fidei, fœde obſcurarunt, vt Chryſoſtomus & reliqui, ídque decepti philoſophicis quibuſdam ſomniis.* Hæc illi. Et paulò pòſt. *De libero arbitrio, ſeu viribus hominis, nondum renati plurimi doctores, ſenſerunt aliquam eſſe hominis animalis ſynergiam ſeu cooperationem. Auguſtinus & proſper huic ſententiæ acriter ſunt reluctati: ſed parum apud alios obtinuerant. Fons eius rei fuit, quòd peccatum originale nimis tenuiter & frigidè explicarunt.*

Hæc illi.

A Hæc illi. Hac etiam de cauſa, nec Ioannes Caluinus in ſua Inſtitutione lib. 2. cap. 1. & 2. nec nuperrimè Martin⁹ Chemnitius in ſuo examine, licet accuratiſſimè ex ſcripturis de hac deprauatione humanæ naturæ ſcribant, vllum prorſus ex patribus pro ſua ſentẽtia teſtimonium adferunt: niſi quòd quędam vnius Auguſtini loca interdum proferunt. Vides ergo quòd in hac ſua ſententia Proteſtantes non ſolum ſe patrum ſententiis prorſus deſtitutos agnoſcunt, ſed etiam eos omnes aduerſarios habere profitentur, Auguſtino tantum & Proſpero exceptis, quos male intellectos cum reliquis patribus committunt. Videndum igitur, quæ ex Auguſtino & Proſpero proferri ab ipſis poſſunt.

In quibus & quantis malis naturæ deprauationem Proteſtantes hodie ponent.

CAPVT III.

SED vt quorſum atque quo ſenſu Auguſtinum in ſuas partes trahunt
proteſtantes prius videatur, & vt tota diſputatio luculentius procedat,
nec cum ea confundatur quæ ad alias controuerſias pertinent,
B proponemus primum omnia in quibus hanc deprauationem naturæ
ponunt, hodie proteſtantes, nóſque accuſant quod eam negemus.
Poſteà verò quid propriè ad pręſentem diſputationem pertinet exprimendo,
tum demum patrum ſententias quas proferunt, exponemus.

Ponunt ergo hodiè Proteſtantes, deprauationẽ naturæ à nobis (vt falſò aiunt) negatam,
in eo quòd homo extra gratiam non poteſt cognoſcere Deum, deligere Deum,
facere mandata Dei, aut deníque ſe conuertere ad Deum, & ad hoc oſtendendum multa
ex Auguſtino & Proſpero accumulant. 1.

Deinde addunt deprauationem tantam eſſe, vt in ipſa conuerſione noſtra ad Deum,
quæ fit per gratiam, nihil prorſus cooperemur per liberum arbitrium, ſed merè paſſiuè
nos habeamus.

Tertiò, dicunt tantam pręterea eſſe deprauationem, vt nullum prorſus etiam morale 2.
bonum natura humana poſſit facere, vel (quod idem eſt) hominem extra gratiam ſemper
peccare, & omnes eius actiones (non ſolum quia malo fine ſemper fiunt, aut poſitiuè
aut ſaltem priuatiuè, id eſt non propter Deum, nec ex fide vt quidam malè curioſi Ca- 3.
tholici hodie docuerunt, ſed etiam propter deprauationem naturę) non niſi in malum
exire.

Quartò; addit Lutherus, *Etiam in malo ipſo & peccato perpetrando liberos nos non eſſe; ſed liberum Arbitrium amiſſum eſſe, tam in malum quàm in bonum; ideóque propter corruptionem naturæ hominem non ſolum ſemper de facto, ſed etiam neceſſariò peccare. Hoc enim diſertè docet Lutherus*
art. 36. inter articulos à Leone damnatos. Quamquam etiam hanc neceſſitatem peccandi 4.
C ab alio quoq; principio petunt, videlicet ex neceſſitate pręſcientiæ diuinæ, quod ad hãc
diſputationem non pertinet: ideóque quod ex illa præſcientia etiam infert Lutherus
loco citato, ne quidẽ in actionibus naturalibus & indifferentibus, liberè nos agere, quia
ad deprauationem naturæ non referunt, hoc loco prætermimus. Quintò dixerunt initiò
Lutherani *Deprauationem tantam eſſe, vt etiam odio & contemptu Dei, aliiſque ſceleribus ex ipſo naturæ noſtræ vitio flagraremus.* Quin & adhuc addunt *Deprauationem tantam eſſe, vt etiam in renatis ſic hæreat, nunquam vt peccatis carere poßint;* non ſolum quia venialia pec-
cata prorſus excutere in hac vita nequiuimus, quin ad ea quam ſępiſſimè recurramus, 5.
(quæ Catholica ſententia, eſt contra Pelagium definita,) ſed etiam quia in quacunque
actione iuſta, & ſancta, verè peccamus, propter inhęrentem concupiſcentiã, aliáſq; cau- 6.
ſas quas ponunt ſuo loco dicẽdas. Denique addunt etiam, *Mortaliter ſemper à iuſtis peccari ex natura rei, & actionum ipſarum, licet pro huiuſmodi non imputentur.*

Poſtremò concludunt *Deprauationem hanc naturæ, in hac vita ſanari nõ poſſe, ſic vt peccato* 7.
careat aliquis vel legem impleat, ſed tantummodo in altera vita ſananda. Et ad has ſingulas
ſententias confirmandas ex Aug. & Proſpero teſtimonia proferunt. 8.

Sed ex his omnibus ad præſentem diſputationem primum, tertium & quintum tan-

tummodo puncta propriè pertinent. Secundum, & quartum, ad diſputationem de libe- D
to arbirrio. Reliqua quæ ſequuntur ad controuerſiam de concupiſcentia in renatis propriè ſpectant, ibique diſcutientur.

Scholaſticorum doctrina mendaciter à Proteſtantibus accuſata, & falſò intellecta circa præſentem materiam.

CAPVT IIII.

SED primum punctum deprauationis à Catholicis, vt illi nos calumniantur, non negatur. Omnes enim fatentur, hominem extra gratiã & antè gratiam, non poſſe vel cognoſcere, vel amare Deum, vel facere præcepta Dei vt oportet. Imò (aiunt illi,) [*Tribuunt ſcholaſtici humanæ naturæ integras vires, ad diligendum Deum ſuper omnia, & ad facienda præcepta Dei ſecundum ſubſtantiam actuum, hoc autem eſt ha-*
1. *bere iuſtitiam originis. Sic non erit opus gratia Chriſti & Spiritus Sancti. Itàque non vident ſcolaſtici ſe pugnantia docere, quùm tribuunt homini concupiſcentiam, non mortificatam à Spiritu Sancto, & pariter tamen dilectionem Dei ſuper omnia. Hæc Apologia Confeſſionis Auguſtanæ.*] Huc etiam referunt alij quod ſcholaſtici docent, præparationem ad gra-
2. tiam eſſe in homine ante gratiam, & hominem facere quod in ſe eſt, ad ſuſceptio-
3. nem gratiæ; itemque mereri de congtuo primam gratiam. Has enim propoſitio- E
4. nes, dicunt Proteſtantes à ſcholaſticis defendi, propter negatam iſtam primi gene-

Proteſtantium calumnia.

ris deptauationem, in humana natura, & quia omnium mãdatorum obſeruationem, adhuc poſſibilem ſine gratia cum Pelagio ſcholaſtici ſtatuunt. Eſt hic ergo ante omnia hæc acerba calumnia depellẽda, vt dictarũ propoſitionũ ſenſu explicato, quid hic cõtra proteſtantes tenendum ſit, quid non, elarè eluceſcat. Quòd ad primã propoſitionẽ attinet, hominẽ per ſolas humanæ naturæ vires, poſſe diligere Deum ſuper omnia, & facere præcepta; Nota primum quod ijdem ſcholaſtici, qui fatentur & docent, peccatum ori-

Quo ſenſu ſolis naturæ viribus Deus diligitur ſuper omnia.

1. gin. non ſolum eſſe concupiſcentiam in carne, ſed etiam ignorantiã in mente, vt S. Tho. S. Bonauentura, & Hugo, de S. Victore quos proptetea proteſtantes allegant, & de deprauatione naturæ quam illi fingunt, idem ſecum ſentire exiſtimant; apertè etiam docent, poſſe hominem ex naturæ viribus diligere Deum ſuper omnia, & facere præcepta.
2. Non pugnat ergo hæc propoſitio, cum vera definitione peccati originalis. Nota ſecũdo ſcholaſticos tribuere hoc quod diximus, humanæ naturæ integræ, nõ corruptæ, & antè peccatum in ſuis puris naturalibus, abſque gratia concepto, nõ homini iam per peccatũ
3. corrupto. Nota 3. dilectionem Dei tribui homini integro, & in puris naturalibus cõcepto, non profectam, & quæ ex charitate infuſa proficiſcitur, ſed naturalẽ & quæ ex naturali appetitu, ſanè adhuc & ſecundũ naturã affecto, quũ non ſit niſi bonũ naturæ ſuę proportionatũ, virtúſq; ex naturali cognitione acquiſita (nã per naturale rationis lumẽ, Deus & Author naturæ cognſcibilis eſt, vt paret ad Rom. 1. & docetur in 1. p. q. 12. ar. 12.) facile
4. elicitur. Quartò nota quòd nõ ſine auxilio diuino generali, tanquã principio mouente, F
hęc faculras naturæ etiã integrę tribuitur. Quintò nota, quòd ijdẽ ſcholaſtici, diſertè do-
5. cẽt hominẽ iam ĩ corrupta natura, nõ poſſe totũ bonũ naturæ ſuæ ptoportionatũ; id eſt oĩa præcepta virtutũ implere, neq; diligere Deũ ſuper oĩa, etiã naturali dilectione, abſq; gratia tũ ſubleuãte, tũ etiã ſananre naturã; propter cuius corruptionẽ voluntas ſequitur bonũ primarũ: & idcirco quod proteſtãtes ſcholaſticis impingũt, nihil vel gratiæ Chriſti vel deprauationi naturę detrahere. Sexto nota diligẽter, quòd docẽt quidẽ ijdẽ ſcolaſtici, humanã naturã etiã corruptã, poſſe abſq; gratia aliquos act⁹ ſecũdũ virtutẽ facere, & mãdata ſeruare vtriúſq; tabulæ, eriã circa virtutes ſuper natutales, & ſingula quóq; peccata vitare poſſe, licet nõ oĩa: intelligere eos tamẽ hæc oĩa quãtũ ad ſubſtãtiã operũ, tãtũmodo nõ etiã quãtũ ad modũ agẽdi. Quod quũ proteſtãtes ipſimet agnoſcãt docere ſcholaſticos, vel ineptiſſimè eos vel malicioſè reprehendũt. Nã hic modus agendi, vt videlicet ex fide & charitate infuſis, ex parte principij, & propter Deũ ex parte finis, illa oĩa præſtantur; eſt proprius iuſtitiæ originali, vt illa grariã includit, & Iuſtitiæ Chiſtianorum quam facit Chriſti gratia. Neque enim niſi abſurdiſſimè negari poteſt, tum * ethnicos multos ante gratiam vllam, varias virtutes (quod ad opera ipſa attinet) præſtitiſſe, quàm malos Chriſtianos & hæreticos, poſt amiſſam quam acceperunt gratiam talia

Proteſtantium fallacia detegitur.

Hoc poſt ex Auguſtino copioſè oſtenditur cap. vltimo.

opera

A talia opera facere. Imò ipſe actus fidei, qui eſt aſſentiri articulo fidei, reperitur in dæmonibus & hæreticis quantum ad modum illum quo credere & aſſentiri oportebat, vt in principiorum fidei doctrinaliũ demõſtratione oſtẽſum eſt. Non ſunt ergo iſta pugnantia cum peccato originali, & corruptione naturæ per Chriſti gratiã ſanãdæ. Docẽtur autem hæc omnia quæ iam in his ſex punctis notauimus à D.Tho.1.2.q.109.art.2.3.& 4.

Iacob.2.
Lib.8.cap.2.

Verùm hîc obſerua, quòd quamuis iſta non pugnent cum pecccato origin.& corruptione naturæ, vt à ſcholaſticis ſecundum rei veritatem ponitur, tamen quod iam poſtremò notatum eſt, cum illa corruptione naturæ quã proteſtantes ponunt, manifeſtè pugnant. Illi enim ſic corruptam naturam eſſe volunt, vt non poſſit vitare peccatum, aut facere vnum aliquod præceptum vel actum virtutis, ne quidem quoad ſubſtantiam operum, abſque gratia: Imò etiam nec cum gratia, quod iuſtitiæ laudem coram Deo obtineat, vt dicetur amplius ſuo loco: idq; propterea quòd tota natura deprauata eſt: ideóq; opera ſemper immunda profert. Contrarium ſcholaſtici docent, quia tota natura corrupta non eſt. Hic ergo controuerſiæ ſtatus eſt, qui mox poſt patrum loca producta examinabitur. Interim tamen manet hoc confeſſum à ſcholaſticis, non ſecus quàm à Proteſtantibus, quòd homo extra gratiam non poteſt conuertere ſe ad Deum, vel cognoſcere aut diligere Deum, aut facere mandata vt oportet; Ideóq; non eſt opus ea de re doctorum ſententias proferre; quia non iam controuertitur.

Status præſentis Cõtrouerſiæ.
Lib.6. circa finem.

B Quod autem docuerunt ſcholaſtici, præparationem ad gratiam, eſſe in homine antè gratiam, nihil detrahit corruptioni naturę, aut gratiæ Chriſti, ſecundum ſenſum probatiorum ſcholaſticorum. Nihil enim aliud illi intelligunt, quàm quòd homo per liberũ arbitrium, acceptat liberè gratiam, & cooperatur acceptando. Ipſum quoque liberum arbitrium non intelligunt ſolum abſque gratia; ſed volunt illud pręueniri & moneri à Deo. Senſus itâque illius propoſitionis eſt, quod ante habituale, donum gratiæ, animæ infuſum (quod eſt remiſſio peccatorum, & interior ſanctificatio,) homo præparatur ad illud acceptandum, non per aliqua opera moralia aut bona, vt putant nos dicere Proteſtantes, (illa enim tantummodo diſponunt materiam, nec habent immediatum ordinẽ ad gratiam, quem habere illa malè docuit durandus.2.ſen.diſt. 28.q.5.) ſed per liberum arbitrium ſuum, à Deo motum immediatè, vt probatiores ſcholaſtici docent: ita ſanè vt ſi vel Deus non præueniat ac moueat, vel liberum arbitrium monente Deo nõ moueatur, nec aſſentiat; præparatio ad gratiam Chriſti prædictam (quæ ſola eſt propria præparatio, & de qua loquuntur ſcholaſtici) non fiat.

Quo ſenſu docuerunt Scholaſtici præparationem ad gratiam eſſe in homine.

Nec alius eſt ſenſus illorum verborũ homini faciendi quod in ſe eſt, Deum non denegare gratiam. Tunc enim facit homo quod in ſe eſt, quando monenti Deo liberè conſentit. Eatenus enim in homine, ſiue in poteſtate hominis eſt, ad bonum conſentire, in quantum homo eſt à Deo motus, non aliter. Atque hæc quæ diximus diſertè omnia docet S.Tho.1.2.q.109.art.6.tum in corp.art.cum in reſp.ad 1.& 2.argum. Idem quoq; definitum eſt in Conc.Trid.ſeſſ.6.Can.3.& 4.

Quo ſenſu dicitur, Homini facienti quod in ſe eſt Deus nõ denegat gratiã.

C Meritum autem de congruo reſpectu primæ gratiæ iam olim exploſum eſt, nec à probatioribus ſcholaſticis, vt à S.Thom.in ſumma, & poſterioribus ſcriptis, eiúſque ſequacibus vnquam admiſſum. Sed iſta proteſtantes aduertere nolentes, quod quidam ſcholaſtici aliquando tenuerunt, nec niſi probabiliter diſputando, nõ pertinaciter aſſerendo tenuerunt, illud Eccleſiæ Catholicæ calũnioſè tribuunt. Vtcúmque igitur vel olim ſcholaſtici aliqui vel circa initiũ hodierni ſchiſmatis, ſcriptores aliqui Catholici, de hac præparatione hominis antè gratiam, & conſequenter de viribus humanæ naturæ nondum ſanatæ, imprudentius ſcripſerunt, nõ eſt illud hodie, ab aliquo ſcriptore Catholico amplius defenſum, ſed iuxta definitionem Concilij Tridentini, & quam plurimorũ hodie tractatorum Catholicorum conſentiẽtes ſententias, in confeſſo omnibus eſt, vires naturæ ſic per peccatum originale fractas eſſe, ac debilitatas, vt neque ſine habituali dono per Chriſti gratiam iam infuſo, Deum diligere, vel vllum bonum opus vt oportet, & vt meritorium eſſe queat, præſtare valeat, neque ſine ſpeciali auxilio Dei, per liberum arbitrium ad oblarum gratiæ donum, acceptãdam cooperari. De primo ergo deprauationis puncto, non eſt quod amplius eum aduerſariis litigemus.

Meritum de congruo exploſum.

A *Quorundam ſcholaſticorum proponitur ſententia, aſſerens corruptionem naturæ peccatum originale, ſequutam fuiſſe naturalem hominis conſtitutionem.*

CAP. VI.

ATQVE hæc ſanè præcipua ſunt, quæ ſiue argumentatione, ſiue ex Scripturis, ſiue ex Patribus, pro naturæ noſtræ per peccat. original. deprauatione, tali & tanta, qualem hodie Proteſtãtes ponunt, afferri ſolent. Quibus omnibus vt reſpõdeatur, primum & ante omnia quæ & quanta ſit Naturæ deprauatio, ex orthodoxa ſententia oſtendendum eſt, manendo ſemper in duobus illis punctis, quæ ad præſentem controuerſiam pertinere paulò antè notauimus. Eſt autem hæc oſtenſio difficilis & implicata, propter varias ea de re, etiam orthodoxorum & Scholaſticorum ſententias: qui etiam ſi tam Pelagium, qui naturæ vires nimis extulit, quàm Manichæum qui eaſdem nimis depreſſit, æquè condemnarent, ab ipſo tamen deprauationis puncto nonnihil aberrarunt.

Alij enim concupiſcentiam hanc, ſiue inferiorum virium rebellionem, (quam poſt lapſum homo ſenſit, & de qua Apoſtolus conqueritur ad Rom. 7.) naturalem tantummodo eſſe hominis conſtitutionem docuerũt, & ineſſe homini à natura ſenſualitatem, *Dominici à Soto ſententia quòd virium inferiorum rebellio ſit naturalis.*
B quã etiam ante peccatum homo ſenſiſſet, niſi iuſtitiam originalem accepiſſet, quæ hãc concupiſcentiam fræñaret: & hoc eſſe quod dicitur iuſtitiam origin. perfeciſſe hominẽ in naturalibus: ideóque hominem lapſum non magis differre ab homine in puris naturalibus ante peccatum concepto, quàm differt homo nudatus & ſpoliatus certis ornamentis, ab homine nudo, & huiuſmodi qui talia ornamenta nunquam acceperat, excepta tantum ratione culpæ quæ nunc in lapſo eſt, quia ſua culpa nudatus fuit, in homine autem nudo, non fuiſſet aliqua priuatio propter culpam, aut pænalis, ſed tantum naturalis negatio ornamenti: Vt videlicet quod de morte philoſophantur theologi, (Illa enim etiam ſine peccato fuiſſet naturalis, propter corporis conſtitutionem, quæ ad illam ſemel ſuſcipiendam apta nata eſt: ſed quia per amiſſionem originalis Iuſtitiæ, quæ illam aptitudinem impediuerat, in noſtra moriendi natura relicti ſumus, ideò mors dicitur pœna originalis peccati,) ſic & non aliter natura iam corrupta dicatur peccati eiuſdẽ pœna. Hanc ſententiam tuetur Dom. à Soto lib. 1. c. 3. & 13. de Natura & gratia, ab Anſelmo (vt videtur) in lib. de concepto virg. eam accipiens. Atque hinc concludit, vulnus in Naturalibus nihil aliud eſſe, quàm priuationẽ doni ſupernaturalis, quod ſenſualitatem continebat: Ideóque hominem cum ſolo originali (ſecluſis habitibus actualium,) non impenſius ferri in ſenſibilia, quàm ſi eſſet in puris naturalibus; & cõſequẽter liberum arbitrium non deeſſe per ſolum originale magis debilitatum, quàm in puris Naturalibus fuiſſet, aut carnem magis rebellem quàm antè peccatum ſine gratia, fuiſſet: denique non aliter differre quàm moles ab alto cadens, prius impedita, & poſtea abſque impedimento: aut quàm nauis cuius natura eſt ventis duci per anchoram retenta, & poſtea eadem ſoluta, vi ventorum impulſa. *Vulnus in naturalibus iuxta eundem.*

C Eandem ferè concluſionem, etſi per aliud medium facit hac in re Durandus. Docet enim propter naturæ integritatẽ, quæ illi naturalis eſt, eandem etiam poſt pecc. origin. manere, vt quemadmodum in ſtatu innocentiæ ad meritum tantum data erat gratia, ſic in natura corrupta, ſola ſubleuante, non etiam ſanante gratia, opus eſſe; Ideóque poſſe homines, in Corrupta natura ſine gratia, etiam omne peccatum vitare, & omnia Iuris naturalis opera facere, quia videlicet ad ipſam hominis naturam hoc totũ pertinebat: quæ excepta gratiæ priuatione, eodem loco nunc eſt, quo ante peccatum fuit. *Durandi ſententia eadem de re.* Hæc ille 2. Sent. Diſt. 28. q. 3. & Diſt. 29. quæſt. 1. Vlterius verò progreſſus Albertus Pighius, in Contr. 1. De pecc. origin. & fugiens hominem á Deo ſine virili ſemine creatum, ſed in mulieris vtero conceptum, ac natum, modo quo cæteri naſcuntur, ait non ſecus illum Hæc omnia carnis vitia, & defectus ſenſurum, quàm nos in peccat. origin. nati ſentimus: ideóque ignorantiam & infirmitatem quam patimur, natura eſſe non pecc. origin. effectum. Et quidem ſi ita ſe res haberet, expedita eſſet huius controuerſiæ contra aduerſarios finiendæ ratio.

Eadem ſententia accuratè refellitur. D

CAPVT VII.

1\. SED NEC poſtrema hæc ſententia à Pelagianiſmo excuſari vix poteſt, nec priores duæ vel cum S. Auguſtini, vel cum Concil. Trid. ſententia, & doctrina concordant. Docet enim Conc. Trid. ſeſſ. 5. in decret. de pecc. orig. *propter iſtud peccatum incurriſſe nos poteſtatem diaboli, totúmque hominem ſecundum corpus & animam in deterius, eſſe mutatum.* Hoc autem non eſt ſolum priuari dono originalis Iuſtitiæ ac gratiæ. Nam homo in puris Naturalibus, ſine gratia in poteſtate diaboli minimè fuiſſet: non ſolum ratione mortalitatis noſtræ, ſed etiam ratione peccati. Hoc enim ad illam conſequebatur, vt ex Auguſt. colligere licet, in lib. de corrept. & gratia cap. 11. verſus finem: & apertius de Ciuit. Dei. lib. 13. cap. 3. vide etiam hac de re lib. 3. c. 5. contra Iulianum.

2\. Deinde naturalem carnis noſtræ impetum, magis nũc eſſe rebellem, quàm ante peccatum ſine gratia futurus erat, ex doctrina Auguſt. clariſſima argumenta peti poſſunt.

Carnis rebellionem aliam nunc eſſe etiam in ſua natura conſideratam, quàm in Adamo ante peccatũ fuerat.

Primum ſanè quòd Adam vt in ſuis naturalibus perficeretur, accepit quidem gratiam, ſed lætam quandam & facilem, quæ libero arbitrio iam ſane facilè cooperaretur. Nos verò, vt in corruptis naturalibus perficiamur, potẽtem & maiorem gratiam accipimus. E *Ille in bonis ſuæ naturæ erat, nos in malis Naturæ ſumus. Ille non eguit morte Chriſti*, ſupple vt ſanitatem conſeruaret. nos egemus, ſupple vt ſanitatem recuperemus clamante Paulo: *Quis me liberabit* &c. ad Rom. 7. *Ille non opus habuit adiutorio contra rixam carnis, Nos illo opus habemus. Ille denique accepit gratiam qua potuit ſi vellet, nos accepimus vt velimus, idque tantum velimus tantóque ardore diligamus, vt voluntatem contraria concupiſcentem, voluntate ſpiritus vincamus.* Hæc Auguſt. in lib. de corrept. & gratia cap. 11. Haud dubiè igitur, pura illius naturalia, ſecluſa gratia & dono Iuſtitiæ, multo erant ſaniora & puriora, vt quę minori remedio conſeruabantur, ſeu perficiebantur, quàm noſtra ſunt ſublata iam gratia.

3\. Deinde aliud argumentum eſt, quòd in paruulis quàm primum adoleſcunt, maxima vanæ cupiditatis abundantia apparet, ſuáque ſponte immani impetu in vitia, vel omnia vel plurima præcipites feruntur, de qua re lege Auguſtinum lib. 22. cap. 22. de Ciuitat. Dei. Non ſic homo in puris naturalibus, in lucem editus fuiſſet. Nuda enim in illo fuiſſet poſſibilitas peccandi, vel non peccandi, non præceps aliqua inclinatio.

Vulneratio naturæ non fuit ſola deſtitutio originalis iuſtitiæ.

Iam vero quod ad D. Thom. attinet, & probatiores omnes ſcholaſticos qui eum ſequuntur, vulneratio naturæ, non fuit ipſa deſtitutio, aut priuatio Iuſtitiæ originalis, ſed fuit ipſarum naturæ virium omnium, quædam inordinatio, atque ægritudo. Primum, quia alioqui nihil differret peccati orig. effectus, ab ipſa eius natura, & ratione formali, quæ in ſola carentia, aut priuatione orig. Iuſtitiæ conſiſtit, vt in altera Controuerſia ex ſententia D. Thomæ demonſtrauimus. Hæc autem Inordinatio, ex illa priuatione conſecuta eſt, vt docet D. Tho. 1. 2. q. 82. ar. 3. Neque enim alia de cauſa concupiſcentia, (ſub quo vno nomine, tota illa inordinatio ſignificatur) ipſum materiale peccati orig. dicitur F quam quia primus effectus eius eſt, vt ex ſententia D. Thomæ ipſemet Dominicus docet, lib. 1. cap. 1. cap. 9. eiuſdem operis nóſque antea docuimus: vt propter hoc non ſatis mirari queam illud Dominici à Soto dictum, *priuationem illius doni ſupernaturalis, quod ſenſualitatem cohibebat, fuiſſe vulnus in Naturalibus.*

Lib. 1. cap. 13.

Illud enim donum ſupernaturale, quia ſanè gratia fuit, erat ipſa originalis Iuſtitia, etiam formaliter conſiderata. Deinde quùm ex omnium ſententia, Iuſtitia originalis ſcilicet, formaliter conſiderata perficeret hominem in Naturalibus; Quæritur quæ ſunt illa naturalia? haud dubiè operari ſecundum rationem, & vt ratio imperet ſenſualitati: nam vt ratio Deo quoque obediret, ſaltem vt bono, beatifici, & ad meritum vitæ æternæ, non naturalis alicuius facultatis, ſed gratia ſupernaturalis erat. Naturalis ergo hominis ſanitas erat, concupiſcere quidem ſecundum ſenſualitatem, amica & delectabilia carni; ſed (ait D. Thom.) *in quantum eſt ſecundum rationis ordinem, Concupiſcentia autem quæ tranſcendit limites rationis, ineſt homini contra naturam.* Hæc ille 1. 2. q. 82. art. 2. reſp. ad 1. Idem quoque docet, quòd 85. art. 3. ad 2. Naturale ergo homini erat concupiſcere quidem, ſed ex rationis moderamine: & hæc erat Naturæ ſanitas, quam Iuſtitia originalis non fecit, ſed perfecit, nec attulit ſed conſeruauit. Non enim

Quid erat Iuſtitia originalis ſecluſa gratia.

A enim (quod obſerua diligenter) Iuſtitia originalis, ſecluſa gratia, erat ipſa noſtræ ſanitas (vt Durandus aliíque ſcholaſtici docent, qui ſine gratia iuſtitiã orig. ponunt,) hæc enim ſanitas, ipſa naturæ humanæ conſtitutio naturalis fuit, ad naturalem finem (ſcilicet operari, ſecundum rationem) conſequendum, ei naturaliter inſita, & ex ipſius noſtræ principiis profluens: *Omnes enim animæ vires, proprio ordine naturaliter ad virtutem ordinabantur*: Ait S. Thom. 1.2.q.85.art.3. ſed erat dictæ ſanitatis conſeruatio, & perfectio. Hoc enim illud eſt quod Auguſt. Apertiſſimè docet, in lib. de corrept. & gratia cap. 11. *datum fuiſſe Adamo adiutorium gratiæ, per quod in bona voluntate quam acceperat permanere potuiſſet ſi voluiſſet*. Permanere enim in bona voluntate, fuiſſet conſeruari in naturali ſanitate. Hoc rurſum illud eſt quod omnes vnanimiter ſcholaſtici dicunt *per donum Iuſtitiæ origin. hominem perficiendum fuiſſe in Naturalibus.* Alioquin ſi talis ſanitas naturalis non fuiſſet, non perfici & conſummari, ſed inſtitui & componi in naturalibus diceretur. Poſtremo obſerua Iulianum Pelag. vocare concupiſcentiam naturalem & bonum naturæ: Auguſt. autem, vocare illam concupiſc. carnalem, & malum naturæ.

Concupiſcentia rebellis contra naturam ſimpliciter.

Sed ad illud D. Thom. quòd concupiſcentia tranſcendens limites rationis, eſt contra hominis naturam; Reſpondet Dominicus à Soto, verum quidem id eſſe ſimpliciter, quia ratione formæ, & ex parte ſupremi gradus, vnde anima hominis ſortitur ſpeciem ſuam, eſt contra naturam; tamen ratione materiæ, nempe ab infimo gradu communi cum brutis ſenſualitatis impetum eſſe naturalem homini. Cęterum hæc reſponſio nihil
B eum iuuat. Etenim in puris naturalibus, nihil erat in homine vel ſimpliciter, vel ſecundum quid contra naturam. Tunc enim non pura & ſana, ſed corrupta, & ęgra naturalia habere dicendus eſſet. Itáque ſenſualitas quidem eſt naturalis, & conuenit puris naturalibus, iuxta naturæ inſtitutionem, quæ eſt vt obediat rationi, ſed quàm primum rationi aduerſatur, non iam amplius naturaliter, ſed vitiosè agit, nec puris ſed ægris naturalibus conuenit.

Præterea, ſi talis ſenſualitatis impetus, ſaltem ſecundũ quid & ratione materiæ contra hominis naturã, in primo homine fuiſſet, tunc ſanè etiam antè peccatum, corruptã materiã & ad peccatũ allicientẽ, homo habuiſſet. Sed hoc ſi ponatur, difficillimũ erit Deũ excuſare, ne ſit Author peccati, qui impetum tam rebellem & iniquum, ideóq; malum, & quidem peccatum (quia *inobedientia quædam eſt contra dominatum mentis*, ait Auguſt. lib. 1. cap. 3. contra Iul.) ipſi naturæ ante vllum hominis demeritum indidit. Sed contra clamat Scriptura: quòd *Deus fecerit hominem rectum*, vtique ſine tali curuitate, *ipſe autem ſe immiſcuerit infinitis quæſtionibus*, rixis videlicet, & pugnis carnalibus. Ideóque cõtra accuſatores naturæ, ſolent patres peccati originalis corruptelam, noſtro vitio inuectam opponere, non ipſam noſtram, vt faciunt Ethnici, nouercam vocare. Rurſum concupiſcẽtiæ carnalis inordinati motus, maximè in genitalibus apparẽt. Sed illorum ante peccatum nullus fuiſſet inordinatus motus; ſed generationi ſeruiiſſent, ſine vllo libidinis æſtu, vt longa diſputatione contra Pelagianos demonſtrat Auguſt. Ergo nec alius vllus concupiſcentiæ contra rationem impetus, in puris naturalibus locum habere potuit.

Eccleſ. 7.

Lib. 4. cont. Iul. lib. 2. c. 22. de pecc mer. & remiſſ. & lib. 14 c. 17. de Ciuit. Dei.

Poſtremò quod ad D. Thomam attinet, euidentiſſimum eſt longè aliam eius mentẽ
C fuiſſe. Docet enim ille quidem, *per pecc. orig. omnes animæ vires deſtitutas fuiſſe proprio ordine, quo naturaliter ordinãtur ad virtutem, & ipſam deſtitutionem dici vulnerationem naturæ*. 1.2.q.85. art.3. & alibi *pœnam orig. pecc. principaliter eſſe* docet, *quòd natura humana ſibi relinquitur deſtituta auxilio originalis iuſtitiæ*. 1.2.q.87.art.7. in cor. non tamẽ in ſola illa deſtitutione, (vt inde colligit Soto) hanc naturæ deprauationẽ ponit, ſed tum in eodẽ loco q.85. oſtẽdit ex hac deſtitutione, *inflicta eſſe certa vulnera ſingulis animæ potentiis*, (quod plus eſt quam naturam nudam relinqui (tum in ſeq. art. 4. diligenter inquirit, quàm grauia illa vulnera fuerint, tum etiam in præcedentibus articulis 1. & 2. eiuſdem quæſtionis, accuratè docet, non quidem totum, aliquod tamen bonum naturæ, diminui per peccatum originale: tum denique in q.82. art.1. & 3, quùm negaſſet pecc. orig. *ex parte ſua materiali*, id eſt ex parte concupiſcentiæ *eſſe habitum aliquem, qui inclinaret potentiam in actum*, tamen diligenter ſubiungit *ex pecc. orig. ſequi aliquam inclinationem in actũ inordinatum licet indirectè* per priuationem videlicet origin. Iuſtitiæ. Quæ ſanè omnia pluſquam denudationem, & deſtitutionem donorum acceptorum complectũtur. Et hac etiam de cauſa homo ille qui deſcendit in Iericho (noſtræ naturæ parabola) non ſolum *expoliatus* fuiſſe legitur, ſed etiã *plagis impoſitis ſeminiuus relictus* Luc. 10. vt propterea Bedam ſequutus D. Th. ex huius pa-

Durandi ſententia refellitur. tabola ſententia,naturæ vulnerationem colligat,atque elucidet q.85. art.1. de qua etiá D
re,lege Fulgent.de Incar.& gratia Chriſti. cap. 13. Non ergo vllo modo vel cum D.Th.
vel cum rationibus theologicis conſtare hæc prima Dominici ſententia poteſt.
Quod ad Durandum attinet,breuiter eius opinio refelli poteſt, quia falliſſimis fun-
damentis duobus nititur,vno quod accepit primus homo gratiam ad meritum tãtum,
(nam accepit etiam *adiutorium gratiæ,ad ſanitatis conſeruationem*, vt iam ex Auguſtino oſtẽ-
dimus) quod alij appellant donum Iuſtitiæ orig. ſecluſum à gratia: altero, quòd homo
corruptus ſola ſubleuante gratia indiget: Eget enim præterea ſanante: vt ſuo poſtea
loco dicetur.Quin & ſibi ipſi cõtrarius Durandus eſt,dum doctrinam D. Thomæ cæco
contradictionis impetu impugnat.Quamuis enim & hoc loco,& poſtea in diſt.29.art.1.
doceat, hominem non indiguiſſe gratia,ad conſeruandũ innocẽtiæ ſtatum,tamen an-
tea diſt.20.q.5.docet rectitudinem voluntatis ad deum (quam fatetur ex gratia fuiſſe)
huius innocentiæ & Iuſtitiæ originalis,qua caro obtemperabat rationi,radicem & cau-
ſam fuiſſe:ideóque hac deperdita, & illam quóque aliam periiſſe. Pighij ſententia non
eſt à nobis hoc loco impugnanda quia ſatis eam D.Auguſtinus, ex profeſſo contra Iu-
lianum,lib.4.& 5.impugnauit.

Reſpondetur variis difficultatibus contra hanc ſententiam; Naturale homini eſſe vt caro obediat rationi. E

CAPVT VIII.

DVBIA tamen nonnulla ſunt, tum ex eius, tum ex Durandi doctrina,
quæ contra hanc noſtram ſententiam militant, minimè diſſimulãda.
Quæritur enim primò, ſi vt caro obediat rationi,naturale homini eſt,
an aliquid homini naturale per peccatum originale ſublatum fue-
rit,aut perierit. Hoc enim fieri non poteſt, quùm nec in dæmonibus
naturalia perierint.*Quo etiam Argumento ductus S. Thom. contra nos con-
cludere videtur, Ait enim, Manifeſtatum eſt quòd illa ſubiectio corporu, ad ani-
mam & inferiorum virium ad rationem, non erat naturalis: Alioquin poſt peccatum manſiſſet.*
Hæc ille 1.p. q.95.art.1.non videtur ergo fuiſſe homini naturalis hæc quam hactenus
aſſeruimus,omnium virium ſanitatem, imò paulatim labi videmur in illorum ſenten-
tiam, qui totam primi hominis iuſtitiam,& ſanctitatẽ naturalem, non ex ſupernaturali
gratia fuiſſe hodie docuerunt. Maximè quùm Iuſtitia originalis vt ſanitatem naturæ ſi-
gnat non diſtinguatur quicquam ab ipſa gratia.vt ex mente D. Thom. colligit Domi-
nic. Soto, contra aliter opinantes lib.1.cap.5.de nat.& gratia:vel ſi diſtinguatur, vtrun-
que tamen donum Dei ſupernaturale ſit,videlicet nõ ſolum gratia per quam ratio,ſub-
debatur Deo,ſed etiam donum illud,per quod caro ſubdebatur rationi; quod *adiutoriũ
gratiæ, imò ipſam gratiam* vocat Auguſt.lib. de corrept. & gratia cap.11. & lib.13. cap.13. de
Ciuir.Dei.Ex quo etiam loco idem concludit S.Tho.loco iam citato.
Sed vt his omnibus reſpondeatur, diligenter aduertendum, quare & quatenus natu-
rale homini nondum per peccatũ corrupto eſſe dicimus,vt caro obediat rationi. Nem- F
pe naturale hoc illi erat,poſſe vi rationis ſuperioris ad bonũ tendere, & poſſe iuxta in-
feriores vires rationi ſic tendenti obedire.vt autem quod naturaliter potuit,re vera fa-
ceret, & faciendo perſeueraret ſi voluiſſet, hoc fecit donum Iuſtitiæ originalis. Vnde
De corrept. & gratia cap.11. D.Auguſt. *Si* (inquit) *hoc adiutorium vel angelo vel homini quàm primum facti ſunt defuiſſet,
quoniam non talis natura factus erat, vt ſanè diuino adiutorio poſſet manere* (nota manere) *ſi vellet
non vtique ſua culpa cecidiſſet.* Hæc ille. Accepit ergo gratiam tam angelus quàm homo,nõ
qua poſſet bene operari,ſed qua in bono opere permanere poſſet, ſi voluiſſet. Etenim
tam Angelus quàm homo, naturaliter peccabilis, & Naturaliter ad bene operandum
habilis creatus eſt.Sed vtrique data eſt gratia,non quia vtérque aliquod intrinſecum in
natura impedimentum habuit, (quis enim hoc de Angelo ſuſpicetur?) ſed quia vtriuſ-
que liberum arbitrium flexibile erat: & quidem *ad malum per ſe ſufficiens, ad bonum autem
parum ſufficiens niſi adiuuaretur ab omnipotẽti Deo*, vt eodem iam citato loco ſcribit Auguſt.
Non ergo per peccatum, aliquid homini naturale ſublatum fuit, ſed aliqua eius perfe-
ctio & integritas ſublata eſt per pec. quòd nõ eſt abſurdũ,ſed diuinæ Iuſtitię conueniẽs.
Et de tali integ.& perfect.qualẽ gratia ſuperaddita operabatur,manifeſtè loq. ſ.Th. quũ
illud

A illud naturale eſſe negat; loco citato nempe de ſubiectione corporis ad animá perfecta & integra, qualem fecit donũ Iuſtitiæ orig. non de ſubiectione (de quo ibi diſputat) poſſibili & indifferente. Et tale quidem integritatis & perfectionis donum ſupernaturale erat, & ex adiutorio gratię, non autem poſſe ſecundum rationem agere, &c. vt iam diximus. Neque his obſtat quòd poſſibilitas liberi arbitrij, ante peccatum tribuatur gratiæ, & quòd *hanc ipſam poſſibilitatem* Auguſt. vocat *primam gratiam*, quia illa poſſibilitas fuit ad bonum tantum, quædam adiuuãs inclinatio, & propenſio, vnde illam alibi *adiutorium gratiæ* vocat. Quod autem adiuuat rem aliquam, ex parte rei adiutę poſſibilitatem etiam aliquã præ ſupponit. Illam dicimus in natura hominis prius ſubſtitiſſe, ſed ad bonum & malum indifferentem. Neque enim fuit hoc adiutorium ipſi volũtati quoad actus ſuos adhibitum: *non enim datum eſt adiutorium quo actu vellet*, (nam illud nos iam accipimus vt diſtinguit Auguſt.) ſed ipſi poſſibilitati ex parte potentiarum animæ rationalis, vt illę videlicet dono Iuſtitiæ ſuperaddito tum illuminarentur ex parte intellectus, tum inclinarentur ex parte voluntatis. At hic ſubinfert Durandus Diſt. 31. q. 1. Si per pecc. orig. tantummodo donum hoc conſeruans, & perficiens naturam ſublatum eſt tanquam effectus eius, quum illud præ exiſtenti naturæ collatum fuerit, certè eius cárentia non ponit aliquã fœditatem vel ptiuationem, alicuius conuenientis ſecundum naturam: ſed (vt addit huic argumento Pighius) ſicut integræ naturæ hoc donum ſuperaduenit, ita integræ naturæ auferri debuit. Oportuit ergo, vt ſaltem in naturali illa indifferentia,

Lib. 3. Hypognoſticon.

In lib. de correpi. & gratia cap. 10.

B & poſſibilitate peccandi, & non peccandi, æquè libera homo poſt peccatum maneret. Cui argumento breuiter reſpondemus, quia donum illud Iuſtitiæ orig. non ſolum ſuperaduenit naturæ, & aliquid ei perfectionis ſuperaddidit ſed prætetea eam in ſua naturali poſſibilitate perfecit, & conſeruauit; propterea illo dono propter peccatum decedente, perfectionem quoque illam ſublatam, & cõ ſequenter læſam naturam, tamen quantum ex ſe erat manſuram fuiſſe in ſua tantum poſſibilitate, & imperfectione naturali, niſi noua quædam deformitas & vitiatio, per modum pænæ inflicta præterea acceſſiſſet, & prioribus illis donis ſucceſſiſſet.

Non ſublatio doni Iuſtitiæ orig. ſed pæna inobedientiæ reciproca carni inflicta eſt cauſa corruptionis naturæ.

Hæc enim vitiatio, & rebellio inferiorum virium ſubſecuta, non ipſi naturæ prius inhæſit, (vt alia ſententia vult,) quaſi ſublato dono Iuſtitiæ, ad ſuum proprium curſum naturæ vires redirent, tanquam ſoluto retinaculo, pœnæ tamen nunc modum habeat propter peccatum, ſicuti ipſa mortalitas naturalis quidem fuit, nũc tamen per modum pœnæ manet in filiis Adæ; ſed quùm in natura prius non fuiſſet, imò *proprio ordine omnes animæ vires naturaliter ad bonum tenderent*. propter inobedientiæ peccatum, vt iuſta pœna à Deo inflicta eſt, iuxta perpetuam D. Auguſtini doctrinam; de qua re lege lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 22. de pecc. mer. & remiſſ. lib. 3. hypognoſt. de Gen. ad lit. lib. 9. cap. 10. de Ciuit. Dei lib. 13. c. 13. & lib. 14. cap. 15.

S. Tho. 1. 2. q. 85. art. 3.

Sed hic inſtat Pighius, Deum hac ratione cauſam & Authorem peccati fore 1. quia donum Iuſtitiæ conſeruans & perficiens abſtulit 2. quia hanc corruptionem per modũ pœnæ inflixit 3. quia ſi in nobis naturalis prauatis eſt, authori naturæ imputãda eſt. Quibus ordine reſpondetur. Ad 1. donum Iuſtitiæ ſiue gratuitum erat, ſiue humanæ naturæ debitum, tamen quia ideo datum erat vt eo benè vteretur homo, iuſtè à Deo ſublatum
C fuiſſe, homine peccãte, & dono accepto abutente: vt rectiſſimè docet D. Th. 2. 2. q. 164. ar. 1. Ad 2. quia corruptio hæc non eſt verè & formaliter peccatum, vel habitus aliquis malus, vt Proteſtantes docent, ſed tãtum ægritudo & languor naturæ, quæ quidem eſt cauſa peccatotum non ipſa peccatum, propterea abſurdum non eſſe quòd à Deo infligatur per modũ pœnæ. Non enim hac ratione efficiẽs aut formalis ipſius peccati cauſa Deus eſt, ſed tantum mali cuiuſdam pænalis, per quod in peccatum inducimur: quod abſurdum non eſſe, longa diſputatione contra Iulianum, Pelagianum, qui nulla peccata peccatorum pœnas eſſe voluit, probat Auguſtinus, libr. 5. cap. 3. contra eundem. Ad tertium reſpondetur naturalẽ hanc prauitatem proptetea dici, quia à natiuitate eã contrahimus, orti videlicet ex ea natura, quæ naturaliter bona creata, ſuo vitio mala effecta eſt, non autem quia naturæ ipſius malæ, quæ tota bona eſt, pars aliqua ſit; vt putarunt Manichæi, & etiam docere Auguſtinum putauit Iulianus, vel putate ſe finxit. Vide lib. 1. contra eundem. Quod autem diximus docet apertè Auguſtinus hypognoſt. lib. 4. *Naturale* (inquit) *malum ſic dicimus, non quia ſit naturæ deo opifice congenitum ſed quòd à peccante natura tranſierit in peccatricem naturam.* Sic etiam intelligẽdi ſunt Patres,

Deus iuſtè ſubſtulit ab homine peccante, donum originalis iuſtitiæ.

Quare corruptio natura vocatur naturalis.

ſi quando vel concupiſcentiam, vel corruptionem hanc, & prauitatem naturalem vocant. Atque hæc de prima illa ſententia hactenus,quæ in ſola deſtitutione orig. Iuſtitiæ, & deſtitutione bonorum in ea acceptorum, vulnerationem & deprauationem naturæ ponit. D

Alia ſententia in altero extremo. Alij Orthodoxi ſcriptores Gregorium Ariminenſem ſequuti (quorum obiectiones ſupra citauimus) propter vehementes illas quas produximus D.Auguſt. & proſperi de nat.humanæ deprauatione querelas,& contra Pelagianos diſputationes,tãtam eſſe naturæ infectionem arbitrati ſunt,vt dicerẽt naturam iam ad omne bonum inhabilẽ reddi,& omnibus fere vitiis inquinatam naſci, parum admodum à proteſtantum ſententia diſcrepantes:niſi quòd iſti inſanabilem prorſus in hac vita naturam faciunt; Orthodoxi verò omnes per gratiam ſanari in hac vita poſſe docent.Media itáque ſententia tenenda eſt, & diligenter inter vtrũmque hoc præcipitium ambulandum, vt neque in ſola denudatione orig.Iuſtitiæ,neque etiam in tam omnimoda & enormi deprauatione pecc. orig.effectum ponamus.Quod vt fiat,aliquot punctis paulatim tanquam per gradus & veſtigia procedendo,totam huius rei veritatem complectemur,ideóq; non minus clarè & dilucidè,quàm vti ſperamus,ſufficienter & ſolidè.

Deprauatio naturæ humanæ in quo tandem conſiſtat,qualis & quanta ſit,per quinque puncta magna ex parte oſtenditur. E

CAPVT IX.

PRIMVM ergo punctum erit aduertere multiplicem eſſe naturæ humanæ deprauationem, præter eam quam hic inquirimus, vna eſt ex habitibus actualium peccatorum contracta,& quadam infælici conſuetudine in naturam verſa, quam etiam neceſſitatem peccandi vocat Auguſtinus. *Dum* (inquit) *conſuetudini non reſiſtitur,fit neceſſitas.* Et de huius generis corruptione multę Scripturæ loquuntur,antea ab aduerſariis contra præſentem materiam propriam obiectæ. Alia eſt ex pœna præcedentium peccatorum,dum deſerẽte Deo,tradimur in reprobũ ſenſum,cuius corruptionis tetros effectus cõmemorat Apoſtolus ad Rom. 1. quæ etiã ad originalem corruptionem nihil pertinet. Rurſum aliæ ſunt in homine miſeriæ, corruptiones & defectus varij,quorum omnium remota cauſa eſt pecc.orig.(quia ad eius principalem pœnam conſequuntur iſtæ pœnalitates,vt docet S.Tho.1.2.q.87.)ſicuti & omnium aliorum defectuum atque ęrumnarum, quas in hac vita non homines tantum,ſed totũ hoc vniuerſum in pœnam primi peccati incurrit. Quo ſanè ſenſu omnia omnium hominum peccata,quin & ipſa reprobatio (vt docet S.Tho.1.2.q.98.ar. 4.ad 2.& in 2.2. q. 2. ar. 5. ad 1.pecc.origin effectus dici poſſent.Sed eſſet ille impropriiſſimus loquẽdi modus,planéque abuſus.Non ſecus quam ſi diabolus omnium peccatorum cauſa diceretur, quia primum hominem induxit ad peccandum,quod impropriè dici,docet bene D. Tho. 1. 2.q.80.ar.4.Illa ergo naturæ deprauatio quam hic inquirimus eſt proximus & proprius effectus pecc.orig.qui videlicet ex natura rei vel ſecundum diuinam legem in omnibus filiis Adæ reperitur,nulla noua intercedente voluntate ſeu cauſa,vel ex parte Dei vel ex parte noſtra,qui denique eſt omnibus omnino communis. Alterum punctum eſt aduertere non hic inquiri de illa naturæ corruptione quæ circa corpus vt tale, eiúſque defectus quatenus corporales verſatur quos omnes aut fere omnes commemorant diligenter.D.Tho.2.2.q.164.ar.1.& 2.ſed de illa corruptione quæ circa animæ vires tam inferiores quam ſuperiores conſiſtit,quam ſane tribus quæſtionibus inueſtigat S. Tho. 1. 2. q.85.86.& 87.Anima enim non corpus peccati & virtutis ſubiectum eſt,ad quorum cognitionem hæc diſputatio tendit. F

Confeſſ. lib. 8. cap. 5.

Multiplex corruptio naturæ humanæ.

art. 7.

Triplex integræ naturæ bonum. Tertium punctum erit videre quotuplex eſt naturæ noſtrę bonũ, ex parte virium animæ,vt inde quæ ſit eius corruptio,poſtea videatur.Enimuero naturæ noſtræ bonũ, quũ integra eſſet triplex erat,vt deſcribit S.Tho.1.2.q.85.arti.1. Principia ipſa naturæ & proprietates

A prietates ex his effluxæ: vt ex anima potentiæ ille tres; ex corpore organico appetitus, & vis tota ſenſitiua. Aliud bonum erat naturalis quædam inclinatio ad virtutem, quaten⁹ homo ſecundum ſuam ſpeciem rationis eſt particeps. In ratione autem (vt in 1.2.q.63.ar.1. Docet. S. Tho.) quædam ſunt principia naturaliter cognita, tam ſcibilium quàm agendorum, quæ ſunt quædam ſeminaria intellectualium virtutum & moralium. Hoc naturę bonum agnouerunt peripatetici & etiam platonici; atque illi aptitudinem, ſeu propenſionem à natura datam, hi naturæ igniculos vocauerunt: quanquam in eo grauiſſimè vtrique errarent, tum quòd aptitudinem hanc, atque igniculos fortiores eſſe cenſuerũt, quàm re vera ſunt, tum quòd eorum profectionem, in nobis ſitam eſſe iudicarent. Tertium naturæ bonum, erat origin. Iuſticiæ donum, toti naturæ humanæ collatum, quod vtrúmque illud alterum naturæ bonum perficiebat, & mirabiliter iuuabat. *Philoſophorum error circa bonũ naturæ.*

Proximum punctum eſt, videre quod & quale naturæ bonũ, per pecc. orig. fuerit corruptum, aut corrumpi potuerit. Et dicimus nec per actuale vllum peccatum, multò minus per ſolum orig. primum illud naturæ bonum, corrumpi poſſe homine exiſtẽte. Poſtremò vero per ſolum orig. ſublatum fuiſſe agnoſcimus. Medium tamen naturæ bonũ, & per orig. maculam diminutum, ac debilitatum fuit, & per actualium peccatorum habitus, atque conſuetudines, ac item per deſertionem diuini numinis, ex pœna præcedẽtium inflictam, multo magis debilitatur; nunquam tamen totaliter tollitur. *Qualenatura bonum per peccatum originale fuerit corruptũ.*

Cuius rei argumẽta ſunt: Primũ quia ipſa natura ſpeciei, ſaluo indiuiduo tolli nõ poteſt. 1.
B Inclinatio autẽ ad virtutẽ, homini ſecundũ ſpeciei naturam conuenit, vt iam dictum eſt.

Præterea, inclinatio hęc fundatur in anima rationali, tanquam in radice. Illa ergo permanente tolli non poteſt. Quod adeo verũ eſt, vt etiam maneat in damnatis. Alioqui nõ haberent remorſum conſcientiæ de malis præteritis. 2. Deinde etiam ſi poſſet illa inclinatio, ad bonum per continuationẽ peccatorum totaliter tolli, (quod tamen falſum eſt, quia non diminuitur per ſubſtractionem interioris radicis, ſed per appoſitionem impedimenti exterius, quò fit vt nõ pertingat ad terminum virtutis, ſicuti lux diminuitur per nebulas ſuperuenientes, manente tamẽ Diaphano corpore lucis ſuſceptibile) tamen per ſolum originale talis inclinatio nunquam tolleretur: quia eius corruptio nõ fit per continuationem peccandi, ſed per vnius peccati pænam & operationem: de qua poſtea. 3.

Deinde quia hæc inclinatio ad bonum, eſt quędam habilitas ſubiecti ad actum, animę ad virtutis operationem, & talis quæ conſequitur naturam, quantũcunque per diſpoſitiones contrarias remittatur, (qua ſola ratione diminuitur ſicuti per diſpoſitiones bonas intendirur,) tamen quia illa remiſſio infinita eſſe nõ poteſt,) quia nec in infinitũ multiplicari poſſunt contrariæ diſpoſitiones,) ſequitur neceſſario ipſum nec remiſſionẽ, nec conſequenter diminutionem illius inclinationis totalẽ & omnimodũ eſſe poſſe. Quod totum, vt in vniuerſum de ipſo malo concludit S. Tho. 1. p. q. 48. art. 4. ita de ſolo origin. peccato multo firmius concluditur. 4.

Huc accedunt manifeſta patrum teſtimonia. Primum Ambroſius. Naturæ, (inquit) *humanæ, in illa vniuerſalis præuaricationis ruina, nec ſubſtantia erepta eſt, nec voluntas, ſed lumẽ decúſq; virtutũ.* Sic Proſper. *Cum homo ſpoliaretur Deo, nõ volũtate ſed volũtatis ſanitate priuatus eſt.* Et iterum. *A Diabolo iudicium voluntatis deprauatum eſt non ablatum.* Sic Auguſtinus *corruptã non ſublatã* S. Ambr. 5. Lib. 7. in Lucam.
C *voluntatem*, docet in lib. de perfect. iuſtitię. Idẽ docet Fulgentius: in lib. de incarnat. & gratia Chriſti ca. 19. Ex aliis patribus qui ante Pelagiũ & in Oriente ſcripſerunt, non eſt opus teſtimonia afferre, qui tam clarè naturæ vires aliquas etiam poſt peccatum agnoſcunt, vt eos hoc nomine proteſtantes accuſent, vt ſupra oſtenſum eſt ex pręfat. cẽturię 5. Magdeburgenſium. *De vocat gentium lib. 1. cap. 7. & 8.*

Sequitur nũc in alio pũcto aduertere, quaten⁹ ſaltẽ fiat, & qualis demũ ſit iſta diminutio inclinationis naturalis ad virtutẽ, per ſolũ pecc. orig. proximè inuecta, poſtquã totalẽ illã nõ eſſe iã demõſtratũ eſt. Quũ ergo inclinatio hęc fundetur principaliter in ratione, tãquã in radice, ratio autẽ (vt docet. S. Tho. 1.2.q.61.ar.2.) per eſſentiã eſt ĩ intellectu, qui prudẽtiã producit, eáq; perficitur: per participationẽ verò eſt in volũtate, quæ eſt ſubiectũ tẽperantiæ, itẽ in iraſcibili quę eſt ſubiectũ fortitudinis, (ſunt autẽ hæ duę poſteriores, ſubiecta virtutũ, nõ inquantũ ſunt partes appetitus ſenſitiui, ſed in quantũ participãt rationẽ, idq; per hoc quòd natæ ſunt rationi obedire motæ à volũtate vt docet S. Tho. 1.2.q.56.ar.4.) ſanè quatenus iſtæ potẽtiæ per peccatũ orig. debilitatæ fuerint, in tantum & inclinatio ad bonum virtutis diminuta fuit. Sublata ergo iuſtitia originali, quæ omnes has potẽtias pficiebat vnaquæq; ſuo ordine deſtituta, obliquo curſu ferebatur. *Inclinatio naturalis ad virtutem quantum diminuta fuerit per peccatum origin.*

Et quidem illa rectitudo,qua ſuperior ratio Deo ſubiecta, potuit eum intellect u percipere,& ad eum voluntate tendere,penitus fuit ſublata:non tamen ipſa ratio qu æ huiuſmodi actionum radix eſt,penitus ſublata aut extincta fuit,ſed tantùm (vt loquu ntur patres Aranſicani can. 25. & poſt eos Trident. cap. 1. in decreto de Iuſtificat.ſeſſ.6.) *attenuata & inclinata fuit*, ſic ſanè vt opere gratiæ adiuta & renouata priores illas actiones producere potuerit. Mens enim perChriſtum renouata,non producit act um aliquem in genere naturæ nouum, ſed tantum in modo agendi nouum, vt videlicet vel actio ſit naturæ quidem vires excedens,poſſibilitatis tamen humanæ capacitatẽ non ex cedens, vt actus credendi,& aliarum virtutum ſupernaturaliũ,vel actus moralis aliquis,q ui propter Deum & meritoriè fiat,qui alioqui vel non fi eret, vel ſine vlla diuini amoris conſideratione,ideóque ſteriliter fieret. Habitus enim gratiæ infuſæ non dat ita nouũ poſſe,quaſi potentia naturalis ad bonum prius nulla eſſet, ſed potentiam diſponit, renouata ſanat,corroborat,eleuat,vt bene docet Caperotus.Sed &ſcriptura ſatis clarè idẽ docet.Quod enim dicitur Ezech.36. *Dabo vobis cor nouum*,vt de nouitate ſecundum perfectionem non ſecundum naturam ſe loqui propheta oſtenderet, addit: *& auferam cor lapideum de carne veſtra,& dabo vobis cor carneum*,id eſt, auferam cor durum, vt non ſitis amplius *populus duræ ceruicis*,& dabo vobis cor molle & flexile vt *vt agamini ſpiritu Dei*, & ſitis populus de quo dicetur: *voluntas mea in eo*.Eſaiæ 62.Altera verò rectitudo,qua ratio ſuperior imperabat inferiori,non fuit omnino ſublata, ne homo in brutum prorſus per peccatum degeneraſſe videretur,ſed tantum debilitata fuit, propter vtriuſque rationis attenuationem quandam,ægritudinem inflictam,& corruptionem conſequentem. Nam deſertè ſtatim poſt peccatum Caino dictum fuit Gen.4.*Subter te erit appetitus eius*(ſcil.peccati) *& tu Dominaberis illius*, id eſt, ſuperior tua ratio non eſt prorſus deiecta, & ſub inferioris appetitus iugo captiuata,ſed imperare adhuc illi poteſt,ne ſemper peccato cõſentiat quãuis difficulter & ægrè,niſi nouo gratię robore accepto. De quibus ad Cain verbis lege Auguſtinum lib.15.cap. 7.de Ciuitat.Dei. Itáque ſucceſſit quidem prudentiæ ignorantia,Iuſtitiæ malitia,id eſt prauitas voluntatis ad malum,(vt exponit S. Tho. 1. 2. q.83.ar.3.ad 3.)in ratione ſuperiori,fortitudini autem infirmitas ſtrictè accepta, & temperantiæ concupiſcentia in ratione inferiori;vt ſanè neque ſuperior ratio rectè imperare ſciret,aut vellet,neque inferior ratio voluntatis, ſecundum rationem motum ſequeretur,ſed ſecundum proprium motũ ſuum rationi repugnaret. In his enim quatuor defectibus,naturæ corruptæ vulnera,rectiſſimè ponunt ſcholaſtici,quum ſola hæ quatuor potentiæ,virtutis ac vitij ſubiecta ſint.Hæc tamen Auguſtinus breuius expreſſit,*ſub ignorantiæ & difficultatis* vocabulis in lib.de natura & gratia ca.67.quæ ſequitur Proſper. lib. 1.c.7. de natura & gratia.

Renouatio per chriſtum nõ eſt naturæ ſed perfectionis.
1. ſent. diſt. 17. q. 2.

Imperium rationis non fuit ſublatum ſed debilitatum,

Sed quemadmodum ex parte intellectus vulnerati,ignorantia ipſa nõ eſt totalis quędam & omnimoda omnium agendorum ignorantia,(tunc enim bruta non homines eſſemus)ita nec reliqua illa pænalia abſolutę ſunt & completæ naturalium virium peremptiones(nec ſic enim homines eſſemus, quia non ſolum voluntas, ſed etiam ipſæ iraſcibilis & concupiſcibilis partes eatenus ſunt humanæ, & humanorum actuum principia, in quantum participant rationem,& non in quantũ ſunt partes appetitus ſenſitiui brutis nobiſcum communes)ſed ſunt(vt loquitur Auguſtinus, hæc tria vulnera vno verbo complectens)difficultates.Nam vt cum magna ignorantia veritatis naſcimur,& adoleſcimus,nec ſine magno labore cognitionem rerum adipiſcimur, ſic etiã vt cognito bono ſecundum virtutem agamus, difficulter voluntas vel mouet intellectum ad exercitiũ actus,vel mouetur ab intellectu ad determinationem actus ex parte obiecti, vt tendat in bonum:(quæ duo eius officia eſſe docet S.Tho.1.2.q.9.ar.1.ad 3.difficilius autem mouet ipſam inferiorem rationem;difficillimè deníque mouenti voluntati,inferior illa obtemperat.Hæc tamen difficultas omnem poſſibilitatem non tollit. Et quidem non eſſe omnem rationis ſcintillam extinctam tum res ipſa loquitur tum præclarè docet Augu. lib 22.cap.24.de Ciuit.Dei:voluntatis quoque & inferioris rationis naturalem vim nõ eſſe penitus ſublatam,vel inde demõſtrari poteſt,quòd ęgri per hoc peccatum dicimur, non penitus mortui:nempe quoad operationem boni;etſi quoad ſalutem & Deo planè mortui.Clamat propheta in perſona hominis lapſi.*Sana animam meam*. Saluator *venit vt medicus,ſanaturus peccatores malæ habentes*, non viuificaturus mortuos. Homo ille qui inciderat in latrones *vulneratus* dicitur *& ſemiuiuus relictus non interemptus.*

S. Tho. 1. 2. q.56 art.4.

De nat. & gratia cap. 67.

Natura per peccatum ægra non mortua quoad operationẽ boni.

Pſal. 40.
Matth.9.
Luc.5.
Luc.10.

Docet

A Docet Apoſtolus gentes per legem ſcriptam in cordibus eorum, Deum ipſum cognoſcere (ſcilicet vt authorem naturæ) potuiſſe, gratias tamen non egiſſe quia per ſuperbiā noluerunt, non quia non potuerunt. Neque enim ſi non potuerunt ex ſolo originali, propterea reprehenderentur tam grauiter, vt *veritatem Dei in iniuſtitia detinere*, & hoc nomine, *in reprobum ſenſum & in deſideria cordis ſui à Deo tradi* dicerentur. Rurſum ſemper & neceſſario peccare diabolo proprium eſt, qui obſirmatus in malo ſemper peccat. liberè tamen homo autem extra gratiam propter ſolum orig. diabolus videns non efficitur. *Rom. 1.*

Præterea ſecundum Proteſtantum ſententiam defectus prædicti ſignificarent perpetuos & neceſſarios peccatorum actus, eodem modo in omnibus determinatos. At certum eſt malitiam, infirmitatem, & concupiſcentiam maiorum fortiorem eſſe, in quibuſdam quàm in aliis: ideóque alios magis crebrò & continuò peccare quàm cæteros; idque vel propter diſpoſitionem potentiarum diuerſam, vel propter peccandi conſuetudinem. At verò orig. peccati effectus proprij, & proximi, ſunt omnibus communes, & æqualiter in omnibus, ſicut ipſum eſt pecc. origin. vt docet S. Thom. 1.2.q.82. art. 4. non ergo defectus illæ prædicti vt peccatorum actus determinatos & neceſſarios denotant, ſed vt habitus tantum & ægritudines ſignificant, peccati originalis effectus ſunt. *Effectus peccati origin. proprij æqualiter communes.*

Breuiter igitur ex præmiſſis concludere licet, deprauationem humanæ naturæ, quæ peccati origin. proprius & proximus effectus eſt, omnibúſque Adæ filiis communis, nihil eſſe aliud, quàm magnam quandam diminutionem, remiſſionem, & retardationem

B inclinationis illius ad bonum virtutis, quàm homo ante peccatum naturaliter habebat. Tantam ſanè & tam validam, vt ſine maxima difficultate, nec videre homo, quæ agenda ſunt, propter intellectus practici inuectam caliginem, nec velle quæ videt eſſe agenda propter voluntatis malitiam, nec ſi velit interdum agere tamen poſſit, propter inferiorum virium vel rebellionem, vel debilitatem. vnde fit, (vt quemadmodum ſcholaſtici exactè definierunt,) natura corrupta non poſſit totum bonum ſibi connaturale agere, ſic vt in nullo deficiat; poteſt tamen aliquod: ſicuti infirmus per ſe aliquem motū habet. Rurſum non poteſt omnia peccata, ne mortalia quidem, ſemper aut etiam diu vitare. Poteſt tamen ſingula venialia peccata vitare, etſi non omnia; ipſa quoque mortalia ad aliquod tempus ſed non diu declinare: Denique poteſt bona opera ad quæ ſufficit bonum naturæ aliqualiter operari. *Natura humanæ deprauatio ſpeciatim deſcribitur.* *S. Tho. 1.2. q. 109. art. 2. Ibidem art. 8. 1.2.q.10. ar. 4.*

Huius autem rei demonſtratio hæc eſſe poteſt. Homo vt per peccatum origin. natura ſua non excidit, ita ad finem ſibi connaturalem, & huic præſenti vitæ proprium conſequendum, omnimodam impoſſibilitatem non incurrit. Alioqui omnis humana actio vana, & irrita eſſet, & peius cum hominibus quàm cum brutis, & rebus omnibus creatis ageretur. Hæc enim omnia ad finem ſibi naturalem interdum conſequendum, nec inclinatione vnquam carent, nec inediis ſemper priuantur. Homo autem quùm ſit illi proprium per rationem & voluntatem agere, neceſſariò agit propter finem, ídque eo modo vt ſeipſum agat & ducat in finem. Eſt autem homini finis connaturalis iuxta humanæ ac præſentis vitæ ſtatum, agere ſecundum rationem. Et hoc ipſe Auguſt. homini *Quòd aliquod bonum virtutis in corrupta natura agi poteſt. S. Tho. 1. 2. q. 1. art. 2.*

C concedit extra gratiam. Recenſet enim inter bona quæ de bono naturæ oriuntur, quæ homo per iudicium rationis facere poteſt extra gratiam, *velle quicquid bonum ad præſentem pertinet vitam.* Hoc ipſum autem bonum quoddam eſt, & quidem verè bonum quia ordinabile eſt (quantum eſt in ſe) ad principale bonum, quod eſt vltimus finis. Quinetiam & virtus dici poteſt, imò etiam vera virtus licet imperfecta vt docet S. Thom. 2.2.q.23. artic. 7. Et hoc quidem demonſtrat aliquod bonum virtutis in corrupta natura agi poſſe. *Lib. 3. Hypognoſticon.*

Nunc etiam peccatum aliquando vitari poſſe demonſtrabitur. Nempe fieri hoc poteſt, vel diuertendo cogitationem ad alia etiam honeſta, vel ſubtrahendo conſenſum à motibus inordinatis, ſaltem ad aliquod tempus. Quod vidit ille ethnicus qui ſcripſit; *Quòd in corrupta natura peccatum aliquādo vitari poteſt.*

Ni librum cum lumine poſcas: inuidia vel amore vigil torquebere.

Quamuis enim homo in corrupta natura rationem habet nō ſubiectam, imò rebellem Deo, in quo deberet finem ſuæ voluntatis conſtituere, ideóque occurrentibus multis propter quæ conſequenda vel vitanda receditur à Deo, homo corruptus iuxta finem ſuum præconceptum multas occurrit inordinationes in actibus appetitus ſui ſenſitiui, quia nec ille ſubiicitur rationi (in repentinis enim motibus, & occaſionibus datis, ho-

mo operatur ſecundum præconceptum finem,& ſecundum habitum in eo præexiſtentem,vt in 3.Ethic. docetur)quod ſanè totum eſt præcipua & fundamentalis ratio quare homo extra gratiam videatur ſemper peccare. Tamen non eſt neceſſe vt ſemper homo peccet in actu: ſed poteſt ex præmeditatione rationis quæ per ſolum peccatum origin. totaliter non corrumpitur, vt iam oſtenſum eſt, præter ordinem finis præconcepti, & præter inclinationem habitus præexiſtentis,agere interdum. Neque enim cogi vnquam voluntas poteſt,aut neceſſitate coactiua premi à quibuſcunque habitibus prauis. Hoc autem quùm facit, peccatum vitat abſtrahendo videlicet conſenſum rationis, ab inordinatis illis motibus vel deſideriis occurrentibus. Et hoc eſt quod Auguſtinus dixit, *liberum arbitrium poſſibilitatis bonum perdidiſſe, non nomen & rationem.* Sed quia homo non poteſt eſſe ſemper aut etiam diu conſiſtere in tali præmeditatione, quia *corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem*, propterea non poteſt diu ſibi temperare,quin operetur iuxta voluntatem deordinatam & peccet; niſi per gratiam ſanetur, Naturam enim licet expellat furca,tamen vſque recurreret. D

Lib. 3. Hypognoſticon.
Sap. 9.

Durandi errores duo.

Cauendus eſt hic ſanè diligenter Durandi error, qui in 2.ſent.diſt.28.q.3. Docuit hominem in corrupta natura,omne peccatum mortale & etiam veniale, quod ex genere tale eſſet ſemper vitari poſſe; quia videlicet voluntate totaliter manente libera, gratia nullam aliam efficaciam ponit quàm ad meritum: ſicuti & primus homo tantummodo ad meritum accepit gratiam,ad totum autem bonum ſibi connaturale operandum non indiguit gratia, quia naturale illi hoc erat. Hæc enim duo huius opinionis fundamenta falſa ſunt,vt antea docuimus,nec hic repetere eſt neceſſe. Verum quidem eſt, quòd homo naturaliter ante peccatum potuit totum bonum ſibi connaturale operari ſine noua ſpeciali gratia; ſed neque in ea operatione permanere potuit ſine adiutorio ſpecialis gratiæ, neque vel aliquando illud operari, ſine communi Dei auxilio & concurſu. Sic ſanè in corrupta natura, per idem commune auxilium & concurſum Dei, aliquando non ſemper aut perſeueranter, operari bonum homo poteſt quamquam longè differēter vt mox ex alia occaſione plenius dicetur. Itaque in homine extra gratiam nec cum Durando totius boni poſſibilitatem (quæ Pelagiana ſententia eſt, vt ex libello Aug. de perfect. Iuſtitiæ Ratiocinatione 11. & ex epiſt. 94. ad Hilarium conſtat (nec cum hæreticis hodie totius boni impoſſibilitatē, ſed cum moderatis. D. Tho. doctrina, Script. & patribus conformi & conſentanea alicuius boni aliqualem poſſibilitatem ſtatuimus. E

Supra

Ad deprauationem naturæ humanæ magis explicandam, docetur quæ ſit ſeruitus peccati, quæ captiuitas diaboli, quæ deníque neceſſitas peccandi homini extra gratiam à Scripturis & Patribus attributa.

CAPVT X.

VT autē hæc deprauatio quā iā oſtēdimus magis eluceſcat: in altero adhuc puncto explicādum eſt, quæ ſit illa ſeruitus peccati, quæ captiuitas ſub diabolo, quæ deníq; neceſſitas peccandi, quam in homine extra gratiā etiā ex vi orig. pecc. Script. & patres aſſerunt. Propter iſta enim in ſcripturis & patribus lecta, deprauationem naturæ exaggerandā iuſtè & meritò Proteſtātes ſibi hodie perſuaſerūt. Seruitus peccati in quam homo ſiue per originalē corruptionem, ſiue per actualiū conſuetudinem pertrahitur, opponitur libertati iuſtitiæ ſiue gratiæ, ſecundū quā, *liberati per Chriſti gratiā* liberè ſeruimus iuſtitiæ, & ſanctitati vt ad Rom. 6. Apoſt. docet & Zacharias apud Luc. c. 1. cecinit: non ante opponitur illi libertati quæ electionis, ſiue naturalis dicitur. Illa enim libertas excludit tantum coactionē & neceſſitatem, & ſtat cum ſeruitute pecc. Qui enim ſeruit peccato, non quia ſeruire dicitur, neceſſario peccare conuincitur; ſed miſerè addictus eſſe peccato oſtenditur. Itáq; ſeruitus peccati, in qua ante gratiā ſumus propter naturæ corruptionē, nihil eſt aliud, quàm ſeruilis & miſera conditio qua ſeruitur peccato; de facto quidem, ſed liberè nō neceſſariò. Talē autem libertatē quam diximus nō omnē per peccati ſeruitutē tolli, docet ipſemet Aug. his verb. *Quis noſtrū dicat quod primi hominis peccato perierit liberū arbitriū de humano genere?* F

Seruitus peccati ex natura deprauatione quæ.

contra duas epiſt. Pelag. lib. 1. c. 2.

Libertas

A *Libertas quidem periit per peccatũ; ſed illa quæ in paradiſo fuit, habẽdi plenam cum immortalitate iu-
ſtitiam: propter quod natura diuina indiget gratia, dicente Domino, ſi filius vos liberauerit,* &c. Hæc
ille. Idẽ docet lib. 3. hipogno. dicens: *liberum arbitrium manere, non per quod ſit idoneum, quæ
ad Deum pertinent facere, ſed tantum in operibus vitæ præſentis, tam bonis quàm malis.* Apertè do-
cet non omnem libertatem ſed plenæ iuſtitiæ libertatem per peccatum orig. tolli. Huic *Libertas ex du-*
autem opponitur ſeruitus peccati. Nempe quùm libertas vel ab eo quodlibet agendo *plici cauſa dici-*
ex parte obiecti, vel à liberatione ex parte agentis, voluntatis nomen accipiat, prima ſa- *tur.*
nè ſtat cum ſeruitute: ſeruiendo enim peccato fit quodlibet, ſecunda opponitur ei.
Nam quia homo non eſt liberatus ſanata per gratiam voluntate, propterea ſeruit pec-
cato: vnde apertè Auguſtinus. *Per liberum* (inquit) *arbitrium alia peccata addiderunt. Arbi-* *De corrept. & gratia cap. 13.*
trium inquam liberum, ſed non liberatum. liberum Iuſtitiæ, peccati autem ſeruum. Sic alibi. *Intan-* *Retract. lib. 1.*
tum libera eſt inquantum liberata eſt, & in tantum appellatur voluntas. Neque tamen hic liberũ *cap. 15.*
arbitrium irridet Auguſtinus (vt ridiculè colligit Caluinus) ſed libertatis excellentiam *Inſtit. lib. 2. cap. 2. ſect. 8.*
in voluntate liberatã docet, miſeriam in voluntate nondum liberata. Conditionis igi- Rom. 6.
tur comparatio eſt non naturæ vtriuſque. Sic enim & Apoſtolus *liberatos à peccato, ſeruos* 2. Petr. 2.
iuſtitiæ vocat: non quia contra voluntatem iuſtitiæ ſeruiant; ſed quia (vt ait Petrus) *à quo
quis victus eſt, eius & ſeruus eſt.* Tota enim ac plena voluntas propter impetum agendi fit
quaſi ſeruitus.

Iam verò captiuitatem diaboli incurriſſe dicimus per pecc. orig. non qua toti quan- *captiuitas diaboli quæ.*
B tũ ſub poteſtate diaboli ſumus, ſed quia extra gratiam poſiti eius tentationes facilè ſe-
quimur. Sed multo magis hoc fit ex conſuetudine peccandi & per habitus peccatorum
contractos, quàm ex ſola corruptione originali. Quanquam neutrobique voluntas ipſa
diabolo captiua eſt. Illã enim mouere & ſollicitare poteſt, ſed violenter impellere aut
flectere non poteſt: vt docet S. Thom. 1. 2. q. 80. art. 1. Rurſum Adam & nos, diabolo ca- Ioan. 8.
ptiui facti ſumus, quia opera diaboli facimus; ſiue id neceſſariò & ſemper, ſiue liberè, &
interdum fiat: Quo ſenſu impios Iudæos ex patre diabolo fuiſſe, Chriſtus in Euangelio
pronunciauit. Prȩterea captiuos nos tenet diabolus, non ſolum ad mortem temporalẽ,
ex pœna pecc. origin. ſubeundam, ſed etiam ad pœnas cum ipſo æternas ſoluendas, niſi
nos Chriſtus liberauerit: quod etiam vtrunque ille nobis procurauit. Maior difficultas
eſt circa peccandi neceſſitatem ex peccato originali conſecutam.

Hanc enim conſtantiſſimè Auguſt. contra Pelagianos vrget, eáque *Duram neceſſitatẽ* *De neceſſitate*
vocat. Quærenti enim Pelagiano, *vtrum per naturæ neceſſitatem, an per arbitrij libertatem, ho-* *peccandi in qua*
mo in peccato conſtituatur, reſpondet: *primò per arbitrij libertatem hominem peccaſſe: ſed pœnalem* *homo eſt extra gratiam.*
*vitioſitatem ſubſecutam ex libertate feciſſe neceſſitatem; ideóque ad Deum clamari: de neceſſitatibus
meis libera me Domine.* Et iterum. *Saluaſti de neceſſitatibus animam meam.* & paulò pòſt. *Quia
peccauit voluntas, ſecuta eſt peccantem, peccatum habendi dura neceſſitas.* Hæc ille in lib. de per-
fect. Iuſtitiæ ratiocinat. 9. Rurſum interroganti Pelagiano, *ſi homo non poteſt eſſe ſine pec-
cato, cuius culpa eſt? Reſpondet, ideò eſſe culpam hominis quòd non eſt ſine peccato, quia ſola hominis
voluntate factum eſt, vt ad iſtam neceſſitatem veniret, quã ſola hominis voluntas ſuperare non poſſit.*
Hæc ille ratione 13. vbi disertè agnoſcit hominem ſine peccato eſſe non poſſe, ídque
propter peccatum primi hominis. Multis etiam aliis in locis, (quorum quædam ſupra *Supra cap. 5.*
C produximus,) hanc peccandi neceſſitatem quandam contra Pelagianos conſtanter
docet. Sed iſta neceſſitas qualis ſit benè intelligenda eſt: ídque ex mente Auguſtini.

Primum ergo, neceſſitas peccandi apud Auguſtinũ, non ſignificat quòd ſemper & in *Neceſſitas peccandi apud Auguſtinum quid*
omni opere peccetur, ſed quòd neceſſariò aliquando peccet homo ſine gratia; nec ſem- *ſignificet.*
per poſſit eſſe ſine peccato per ſolas naturæ vires, vt putarunt Pelagiani. Erat enim eorũ 1. ſenſus.
ſententia, *quòd poſſibilitas quædam non peccandi eſſet ipſi naturæ inſeparabiliter inſita*: vt ſatis ap-
paret in libro de Natura & gratia cap. 48. & ſeq. hanc poſſibilitatem non peccandi, id
eſt, ſemper & ab omni peccato abſtinendi, (ſic enim recenſet Pelagij ſententiam epiſt.
94. quòd doceat videlicet *omnibus tentationibus ſuperandis, ſine gratia, naturali poſſibilitate hu-
manam ſufficere voluntatem*) negat Auguſtinus; & è contrariò neceſſitatem extra peccan-
di ſtatuit; aliquando ſcilicet: vt neceſſitas peccandi hoc ſenſu nihil ſit aliud quàm neceſ-
ſitas non eſſendi, ſine peccatorum commiſſione, ſicut infra latius ex eodem Auguſtin.
oſtendemus; cum ad loca ex illo obiecta reſpõdebitur. Iuxta hãc peccati neceſſitatem,
docent ſcholaſtici magiſtrum ſequuti, Diſt. 25. lib. 2. non eſſe hominem liberi arbitrij ex-
tra gratiam ȩquè ad bonum atque ad malum hoc ſenſu vt liber ſit á coactione. Quia etſi 2.

Caluinus peruerſus opinator aliorum probas ſententias peruerſe peruertit.

ſeruus ſit peccati,vt nihil præter peccare perpetret,libera tamen electione peccet.Qua- D
re improbè Caluinus hanc Magiſtri ſententiam ſic refert.Inſtit.lib.2.cap.2.ſect. 6. quaſi
docuerit hominem extra gratiam,nihil aliud quam peccare poſſe,hoc enim tollit liber-
tatem à coactione,facitque vt non ſolum peccet homo de facto ex conſuetudine pec-
candi,vel naturæ Corruptione,ſed etiam vt non poſſit non peccare , etiamſi abſtinere
vellet à peccato.Qualis ſtatus peccatoris eſſet ipſa coactio non libertas à coactione.Sed
non in tali vel ſeruitute,vel neceſſitate peccati hominem extra gratiam poni,ſatis ex ſu-
perioribus oſtenſum eſt.

Alio modo apud Auguſtinum,neceſſitas peccandi ſignificat impoſſibilitatem ad bo-
num meritorium,non ad quamcunque bonam & moralem actionem : vt quemadmo-
dum virtus,vt bonum apud illum nullum eſt,niſi chriſtianum & meritorium,ſic pecca-
re apud illum ſit nõ operari ſanctè & iuſtè.Nam propterea in lib.de perfect.Iuſtitiæ, re-
ſpõdens ratiocinationibus pelagianorũ hac ipſa de re,quoties cõtra hanc peccandi ne-
ceſſitatem ratiocinantur, vt, *quòd ſit peccatum non eſſet peccatum , quod enim vitari non poteſt,
peccatũ non eſt.* Ratioc.1.vel *quòd ſic nõ eſſet præceptũ vitare peccatũ ; cur enim præciperet quod fieri
non poteſt.* Ratioc.6.Item,*quòd ſic non per arbitrij libertatem,ſed per naturæ neceſſitatẽ peccaretur,*
Ratioc.9. Iſtis (inquam) ratiocinationibus pelagianorum & ſimilibus ſemper reſpon-
det,de medecina gratiæ Chriſti.*vitari enim poſſe peccatum ſanata per Chriſtum natura : præce-
ptum eſſe abſtinere, à peccato vt medicinam requirat,qua poſſit abſtinere.* Denique ex libertate fa-
ctam eſſe neceſſitatem,*donec ab hac neceſſitate liberet gratia. Ipſa enim* (inquit) *ſanitas eſt vera li-* E
bertas. Sic in lib.de natura & gratia ca.42.& 43.poſſe hominem eſſe ſine peccato & poſ-

Neceſſitas peccãdi extra gratiã opponitur libertati gratiæ.

ſe non peccare concedit,*adiuta hominu voluntate,per Dei gratiam.* Non aliã ergo docet ne-
ceſſitatem quam quæ opponitur libertati gratiæ non cuiuis libertati. Nempe docet ſi-
ne gratia Chriſti vitari peccatum liberè, id eſt libertate gratiæ non poſſe: quod eſt dice-
re, ſanctè & meritoriè vel omnino & ſemper vitari non poſſe.

Quemadmodum enim in gratia nõ ſolum facimus bonum,ſed etiam declinamus ma-
lum ex gratia,& in vtróque eſt meritum;ſic extra gratiam in neutro eſt meritum:ſed vel
ad faciendum bonum,vel ad declinandum malum,ſic vt oportet magna eſt impoſſibili-
tas,quæ eſt peccatum non vitandi quædam neceſſitas.Hoc autem apertius tradit in lib.
3.Hypognoſticon.Quum enim dixiſſet quòd *homo per velle malum rectè perdidit poſſe bonũ,*
declarãs tamẽ qualis eſſet hęc boni agẽdi impoſſibilitas,paulo poſt ſubiũgit.*Eſſe fatemur
liberum arbitriũ omnibus hominibus,habens quidem iudicium rationis;non per quod ſit idoneum quæ
ad Deum pertinent ſine Deo aut inchoare,aut certè peragere,ſed tantum in operibus vitæ præſentis , tã
bonis,quam etiam malis.Bonis Dico,quæ de bono naturæ oriuntur.* Inter quę enumerat, *velle quic-
quid bonum,ad præſentem pertinet vitam*,quod eſt, aſſequi finem præſenti vitæ connaturalẽ,
vt ſupra explicuimus. Talis ergo impoſſibilitas taliſque neceſſitas , non omnimoda ab
Auguſt.ſtatuitur.

3. ſenſus.

Tertiò:neceſſitas peccandi ex doctrina Auguſtini,non illa eſt quæ voluntarium ex-
cludat,ſed infallibilitatem importet:vt videlicet illud neceſſariò peccare , non cauſam
aut principij habitudinem,ſed euentum infallibilem notet. Et propterea hanc neceſſi- F
tatem,Auguſtinus in lib.de perfect. Iuſtitiæ , vocat potius *Neceſſitatem peccatum habendi,*
quam neceſſitatem peccandi;vt ſupra ex reſponſ.eius ad Ratioc. 9.citauimus. Nam illa
in omnibus eſt propter Concupiſcentiã. In non renatis quidem ſub veri peccati nomi-
ne & ratione:In Iuſtis autẽ nõ ſub veri peccati ratione,ſed nomine tantùm ęquiuocè ac
cepto;vt alibi declarabitur.Quin verò & hoc ſenſu,in ipſis iuſtis & neceſſitas aliqua pec-
candi id eſt peccatum habendi,quia ſine peccato veniali de facto non viuitur quanquã
per Dei gratiam,id fieri ab aliquo vel multis poſſit , vt poſt longam diſputationem reſo-
luit Aug.lib.2.de pecc.mer.& remiſſ.licet idem aſſetere non audeat Hieronymus lib.3.
aduerſus Pelagianos.

4. ſenſus. *Neceſsitas oppoſita integritati naturæ.*

Quartò & poſtremò,neceſſitas peccandi extra gratiam , eſt illa quæ opponitur poſſi-
bilitati illi,quam habuit in natura integra primus homo.Opponitur autem non contra-
riè,aut contradictoriè,ſed ſubalternè,vt imperfectum perfectò. Ille enim , potuit nullũ
peccatum etiam veniale committere,ſi voluiſſet.In natura corrupta homo aliquod pec-
catum non committere poteſt,ſiue aliquod vitare;nõ autem omne. Rurſum, ille potuit
omne bonum ſibi connaturale facere , propter inclinationem validam & ſanam ; quæ
quantum ad ſufficientiam operatiuæ virtutis,poterat per ſola ſua naturalia,id eſt,abſque
ſuperad-

A ſuperadditione doni gratuiti,non tamen abſque communi auxilio Dei (vt docetur.1.2. q.109.ar.3.)operari totum bonum naturæ ſuæ proportionatum.Hic propter inclinationem diminutam &c.vt ſupra diximus,aliquod bonum poteſt, totum neceſſariò nõ poteſt.Deníque vt purus homo omnia facilè potuit,ſic corruptus homo hoc aliquid quod facit,non niſi difficillimè facit;quod vnum genus neceſſarij eſt.

Reſponſio ad argumenta Proteſtantum ex Scripturis citata, ſuprà cap. 1.

CAPVT XI.

HIs itáque ſex punctis ita præmiſſis,benéque obſeruatis,tum quæ & quanta ſit naturæ noſtræ,per peccatum originale deprauatio, facilè intelligetur;tum ad illa omnia diſſoluenda,quæ à Proteſtantibus in contrarium afferuntur,via facilis ſternetur.

Itáque vt ad ſingula eorum argumenta,in principio huius cõtrouerſiæ poſita, eo quo propoſita ſunt ordine breuiter reſpondeatur, ad primum dicimus:Quia iniuſtitia originaliter contracta, non op-
B ponitur Iuſtitiæ originali,vt contraria,aut contradictoria,ſed tantum vt ſubalternè oppoſita,vt in fine ſexti puncti dictum eſt;propterea non ſequi,vt illa ſit ad vtrámque decalogi tabulam,omnimoda impoſſibilitas,ſicuti iuſtitia origine fuit ad vtramque obſeruã dam plena poſſibilitas.Catholicos quóque,agnoſcere non ſecus ex parte mentis cæcitatem,quàm ex parte carnis ſenſualitatem,ex peccato origin.innatã nobis eſſe : ex neutra tamen,conſequi omnem bene agendi impoſſibilitatem.

Ad 2.dicimus imaginem Dei ad quam facti ſumus, tum inquantum fuit per donum Iuſtitiæ orig.illuſtrata,multíſque donis ornata,per peccatum orig. *deformem quidem factã fuiſſe,vt reformatione opus haberet;non tamen nullam remanſiſſe*,vt apertè docet Aug.Retract. lib.2.cap.24.Quia videlicet non fuit extincta eius radix:vt in principio quinti puncti dictum eſt.Sed in donis illis Iuſtitiæ originalis ſuperadditis,non eſſentialis(vt noui Origeniſtæ hodie docuerunt,Origenes enim propterea aſſeruit,Imaginem in Adam deperditam fuiſſe,vt narrat Epiphanius)verum accidentalis tantum imaginis ratio conſiſtebat. Ipſa autem eſſentialis imaginis ratio,in viribus liberi arbitrij,& rationis vſu conſiſtit, per quæ bruta excellimus:vt apertè & conſentienter docent S.Patres. Hieron. in 1.ca.Ezechielis;Baſilius homil.11.exhamerõ;Chryſoſt.in Gen.hom.9.Nyſſenus in orat.de creat. primi hominis;& ipſemet quoque Auguſt.de Gen.ad lit.lib.3.cap.20.& lib.6.c.12.& de doctr.Chriſt.li.1.cap.22. vtcúnq; de ea re nihil decernere audet Epiphanius in Anchoratu,& in hæreſ.70.Hæc ergo imaginis ratio,debilitata quidẽ fuit,propter inclinationis ad bonum naturalis factam diminutionẽ,nõ tamen vllo modo extincta,aut ſublata, vt in 4.puncto oſtenſum eſt.Atque ſic duobus illis præcipuis argumẽtis,breuiter & ſolidè ſatisfactum eſt.

In quo conſiſtit imago Dei ad quam facti ſumus.

Hæreſ.63.

C Ad Scripturas primi ordinis,quæ peccata fere omnia ipſi naturę & carni imputare videntur,reſpondendum eſt;omnium quidem illorum remotam cauſam, & radicem, (vt loquitur Aug.in lib. 22. cap. 24. de Ciuit. Dei.) eſſe naturæ corruptionem, quia niſi per pecc.orig.ſublata fuiſſet naturæ rectitudo,& in eius locum ſingularum animæ virium, quædam obliquitas ſubſequuta,illa ſanè peccata nõ incurriſſet homo. Non tamen propterea ſunt hæc peccata,ipſius originalis,ſed propriæ voluntatis in vnoquoq; proximi & proprij effectus,vt in primo puncto diſtinximus.

Ad Scripturas 1. ordinis.

Concupiſcentia autem,vocatur habitans in nobis peccatum:ad Rom.7.& circunſtãs nos peccatum,ad Hebr.12.non quia omnes in homine vires occupat,ſed quia inferiores occupat;ſuperiores ad malum trahit quando ei,nõ reſiſtitur ſed conſentitur:quod ſemper non fieri,ſed ei reſiſti poſſe,etiam extra gratiam,oſtenſum eſt in quinto puncto.Preterea,quia vnum peccatum, opus aliud inficere non poteſt niſi quando ex intentione eiuſdem peccati illud opus ſit;(vt ſi quis inuitarit amicum vt dolo occideret,)fieri nõ poteſt vt ſola participatio originalis maculæ,omnia alia opera commaculet. Nam *quod natum eſt ex carne caro eſt*,quando ex amore carnis fit opus aliquod:vt arbor illa mala, quam

Concupiſcentia quomodo circũſtans nos peccatum eſt.

non facit bonos fructus,eſt mala intentio,vel voluntas ipſa,vt actum eius connotat non D ipſa natura vt putabant Manichæi,vide Aug.ca. 26. contra adimantum & lib.3. cap.44. contra Petilianum,& li.1.c.3.ac lib.4.c.3.contra Iulianum.Quibus omnibus in locis,docet voluntatem actu nouo,& proprio,aliquid volentem,eſſe arborem vel bonā vel malam,quando aliquid vel benè vel malè vult.

Ad Scripturas 2. ordinis.

Ad ſecundi ordinis ſcripturas,quæ etiam in ipſa mente & voluntate peccati ſubiectū ponunt;vnde colligunt proteſtantes,non carnem tantum,ſed & mentem , ſic eſſe peccato originali deprauatam,vt ſemper neceſſariò peccetur.his reſpondendum,ignorantiam quidem eſſe in mente,& malitiam in voluntate,propter orig.peccatum:non tamē tantam & talem,quæ perpetua ſit peccatorum fornax,ſed quæ tantum magnam peccādi procliuitatem,& à peccato abſtinendi difficultatē ſignificet:vt in eodem quinto puncto oſtenſum eſt.Præterea cæcitatem illam quā Apoſtolus ad Epheſ.4.& 5.& 2. ad Cor. 3.perſtringit,eſſe ad bonum Deo ad iuſtitiam acceptū ſeu meritoriū omnimodā ignorantiam,non autem ad quodcunque naturæ bonum.Locus Gen.6. procliuitatem tantū ad malum apertè docet , quæ ab adoleſcētia creuit,propter inclinationem naturæ debilitatam vt in 4.& 5.punctis oſtenſum eſt.

Ad Scripturas 3. ordinis.

Ad tertij ordinis Scripturas quæ non ſolum priuatiuè ſed etiam poſitiuè , deſcribunt deprauationem naturæ , vt propterea deprauatio iſta , non ſit ſolum quædam ſpoliatio uirtutum,& impotentia merendi, ſed etiam omnium vitiorum colluuies , breuiter reſpondetur:poſitiuam illam naturæ infectionem quam vrgent,non in ipſis vitiorum omnium habitibus poſitiuis,ſed in inclinatione mala,in ægritudine & languore (quæ non E eſt mera priuatio ſed habitus quidam corruptus) conſiſtere , vt docet Sanct. Thom. in 1.2.quæſtio.82. articu.1.ad 1. Et huc refer quæ antea ex ſententia Dom. Thomæ. cont. Dom.Soto docuimus non in ſola deſtitutione Iuſtitiæ orig. ſed in vulneribus præterea inflictis,hanc deprauationem conſiſtere. Quæ vulnera qualia eſſent,& quod quædam poſitiuæ inclinationes malæ eſſent,in quinto puncto oſtendimus.

Ad Scripturas 4. ordinis.

Ad 4.ordinis Scripturas quæ in toto homine, & in omnibus eius partibus & membris,corruptionis originalis,ſedem ponere videntur,breuiter etiam reſpondendū.Omnem quidem hominis partem,tam animæ quam corporis, per peccatum origin. deteriorem factam fuiſſe,quia etiam ſingula membra,exhibita ſunt ſeruire iniuſtitiæ.non tamen omnem illam,ſingularum partium corruptionem , illius deprauationis quam hic quærimus,peccati ſcilicet,ſubiectum & ſedē eſſe.Nam vt aliæ multę deprauationes hominis ſunt,(quod in 2.puncto notauimus)ſic illæ ſolum,in quæſtione peccati intelligun tur,quæ peccati ſuſceptibiles ſint.

Tales autem ſunt ipſius animæ partes,non corporis.Itáque,cum caro non ſit ſubiectū culpæ , quicquid peruenit de corruptione primi peccati ad animam , habet rationem culpæ.quod autem peruenit ad carnem,non habet rationem culpę ſed pęnæ tantum:vt docet S.Tho.1.2.q.83.ar.1.Ad illa autem quæ Magdeb.ex 2.Petri 2.& ad Epheſ.4.de peccatis gentium commemorant,reſponde vt ad Scripturas primi ordinis , iam modo reſponſum eſt.

Ad Scripturas 5. ordinis.

Ad Scripturas quinti ordinis,quæ de Diaboli tyrannide agunt,quam propter pecc. origin.incurrimus,reſpondebis vt ſupra in 2.parte 6. punct. vbi de captiuitate Diaboli F diſputatum eſt.Quanquam & hoc addendum,multò magis efficacem eſſe diabolum,in omnibus impiis, propter propria & actualia peccata, de quibus Apoſtolus ad Epheſ. 2. & 2.Cor.4.& 2.ad Timo.2.loquitur,quàm propter ſolum originale.Itaque totus homo dicitur renouandus , crucifigendus &c.Propter animæ tam ſuperioris quam inferioris partes,quę per pecc.orig.deprauatæ fuerunt, eo modo quo in quinto puncto oſtenſum eſt.Non quòd tota hominis ſubſtantia,ſit in naturā peccati mutata , vt hinc proteſtantes colligere volunt.

Reſpondetur ad priora loca ex D.Auguſtino & Proſpero prolata, ſuprà cap. 5.

CAPVT XII.

Nunc

A NVNC ad ea quę ex patribus, Auguſtino videlicet, & Proſpero, obiecta ſunt, diluenda veniamus. Quæ igitur ex lib. 3. Hypog. citantur, vbi dicit *hominem per peccatum perdidiſſe poſſe bonum, & poſſibilitatis bonum,* intelliguntur de illo bono, & de illa poſſibilitate quam habuit homo antè peccatum. Quæ quum duplex eſſet, vna poſſe totum bonum ſibi connaturale, (vel quod idem eſt, poſſe non peccare omnino,) altera poſſe bonum vitæ æternæ meritorium, vtrámque hanc poſſibilitatem, & vtrumque hoc bonum, per peccatum perdidimus: non tamen omnē, ad quodcunque & aliquale bonum poſſibilitatem, vt ex eodem Auguſtino in prima parte 6. pūcti oſtendimus, vbi de ſeruitute peccati egimus. Quibus etiam adde quòd docet in lib. de correp. & gratia. capite 2. *ſine gratia nullum prorſus bonum fieri*, ſed addit, *cum dilectione*: quod eſt meritoriè. Item quòd dicit lib. 2. cap. 5. de pecc. mer. & remiſſ. *Iuſtitiæ præceptum omni ex parte impleri non poſſe, niſi adiuuemur à Deo.* vbi nota quod dicit, *Omni ex parte.* Non enim negat quin aliqua ex parte impleri queat.

Qualem boni poſſibilitatem hanc per peccatum perdidit.

Nec aliter intelligenda ſunt, quę ex diſputatione eiuſdem contra pelagianos, in libro de natu. & gratia, obiecta fuerunt. Negat enim non omnem ad bonum poſſibilitatem, ſed talem qualem aſſeruit Pelagius: quæ erat: quòd homo haberet ex natura, poſſibilitatem ad omne bonum implendum, & ad omne peccatum vitandum, vt ſuprà oſtēdimus in primo ſenſu neceſſitatis peccandi, iuxta Auguſtini ſententiam in 3. parte. 6. puncti.

Pelagiana boni poſſibilitas erat omnimoda.

B Quibus etiam adde verba eiuſdem Patris in lib. de natu. & gratia cap. 50. *Ab iſto*, inquit, *humana natura inſeparabilem nihil peccandi poſſibilitatem habere defenditur*, Hæc ille. Adde quoque illud Hieronimi lib. 3. Dialogorum aduerſus Pelagianos, vbi ſic loquentem orthodoxum introducit. *Perpetuitas impeccantiæ, ſoli reſeruatur Deo. Nec quia ad breue poſſum non peccare, coges me vt poſſum iugiter.*

Hæc ille. Talem impeccantiæ perpetuitatem, cóntra Pelagianos impugnat Auguſtinus. Et hoc vnum eſſe ex tribus, quod contra eum Catholica defendit Eccleſia, *neminem ſine peccato eſſe* in lib. de bono perſeuerantiæ. c. 2. docet. Quin & hæreſim pelagianorum dicit eſſe: quòd credant hominem ſine gratia poſſe facere omnia mandata diuina. In libello de hæreſ. hær. 88. Non aliqualem illam ad bonum faciendum vel ad malum, vitandam poſſibilitatem quam nos ſupra ſtatuimus impugnat. Ad illa Auguſtini loca, in quibus dicit: *liberum arbitrium nihil valere niſi ad peccandum*, Reſpondendum eſt, Auguſt. non id ſimpliciter aſſerere, ſed addidiſſe: *ſi lateat veritatis via, aut niſi manifeſtata illa via non delectat*: in lib. de Spiritu & litera c. 3. Eſt autem illa via, aut lux veritatis duplex: vna naturalis, ad opus homini connaturale producendum, quæ per pecc. orig. non extinguitur, ſed obſcuratur; eiúſque delectatio non tollitur ſed attenuatur, vt in quinto puncto oſtēſum eſt. Altera ſupernaturalis, ad opus meritorium producendum, quam tolli per pecc. orig. fatemur eius tamen radice etiam permanente. Ad locum ex libello de perfect. Iuſtitiæ reſponſum eſt in parte 3. puncti ſexti. Loca etiam Proſperi ſimiliter ſunt intelligēda, qui quicquid in hac re ſcripſit, Augu. ſequutus eſt. Quod autem dicit Aug. *ſine Dei adiutorio, nihil nos boni agere*, intelligēdus eſt de bono meritorio loqui: de quo ille ſemper loquitur quádo de bono loquitur, (vt diſputatio eius cōtra Iulianū lib. 5. ſatis oſtēdit ſicuti

C de virtute & libertate illum loqui, antea oſtendimus, in 1. par. 6. punct. Nec aliter intelligendus eſt, quum dicit, *voluntatem nondum liberatam cupiditatem potius totam, vocandum eſſe quam voluntatem.* Non enim ſimpliciter negat in homine extra gratiam eſſe vllam volūtatē, ſed ait eſſe illā cupiditatibus plenā; & voluntatē tamen. Nā propterea in eodem loco ſtatim ſubiūgit, quia paulo durius hoc dici animaduertebat. *Quod ſi quiſquā dicit, etiā ipſam cupiditatē nihil aliud eſſe quā voluntatē, ſed vitioſam peccatóq; ſeruientem, nō reſiſtendū eſt nec de verbu quū res conſtat, controuerſia facienda eſt.* Hæc ille. Retract. li. 1. c. 1. Quomodo autē volūtas extra gratiā ſit vitioſa, & peccato ſeruiēs, oſtenſum eſt tum in puncto 5. tum in. 1. par. 6. puncti. Sed quia reuera volūtas hominis nō renata, eſt ſerua peccatato & captiuata ſub peccato, & neceſſitati peccādi ſubiecta, (quę omnia quo ſenſu ſint vera in 6. pūcto oſtēdimus) hæc autē dignitati & nobilitati voluntatis repugnant, cuius eſt imperare in actibus rationis, propterea vix eam voluntatis nomine dignā cenſuit Aug. ſicuti & eadē de cauſa eodem loco atq; etiam epiſt. 144. ad Anaſtaſiū (quē locū citat Caluinus inſtit. li. 2. c. 2. ſect. 8.) liberam eſſe negat, quia nondū eſt liberata à vero liberatore Chriſto, quū tamen in aliquo, & proprio ſenſu ſit libera: quia non ſolum ſpontaneè, ſed etiam electiuè

Quomodo volūtas extra gratiam eſt tota cupiditas.

E

agit; tum à coactione tum etiam à neceſſitate ex parte principij immunis & libera. D
Hoc etiam ſenſu in lib. de perfectione Iuſtitiæ ſcripſit. *Victa vitio in quod cecidit volunta-
te, caruit libertate natura.* Quem locum citat Caluinus Inſtit. lib. 2. capite 2. ſect. 8. Intel-
ligit enim libertatem gratiæ, eſſe perfectam quatenus opponitur ſeruituti peccati, non
quatenus opponitur coactioni, aut neceſſitati propriè dictæ. Statim enim ſubiunxit. *A
quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus eſt.* 2. Pet. 2. Et in verbis proximè præcedẽtibus agit
adhuc de vera libertate gratiæ, qua Chriſt⁹ nos liberos fecit, quod totũ impius Caluinus
diſſimulat Nec alio ſenſu in Enchiridio ca. 30. ſcripſerat. *Libero arbitrio male vtens homo &
ſe perdidit & ipſum.* quem locum etiam Caluinus citat, vbi ſuprà. Intelligit enim libertatẽ
gratiæ, qualem homo antè peccatum habuit & de qua ibidem diſputat citatis etiam Pe-
tri verbis prærallegatis. De eadem deníque libertate, cætera omnia loca à Caluino ibidẽ
citata loquuntur. Prætereà ſic in non renato, voluntas, eſt tota cupiditas, ſicut in Iuſto
volũtas eſt tota charitas: nõ quòd vel nõ renatus ſemper peccet, vel iuſtus ſemper iuſtè
agat, & nunquam peccet, ſed quòd in vtróque illæ prædominantur, & vt plurimũ præ-
ualent; in non renato cupiditas, in iuſto charitas. Sunt enim hæ duæ radices quidem
contrariæ, & duo fundamenta duarum Ciuitatum Dei, & diaboli vt docet Auguſtinus.
De verbis Domini ſerm. 12. & de Ciuit. Dei lib. 14. capite 28.) ſed tamen quia cum iſtius
radicibus alia adhuc operationum principia, alij habitus, & inclinationes indifferentes,
& non quidem contrarij, diuerſi tamen, & vel imperfectiores ipſa charitate, vel minus
mali quam ipſa cupiditas conſiſtunt; propterea fit, vt nõ ſemper illorum hominum ope- E
ra omnia, in quibus hæ radices ſunt, ex alterutra harum radicum proficiſcantur, vt etiam
ſuperius in arbore mala, & carnis natura obiter oſtendimus.

Duæ radices boni & mali.

Ad difficiliora Auguſtini loca reſpondetur, & à Pelagia-niſmo illa ſententia ſolidè defenditur, quæ docet hominem extra gratiam aliquatenus peccatum vitare poſſe.

CAPVT XIII.

SED difficiliora illa videntur eſſe Auguſtini loca, quæ vltimo loco alla-
ta, aſſerunt *hominem ſine gratia, per naturæ vires, ad non peccandum nihil va-
lere.* epiſt. 106. Nam eodem in loco; inter Pelagij dãnatas ſententẽtias,
hanc refert Aug. *quòd dicat victoriam noſtram &c.* in peccatis vincendis)
nõ ex Dei adiutorio eſſe ſed ex libero arbitrio. Quam etiã ſententiã Paulo pòſt F
repetens, ait de Pelagio. *Aliquãdo ita paribus momẽtis, poteſtatẽ voluntatis
æqua lance perpendit, vt aliquantum etiam ad non peccandum valere definiat. Quod ſi ita eſt, nullus
locus adiutorio gratiæ reſeruatur, ſine qua nos dicimus ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium
valere.* Hæc Auguſtin. epiſtol. 106. vbi Catholicorum nomine, dicit *nihil ad vitanda pecca-
ta valere liberum arbitrium*, Et *quòd aliquantum valeat*, tanquam Pelagianum prorſus reiicit.
Nos ergo qui hactenus docuimus, aliquantum & aliquo vſque, poſſe hominem extra
gratiam peccata vitare, Pelagiani videmur.

Sanè ſic hodie ſcripſit quidam Catholicus doctor, huius nouæ ſententiæ acerrimus
aſſertor. *Pelagianorum* (inquit) *vox eſt, poteſtatem voluntatis aliquantulũ ad non peccandum va-
lere, quod ſine dubio dicunt qui ſteriles virtutes illi tribuunt.* Quum & idem doctor, ex Auguſti-
no magis hoc confirmat. Ait enim Auguſtinus epiſto. 89. ipſam orat. Dominicam hoc
nos docere: *fruſtra enim rogantes Deum dicimus, ne nos inducas in tentationem, ſi hoc in noſtra ſit
poſitum poteſtate, vt nullo illius adiutorio id valeamus implere.* Addit quoque in prędicta epiſto.
106. inter ſententias quas niſi Pelagius in Concilio paleſtino damnaſſet, ipſe damnatus
extitiſſet, hanc vndecimam fuiſſe. *Quòd quando contra tentationes, concupiſcentiáſque illicitas
dimicamus, quamuis & illic habeamus voluntatem, non tamen ex illa, ſed ex adiutorio Dei, noſtram
peruenire victoriam.*

Denique

A Denique magis idem confirmat ex verbis Celeſtini Papæ, quæ etiam in Conciliis Cartha. & Milleuitano leguntur, *damnari eos qui negant gratiam ad adiutorium valere, vt nõ committantur peccata.* Et in hanc ſententiam, quòd videlicet tentationibus vincendis, ſine gratia non ſufficimus, multas præterea ex Cipriano, ex Innocentio, & Cæleſtino Pontificibus ſententias producit, quibus dicitur, *neceſſe eſſe, vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur:* vbi ſubinfert, ſed quando vincimur, tunc malum facimus, ergo neceſſe eſt, vt Deo non auxiliante peccemus. Porrò vincere tentationes, idem eſſe quod non peccare, etiam ex Augu. probat, qui ſic rem exponit epiſt. 95. *Qui orat,* (inquit,) *ne nos inducas in tentationem, orat vt non peccet, hoc eſt, vt ne quid faciat mali.* Ex quibus omnibus cõcludit, non eſſe in ſola natura hominis poſitum, abſque gratia vt peccatum poſſit vitare; ſed hoc aſſerere, Pelagianum eſſe.

Pelagiana hæreſis duplex.

Verum huic toti diſputationi, quantumuis ad ſpeciem probabili, breuiter & ſolidè reſpondetur. Nempe ſicuti Pelagiana hæreſis duplex erat, hominem ſine gratia partim poſſe mereri, & cum vera Iuſtitiæ laude tentationes vincere, partim poſſe omne peccatum vitare, vt clarè ex Auguſtini & Hieronymi verbis antè docuimus, ſic dupliciter ad hæc loca reſpondetur. Pelagianum enim certè eſt aſſerere, victoriam tẽtationum ex nobis eſſe, non ex Deo; ſed talem victoriam quæ Chriſtiana eſt, quæ Deo accepta eſt, quæ veræ Iuſtitiæ pars eſt. Hanc victoriam Auguſtinus intelligit, quum dicit *orationem domi-*
B *nicam nos docere, quòd tentationum victoria à Deo ſit.* Subiungit enim eodem loco epiſto. 89. *Dictum eſt enim, ne nos inferas in tentationem, quod intelligitur ne nos inferri deſerendo permittas: fidelis enim Deus* (ait Apoſtolus,) *qui non permittit tentari ſupra id quod poteſtis, ſed facit etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere, vt quid hoc dixit Deum facere, ſi hoc ſine ipſius adiutorio in ſola noſtra eſt poteſtate?* Hæc ille. Ergo vincere tentationes cum prouẽtu, id eſt, cum fructu alicuius virtutis, vt vel humilitatis propter vexationem in tentatione acceptam, vel fortitudinis ad iterum aliàs reſiſtendum, vel denique auctioris charitatis, & facilitatis circa exequendas virtutes tentationi contrarias: vel deníque perueniendi ad id contra quod eſt pugna peccati videlicet ad meritum vitæ ęternæ, hoc demum ex Dei adiutorio eſt, & hæc victoria verè ſancta, & Chriſtianorum eſt. Nempe aduertendum eſt, omnẽ pelagij diſputationem, circa meritum & iuſtitiam Chriſtianorum hominum fuiſſe, quam iuſtitiam ille, tam in declinando malum, quam in faciendo bonum, ſine gratia, ſolo ſtudio humano acquiri poſſe nefariè docuit. Talem victoriam cum iuſtitia coniunctam, videlicet quæ propter Deum & ex amore pietatis fuit, intelligit Augu. quum eam negat ſine gratia haberi.

Qualis ſit victoria peccati quæ ſine gratia non ſit.

Agens enim de victoria peccatorum, *non* (inquit,) *id fit veraciter atque ſinceriter niſi vera delectatione Iuſtitiæ:* Et Paulo pòſt. *Tunc itaque victa vitia deputanda ſunt, quum Dei amore vincuntur.* Hæc ille, de Ciuit. Dei lib. 21. cap. 16. Talẽ ergo victoriam, ſoli naturæ tribuentem pelagium damnat Aug. Nam hoc eſt quod in Conc. Paleſtino dãnare, coactus eſt ipſe Pelagius, quum fateri cogeretur victoriam tentationum ex Deo prouenire, & nõ
C ex ſola voluntate humana, vt commemorat Augu. in epiſt. 106. Hanc etiam ſententiam Cæleſtinus & Innocentius Pontifices: hanc Conc. Carth. & Milleuitanum damnarunt. Hanc illi non approbant qui negant hominem extra gratiam ſemper peccare, ſed aiunt tantum cum aliquando tentationi reſiſtere, ita vt peccatum vitetur, quocunque tandẽ id modo aut ſine fiat.

Quo ſenſu negat Auguſt. ſine gratia non haberi victoriam peccati.

Quis enim negauerit Scipionem Africanum magnam tentationem ſuperaſſe, quando bello captam in Hiſpania eximiæ formæ & ętatis adultæ virginem, & iuuenis, & cælebs, & victor ſponſo reddidit: Aut etiã Alexandrum magnum quum victo Dario coniuges, & puellas regias, pariter captas omnes intactas dimittens, amicis id admirantibus diceret: Dolores oculorum ſunt perſicæ puellæ, ſed ego eas ſicut ſtatuas prætereo. Haud dubiè tentationes non paruas vterque ſuperauit, abſque gratia Chriſti aut ſpeciali auxilio. Non tamen erat illa vera peccati victoria, qualis Iuſtorum & Chriſtianorum eſt.

Rurſum Pelagianum eſt, aſſerere omnes tentationes vinci poſſe, ſine adiutorio Dei, vt ex epiſto. 94. Auguſtini ſupra oſtendimus. Et hoc diſertè damnãt citati Pontifices & Concilia. Hoc etiam diſertè ſe intelligere apertè Aug. docuit. Quum enim dicit in oratione Dominica, *nos orare vt non peccemus, id eſt, ne quid faciamus mali,* ſubiungit; explicationis cauſa; *quod* (inquit) *pro Corinthijs orat Apoſtolus dicens. Oramus autem ad dominum, ne quid faciatis mali.* 2. Corinth. 12. vbi vulgata lectio habet, *vt nihil mali faciatis:* cui

tis: cui verſioni textus græcus ad verbum reſpondet. *μὴ ποιῆσαι ἡμᾶς κακὸν μηδὲν*. Quibus D verbis ſatis oſtendit ſententiã ſuam eſſe, quod vt nullum prorſus peccatum fiat, id eſt vt omne prorſus peccatum vitetur, ſine gratia præſtare non poſſit; & hanc Pelagianã ſententiam, oratione Dominica damnari; non autem id negari, quin aliquando aliquod peccatum, ſine ſpeciali illo Dei adiutorio vitari queat. Idcircò bene quidem cõtra Durandum eiúſq; ſequaces hæc diſputatio procedit; ſed non contra illam ſententiã, quam iuxta S. Thomam alióſque probatiores ſcholaſticos ſequuti ſumus. Quid quòd ipſe huius diſputationis ſuæ non aliud petere videatur? Concludit enim ex prædicta diſputatione. Quia, ſi ſine vllo gratiæ adiutorio ſic poſſet ſingulos eius motus per morales actus temperãtiæ comprimere, vt nullum omnino peccatum pareret, ſine dubio ad non peccandum liberum arbitrium valeret plurimum: quod tamen ſententiæ fidelium eſt prorſus contrarium, ideóque Pelagianum. Hæc ille, & ſanè meritò contra alios quoſdã. Sed nihil hæc vel diſputatio vel concluſio contra orthodoxã ſententiam à nobis explicatã.

Aliud reſiſtere peccato, aliud vincere peccatum.

Præterea ſi quis mallet ſimpliciter concedere nullam extra gratiam eſſe poſſe tentationum victoriam, vti poteſt illa S. Th. diſtinctione in 2. diſt. q. 28. q. 1. ar. 2. ad 6. arg. quòd aliud eſt reſiſtere peccato, aliud victoriam habere de peccato. Quicunq; enim vitat peccatum reſiſtit peccato. Qui autem vincit peccatum, pertingit ad id contra quod eſt pugna peccati, puta ad meritum & prouentum, de quibus ſup. Sic ſanè aliud eſt declinare hoſtem, aut ictus illatos quod qui facit non læditur; aliud etiam fugare & debellare hoſtem, quo etiam victoria comparatur. Poſtremò diſtingui etiam poteſt de ipſis tentationibus; quòd etſi vehementes & graues, ſine gratia vincere nemo poteſt: exiguas tamen & leuiores poſſit. Sed ſolidiora ſunt quæ prius attulimus. E

Itáque ad illud Auguſtini quod pro Pelagiano reiicit, *dicere voluntatem humanam ſine gratia, aliquantum valere ad non peccandum*, & quòd Catholicum eſſe ait, aſſerere illam *ſine gratia ad non peccandum nihil valere*; reſpondebis ideò, eum hanc ſententiam reiicere, vel quia de victoria peccati intelligit, qualem iam diximus, vel quia (ſicuti ſanè apertè dicit) *paribus momentis poteſtatem voluntatis æqua lãce perpendebat Pelagius*, id eſt tantundem tribuit ſoli naturæ ſine gratia, quantum ipſi gratiæ naturam adiuuanti. Hoc verè Pelagianum eſt. At verò illud aliquantũ quod nos tribuimus, illud aliqualiter operari, (ad quod ſufficere bonum naturæ docet S. Th. 2. 2. q. 10. art. 4.) non paribus momentis cum gratia perpenditur: ſed tanto interuallo infra gratiam cẽſetur, vt gratiæ quidem tribuamus, poſſe eam etiam ſemper ſine mortali peccato hominem cuſtodire, atque in omnibus victoriã dare, idque eam quæ cum prouentu veræ iuſtitiæ fiat, naturæ autem ſine gratia, vt nullo modo venialia omnia, nec etiam diu mortalia vitare poſſit; vitando denique nihil apud Deum mereatur. Itaq; tantum diſcrimen eſt Pelagianæ ſententiæ, & noſtræ. Nam & nos aſſerimus ad non peccandum, ſcilicet omninò & ſemper, vel cum certa victoria, vel deníque tali victoria peccati, quæ Deo ſit accepta, ad vitæ æternæ meritum, nihil valere naturam ſine gratia; ſic tamen valere vt poſſit nouum euitare peccatum, reſiſtere tentationi, & declinare à malo. Certè ipſemet Auguſt. in poſtrema ętate cõtra Pelag. ſcribẽs, ait: *parum eſſe ad non peccandum voluntatis arbitrium; niſi adiuta ſanetur gratia.* Ita quod in prioribus ſcriptis nihil valere dixerat, in poſterioribus, parum, id eſt, aliquid valere agnoſcit. Rurſum ad illud Cæleſtini Papæ, *neceſſe eſt, vt Deo non adiuuante vincamur*, vnde infert aduerſarius, ergo neceſſe eſt vt extra Dei gratiam peccemus, quia vinci à tentatione peccare eſt, fatemur libenter: ſed tali neceſſitate qualem ex ſentẽtia ipſius Auguſt. expoſuimus in 6. puncto par. 1. Quod autem poſtremò loco ex Proſpero allatum eſt, *hominũ maliciam extra gratiam, eandem eſſe quam dæmonum, & eorum voluntatem, eſſe ſemper vel animalem vel ſenſualem*, ideóque ſemper peccare, facilem habet reſponſionem. Namque ad primũ, reſpondendum hoc de multis hominibus, non de omnibus Proſperum loqui; ſicut & Auguſtinus (ex quo hanc ſententiam ſumpſit) loquitur in libello contra articulos falsò illi impoſitos art. 6. Et talium hominum maliciam non ex ſolo originali, ſed multò magis ex propria & voluntaria corruptione, per peccandi conſuetudinem contracta, & in pœnam præcedentium peccatorum inuecta profectam eſſe: quamquam & *illa hominum malicia ſanari poteſt*; vt Auguſt. diſertè ibidem adiecit. Ad poſterius reſpondendum, non ſic animalem, vel ſenſualem eſſe hominis voluntatem extra gratiam, vt ſemper neceſſariò actu peccet, propter rationes in 5. puncto allatas. Et ſic Argumentis omnibus ſatisfactum eſt. F

Magnum diſcrimen vitãdi peccatum per gratiam & ſine gratia.

In lib. de perfectione Iuſtitiæ, Reſpon. ad Ratiocin. 1.

Ex ipſo

A *Ex ipſo Auguſtino docetur infideles ſeu alios quoſuis extra gratiam poſitos, habere bona opera: ideóque huiuſmodi ex deprauatione naturæ non ſemper peccare.*

CAP. XIIII.

NVNC coronidis vice breuiter oſtendemus, etiam ex Auguſtini ſententia, homines extra gratiam habere bona opera; ideóque non eſſe ita deprauatam humanam naturam, vt homo neceſſariò ſemper peccet. Enimuerò illas Scripturas quæ contrarium maximè docere videntur vt illud; *Sine me nihil poteſtis facere.* Et illud, *Non ſumus idonei cogitare aliquid quaſi ex nobis*: atque item illud, *Deus operatur in nobis, & velle & perficere,* nunquam aliter intelligit Auguſtus, quàm quòd de vera & perfecta, qualis renatorum eſt iuſtitia, loquantur: ſicuti re vera aliter intelligi non poſſunt, vt ſingulorum locorum circunſtantiæ demonſtrant. Nam quod ad primum locum attinet, apertè dicit Auguſt. *De Iuſtitiæ operibus ibi loqui Chriſtum.* in lib. de Spiritu & Litera cap. 29. Quod ad 2. locum attinet, manifeſtè dicit, *Apoſtolum ibi loqui de cogitationibus quæ pertinent ad religionem atque pietatem,* In lib. de prędeſt. Sanct. Quod ad tertium locū
B attinet idem docet in lib. de corrept. & gratia cap. 2. verba ipſa paulo antea in prima reſponſione, ad loca Auguſtini citauimus. Deinde verba Apoſt. ad Rom. 2. quòd *gentes ea quæ legis ſunt, naturaliter faciunt, habentes legem ſcriptam in cordibus eorum,* etſi malit intelligere de gentibus renatis, tamen non improbat communem aliorum omnium doctorum, maximè græcorum ſententiam, illa verba de non renatis intelligentium in lib. de Spiritu & litera cap. 27. Quinimio eodem loco dicit. *Quorundā impiorū quædam facta, vel legimus vel nouimus, vel audimus, quæ ſecundum iuſtitiæ regulam non ſolum vituperare non poſſumus, verumetiam meritò rectéque laudamus*: quamquam *ſi diſcutiantur quo fine fiant, vix inueniuntur* (non dicit nūquam inueniuntur) *quæ Iuſtitiæ debitam laudem defenſionémve mereantur.* Et rationem ſubiungit cap. 28. *Quia vſque adeò in anima humana imago Dei detrita non eſt, vt nulla in ea veluti lineamenta extrema remanſerint; vnde meritò dici poteſt, etiam in ipſa impietate vitæ ſuæ facere aliqua legis, vel ſapere.* Et iterum in eodem capite addit: *ſicuti in homine iuſto non deſunt peccata venialia, ſic ſine aliquibus operibus bonis, difficillimè vita cuiuſlibet peſſimi hominis inuenitur.* Hæc ille, quibus nihil apertiùs pro noſtra ſententia dici potuit. Deinde notandum eſt ideò Auguſtinum improbare Pelagium quòd illum locum de non renatis intellexit, quia inde probare voluit, *alienos à fide Chriſti veram poſſe habere iuſtitiam,* ſicuti apertè dicit lib. 4. cap. 3. contra Iulianum.

Ioan. 15.
2. cor. 13.
Philipp. 2.
In lib. de Spiritu & lit. cap. 29.
In lib. de prædeſt. Sanct. cap 2.
Hominum ſine fide quædā opera iuxta iuſtitiæ regulam laudabilia.

Sed validiſſimè pro nobis facit, quòd neque in acerrima illa contra Iulianum diſputatione, (qui ſteriles illas hominum extra gratiam virtutes, nimium extulit) hoc ipſum tacere voluit, vt talium hominum opera, nō alia de cauſa bona eſſe negaret, quàm quia non ſunt meritoria æternæ vitæ. Quamuis enim dixiſſet, *hominum impiorum & infidelium opera etſi officio videantur bona, tamen ipſo fine non rectè peccata eſſe.* lib. 4. cap. 3. móxque, non
C *actibus ſed finibus penſanda eſſe officia, ideóque quod ex fide non eſt, peccatum eſſe, & arborū malæ qualis infidelis eſt, fructum bonū non eſſe,* tamen quo ſenſu hæc omnia dicat & vrgeat apertè in eodem cap. demonſtrat. Nempe ideò vult eſſe peccata & mala, primum quia vt plurimum malo fine fiunt, vt vel vanæ gloriæ, vel auariciæ, vel alicui alij vitio ſeruiūt. Putauit enim Iulianus ad veram virtutem ſatis eſſe, vt opus honeſtum eſſet quocunque fine fieret. Deinde quia etſi nullo malo fine fierēt, tamen quia non ſunt verè & perfectè bona, & quia Deo non placent: *An,* (inquit) *dicis infidelem arborem bonam? Placet ergo Deo.* & paulò pòſt. *Quarum arborum fructus boni ſunt, debēt Deo placere.* Deinde quùm quaſi concludendo dixiſſet, *Oculum agnoſce intentionem qua facit quiſque quod facit, & per hoc diſce eum qui non facit opera bona intentione fidei bonæ, totum eius corpus tenebroſum eſſe, hoc eſt plenum nigredine peccatorum;* quùm hoc inquam dixiſset, quia reuera durius dictum erat, alternatiuam ſubiungit, & dicit. *Aut certè quoniam ſaltem concedis opera infidelium, quæ tibi eorum videntur bona, non tamen eos ad ſalutem ſempiternam perducere; ſcito nos illud bonum hominum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum ſine Dei gratia nemini poſſe conferri, per quod ſolum homo poteſt ad Dei regnum perduci.*

Quare Auguſt. vult omnia infidelium opera eſſe peccata.
Auguſtinus opus bonū non vocat niſi quod acceptum ſit ad vitā æternam.

In quibus verbis, apertè oſtendit de quo bono loquatur, & quod bonum neget in ope- D
ribus fidelium. Deinde addit. *Omnia proinde cætera videantur tibi virtutes veræ, opera bona, ſine vllo facta peccato. quod ad me pertinet, hoc ſcio quia non ea facit voluntas bona, id eſt liberata, ſana: voluntas quippe infidelis, atque impia, non eſt bona.* ſcilicet quatenus talis; *dicantur ſecundum te huiuſmodi voluntates arbores bonæ; ſufficit quòd apud Deum ſteriles ſunt, ac per hoc non bonæ* ſcilicet verè & perfectè bonæ. *Sint inter homines fructuoſæ, dum tamen illud obtineam, quòd amor mundi non eſt à Deo. Amor autem Dei quo peruenitur ad Deum, non eſt niſi à Deo. Hoc amore opus eſt vt opus beatificum ſit.* hoc eſt ad æternam vitam conſequendam fructuoſum. Hoc ergo concludit tota illa acerrima Auguſt. diſputatio, vt auferat ab infidelium operibus, veri nominis iuſtitiam, veram & perfectam bonitatem, veros fructus, & meritum apud Deũ: non quòd prorſus ſint & veri nominis peccata, vt in præcedentibus aſſerere videbatur.

Auguſtinus dogmaticè ſcribens agnoſcit bona opera infidelium.

Sed vtcunque in hac diſputatione modum fortaſſe exceſſerit Auguſt. vt propter aduerſarij petulantiſſimam impudentiam (qui Ethnicorum virtutes & veras & perfectas eſſe aſſeruit, nec quicquam à Chriſtianorũ virtutibus differre, niſi quòd ſteriles eſſent, quod ad vitæ æternæ meritum attinet) etiam peccata eſſe diceret, quæ verè & perfectè bona non eſſent; tamen, nuſquam hoc alibi dixiſſe aut ſcripſiſſe legitur, vbi ſine aduerſario non agnoſticè ſed dogmaticè ſcripſit. Sed contra vt ex lib. de Spir. & Lit. iam citauimus, bonas & laudabiles eſſe infidelium virtutes, ſine vlla dubitatione affirmat. Sanè in epiſt. 130. conuerſionem & continentiam Polemonis, Dei donum eſſe dicit. *Quis autem audeat dicere donum Dei eſſe peccatum?* ait idem Aug. lib. 1. c. 3. de Nupt. & Concupiſc. Itẽ in epiſt. 99. ad Euod. fatetur quorundã infidelium vitas, fuiſſe *ſecundũ quendam modum* E
laudabiles, & ea quæ fecerunt laudabiliter quamuis non ad finem veræ pietatis referebantur, tamen non proinde peccata eſſe dicit, ſed *areſcere quodam modo, ſteriliáque reddi*: quia ſcilicet beatitudinem apud Deum non merentur. Nec aliter in epiſt. 5. ad Macedonium dicit, *Rom. Remp. ſuam auxiſſe virtutibus, etſi non habentes veram pietatem,* &c. *cuſtodientes tamen quandam ſui generis probitatẽ; Deum quoque oſtendiſſe in illo imperio quantum valerent ciuiles etiam ſine vera religione virtutes.* Nempe quibus ampliſſima etiam in præſenti vita præmia per modũ iuſtitiæ retribuit vt in lib. 5. de ciuit. Dei cap. 15. affirmat. Deus autẽ peccatis præmia per modum Iuſtitiæ non retribuit. Sanè Saluator ipſe in Euãgelio ſatis innuit Ethnicorum eſſe operã aliqua laudabilia & ſine peccato, quid dicit. *Si diligitis eos qui vos diligunt, quia mercedẽ habebitis? Nónne & publicani hoc faciunt? & ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum quid amplius facitis? Nónne & Ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo perfecti,* &c. Matt. 5. planè oſtendit bona, ſed imperfecta eſſe illa Ethnicorum bona opera, quia non finiũt ex amore Dei. Nec aliter Apoſt. ſenſiſſe videtur, dicens: *Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam ſed non apud Deum.* Nam ibi opponit opera Naturæ, operibus fidei, ſeu gratiæ. Nec illam naturæ iuſtitiam condemnat, ſed docet eſſe imperfectam, quia Deo non accepta ad vitam ęternam. Lege hac de re plura quę hic propterea prætermittimus apud Domin. à Soto lib. 1. cap. 19. & 20. de Nat. & gratia.

Deus remunerat opera infidelium ampla mercede.

Ex his ergo hactenus diſputatis, manifeſtum eſt non aliam eſſe per pecc. orig. humanæ naturæ deprauationem, quod ad poſſibilitatem benè agendi attinet, quam qualis à F
nobis in præcedentibus eſt conſtituta; & idcircò tam huius temporis hæreticis quam quoſdam magni nominis theologos, falsò & fruſtrà illam deprauationem exaggeraſſe: falsò quóque & fruſtra D. Auguſt. in ſuas partes traxiſſe. Nunc igitur aliundè ſumpto initio, ad alias Controuerſias tranſeamus.

Finis ſecundi libri.

DE

A

DE CONCVPISCENTIA IN RENATIS SEV DE CORRVPTIONE NATVRÆ ET INCLINATIONE AD MALVM, ETIAM *poſt acceptam Chriſti gratiam relicta.*

LIBER TERTIVS.

PROOEMIVM.

B PARVM fuit horũ tẽporum hæreticis vt peccati regnũ
ſtabilirent,& libertati ſuæ Cacangelicæ latiſsimas fe-
neſtras aperirent, ipſum peccatũ originale, eiúſque
effectus ſeu defectus potius, (inuectam videlicet ex
illo in omnes homines naturæ corruptionem) ſuprà
modum exaggerare, & perpetuam peccandi neceſsi-
tatem in infidelibus collocare. Auſi ſunt etiam in ip-
ſis regeneratis, ablutis, ſanctificatis ac deníque per
Chriſtum iuſtificatis; talem adhuc naturæ corrup-
tionem,& ad malum inclinationem ſeu propenſionem potius conſtituere; ta-
lem etiam in illis peccandi, vel certè ſine peccato nunquam exiſtendi, neceſsi-
tatem ponere; vt ca:nis infirmitatem ſapientiſsimo Dei conſilio in iuſtifica-
tis relictam, quam fomitem peccati, ſeu concupiſcentiam vocamus, eſſe veri
nominis ac propriè peccatum aſſererent. Quo vno videlicet, omnia iuſtorum
bona opera contaminarentur; quo vno ne legem Dei implerent, omnes iuſti
impedirentur; quo vno denique ex parte ſemper coram Deo iniuſti, ideóque
C nullo modo per bona opera iuſti homines conſtituerentur. Viſum eſt igitur
præcedenti diſputationi, huius quæſtionis examen ſubiicere, & peſtilentem
hanc hæreſim, breui & luculenta diſputatione iugulare. Quod vt ſtatim ag- *Diſtributio præſentis libri.*
grediamur, primum & antè omnia quid ſit illa Concupiſcentia, quídque ſi- 1.
gnificet de qua nunc diſputabitur, explicabo. Mox totius huius Controuer- 2.
ſiæ punctum, clarè & dilucidè aperiam. Deinde orthodoxam ſententiam, vali- 3.
diſsimis argumentis breuiter confirmabo. Poſtremò Aduerſariorum funda- 4.
menta & munimenta, quibus in hac cauſa nituntur, Deo dante ſolidè ſubuer-
tam.

Concupiſcentiæ nomine quid apud theologos,& maximè in hac Controuerſia intelligatur-

CAPVT I.

Senſualitatis definitio.

CONCVPISCENTIÆ ergo nomine,(vt partim in Cõtrouerſia de peccato origin. diximus)non intelligitur, vel ipſa concupiſcibilitas, (quæ pars animæ concupiſcibilis dicitur,eſtque potẽtia naturalis & tam ad bonum quam ad malum indifferens,)vel ſola carnalis concupiſcentia quæ proprio nomine libido dicitur, (quanuis etiam cuiuſcunque ferè cupiditatis hoc ſit generale vocabulum,vt lib.14.de Ciuit.Dei c.15.docet Auguſtinus,)ſed tota ſenſualitas , vt *ſenſualem animi motum ſecluſum à ratione ſapientiæ* ſignificat:vt definit illam Auguſtinus lib. 12. c.12. De Trinitate,quæ totam illam inferiorum virium rebellionem,& deprauationem ſignificat. Nempe quæritur de tota illa naturæ corruptione,ſecundum carnem per pecc.orig.inuecta,quę etiam in baptizatis adhuc relicta,eos non ſolum ad luxuriã,ſed etiam ad alia quamplurima illicita,aſſiduè quodammodo inſtigat,& prouocat. Hanc corruptionem relictam *concupiſcentiam* vocat Apoſtolus in decalogo prohibitam,quæ plura complectitur quam alienæ vxoris deſiderium. Hanc vocat ibidem *legem membrorum* , quia eſt impetus quidam ſenſualitatis,qui in brutis quidem dominatur,ideóque ſimpliciter vim legis obtinet ; in homine vero deſtituto iam originali iuſtitia,ex lege diuina eum pœnaliter conſequitur, vt docet S.Thom.1.2.q.91.ar.6.Hanc etiam vocat *veterem hominem qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris* cuius etiam actus deſcribit eſſe,*iram,indignationem,malitiam, blaſphemiã* &c.Denique *vocat corpus peccati*,propter paſſiones peccatorum quæ operantur in membris noſtris:Dein *& legem peccati*,quia inclinat ad omne fere peccatum. Qua etiam de cauſa vocatur ab Auguſtino *radix peruerſi amoris ſiue cupiditas*(ex parte voluntatis:)*& erroris* (ex parte intellectus:) *ex qua innumera mala proueniunt.* Eadem etiam de cauſa *fomitem peccati* nouo vocabulo paſſim eam nuncupauit Auguſt. quem ſcholaſtici poſtea ſequuti ſunt.Poſtremò Apoſtolus hoc malum *ipſam carnem* interdum nuncupat, *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ*,vt videlicet quicquid carnaliter & ſecundum carnem fiat,ad huius corruptionis fructus ſpectet.Sic 1.ad Cor.3.*Zelus & contentio,carnalia* vocantur,& 1.Petr.2.*carnalia deſideria*.& ad Rom.13.*carnis cura in deſideriis*,& ad Gall.5.*opera carnis* enumerãtur præter *immunditiam* &c.*Idololatria,Contentiones,Iræ,Rixæ,hæreſes,inuidiæ,homicidia,comeſſationes,Ebrietates,& his ſimilia*.hoc eſt,*multa etiam alia vitia quæ animi ſunt*,vt exponit D.Auguſtin. Cuius rei cauſam,quia ad terminorum explicationem conducit circa rem ipſam de qua hic quæritur,breuiter annotabo.

Rom.7. — Rom.7. E — Epheſ 4. Coloſſ 3. Rom 6. Rom.7. De ciuit. Dei lib.22 cap 22. — Gal 5. — De Ciuit.Dei lib.14. cap.1.

Quare animi vitia dicũtur carnalia.

Notandum ergo primo,quòd vitia etiam quæ propria animi eſſe videntur,vt contentiones,inuidiæ,hæreſes,ac harum omnium mater ſuperbia,opera carnis vocantur , non quòd ipſius carnis ſint vitia;ſicut nec cætera quæ propriè carnis peccata ſunt,vt fornicatio,immunditia & ſimilia ſolius carnis ſunt abſque anima; *ſed quia tam hæc quam illa totius hominis ſunt,in quo eſt caro & anima*,vt ibidem exponit Auguſt. F

De Geneſ ad lit.lib.10.c.12.

Notandum 2.opera propriè carnalia,non eſſe quidem opera ſolius carnis abſque anima,quia ſine anima caro non concupiſcit,animam autem ſentientem & appetitiuam(vt etiam in controuerſia de pecc. orig. docuimus) non rationis participem illam eſſe,ſine qua caro non concupiſcit.*Sic enim dicitur,caro concupiſcit*(ait Auguſt.)*ſicut dicitur , auris audit,& oculis videt.*

De Ciuit Dei lib.14.cap 3.

Notandum 3.(quod ad rem præſentem maximè conducit)animi quædam vitia,(non omnia,*ne excuſemus diabolum qui ad multa inſtigat.ſine opera carnis* vt docet Augu.) vocari & eſſe opera carnis,ideóque ad hanc carnis corruptionem de qua hic quæritur pertinere; quia videlicet animæ pars ſuperior illa ſecundum carnem & carnaliter appetit , non ſecundum ſpiritum:cuius appetitus quum ſolus concupiſcit,& abſtractus ac liber à carne eſt,vel ea quæ ſunt Dei,vel ſecundum rationem ſemper concupiſcit , vt accuratè docet Aug.loco citato,de Gen.ad lit.Carnaliter autẽ dicuntur illa appeti,quia homo ſic appetendo & agẽdo *ſecundum ſeipſum,vult viuere & ſecundũ hominẽ*,vt docent Aug.li.14.c 13.de Ciuit.Dei : quod aliis verbis expreſſit D. Tho.1..q.109.art.3. *quia priuato bonum ſequitur.*

Quæritur

A Quæritur ergo de hac concupiſcentia carnali, de hac lege mẽbrorum, de hac vetuſta-
ſtate carnis, de hac lege peccati, de hac carne concupiſcente, & opera carnis producẽte,
de hac radice & fomite vitiorum fere omnium, an ſic adhuc maneāt in homine bapti-
ſato & ab omni originali macula abluto, vt tamen peccati rationem, verè vel propriè re-
tineat. Quæritur autẽm non de ipſis Concupiſcentiæ fructibus quos iam per cõſenſum
noſtrũ peperit (de quibus nemo dubitat an ſint peccata) ſed de ipſa in ſe concupiſcen-
tia: & de primo eius actu ſeu motu, de quo Iacobus dixit: *vnuſquiſque tentatur à concupiſcen-* Iacob.1.
tia ſua, abſtractus & illectus. Etenim manet in baptiſato tum ipſa concupiſcentia ſiue in-
clinatio mala, quæ etiam manet in dormiente ſicut reliqui habitus: tum illius a-
ctus & motus ad illicita quoties occurrit aliquid quod concupiſcatur. Docet hoc Lib.6.ca.8.
diſtinctè Auguſtin. contra Iulianum. *Actu* (inquit) *manet concupiſcentia, non quidem ab-
ſtrahendo & illiciendo mentem, eiuſque conſenſu concipiendo & pariendo peccata, ſed mala deſideria
quibus mens reſiſtat commouendo. Ipſe quippe motus actus eius eſt, quamuis mente non conſentiente
deſit effectus.* Hæc de actu ipſo dicit. Mox de re ipſa ſubiungit. *Ineſt enim homini malum* (hoc
nomine intelligit ipſam concupiſcentiam) *etiam præter iſtum actum, id eſt præter hunc motũ,
vnde* (id eſt ex quo malo concupiſcentiæ) *ſurgit hic motus: quem motum* (ſiue actum) *dicimus
deſiderium. Non enim ſemper eſt deſiderium contra quod pugnamus,* (quia videlicet non ſemper
datur occaſio deſiderandi) *ſed ſi tunc non eſt,* (ſcilicet) *quando non occurrit quod concupiſcatur,
ſiue animo cogitantis ſiue ſenſibus corporis, fieri poteſt vt inſit qualitas mala, ſed nulla ſit tentatione cõ-* 1.
B *mota ſicut in eſt timiditas homini timido, etiam quando non timet.* Hæc ille. Eſt ergo in homine 2.
primum ipſa concupiſcentia. Secũdo actus ipſe ſeu motus eius, quod eſt deſiderium ali- 3.
quod prauum. Eſt tertiò loco huius deſiderij complacentia, per conſenſum & delecta-
tionem quamuis leuem, imperfectam & ſubitaneam quæ eſt verè peccatum, ſed veniale:
de qua Iacobus, poſtquam dixiſſet *eſſe concupiſcentiam abſtrahentem & illicientem,* adiungit, 4.
Deinde concupiſcentia, quum concepit parit peccatum. Accedit 4. loco plenus conſenſus in actũ,
vel etiam ipſe actus; de quo Iacobus. *Peccatum verò quum conſummatum fuerit generat mortẽ.*
De duobus primis tantum in hac controuerſia quęſtio eſt, ſint ne verè & proprij nomi-
nis peccata in renatis. Sed ſub vno nomine concupiſcentiæ ſuæ, reliquarum originalis
peccati, etiam vtrumque illud continetur.

Punctum huius Controuerſiæ inter Catholicos & Proteſtantes exponitur.

CAPVT II.

QVÆRITVR ergo (vt punctum nunc Controuerſiæ pandamus) an concupiſcẽtia ſic vt dictum eſt intellecta, ſit in regeneratis per Chriſtum hominibus verè peccatum. Catholicorum ſententia eſt, hanc relictam adhuc in baptiſatis concupiſcẽtiam, ſiue ipſius actus primò primos (vt ſcholaſtici loquuntur) id eſt ipſa deſideria eius quibus adhuc nullus eſt datus conſenſus, non eſſe quidem rem bonam (vt quidam proteſtantes nos dicere mentiuntur) nec etiam eſſe rem indifferentem vt eſt pecunia, ſed eſſe reuera rem mediam in ſe & ſua natura; eſſe vitium naturæ ſcilicet nondum plenè ſanatæ, eſſe etiam quandam iniquitatem & obliquitatem, nõ ſolum contra dominatum mentis, ſed etiam contra legem Dei; ideóque Deo eam diſplicere: nec tamen propterea in renatis eſſe verè & propriè peccatum, aut huiuſmodi quod renatum peccatorem vel Deo vlla ratione exoſum reddat, aut reddere ex ſua ſola natura poſſit: Dici tamen interdum peccatum tum ab Apoſtolo, tum à patribus, quia vel ex peccato facta eſt originali ſcilicet, vel illius peccati pœna eſt ad agonem relicta; vel deníque cauſa noui peccati eſt in iis qui legitimè non certant, non autem alia de cauſa. Hęc catholicorum ſententia hodie eſt, ſemperque fuit, vt in concil. Trid. clarè definitur in decreto Seſſ.5. Proteſtantes contra ſic volunt hanc concupiſcentiam eſſe rem malam vitium & peccatum, vt ſit verè & propriè peccatum, adeóque huiuſmodi quod ex ſe facere quidem poſſet ipſum renatum Deo exoſum, eúmque damnare, iuxta arti. 3. Lutheri à Leone 10. damnatum: non tamen id faciat quia non imputatur renato propter Chriſtum. Propter hanc quóque concupiſcentiam inhærentem naturę, omnes etiam

Catholica ſententia de hac concupiſcentia.

C

Quare vocatur peccatum.

Proteſtantium Sententia

renatos eſſe perpetuò peccatores; omnia iuſtorum opera eſſe peccatis contaminata; D
nullam deníque in hac vita(ſiquidem in hac vita non tollitur) perfectam aut veram iuſtitiam ſaltem operum poſſe propterea obtineri; ſed Mandatorum obſeruationẽ qualis in lege requiritur eſſe impoſſibile, ideóque ad ſalutem neceſſariò eam non requiri.

Pro Catholica ſententia probationes ſolidæ afferuntur.

CAPVT III.

1. PVNCTO ergo cõtrouerſiæ demonſtrato, eiúſq; terminis explicatis, ad id quod 2. loco propoſitũ eſt, veniam*; & Cathol. ſentẽtię vera fundamẽta, ac probationes ſolidas afferamus. Firma & ſolida probatio, ꝙ concupiſcẽtia per ſe, vel actus eius primus, abſq; conſenſu voluntatis in renatis, non ſit veri nominis peccatum, vna eſt; quòd illa per ſe & ſua natura, ſecluſo voluntatis cóſenſu, ne quidem in non renatis peccatum eſſet, niſi propter iniuſtitiam ipſam originalem; propter quam in nondum renatis eſt voluntaria, voluntate primi parentis: ideóque in illis peccatum eſt, vel potius ipſius peccati materiale ſignificatum, vt in alia Controuerſia copiosè ex- E
plicuimus, & ad quem locum recurrere monemus. Quùm enim omne peccatum ſit vo-
Lib. 1. cap. 12. luntarium; ſenſualitas quæ inferiorum vi iium eſt, nunquam peccati proptiam habet ra-
Concupiſcentia etiam in nõ renatis peccatum per ſe non eſt. tionem, niſi voluntatis accedat conſenſus. De qua re vide plura in ſuperiori Cõtrouerſia, vbi diſputauimus an, & quomodo, ad pecc. orig. cõcupiſc. pertineret. In ipſis tamen non renatis, ideo peccatum eſt, etiam ſine vlla propria voluntate, quia ptiuatio originalis iuſtitiæ, (cuius illa pars eſt) adhuc in illis per modum peccati, & cum damnatio-
Contra Iulianũ lib. 6. ca. 5. nis reatu inhæret. Nam *tantummodo quia ineſt;* (ait Auguſt.) *teneret in morte niſi eius vinculũ in baptiſmo ſolueretur.* Sunt enim adhuc vnum cum Adamo in quo peccauerunt. Hinc enim *traxit paruulus renatum, quia vnus erat cum illo, & in illo à quo traxit*, ait Auguſt. epiſt. 23. ad Bonifac. & *manent paruuli auerſi à Deo*, vt loquitur Auguſt. lib. 1. cap. 34. de pecc. mer. & remiſs. habitualiter ſcilicet ſecundum mentem: quæ mentis auerſio cauſa fuit huius ſenſualitatis introductæ; ideóque ipſa ſenſualitas in illis culpabilis eſt: hoc eſt in peccatum imputatur, potius quàm re vera & propriè peccatum eſt. Et hoc eſt quod ſcripſit Auguſt. *dimitti illam in baptiſmo non vt non ſit, ſed vt in peccatum non imputetur.* lib. 1. cap. 25.
Concupiſcentia in renatis quare ſine culpa eſt. de Nuptiis & Concupiſc. Eſt etiam culpabilis propter dominium & regnum, quod obtinct in nondum renatis, ſiue propter vetuſtatem carnis, iugiter ad peccatum trahente.
Gal. 3. At verò quia renati in Chriſto non amplius ſunt rei peccati originalis, nec ſunt vnum cum Adam, ſed cum Chriſto; quia *Chriſtum in baptiſmo induerunt*, ſuntque ad Deum cõuerſi vel habitualiter vt paruuli, (quod docet Auguſt. lib. 1. cap. 34. de pec. mer. & remiſ.) vel opere vt adulti, ipſa mente renouari cæpta (*ei enim ſoluitur hic reatus qui renouari iam capit*, ait Auguſt. lib. 2. cap. 28. de pecc. mer. & remiſs.) quia deníque habent quidem hanc F
legem peccati manentem in membris, *ſed tanquam ſuperatam & peremptam*, vt ibidem loquitur Auguſtinus: imò & mortuam ſed adhuc ſepeliendam, id eſt omnino ſanandã. *Nam ideò rebellat & mortua, donec ſepulturæ perfectione ſanetur*, vt ſcribit Auguſt. lib. 2. contra Iulianum; ideò in renatis verè & propriè peccatum non eſt, niſi ei rebellanti conſentiatur. Hæc eſt ferè potiſſima ratio, quare in non renatis non ſit ſolum & per ſe peccatum. Quam ſanè Proteſtantes hodie vt conuellerent, coacti ſunt negare prorſus ad rationem peccati, voluntarium aliquid facere, & apertum bellum ſ. Auguſtino imò toti theologicæ doctrinæ indicere: de qua eorum ſententia paulò pòſt plura.

2. Probatio ab efficatia regenerationis in Chriſto. Alia non minus firma probatio eſt, quod huius ſenſualitatis in humana natura reatus, ſeu culpabilitas, quæcunque tandem, & vndecunque illa fuit, per baptiſmum penitus ſublata eſt: quia in eo tum omnia prorſus peccata ſublata ſunt, tum ſic ſublata, vt maneat homo verè iuſtus, Deo charus, & dilectus. Quæ duo à nobis diligenter demonſtranda ſunt, quia ab aduerſariis hodie pertinaciſſimè negantur. Primum ergo, Scripturæ illæ diligenter retinendæ ſunt, quæ veram & plenam per baptiſmum peccatorum remiſſionem affirmãt. Apoſtolus dicit, *per baptiſmum nos induere Chriſtum* ad Galat. 3. *conſepultos*

A *pultos eſſe cũ Chriſto in mortẽ*, pecc. ſcil. ad Colloſſ. 2. *complantatos quoque eſſe ſimilitudini mortu*
eius, ad Rom. 6. *vt* (ait Aug. Ench. c. 52.) *quemadmodũ in illo vera mors facta eſt, ſic in nobis vera*
remiſſio peccatorum, & quemadmodum in illo vera reſurrectio, ita in nobis vera iuſtificatio: quæ
ratio multum notanda eſt. Rurſum quùm dicat Apoſt. Chriſtum *mũdare Eccleſiam lauacro* Epheſ. 5.
aquæ, & vocet baptiſmum *lauacrum regenerationis*, qualis ſit hæc mundatio & lotio, Mi- Tit. 3.
chæas oſtendit, dicens: quòd *proiiceret Deus in profundum maris omnia peccata noſtra*. Ezech. Mich. 7.
quóque prædixit, dicens, cap. 36. *effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab om-*
nibus inquinamentis veſtris. Deinde & illæ Scripturæ conſiderandæ ſunt, quæ veram iuſti-
tiam & ſanctitatem, per baptiſmum renatis tribuunt. Sanè hinc Apoſtolus dixit bapti-
ſatos fuiſſe olim fornicarios, idololatras, &c. ſed *nunc eſſe ablutos, ſanctificatos & iuſtifica-* 1. Cor 6.
tos: vnde probat Hieronymus *omnia in baptiſmo crimina condonari*. Addit quóque Apoſt. In Epiſt. ad Oceanum.
nihil nunc damnationis, id eſt damnatione dignum *eſſe, in iis qui ſunt in Chriſto IESV, qui non* Rom. 8.
ſecundum carnem ambulant. Deníque vocat renatos *Templum Dei Sanctum*, ipſaque *corpora* 1. cor. 3. & 6.
noſtra membra Chriſti. Ioannes poſtremò ait nos, *filios Dei nominari, & eſſe*. Hæ Scripturæ 1. Ioan. 3.
veram & inhærentem iuſtitiam in renatis eſſe, luculentiſſimè docent.

Rurſum Patrum hic conſenſus, qui omnes vno ore multo etiam clarius idem docet,
aduertendus eſt. *Baptiſmus* (ait Nazianzenus in orat. in ſ. lauachrum) *vniuſcuiuſque peccati* Baptiſmi encomia.
continet purgationem, & omnimodam fœditatum, quæ à prauitate ingreſſæ ſunt, reiectionem. Chry-
B ſoſtomus, *ſolis radiis mundiorem eſſe dicit recens baptiſatum*, in homil. ad baptiſandos tom. 5.
& in orat. ad Neophytos, decem honores baptiſmi recenſet, præter peccatorum remiſ-
ſionem. Hinc titulis nobiliſſimis baptiſmi gratiam exornarunt. Dionyſius Areopagita
vocat *adoptionis matrem* Eccleſ. Hier. cap. 2. Baſilius *adoptionis gratiam*, homil. 13. Clemens
Alexand. *medicamentum pæonium*: pædagogi lib. 1. cap. 6. Ambroſius. *Paſcha Chriſtianorũ*,
lib. 1. cap. 4. de Sacramentis. Chryſoſt. *purgatorium huius vitæ* in homil. ad baptiſandos.

Sed omnium hac de re luculentiſs. ſcripſit Auguſt. Is enim quùm contra Pelagianos,
qui & Originale peccatum negabant, & ideò hanc concupiſcentiam naturalem eſſe di- *Auguſt. Proteſtantium ſententiã quam illi commodum eſſet ſuſtinere, tamen ſemper impugnauit.*
cebant; vel ſi præter naturam eſſe dicebant; vel ſi præter naturam ex peccato inuecta
fuit, maneátque tanquam pœna, propterea laudabilem eſſe voluerunt, tanquam virtutis
materiam; qui etiam ſine peccato, hominem in hac vita viuere poſſe, & quàm plurimos
de facto vixiſſe dogmatiſabant, multa ſcriberet; quúmque illi percommodum fuiſſet
ad Pelagij ſuperbiam retundendam, baptiſmi gratiam extenuare, doceréque (quod ho-
die docent heretici,) manere etiam poſt baptiſmum hanc in nobis concupiſcentiam, vt
veri nominis peccatum: Ideóque nec eſſe illam laudabilem, nec in hac vita quenquam
eſſe poſſe ſine peccato, contra tamen diſſertiſſimè ſemper docuit, & in baptiſmo omnia
peccata deleri, & hanc concupiſcentiam per ſe nullo modo verè, & propriè peccatum
dici. Nam quòd ad prius attinet, valdè notandum eſt, ipſos Pelagianos hoc ipſum Au-
guſtino impegiſſe, quòd doceret ſicut hodie Proteſtantes docent, in baptiſmo non de-
leri re vera omnia peccata. Hæc ſunt eorum verba, vt commemorat Auguſt. lib. 1. cap.
13. cont. 2. epiſt. Pelag. *dicunt illi Manichæi*, ſic Auguſtinum cum ſuis vocabant *baptiſma non* *Pelagianorum calumnia eſt, Proteſtantium Doctrina.*
dare omnem indulgentiam peccatorum, nec auferre crimina ſed radere, &c. cui calumniæ atque ho-
C die Proteſtantum doctrinæ, diſertiſſimè ſtatim reſpondet. *Quis hoc aduerſus Pelagianos ni-*
ſi infidelis affirmet? Ergo infideles ſunt Proteſtantes, qui hoc ipſum hodie docent vt
mox videbimus. Pergit autem reſpondendo Auguſt. & ait: *dicimus baptiſma dare omnium*
indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere. Sed de concupiſcentia carnis credo eos falli
vel fallere, quæ quamuis peccatum ab Apoſtolo vocetur, peccatum tamen non eſt: ſed ideò ſic voca-
tur, quia peccato facta eſt, vt ſcriptura manus, vel quia ad peccatum mouet. Hæc ille. Idem repetit
diſtinctius eiuſdem operis lib. 3. cap. 3. *baptiſmus* (inquit) *abluit omnia peccata, prorſus omnia*:
&c. Sic alibi, *Plenam perfectámque omnium peccatorum fieri remiſſionem*, dicit lib. 2. cap. 27. de
peccat. mer. & remiſſ. & in eodem opere lib. 1. ca. 26. copioſè docet, ampliſſimos baptiſ-
mi effectus. Rurſum quùm eandem calumniam Iulianus Pelagianus Auguſt. impinge-
ret (tertium enim eſt de quinque illis obiectis criminibus, vt videre eſt in princip. lib. 2.
contra Iulianum,) diligentiſſimè in eiſdem libris hanc calumniam abſtergit, docendo
perpetuò, pleniſſimam, perfectiſs. & veriſſimam eſſe in baptiſmo omnium peccatorum
remiſſionem: nec concupiſcentiam manere vt peccatum, ſed vt malum aliquod ſiue vi-
tium. de qua te vide lib. 2. non longè à principio, & verſus finem & lib. 6. cap. 5. vbi hæc
ſcribit, *dixiſſe me affirmas quod gratia nõ perfectè hominem nouum facit*; quæ Iuliani calumnia

eſt,hodie Proteſtantum doctrina: ſed reſpondet Auguſt. *Non hoc dico: Attende quod dico. Gratia perfectè hominem nouum facit; quãdoquidem & ad corporu immortalitatem. plenámque fœlicitatem ipſa producit. Nunc etiam perfectè innouat hominem, quantum attinet ad liberationem ab omnibus omnino peccatu, non quantum attinet ad liberationem ab omnibus malis, & ab omni corruptione*,&c. Et paulò pòſt, pernegat ſe vnquam docuiſſe homines per baptiſmum *quaſi innouari, aut quaſi liberari aut quaſi ſaluari*, multáque his ſimilia. D

3. Probatio. Poſtremo loco orthodoxæ ſententiæ firma probatio, eſt ex Auguſtino quã aduerſarij maximè in ſuas partes trahere, ſed impudentia maxima conantur, quod nunquam contra hanc concupiſcentiam, aut contra actus & motus eius, ſeu praua deſideria quibus non conſentitur, vel orare nos doceat, vel ſine peccato eſſe iuſtos neget, ſed tãtum contra & propter peccata illa, quæ per conſenſum illis datum, nobis obrepſerunt. Notanda enim multum ſunt illa loca Auguſtini, etiam propter Lutherum qui art.2. *Docuit nos propter iſtam concupiſcentiam dicere, dimitte nobu debita noſtra*. Eſt autem Auguſt. apertiſſima ſententia in contr. *Non* (inquit) *propter ipſam concupiſcentiam cuius iam reatus lauacro regenerationis abſumptus eſt, dicunt baptiſati, dimitte nobis debita noſtra*, &c. *ſed propter peccata quæ fiunt ſiue in eius conſenſionibus, cum ab eo quod libet vincitur quòd placet, ſiue cum per ignorantiam malum quaſi bonum placet*. Hæc ille lib.1.cap.13.contra 2.epiſt.Pelag. Et paulò poſt cap.14. *Sine peccato in hac vita, neminem dixerim quantolibet Pelagiani dirumpatur inſania; non quia peccati aliquid remaneat, quod in baptiſmate non remittatur, ſed quia in nobis in huius vitæ infirmitate manentibus, quotidie fieri non quieſcũt*. vbi obſerua quòd fieri non eſſe dicit: fiũt enim cõſentiendo. E Et adhuc apertius contra Iulianum lib.2. verſus finem. *Quandiu* (inquit) *vita humana tentatio eſt ſuper terram, non ideò ſine peccato non ſumus quia hoc quod eo modo* (tentationis ſcilicet & rebellionis) *peccatum dicitur, operatur in membris repugnans legi mentis, etiam non ſibi ad illicita conſentientibus nobis* (*quantum enim ad nos attinet ſine peccato ſemper eſſemus, donec ſanaretur hoc malum ſi ei nunquam conſentiremus ad malum*,) *ſed in quibus ab illo rebellante, etſi non lethaliter, ſed venialiter vincimur tamen, in his contrahimus vnde quotidie dicamus, dimitte nobis debita noſtra*. Hæc ille. Idem innumeris penè in locis perpetuò & conſtantiſſimè docet vt lib. 3.cap.3. & 6.contr.2.epiſt.Pelag. de pecc.mer.& remiſſ.lib.2.cap.4.epiſt.200. enarrat. in Pſal.113.conc.3. in lib. de perfect.iuſtitiæ in fine.

Argumenta Proteſtantum ex Scripturis, quibus probare volunt Concupiſcentiam in renatis, eſſe veri nominis peccatum, proferuntur.

CAP. IIII.

F

NVNC ad id quod 3.loco ptopoſitum eſt veniamus, & proteſtantum hodie fundamenta qualia ſunt, oſtendamus, paritérque euertamus: Sunt ea in triplici ordine poſita. Primum ex Scripturis ſuam ſententiam ſtatuere conantur. Secundò ex patribus idem moliuntur. Tertiò, argumenta & fundamenta noſtra euertere, vel eludere potius cõtendunt. Hæc enim tria facit Caluinus Inſt.lib.3.c.3.& poſt eum Martinus Chemnitius in examine (vt vocat homo ſuperbiſſimus) decretorum Conc.Trident. qui omnium hodie hac de re accuratiſſimè ſcripſit. Sed breuiter præcipua argumenta, ſeu fundamenta confutabimus. Primo loco vrgent ab Apoſt. ad Rom. 6. vt nimirum quinquies, concupiſcentiam vocari peccatum, ad Rom. 7. ſexies. 1. Argum. Ad Rom.8.ter. Ad Hebr.11. vocari *circunſtans nos peccatum*. Reſpõſio Auguſt. non propriè vocari peccatum. Reſpondet Auguſt. perpetuò & conſtanter, in tota ſua cõcertatione cum Pelag. vocari ab Apoſtolo peccatum modo quodam loquẽdi, quia à peccato facta eſt originali ſcilicet, vt loquutio vocatur lingua & ſcriptura manus; vel quia peccatum facit, obediendo ſcilicet deſideriis eius; vt frigus Replica proteſtantium. vocatur pigrum de Nupt.& Concupiſc.lib.1.cap.23. Contra 2.epiſt. Pelag. lib.1. cap.13. lib.2.cap.22. de pecc.mer.& remiſſ.lib.2.cap.9.& lib.6.cap.11.contra Iulianum. Deniq; (quod omnium eſt potiſſimum) Retract.lib.1.cap.15. docet etiam exemplis, peccati appellationem aliis etiam rebus tribui; quæ tamen peccata non ſunt: vt ipſi Chriſto ad

Rom.8.

A Rom.8.& 2.ad Cor.5. de qua re lege eum lib.3. cap.6. contra 2.epiſt. Pelag. & tract.41. in Ioan.

Sed hic nihilominus replicant Proteſtantes, magis vrgentes Scripturam: Aiunt enim Paulum ſeipſum interpretari, quòd propriè vocet peccatum, & ad Rom. 7. multipliciter quale ſit peccatum deſcribere primo quòd *non ſit bonum*, ſecundo quòd ſit *adiacens malum*, Tertio quòd ſit malum priuatiuè, quia *propter illud non perficitur in nobis bonum*: Quarto quòd habeat poſitiuam prauitatem, quia *repugnat legi mentis*, hoc eſt legi diuinæ, ſcriptæ in cordibus. Quinto quòd pugnat etiam cum præcepto illo, *non concupiſces*: Sexto quod propter hoc malum clamat Apoſtolus, *miſer ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* vbi Paulus (ait Chemnitius) agnoſcit hoc malum per ſe dignum eſſe morte æterna, ideóque tantummodo quia ineſt trahere in mortem æternam, niſi propter Chriſtum non imputaretur. Septimo quòd ſit *malum crucifigendum mortificandum, expoliandum*, & cæt. ad Rom.8. ad Galat.5. ad Epheſ. 4. ad Coloſſenſ. 3. hanc autem vetuſtatem mortificandum eſſe particulas peccati nondum remiſſas, ſed per renouationem quotidie paulatim minuendas ex ſententia Lutheri art.2. Octauo, quia eſt iniquitas pugnans cum lege, ideò neceſſariò peccatum eſſe iuxta illud 1. Ioan. 5. *omnis iniquitas peccatum eſt*: & 1. Ioan. 3. *Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas.* Quem locum inuictum eſſe & nulla arte à Pontificiis eludi poſſe gloriatur Chemnitius.

Replica Proteſtantum.

B

Ad octo probationes Martini Chemnitij dilucidè & ſolidè reſpondetur.

CAP. V.

Bonum nõ habitans in carne, bonũ perfectionis.

VERVNTAMEN ad hæc omnia, ordine & breuiter reſpondetur. Ad primũ, ſecundum, & tertium, dicimus, infirmitatẽ illa omnia ſonare, & defectum, non autem maliciam & prauitatẽ. Bonum enim quod non habitat in carne renati, eſt bonum perfectionis, omnino non concupiſcere, vt docet Auguſtinus.lib.1.cap.27. de Nuptiis & Concupiſcentiis. *Malum quod adiacet*, eſt malum infirmitatis, vel vt periphraſticè exponit Auguſtinus in libr. de Natura & Gratia, cap. 51. eſt *voluntatis infirmitas, vel potius adiacentia, & perfectionis indigentia: quia* videlicet *nolens concupiſcit*, vt exponit lib.1.cap.30.de Nuptiis & Concupiſcentia.

Malum, infirmitas.

Non perficere bonum, morbus non peccatum.

Similiter *bonum quod non perficit*, eſt carere omni concupiſcentia, quod in hac vita nõ fit. Tamen *omni peccato caret, non omni malo* ait Auguſt. lib.6. cap.5. contra Iulianum. Et perficere malum, eſt quidem peccatum quia tunc obeditur deſideriis eius, & (vt ait S. C Iacobus) *conſummatum eſt peccatum*, ſed *non perficere bonum, morbus eſt quotidie ſanandus, non peccatum*: vt docet Auguſt.lib.1.cap.29. De Nuptiis & Concupiſc. Eſt enim iuſtitiæ ſiue hominis iuſti, varia perfectio tam in hac controuerſia, quàm in tota iuſtificationis doctrina multum notanda. Vna huius vitæ & viatoris, quæ eſt carere criminibus ſiue peccatis mortalibus, vt docet Auguſt. ſerm.56.de temp.& in lib.de Spiritu & Lit.cap.vltimo, vbi & vocat eam *iuſtitiam quandam minorem, & huius vitæ*, ſecundum quam docet nos eſſe *perfectos iuſtitiæ viatores* lib. 2. cap. 13. de pecc. merit. & remiſſ. & lib. de Natura & Gratia cap.12. & lib.3.capit. 2. ad Bonifacium contra 2.epiſt. Pelagianorum, *non autem adhuc perfectos iuſtitiæ poſſeſſores.* 1.

Iuſtitia varia perfectio.

Alia perfectio, eſt liberari ab omnibus omnino peccatis, tam grauioribus illis, quàm etiam venialibus, non autem ab omnibus malis: & illam perfectionem confert baptiſmus, renouans hominem in illo ſenſu perfectè vt diſertis verbis docet Auguſtinus libro ſexto, capite quinto contra Iulianum: & libro tertio capite tertio contr.2.epiſtolam Pelagianorum. 2.
Tertia perfectio eſt, carere non ſolum peccatis omnibus ſed 3.

etiam peccatorum illecebris & deſideriis, nec ſolum non peccare, ſed etiam perfectiſſi- D
mè Deum diligere; hanc vocat Auguſtin. *eam cui nihil prorſus aduei poteſt, & ad futuram vitam pertinere* docet in lib. de Natura & Gratia, cap. 12. 42. 59. 62. 63. & 70. & lib. 2. contra Iulianum. Hoc ergo tertio perfectionis genere, propter concupiſcentiam, renatus *perficere bonum non inuenit: Nam perfectio boni eſt non concupiſcere*, ait Auguſt. tract. 41. in Ioan. & contr. 2. epiſt. Pelag. cap. 10. lib. 1. *Malum tamen niſi conſentiat non perficit*, vt docet Auguſt. de Trinit. lib. 12. cap. 12. & de verbis Domini ſerm. 43.

Prauitas rebellionis eſt in carne non in mēte.

Ad quartum dicimus quòd prauitas illa, qua repugnatut legi mētis, eſt carnis tantum prauitas, non ipſius mentis, & carnem tantum captiuam tenet in renatis, non mentem, vt accuratè docet Auguſtin. lib. 1. cap. 30. de Nupt. & Conc. idcóque peccatum eſſe non poteſt, niſi quãdo trahenti carni mens conſentit.

Concupiſcentia, quamquam in decal. ſit prohibeatur, tamen peccatū non eſt.

Vide plura de hac reſponſione infra lib. 6. ca. 10.

Rom. 7.

Ad quintum vt reſponderetur multi hodie catholici tractatores multa dixerunt, ne concupiſcentiam ipſam aut eius primos motus in decalogo prohibita agnoſcerent. Sed nos vt breues ſimus, agnoſcimus cum Auguſtino concupiſcentiam ipſam in Decalogo prohiberi, nec tamen ipſam in renatis peccatum eſſe: idque duabus de cauſis. Primum quia quùm decalogus ideò datus eſſet, vt extinctam penè naturę legē inſtauraret, vt docet Auguſt. quæſt. in vetus teſtam. q. 4. *prima* autem *naturæ integritas, erat obedire Deo ſine Concupiſcentia in contrarium*, ut idem docet lib. 2. cap. 23. de peccat. met. & remiſſ. & de Ciuit. Dei, lib. 1. cap. 10. debuit id quidem in decalogo exprimi; non vt obligaret, ſed per E
modum doctrinæ *vt admoneremur quo currendum & quo tendendum eſſet*, vt multis in locis docet Aug. in lib. de perfect. iuſtitiæ, in lib. de Spiritu & Lit. cap. vlt. de Nupt. & Conc. lib. 1. cap. 20. tract. 41. in Ioan. de verbis Apoſt. ſerm. 5. & epiſt. 200. Id quóque exemplo primi ptæcepti, primis parentibus dati confirmat, lib. 2. cap. 16. de pecc. met. & remiſſ. Neque aliud ipſe Apoſtolus docet, quùm ait, *per legem cognitio peccati. Concupiſcentiam enim neſciebam*, ait, id eſt, ad peccatum ducere, ideóque me contra niti debere, vel primæ integritati repugnare, atque id agendum eſſe, vt ſemel omnis concupiſcentia penitus tollatur, *niſi lex diceret, non concupiſces.*

Alia reſponſio.

Quamdiu non conſentitur concupiſcentiæ, ſeruatur lex de non concupiſcēdo.

Rom. 7.

Deinde prohibetur concupiſcentia in Decalogo, ſed menti ipſi totíque homini, nō carni. Itáque caro quidem repugnat legi ſcriptæ, quia caro concupiſcit; mens autem renati, nondum conſentientis condelectatur legi, & conſentit legi, quia vult non concupiſcere; ideóque in omni concupiſcentia, cui non conſentit renatus, legem illam ſeruat renatus, quæ dicit, *non concupiſces*; ſeruat inquam quantum ſatis eſt, vt à tranſgreſſione immunis ſit. Hoc totum eleganter docet Auguſtinus de verbis Apoſtoli, ſerm. 5. & de verbis Domini, ſerm. 43. & libr. 1. capit. 27. de Nupt. & Concupiſcent. multiſque aliis in locis. Sed ex Apoſtolo ipſo idem demonſtrabimus. Quùm enim dixiſſet in perſona renati ad Roman. 7. *ſcimus quia lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum*, (id eſt,) *nondum ſpiritualis totus, ſed ſecundum carnem expectans redemptionem corporis*, vt ex aliis verbis ad Rom. 8. exponit Auguſt. lib. 1. cap. 10. contra 2. epiſt. Pelagian.) *venundatus ſub peccato*, id eſt, *olim in prima tranſgreſſione adiudicatus, vt haberem corpus corruptibile, quod aggrauat animam*, &c. vt ibidem Auguſt. exponit: *quod enim operor non intelligo*, id eſt, *non conſentio, non approbo*, vt ibidem capit. 11. interpretatur Auguſtinus. Et Apoſtolus ipſe ſatis clare ſeipſum explicat, Sequitur enim: *non enim quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum hoc facio*, ſcilicet: (*facere enim eſt concupiſcere, & perficere eſt concupiſcentiæ obedire*, vt diligenter docet Auguſtinus, lib. 3. cap. 26. contra Iulianum: & de Natura & Gratia cap. 62. & ſerm. 43. de verbis Domini,) quùm hæc inquam omnia dixiſſet, & hoc concupiſcentiæ malum diligenter explicaſſet, tamen ne propterea ſe, omnémque renatum legis tranſgreſſorem, & verè peccatorem propter hanc ſolam concupiſcentiam, aut actus eius primos ſeu praua deſideria, aliquis exiſtimaret, ſtatim euidenter ſubiungit: *Si autem quod nolo malum illud facio*, (ſcilicet *non affectu conſentiendi & implendi ſed ipſo motu concupiſcendi*, vt egregiè exponit Auguſt. libr. 1. cap. 10. contra 2. epiſtolam Pelagian.) *conſentio legi quoniam bona eſt*, quia ego nolo quod illa non vult: itáque illam non tranſgredior, ſed colo & obſeruo. Quin & adhuc maioris explicationis cauſa addit Apoſt. quaſique concludit: *Nunc autem iam*, id eſt, *Iam nūc ſub gratia conſtitutus, quæ liberauit delectationem voluntatis, à conſenſione cupiditatis*, (ait ibidem exponendo Auguſtinus,) *non ego operor illud*, id eſt, *non conſentio exhibere membra*, & cætera. vt ibidem idem doctor exponit,

A exponit, *ſed quod habitat in me peccatum*, ſupple, operatur hunc motum concupiſcendi. Vbi peccati nomine, ipſam in ſe concupiſcenriam vocat, modo & tropo quo dictum eſt. Alioqui, quis ipſorum etiam Proteſtantum, vel audeat dicere ipſam concupiſcentiam ſine vllo motu aut actu, eſſe verè & propriè peccatum, vaſtans conſcientiam, &c. (ſic enim & dormientes ſemper peccarent,) vel id quod habitans peccatum vocat Apoſtolus, aliud eſſe quàm ipſam concupiſcentiam in ſe. Neque enim actus aut motus eius; id eſt, praua deſideria habitant ac reſident in nobis aſſiduè, ſed certis momentis ac temporibus fiunt in nobis.

Deinde etiam adhuc maioris explicationis & lucis cauſa addit Apoſt.: *Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum*, quòd quale ſit, & alia quæ ſequuntur in Apoſt. ſupra explicatum eſt. Sequentibus enim verbis, carnis infirmitatem, & corruptionem relictam Apoſtolus ſubinde verſat, idem repetens atque iuculcans, *& tãquam tardiſſimos de ſomno excitans, ait* Ibidem Auguſtinus. *Ad 6. Quid ſit corpus mortis huius.*

Ad ſextum, dicimus Apoſtolum vocare ipſam concupiſcentiam, *corpus mortis huius, à quo liberabit gratia Chriſti*, non quòd ſit propriè peccatum in renatis, ſed tantum languor & morbus, ad huius vitæ miſeriam pertinens, ſed in alterius vitæ fœlicitate omnino ſanandus. Nam liberari à corpore mortis huius (ait Aug. lib. 1. cap. 11. contr. 2. epiſt. Pelag.) *eſt omni ſanato languore concupiſcentiæ carnis, non ad pœnam corpus recipere, ſed ad gloriam. Hinc* B *etiam nos ipſi habentes primitias ſpiritus*, (vt ad Rom. 8. ſeq. cap. Apoſt. ait) *ingemiſcimus in nobis ipſis, exſpectantes redemptionem corporis noſtri*, &c. Sic etiam rem exponit lib. 2. contra Iulianum, non longè à principio, cõfirmans idem ex libello Cypriani de mortalitate: addens etiam aliam cauſam exclamationis, quòd videlicet *vinci ab hoc corpore mortis ſubiugarique metuebat*. Non ergo ad peccati alicuius manentis naturam, ſed ad miſeriã & morbum, (quæ diligenter diſtinguenda ſunt) illa Apoſtoli exclamatio pertinet: quod etiam totius huius Apoſtolicæ diſputationis concluſio, manifeſtum facit, qua dicit: *Nihil ergo nunc damnationis eſt in iis qui ſunt in Chriſto* IESV, *qui non ſecundum carnem ambulãt. Non enim damnantur*. (ait Auguſtinus directè contra Chemnitium lib. & cap. iam proximè citatis) *niſi qui concupiſcentiæ conſentiunt ad malum*. Rationem quóque Apoſtolus ſubiungit de gratia Chriſti, quæ facit ne conſentiatur & conſequenter ne aliquid damnationis inſit in ipſo corpore mortis huius. *Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto* IESV, *liberauit me à lege peccati & mortis*: id eſt ne lex peccati ſuperiores partes obtineret, vel (vt rem exponit Auguſtinus, cap. 10. lib. citati) *ne conſenſionem noſtram concupiſcentia ſibi vindicet carnis*, vel etiam quia *huius legis peccati, & mortis reatum peccatorum omnium remiſſione diſſoluunt*: vt idem Auguſt. docet lib. 1. c. 32. de Nupt. & Concup. Quæ ſanè ratio ab Apoſtolo ſubiecta, & adhuc in ſeq. multis verbis iterata, itémq; ratio proximè præcedens qua dixit, *Mente ſermo legi Dei, carne autem legi peccati*, móxq; ſubintulit. *Nunc ergo nihil damnationis, &c.* luculentiſſimè euinciunt, propterea nihil eſſe in renato non ſolum imputabile, ſed nec reuera damnatione dignum, hoc eſt verè peccatum: quia mens renati non conſentit motibus carnis: & hãc mentis diſſenſionem, ſeu pugnam contra carnem, quam gratia per baptiſmum data operatur, ipſiſſimam eſſe, & intrinſecam cauſam, quare concupiſcẽtia ipſa, vel actus eius C non ſit verè peccatum in renatis. *Ad 7.*

Quod 7. loco dictum eſt, concupiſc. malum quoddã eſſe crucifigendũ, mortificandũ, expoliandũ, &c. oſtendit illam quidem malum quoddam eſſe, contra quod ſit pugnandum; non autem oſtendit peccatum eſſe hoc ipſo quòd aduerſus eam pugnatur; ſed tunc demum quando vel in pugna non vincitur, vel omnino non pugnatur. *Quomodo concupiſcentia ſit malum mortificandum, &c.* Apertiſſimè hoc docet Auguſt. *Cum baptiſatis* (inquit) *manet ciuile bellum interiorum vitiorum. Non enim talia ſunt vitia, quæ iam peccata dicenda ſunt, ſi concupiſcentia non concipiat pariátque peccatum. Nec tamen extra nos ſunt. Noſtra ſunt, paſſiones ſunt, vitia ſunt, frænanda, cohibenda, ſananda*, Hæc ille lib. 2. contra Iulianum. Ecce pariter docet & vitia eſſe mortificanda, & tamẽ peccata dicenda non eſſe: Illa ergo quotidiana renouatio, & uetuſtatis quotidiana cõſumptio, non eſt peccati alicuius ſucceſſiua remiſſio, aut abſumptio, quæ quidem fit in inſtanti; eſt enim iuſtificatio momentanea, & in puncto ſicuti lux corporea, vt poſt Auguſt. epiſt. 29. ad Hieron. & de Gen. ad lit. lib. 8. cap. 12. & de pecc. mer. & rem. lib. 2. ca. 5. exponit S. Thom. 1. 2. q. 113. artic. 7. fit quoque plena & perfecta (vt ſupra oſtenſum eſt) ſed eſt ipſius concupiſcentiæ diminutio. *Mens enim* (ait Aug. *in ſanctitate proficit, cum magis magíſque minuit eas, quibus non conſentit carnales cupiditates.* *Lib. 6. cap. 5. Contra Iulianum. Obiectionis ex Auguſt. ratio.*

Neque obſtat quod ex Augu. vrget poſt Caluinum Chemnitius,dicente tract. 41.in D Ioann. *id agere Dei gratiam vt peccatum conſumatur: ac minui quidem illud in vita proficientium , conſumi autem in vita perfectorum* : intelligit enim peccati nomine carnales cupidirates , vt prius , ſeu infirmitatem relictam quæ allicit ad peccatum. Ait enim in ſeq. *Nunquid quia delata eſt tota iniquitas,nulla remanſit infirmitas?* Denique hanc vetuſtatem carnis relictam,non eſſe manentis peccati reliquias,quæ veram operum Iuſtitiem propterea in renatis eſſe non ſinant, (nam ideò tam diligenter hanc ſuam ſententiam ſtabilire conantur,)ſed eſſe talem,quæ cum vera iuſtitia conſiſtat,clariſſimè Auguſt. Docet. *Ab hac,*(inquit,) *vetuſtate carnis,in qua eſt lex peccatum,vel peccatum iam remiſſum , vſque adeo ſpiritus vita diſcernitur,in cuius nouitate baptiſati renaſcuntur,vt parum fuerit Apoſtolo dicere,tales non eſſe in peccato, niſi diceret in ipſa illos carne non eſſe; quia ſcilicet non ſecundum carnem ſapiunt neque viuunt.* Hæc ille lib. 2. c. 28. de pecc. mer. & remiſſ.

Vetuſtas carnis ſtat cum vera iuſtitia.

Ad 8.

Ad 8. & vltimum reſpondemus: S. Ioannem quum dicit cap. 5. quòd *omnis iniquitas eſt peccatum*, loqui de iniquitate actuali quam facit vel perficit potius ipſe homo. Quũ enim dixiſſet, *eſt peccatum ad mortem,non dico vt pro eo roget quis*, ſubiungit, *omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatum ad mortem.* At concupiſcentiam non regnantem, & cui non conſentitur, non eſſe peccatum ad mortem, ſed *diligenter diſtinguendum eſſe inter actiones carnis ſpiritu mortificatas , & inter concupiſcentiam regnantem* agnoſcit Chemnitius, & hoc diſcrimen in Eccleſijs ipſorum diligenter tradi ſcribit. Quod ſi ita eſt, Ioannes ipſorum proprio iudicio quum iniquitatem dicit eſſe peccatum ad mortem, non poreſt iniquitatis nomine, E concupiſcentiam de qua hic agitur intelligere. Quod autem dicit cap. 3. *omnem qui facit peccatum facere iniquitatem*, ideo dicit quia omne peccatum, vel in omni peccato, eſt alicuius legis trangreſſio quædam , quæ tamen ſola, licet formalis ſit ipſius peccati ratio, non conſtituit in homine (cuius actus omnes quatenus humani ſunt , voluntarij,) plenum, & conſummatum peccatum: quia actus peccati ſola voluntas eſt, cauſa efficiens, principium atque ſubiectum: concupiſcentia autem, eſt quidē aliquo ſenſu alicuius legis tranſgreſſio, vt iam ante explicatum eſt, ideóque vocatur, & eſt iniquitas quædam, non tamē talis vt ſit in renatis peccatum.

In omni peccato eſt iniquitas.

Lib. 6. cap. 8 Contra Iulianum.

Quam rem diligenter explicantem Auguſtinum aduerte. *Non*, inquit, *nulla eſt iniquitas,quum in vno homine vel ſuperiora inferioribus turpiter ſeruiunt* , (quæ quidem magna eſt & completa iniquitas, *vel inferiora ſuperioribus contumaciter reluctãtur , etiam ſi vincere non ſinantur.* Verum *hæc iniquitas* (vt paulo pòſt addit) *in illis qui ab eius reatu liberantur , nec alienat eos à regno Dei , nec vlla damnatione facit eos detineri , ſed tantum eſt naturæ languor ſanandus in nobis.*

Hæc ille. Deinde quum S. Ambroſius inter vitia poſt baptiſmum manentia, iniquitatem nominaſſet, diligenter excuſat & exponit eum Auguſti. quod non intelligat iniquitatem, quæ ſit veri nominis peccatum. *Iſtam*, (inquit,) *legem peccati propterea vocaui iniquitatem, quia iniquum eſt vt caro concupiſcat aduerſus ſpiritum , quamuis abſit in noſtra regeneratione iuſtitia, qua Iuſtum eſt, vt aduerſus carnem ſpiritus concupiſcat, vt ſpiritu ambulemus.* Hæc ille, F libro ſecundo, contra Iulianum, verſus medium libri. Talis ergo iniquitas , eſt cum qua conſiſtit Iuſtitia : hoc eſt, non moralis iniquitas nec veri nominis peccatum , cui opponitur iuſtitia, ſed naturalis quædam iniquitas , & malum cui opponitur perfectio boni: ſeu (quod idem eſt) defectus aliquis, qui deficit à plena perfectáque iuſtitia; iuxta 3. genus perfectionis ſupradictum. Alioqui diſertè ait Auguſtinus tract. 41. in Ioan. *in baptiſmo debebet tota iniquitas , licet remanſit infirmitas.*

Argumenta Proteſtantum ex Patribus , vt probent Concupiſcentiam in renatis eſſe verè peccatum, diſſoluuntur.

CAPVT VI.

Nunc

A NVNC quæ ex patribus pro ſua ſententia, proteſtantes afferũt expendamus. Dixerat Cõcilium Tridentinum: *Eccleſiam Catholicam nunquã ita intellexiſſe, quòd concupiſcentia in renatis verè & propriè peccatum ſit*, in decreto Seſſ.5. Laborat igitur Cenſor Chemnitius cõtrarium, ex veterum Patrum teſtimoniis oſtendere. Citat verba Ambroſij apud Auguſt. lib.2. contra Iul. dicentis *vitia noſtra eſſe* quæ legi mentis, ex lege peccati reſiſtunt: vocantis quóque *iniquitatem, quia iniquum eſt, vt caro concupiſcat aduerſus ſpiritum*, poſtremo aſſerentis eſſe eam *quandam delectationem, diuinæ legi aduerſam*; ex quibus ita concludit. *Ambroſius igitur noſtram ſententiam ipſiſſimis verbis reddit, & exprimit* Hæc cenſor ille. Sed qua impudentia Concilij decreta, auſus eſt in examen vocare, eadem hanc concluſionem facit.

Chemnitij impudentia ſingularis

Nam quod ad duo priora attinet, ipſe Auguſt. eodem loco docuit, *non ſic eſſe vitia vt ſint iam peccata dicenda, non ſic eſſe iniquitatem quin vera cum eo conſiſtat iuſtitia*, quæ duo loca ſuperius produximus. De 3. ſuprà ſatis diximus, reſpondendo ad 5. ex Scripturis. Rurſum in his Ambroſij verbis, nec dicitur eſſe propriè & verè peccatum, imò nec peccatum omnino nominatur, nec renatum ex ſe Deo exoſum facere poſſe aſſeritur, nec de imputatiua remiſſione aliqua fit mentio, & tamen audet concludere quòd Ambroſ. *ipſiſſimis verbis eorum ſententiam reddat*. Simili fide citat Hylarium, & Cyprianum, ex eodem Auguſt. lib.2. ad Iulianum. *Hylarius*, (inquit,) *vocat corpora renatorum, omnium vitiorum materiam, per quæ polluti & ſordidi nihil in nobis mundum, nihil innocens obtinemus.*

B *Ait quóque nos in hoc terreni & morticini corporis habitaculo, mundos eſſe non poſſe, niſi per ablutionem cæleſtis miſericordiæ, emundationem conſequamur, poſt demutationem reſurrectionis effecta glorioſiore natura: imò ipſis Apoſtolis non defuiſſe maliciam, dicente illis domino, ſi vos cum mali ſitis &c. Cyprianus quóque dicit, ne quiſquam ſibi de puro & immaculato pectore blandiatur, & quia nemo ſine peccatis eſt, quiſquis ſe inculpatum dixerit, ſuperbus aut ſtultus eſt.* Hæc ille. Móxque concludit iterum Cenſor. *Obſecro*, inquit, *lectorem vt hæc Hylarij & Cypriani verba, conferat ad decretum Tridentinum, quod affirmat: in baptiſmo ita tolli quicquid habet veram & propriam rationem peccati, vt renati efficiantur innocentes, immaculati, puri, innoxij. Patres certè planè contrarium dicunt.*

Hæc ille. Sed breuiter reſpondetur. Hylarius quum prima illa verba dixiſſet, ſubiunxit: *gaudeamus nobis eſſe hoſtem, in cuius concertatione dimicemus*; & paulò ſuperius, *emundamur*, (inquit) *à peccato per huius victoriæ gloriam*. Optimè ergo dicit ſecundum carnem nihil in nobis mundum eſſe; ſcilicet quando carni obſecundamus: ſed mundos tamen nos eſſe ab omni peccato, per glorioſam contra carnem victoriam. Itáque pugnæ neceſſitatem deſcribit, & de venialibus quæ in illa pugna obrepunt, agit. Sequentium omnium verborum ipſe Auguſtinus qui ea produxit, interpres erit. Quum enim ea citaſſet, infert: *vides quemadmodum venerabilis catholicus diſputator, nec in hac vita mundationem noſtrã neget, (hanc enim fatetur fieri per ablutionem cæleſtis miſericordiæ, quæ eſt baptiſmus:) & tamen humanam perfectionem ſperet, id eſt, perfectioris mundationis in vltima reſurrectione naturam.* Hæc Aug. Hylarij verba contra Chemnitium exponens. Negat enim immunditiem nõ omnem, ſed perfectam illam tertij generis.

Hillarij & Cypriani verba nõ contradicunt Patribus Tridentinis.

C Quod de Apoſtolis infertur, id quale ſit, alio in loco accuratè Auguſtin. explicat. Dicebant enim Pelagiani, ſentire & docere Auguſt. ſicut nunc Hylarium docere: ait Chẽnitius, *homines renatos ex parte eſſe filios Dei, & ex parte filios ſeculi; id eſt Diaboli manere* Quorum calumniæ reſpondens Augu. docet renatos eſſe quidem filios Dei, & pariter filios ſeculi, & ea conditione peccare: non autem propter concupiſcentiam ipſam hoc dicit, ſed propter ſurreptiones eius, in quibus venialiter ab ea vincimur, Citat enim ad hoc probandũ S. Ioannis verba, *ſi dixerimus quia peccatum non habemus, &c.* quæ ſemper Auguſtinus de venialibus peccatis, & conſenſionibus leuioribus intelligit. Móxque ille Chriſti verba citans, Matth. 7.

Si vos cum mali ſitis &c. Inde, inquit, *mali ſunt, vnde ad huc filij ſeculi: Baptiſmus igitur abluit peccata omnia; prorſus omnia, ſed non aufert infirmitatem cui regeneratus reſiſtit, quando bonum agonem luctatur; conſentit autem quando ſicut homo in aliquo delicto præoccupatur, propter hoc dicens: Dimitte nobis debita noſtra.* Hæc omnia Auguſtinus lib.3. cap.3. contra 2. epiſto. Pelag. malicia ergo illa, propter quam etiam ipſi Apoſtoli mali vocantur, non eſt

Quo ſenſu Apoſtoli mali vocãtur à Chriſto.

ipſius concupiſcentiæ,ſed eſt peccatorum venialium,quia propter hæc, non propter illam, **D** clamant omnes iuſti veraciter,*dimitte nobis debita noſtra*,vt ſuprà in tertia probatione catholicæ ſententiæ,ex Auguſtino demonſtrauimus.

Ciprianus quoque apertiſſimè de eiſdem venialibus conſenſionibus,quæ iuſtiſſimis in hac vita obrepunt,non de ipſa concupiſcentia loquitur.Nam cum citaſſet Auguſ. ex Cypriano alia verba,vbi enumerauit omnia ferè vitia,quibus humana mens etiam poſt baptiſmum obſidetur,dixiſſetque Auguſtinus , *abſit vt hæc omnia ſanctum Ciprianum fuiſſe exiſtimemus,imò ideo nihil horum erat,quia his malis motibus fortiter reſiſtebat*,ſubiungit: *Nec ideo tamen in tam periculoſo certamine,nullo telo feriebatur hoſtili,cum alibi dicat, nemo ſibi de immaculato pectore glorietur,&c.* quæ citarũt Chemmitius.Ergo hæc Cyprianus dicebat,(ipſo interprete Auguſtino) non de ipſa concupiſcentia aut motibus eius , ſed de vulneribus & ictibus,in pugna contra eam interdum acceptis;id eſt,de pecca. venialibus quibus non carent iuſti.Non igitur propter ipſam concupiſcentiam,deſinunt eſſe immaculati,& innocentes,ſed propter venialia peccata.Iam vero per baptiſmum, etiam illa auferuntur, vt ſupra in ſecundo genere perfectionis oſtẽſum eſt, ideóque per baptiſmum reddimur verè innocentes immaculati &c.vt Concilium Trid.Dixit:nec hactenus vlli Patres cõtrarium dixerunt, videamus iam alios.

Hieronymi verba exponuntur.

Citat Hieronymum in com. ad cap. 5. Matth. Dicentem de primis motibus,*quamuis habeant culpam,tamen non teneri crimine*:Sed corruptè & truncatim citat. Dicit enim Hieronymus:quòd *vitij culpam habeant*, non ſimpliciter culpam.Sed quamuis ſint vitia, tamen non eſſe dicenda peccata,ſuprà ex Auguſtin. didicimus, dicit quoque Hieronymus **E** ibidem ,*paßionem* in qua eſt conſenſus *reputari in vitium , per paßionem* , quæ primos motus ſignant,*non teneri in crimine*,id eſt non reputari in peccatum. Hæc enim vocabula,culpam,vitium,crimen,non ſic exactè diſtinguit Hieronymus,ſicuti Auguſtinus:qui vitium pro malo pænæ,culpam pro peccato,veniali nimirum;crimen pro peccato mortali,ſemper accipit:Hieronymus autem hæc cõfundit,tum hoc in loco, tum in com. ad Titum 1. exponens epiſcopum ſine crimine eum eſſe , quem nulla peccati conſcientia remordeat.

Obiectiones Martini Chemnitij ex ipſo Auguſtino, quòd concupiſcentia ſit verè peccatum , refutantur.

CAPVT VII.

POSTREMO, citat eſt Aug.varia,quibus probet concupiſcentiam in renatis licet remiſſam,manere tamen,& eſſe malum,nõ ſolum quod per patientiam ſuſtinendum eſt,vt malum pænæ, ſed etiam quod per continentiam fręnandum eſt : quæ omnia non negantur , niſi quod infert:ergo malum culpæ eſt,quia vitium eſt tale contra,quod virtute **F** pugnandum eſt. Quam conſequentiam non valere ſupra oſtendimus in reſpon. ad ſeptimum & octauum argumentum ex Scripturis. Malum enim eſt tale,quod ſit & vitium & iniquitas,non tamen peccatum in renatis,ſine conſenſu in illam. Simile eſt in reliquiis peccati ex conſuetudine peccandi relictis, quæ facta præteritorum peccatorum remiſſione, idque eo modo, vt (ait libr. 2. contra

Non omne contra quod Spiritus pugnat eſt peccatum.

Iulianum Auguſt.)*Omnino iam non ſint illa peccata*,relinquit tamen graues ad peccandum inclinationes & propenſiones , quas ſine nouo conſenſu peccata eſſe nemo dixerit. Et hanc ob cauſam monet Iulianum Aug. *vt in ipſa vi conſuetudinis, quæ non deponitur in baptiſmo,aduertat quo modo concup.remittatur reatu,& maneat actu*.lib.2. contra Iul. non longè à principio.

Difficilis Auguſtini locus pro ſententia Proteſtantium.

Vnus eſt poſtremo Auguſtini locus quem inuictum putat Caluinus,Chemnitius,alijque omnes proteſtantes.lib.5.c.3.contra Iulianum ſic ſcribit.*Sicut cæcitas cordis,& peccatũ eſt quo in Deum non creditur; & pæna peccati , qua cor ſuperbum digna animaduerſione punitur; & cauſa peccati , cum mali aliquid cæci cordis errore committitur , ita concupiſcentia carnis , aduerſus*

uerſus quam bonus concupiſcit Spiritus, & peccatum eſt, quia ineſt illi inobedientia contra do-
A *minatum mentis; & pœna peccati eſt, quia reddita eſt meritis inobedientis; & cauſa peccati eſt*
defectione conſentientis, (puta in renatis) *vel contagione naſcentis*, ſcilicet in nondum re-
natis etiam ſine conſenſu præſtito. Hæc ille. *Hæc* (inquit Chemnitius) *eſt manifeſtiſſima*
retractatio Auguſtini, ſeu explicatio eius quod ante incommodius dixerat reliquam concupiſcentiam
non eſſe peccatum, ſed pœnam & cauſam peccati. Sic ille. Sed reſpondemus; Auguſtinum hoc
loco priorem illam, & perpetuam ſuam doctrinam, quòd concupiſcentia in renatis
non eſſet verè & propriè peccatum, nullo modo retractaſſe, aut aliter explicuiſſe quàm
ante ſenſerat, inde luculentiſſimè conuinci; quòd in eodem opere contra Iulianū, non
ſolum antea in ſecundo lib. ſed & poſtea lib. 6. cap. 5. eandem ſententiam diligentiſſimè
tradit, & repetit, Ait enim ibi, *gratiam perfectè nos innouare, quantum attinet ad liberationem ab*
omnibus omnino peccatis, non autem ab omnibus malis: propter concupiſc. ſcilicet, quod malū
eſſe reliquum agnoſcit non peccatum. Et iterum; *in baptiſmo remittuntur quidem cūcta pec-*
cata, ſed remanent carnalium concupiſcentiarum mala. Et rurſum eodem cap. *Omni peccato caret*
baptiſatus, non omni malo. Quin & iterum cap. 11. eiuſdem libri, explicans illa Pauli verba
ad Rom. 7. *Iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum*, diligentiſſimè eandem
ſuam mentem explicar, dicens. *Peccati autem nomine quòd in illo habitabat, ipſam nuncupauit*
concupiſcentiam, quia peccato facta eſt, & ſi conſentiētem traxerit, concipit paritque peccatum. Hæc
ille ſibi ſemper ſimilis & conformis. Eſt ergo à Chemnitio & Caluino impudentiſſimè *Caluini & Chemnitij impudens; ignorātia.*
& ſtultiſſimè dictum, quòd illo lib. 5. cap. 3. perpetuam ſuam doctrinam retractauerit;
B quùm ſtatim in eodem opere lib. 6. cap. 5. & 11. eandem doctrinam quàm diligentiſſimè
tradiderit.

Nunc ergo vt ad verba ipſa & formam argum. reſpondeamus, omiſſis multis aliis re- *Reſpōſio ſeu explicatio prædicti loci.*
ſpondendi modis, (vt nobis videtur) parum firmis, dicimus concupiſcentiam illo in lo-
co vocari ab Auguſtino, non ſolum pœnam & cauſam peccati, ſed etiam peccatum, nō
quia verè & propriè peccatum ſit, quod Deum per ſe offendat in renatis, ſed quòd pec-
catum naturæ ſit reſpiciēdo primam eius integritatem, non perſonæ: iuxta illud Apoſt.
Non ego operor illud ſed quod habitat me, id eſt in carne mea peccatum. Ratio enim quam adfert
quare peccatum ſit, hoc euidenter oſtendit. *Quia* (inquit) *ineſt illi inobedientia contra do-*
minatum mentis. Eſt ergo cōtra integritatem naturæ, in qua nulla erat carnis inobedien-
tia, quoddam peccatum ſeu vitium; ſicuti peccatū oculi vocari poteſt luſcum eſſe; pec-
catum auris ſurdaſtrum eſſe. Quod ſi verè & propriè peccatum illam eſſe, Auguſtinus
illo loco dicere voluiſſet, non illam rationem ſubiunxiſſet quæ nec peccati fotmalis eſt
ratio, nec etiam cauſam, aut ſubiectum, aut principium peccati, ſaltem proximum &
proprium explicat. Sed dixiſſet, quia legi æternæ eſt aduerſa, quia hominem reum facit,
quia volūtatem capriuam tenet. Nihil autem horum dixit, in quibus re vera eſt vel for-
malis peccati ratio, vel cauſa proptia, vel effectus. Cæterum, quia de concupiſcentia lo-
quebatur, illa quæ in renatis eſt, vbi contra illam bonus cōcupiſcit ſpiritus, non potuit
aliam peccati aut vitioſitatis rationem adferre, cur peccatum dici poteſt, quàm quòd
ſit inobedientia contra dominatum mentis. Illam enim etiam in renatis exercet; ſine
peccato tamen perſonæ, aut ptopriè dicto, quādo ei cōſenſus ſubtrahitur. Non potuit
autem de illa dicere, quia legi æternæ eſt aduerſa: Renarus enim *conſentit legi per bonum*
C *ſpiritum* concupiſcendo aduerſus illam. Nec potuit dicere, quia reum facit; qui eſt pro- Rom. 7.
prius veri peccati effectus. Reatus enim in renatis tollitur, nec denique potuit dicere,
vel quia captiuam voluntatem tenet; *lex enim ſpiritus vitæ, liberat renatos à lege peccati*; vel Rom. 8.
quia in conſenſum traxit. Non enim datur conſenſus, quamdiu bonus ſpiritus aduer-
ſus eam concupiſcit. Neque repugnat, quòd cæcitas cordis eſt ptopriè peccatum, quia
neque illa ſemper eſt peccatum nouum, & per ſe vbi eſt inuicta; neque neceſſe eſt quæ
comparantur in omnibus conuenire. Neque item repugnat quòd peccatum vt nos ex-
ponimus, eſt potius vitium quàm peccatum dicendum, maximè in renatis, de quorum
cōcupiſcentia ibi loqui videtur Auguſtinus: tum quia per ſe tamen & in genere eſt pec-
catum, tum etiam maximè, quia reliquæ peccati acceptiones circa concupiſcentiam,
eodem in loco ſunt etiam diuerſæ. Nam peccatum illud ex quo facta eſt concupiſcen-
tia, eſt originale peccatum; & illud quod facit concupiſcenria, quando ei conſentirur,
eſt actuale.

Non eſt ergo abſurdum, peccatum quod eſſe eam dicit Auguſtinus, eſſe quoque alte-

rius generis:naturæ ſcilicet, non perſonæ:maximè loquente Auguſtino,cuius tam con- D
ſtans & perpetua doctrina eſt,tum ante illa verba ſcripta,tum poſt,non eſſe verè & pro-

Alia ſolutio.

priè peccatum ipſam concupiſcentiam, eiúſve motus aut deſideria. Quod ſi alicui minus placet hæc noſtra ſolutio, (cuius ſanè authorem non habeo,) omnium aliorum maximè probabilis illa eſt, quæ reſpondet loqui hic Auguſt.de Concupiſcentia in genere,non de illa quæ in renatis manet.Ideóque illa verba Auguſtini,*contra quam bonus concupiſcit ſpiritus*, eſſe ſpecificatione tantum accipienda, non autem reſtrictiuè: ac ſi diceret: Gratia quæ eſt donum Dei iuſtificans, non datur ſecundum merita: intelligens videlicet gratiã in genere,ſiue ſit iuſtificans,& gratũ faciens, ſiue gratis data ſemper ſine præcedentibus meritis dari.Sed profectò coactior nonnihil, magiſque cauillationibus ſubiecta hæc ſolutio videtur,quàm noſtra. Vtcúmque tamen, neceſſariò ſic exponendus, & intelligendus Auguſt. eſt, vt non ſit ſibi, ſuæque tam conſtanti & perpetuæ doctrinæ contrarius.

Caluinus eccleſiæ catholicæ hoſtis, Doctorum tamen ſententiã coactus amplectitur.

Neque vt comminiſcitur Chemnitius,euidentia paulinæ diſputationis coëgit eum aliter loqui de concupiſcentia, quàm ſolebat: tum quia Apoſtolus clariſſimè noſtram ſententiam probat, vt ante oſtendimus reſpondendo ad 5. Argum. ex Scripturis,tum etiam quia Auguſtinus ipſe,ſic Apoſtolum expoſuit & intellexit,non ſolùm antè & in prioribus ſcriptis,vt in ſuperioribus oſtendimus,ſed etiam in hoc eodẽ opere ſequenti lib.6.cap.11.vt modo ex eo aliqua ex parte citauimus. Manet ergo firmum,nec Auguſt. nec alios patres quos producunt Proteſtantes, docere vſquam verè & propriè peccatum eſſe concupiſcentiam in renatis: ideóque veriſſima eſſe Concilij Tridentini verba: dicentis Catholicam Eccleſiam nunquam ſic rem hanc intellexiſſe. E
Sanè ipſemet Caluinus ingenuè hoc ipſum fatetur,vel ſuorum mendaciorum non ſatis memor, vel Chemnitio manifeſtè contradicens.Scribit enim Inſtit.lib.3.cap.3.ſect.10. [*Omnes quidem ſaniorũ iudicij ſcriptores,de mali fomite in regeneratis manente conſentire*,& ad hoc demonſtrandum, *vnum Auguſtinum ſufficere,qui* (ait Caluinus) *fideliter magnáque diligentia omnium ſententias collegit. Inter illum autem & nos*(debuit potius dicere,inter illos omnes ab Auguſtino prolatos lib.1.& 2.contra Iulianum, & nos) *hoc diſcriminis videri poteſt intereſſe, quòd hunc concupiſcentiæ morbum peccatum vocare non audeat: ſed ad illum deſignandum, infirmitatis nomine contentus, tunc demum fieri peccatum docet, vbi vel opus vel conſenſus ad conceptionem, vel apprehenſionem accedit.*] Hæc Caluinus, Cõcilij Tridentini ſententiam,vel imprudens vel inuitus confirmans.

Proteſtantes fundamenta Catholicæ ſententiæ ſuperius poſita cap.3.conuellere nituntur.

CAPVT VIII.

contra primum fundamentum.

SEQVITVR nunc poſtremò loco,vt huic Controuerſiæ finis imponatur, ea diſpicere, quæ contra fundamenta ſententiæ Catholicæ aduerſarij hodie diſputant.Nempe contra illud fundamentũ,quòd concupiſcentia in renatis, cui non conſentitur, ideò peccatum eſſe non poteſt, quia nullo modo voluntaria eſt, replicat Chemnitius: *non per* F
philoſophiam, quæ de voluntariis tantum actionibus loquitur,agnitio peccati, ſed per legem. Lex autem arguit ipſum cõcupiſcere. Stat quóque inuictũ axioma, quicquid in natura rationali diſſidet à norma legis, & cum ea pugnat, ſiue ſit defectus, ſiue inordinatio ſiue inclinatio, ſiue actio, ſiue omiſſio eſt peccatum. Hæc ille deniq; Auguſt. qui omne peccatũ docuit eſſe voluntarium,politicè & ſecundũ vulgus locutum ac opinatũ ſcribit: eſſe enim hoc axioma

Reſponſio.

politicum. Paulum autem ex lege Dei,& ſecundum legem,pronunciare concupiſc.eſſe
1. pecc.móxq; interrogat,vter propriè loquatur. Reſpondemus breuiter primũ ſuperba eſſe debere Proteſtantum ingenia,qui cõtra manifeſtiſſimã & perpetuã D.Aug.tanti & tam celebris Patris doctr.ſuas nobis obtrudũt deprauationes tanquã axiomata. Deinde nõ
2. nos Aug.S.Paulo preferimus,ſed quid D.Paulus ſenſerit potius ex Aug.quam à Luthero aut Chẽnitio diſcimus iuxta ea quæ in opere noſtro de Princ.fid.doctr.olim docuimus.

Lib.5.cap.7. Lib.7.cap 12. & ſeq lib.11. cap 5.

Tertiò,non politicũ,ſed naturale eſt axioma,quòd omne peccatũ eſt voluntariũ. Nam formalis,ſanè ratio peccati eſt quòd legi repugnet, ſitq; actus aliquis non cõmenſuratus regulæ ſuæ.Sed quia actus peccati eſt actus humanus non bruti, debet neceſſariò volũ-
3. tarius eſſe,ſoláq; proxima & propria pecc.cauſa eſſe ipſa peccãtis volũtas; nõ tẽtatio vel carnis vel dæmonis,vel mali hominis,vel deníque Dei,aut præſciẽtia aut concurrentia.

A Quod quibus rationibus ſcholaſtici demonſtrant, vide apud S. Thom. 1.2. q.74. art.2.
& 75, art.3. & q.79. art.1. & 3. & q.80. art.1. & 3. Quartò ipſæ Scripturæ nos docent, ex
ſola voluntate tanquam ex principio & fonte, peccata omnia oriri. Si *audire volueris &* 4.
obedire contempſeris, hæc eſt maledictio quæ veniet ſuper te. Deut. 28. Similia etiam habes cap.
30. Sic apud Eſaiã cap. 1. *Si volueritis & audieritis me*, &c. Item Prouerb. 1. *Vocaui & re-*
nuiſtis. Omnium autem clariſſimè ipſe Saluator docens in Euangelio, *Quæ de corde proce-*
dunt coinquinare hominem, adulteria, homicidia, & c. Matth. 15. Denique quoties in Scripturis
vel ad bene agendum, vel ad malum declinandum conuenitur, & compellatur voluntas
humana (de qua re lege Auguſt. in lib. de gratia, & lib. arb. cap. 2. & 3.) toties oſtenditur
actus peccatorum omnium, à voluntate exoriri. Poſtremò per legem ſanè ſiue Dei, ſiue
naturæ, ſiue Eccleſiæ (quæ vtraque etiam Dei eſt,) cognitio peccati acquiritur, & qualis 5.
inordinatio pro peccato habenda ſit cognoſcitur, non per Philoſophiam, aut humanas
rationes: At verò per voluntatem actus peccati, vel producitur, vel cõmittitur, vel exer-
cetur. Et peccatũ ipſum in ſe multo modo hominem reum tenet, aut dici alicuius homi-
nis poteſt, niſi quod ab eo vel iam committitur, vel olim commiſſum aut contractum
fuerit, nec dum remiſſum eſt. Sed vt Proteſtantum ſtet ſententia, oportet non ſolum o-
mnem philoſophiam, ſed & omnem Theologiam loco cedere.

Contra alterum fundamentum catholicæ ſententiæ, quod quia in baptiſmo & remiſ- *Contra 2. fundamentum.*
ſio, omnium prorſus peccatorum plena, atque perfecta, ideò concupiſcentiam licet ma-
B neat, tamen vt peccatum manere nullo modo poſſe; variè, & vehemẽter inſiſtunt Pro-
teſtantes. *Docemus* (ait Chemnitius) *plenam & perfectam, non partialem, non dimidiatam pec-*
catorum remiſſionem fieri in Baptiſmo. Concedimus (inquit) *etiam reliquam in renatis concupiſcen-* *Explicatur ſententia Proteſtãtũ, quo modo in baptiſmo remiſſis omnibus peccatis, concupiſcentia tamen maneat verè peccatum.*
tiam, non impedire quo minus renati Deo placeant. Quid ergo litigamus? *Sed hoc* (inquit) *non*
ideò fit quaſi illa ſit in renatis res bona, aut indifferens: eſt enim malum, & quidem tale quod repu-
gnat legi mentis, quam Spiritus S. ſcripſit in corda renatorum. Agnoſcimus & nos hoc totum.
Iungamus ergo dexteras. *Sed hæc* (inquit) *eſt gratia Dei; quod tale malum habitans in carne re-*
natorum, ipſis propter Chriſtum non imputatur ad condemnationem. Et hoc quóque cum Aug.
lib. 1. cap. 27. & ſeq. de Nupt. & Conc. fatemur: verum ſic non imputari ad condemna-
tionem concedimus, vt pariter etiam non eſſe eam rem damnationi obnoxiam, in re-
natis dicamus. *Imo* (ait Chemnitius) *non debent fingere renati, reliquam concupiſcẽtiam talem* "
eſſe, quæ per ſe etiamſi remoto gratiæ, & remiſſionis vmbraculo, Deus in iudicium cum illa intrare "
vellet, non poſſit hominem exoſum Deo facere, & damnare: ſed agnoſcant quale ſit malum, & Deo "
agant gratias, qui propter filium non imputat ad damnationem. Hæc ille. Vult ergo & remitti, &
condonari hanc concupiſc. in renatis, & tamen rem eſſe per ſe damnabilem ſed non
imputari propter Chriſtum. Hoc eſt hæreticorum huius ætatis idolum, & commentum
circa hanc controuerſiam. Satuunt remiſſionem peccatorum non veram, ſed imputati-
uam, vt remitti peccatum non ſit prorſus tolli, & aboleri peccatum, ſed manens pecca-
tum non imputari. Perinde eſt enim ac ſi dicerent, remiſſa eſſe Magdalenæ peccata per
Chriſtum; tamẽ manere eius peccata in ſe, Deo exoſa, & quæ poſſent eam damnare; ſed
non imputari propter Chriſtũ qui remiſit, id eſt, vmbraculo ſuæ gratię texit. Sed euerti-
tur hoc idolum, primum in genere, quia nulla eſſe poteſt imputatiua peccatorum remiſ-
C ſio: deinde quod concupiſcentiæ ipſius talis non ſit remiſſio. Quod ad prius attinet, im- *Quòd nulla eſt peccatorum imputatiua remiſſio.*
putatiua remiſſio qualem fingunt Proteſtantes, ponit peccatum etiam vt peccatũ ma-
nere; ſed quia tegitur & non imputatur à Deo, ideo remitti. Sũt autem hæc duo incom-
patibilia. Primum quia remitti peccatum eſt tolli eius rationem, ſeu offenſam qua ho-
mo Deo diſplicuit, & reus apud Deum tenebatur. Deus enim qui iuſtè per peccatum
offenſus eſt, facta remiſſione iam nõ amplius offenditur: & ſublata cauſa offenſionis tol-
litur effectus. Debet ergo cauſa verè tolli, vt verus conſequatur effectus. Non igitur illa
cauſa manente peccato adhuc exiſtente, erit vera, ſed putatiua remiſſio. Nam manere
reatum alicuius peccati etiam tranſacti, nihil eſt aliud quàm quòd homo in iudicio di-
uino reus tenetur. *Vbi manet reatus* (ait Auguſtinus) *antequam remittatur, niſi in occultis le-*
gibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodam modo in mentibus Angelorum, vt nulla ſit iniquitas impuni- *Reatus peccati quomodo maneat.*
ta, niſi quam ſanguis mediatoris expiauerit, cuius ſigno crucis conſecratur vnda Baptiſmatis, vt ea di-
luatur reatus, tanquam in chirographo ſcriptus, in notitia ſpiritualium peccatorũ, per quas pœna exi-
gitur peccatorum. Hæc ille, lib. 6. cap. 8. contra Iulianum. Deletur ergo reatus tanquam ex
chirographo per Baptiſmum. Non manet ergo aliquid damnatione, aut pœna dignum.

Coloſſ.2. Huic conſonat quod Apoſtolus air de Chriſto. *Tulit quod contra nos eſt chirographum & affixit illud cruci.* Ablatus eſt ergo à nobis peccati reatus. i. hoc quod pœna erat dignum, & cruci affigirur:i. per crucem expiarur. Eſt ergo prorſus incompatibile quoddam imputatiua remiſſio, qualem proteſtanres ponunt. D

Præterea, peccatum ſua natura in quocunque ſir, ſeperat hominem à Deo, facítque eum exoſum Deo in quo eſt. Non poteſt igitur in renato qui per regenerationem reconciliatur Deo, eſſe peccatum. Propterea diſertè docet Auguſt. plenam, atque perfectam eſſe peccatorum remiſſ[illegible] baptiſmo, vt nihil maneat odio dignum in homine baprizaro. Sic enim ſcribit. *Lex* (inquit) *peccati non ſic manet in membris per baptiſma renati, tãquam non ſit eius facta remiſſio peccatorum omnibus inimicitiis interfectis quibus ſeperabamur à Deo: ſed manet in vetuſtate carnis, tanquam ſeperatum, atque peremptum, ſi non illicitis conſentionibus quodammodo reuiuiſcat.* Hæc ille. Vbi notandum, quod omnes inimicitias, i. omne quod in nobis Dei inimicitia & odio dignum erat, interfectas eſſe ſcribir in Baptiſmo; ſapienter alludens ad illud Apoſtoli, *quòd Chriſtus interfecit inimicitias in ſemetipſo per crucem*: ſcilicet in paſſione ſua, quæ per baptiſmum applicatur nobis. Conuenienter huic doctrinæ, & valde ſignificanter alio loco ſcribit idem doctor celeberrimus, quòd *ipſa lex carnis, ſoluto reatus vinculo, quo illam diabolus retinebat, & interclusione deſtructa qua hominem à ſuo creatore ſeparabat, manet in certamine.* Hæc ille. Vbi rurſus nota quod vocat peccatum concupiſcentiæ, interclusionem à Deo, ſed illam in Baptiſmo deſtructam eſſe. In nihilum ergo redacta eſt ipſa interclusio, & omnis peccati ratio quantumcunque manente ipſa concup. Eodem modo, & tract. 41. in Ioannem, *vt* (inquit) *tollatur materia ſeperans, quod eſt peccatum, venit mediator* &c. Peccatum orig. vocat mareriam ſeperantem, & illã per Chriſtum tolli dicit. Non manet ergo vlla materia ſepetans: hoc eſt, vllum peccatum in iis qui propria de nouo non addiderunt. Sic ex illis Eſaiæ verbis, *Peccata viam diuiſerunt inter me & vos*, Infert Auguſt. *ergo non reconciliamur, niſi ſublato quod in medio eſt, & poſito quod in medio ſit*. i. ablato peccato quod male mediabat, & poſito Chriſto vero mediatore. Aufertur ergo peccatum, non manet; & non tantum non imputatur, ſed etiam nihil reſtat impurabile. Hæc ergo pro inſtituta breuitate ſatis eſſe poſſunt, ad oſtendendum in genere, nullam poſſe eſſe imputatiuam peccati remiſſionem, quæ quidem vera ſit remiſſio. Nam quod ex Apoſtolo afferre ſolent, *beatum enim eſſe cui Deus non imputauerit peccatũ*, probar ſanè ad iuſtitiam pertinere, vt non imputetur peccatum, ſed non probat aut ex ipſa ſola peccatotum remiſſione conſiſtere iuſtitiam; aut ex eo ſolo quod non imputatur peccatum remitti; aut denique peccarum quod non imputatur, etiam manere. Nihil horum Apoſtolus dicit. Apud deum enim non impurare, eſt tollere & abolere, quia *ſecundum veritatem eſt eius iudicium*, quia *odio habet impium, & impietatem eius*: Quia denique *non imputando peccata, reconciliat mundum, Non fit autem reconciliatio, niſi ablato medio peccato* ait Auguſtinus tract. 41. in Ioan. & Chriſtus *reconciliauit omnes Deo, interfectis inimicitiis*, vt Apoſtolus docet ad Epheſ. 2.

Lib. 1. cap. 28. De pecc. mer. & remiſſ.

Epheſ. 2.

Lib. 1 cap. vlt. De pecc. mer. & remiſſ.

Cap. 59. E

Rom. 4.

Non imputare apud Deum eſt penitus abolere.

Rom. 3. Sap. 14. 2. Cor 5

Iam verò quò ipſius concupiſcentiæ, vera & non imputariua tantùm ſit in renatis remiſſio, vel vnum illud Pauli verbum euidenter cõuincit. *Nihil nunc damnationis eſt in iis qui ſunt in Chriſto, qui non ſecundum carnem ambulant*, hoc eſt, qui huic concupiſcẽtiæ carnali non obediunt. Dicir prorſus nihil eſſe damnationis abſque conſenſu in eam; Ergo per ſe non damnat, aur Deo exoſum facit. Nec remouemus hic gratiæ, aut remiſſionis vmbraculum, ſed quia illud in baptiſmo ſemel accepimus, & quidem in totam vitam duraturam, vt accurarè docet Auguſt. lib. 1. cap. 33. de nupt. & conc. Non quærimus quotidie nouum vmbraculum quo tegamur, quaſi adhuc damnabilis maneat hæc concupiſcẽtia ſemel remiſſa. Itáque contra hanc imputatiuam remiſſionem peccati, diligenter notandæ ſunt illæ ſcripturæ, quæ prorſus tolli peccarum docenr, vt illud. *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*, quod potiſſimum, de originali intelligitur: à Deo vt aliqui legant, *peccatum mundi*, non peccata, iuxta quædam exemplaria Græca. Item illud, *venit filius hominis vt diſſoluat opera Diaboli*, quæ ſunt peccata. Si diſſoluuntur, ergo non manent. Item illud: *Baptizatos nos eſſe in mortem Chriſti, vt ſicut vera erat mors, ita vera ſit remiſſio peccatorum*, non imputatiua tãtum, vt ſupra ex Aug. notauimus ex Enchiridij ca. 52. Deníque illud. *Delens quod contra nos erat chirographum*, & ad Epheſ. 2. *interficiens inimicitia, in ſemetipſo.* Notanda etiam ſunt illa Auguſt. loca, vbi per baptiſmum *tolli peccata* docet, nempe lib. 1. ca. 13. contra 2. epiſt. Pelag. Dicit baptiſma *auferre crimina non radere, vt peccatorum radices in eſſe.* F

Concupiſcentia non eſt imputatiua, ſed vera remiſſio.

Scriptura docet tolli peccata. Ioan. 1.

1. Ioan. 3. ad Rom. 6.

Coloſſ. 2.

A *mala carne teneantur.* Eodem etiam in loco, dicit *reatum concupiſcentiæ in baptiſmo abſumptū eſſe.* At contra Iulianum, dicit, *reatum periſſe*; lib. 6. ca. 5. contra eundem, *dicit ſolutum eſſe*: & cap. 6. *remiſſum, & vacuatum fuiſſe.* lib. 1. cap. vltim. de pecc. mer. & remiſſ. dicit *interclu-ſionem à Deo, quam fecit concupiſcentia, per baptiſmum deſtructam eſſe.* Non ergo ille reatus qui ſic abſumptus eſt, & vacuatus, & ſolutus, & deſtructus periit, manet in ipſa concupiſcētia tanquam non imputanda à Deo, propter Chriſtum vt docent proteſtantes. Lib. 2.

Imò (ait Chemnitius) Auguſtinus diligenter docet reatum non ab ipſa concupiſcē-tia tolli per baptiſmum, ſed tantum à perſona. Sic enim ſcribit Auguſti. lib. 6. ca. 6. contra Iulianum: *Nos concupiſcentiam malam eſſe dicimus, & manere tamen in baptizatis, quamuis reatus eius, non quo ipſa erat rea, (neque enim aliqua perſona eſt, ſed quo reum hominē originaliter faciebat, fuerit remiſſus, atque vacuatus.* Eadem diſtinctione vtitur & li. 2. cont. Iulia. vnde conclu dit Chemnitius. *Reatum dicit tolli Auguſtinus non ab ipſa cōcupiſcentia, quaſi abſoluatur vt nō ſit amplius res mala, ſed ab homine baptizato, vt illum damnare non poſſet.* Sed fallitur egregiè vel fallit Chemnitius non intelligens Auguſtinum. Non enim propterea diſtinguit Auguſt. reatum, quo concupiſcentia illa reum hominem facit, à reatu quo ipſa rea eſt, quaſi concupiſcentia ipſa, aliquo reatu reuera rea eſſet; ſed propter calumnias Iuliani explicat ſe-ipſum magis, qualem reatum intelligit; eum videlicet quo rei homines fiunt, non illum quo rea eſt ipſa concupiſcentia. Ille enim reatus nullus eſt ſed commentitius. Quod ſatis Auguſtinus inſinuat, cum addit lib. 6. cap. 6. (*neque enim perſona aliqua eſt,*) apertè mo-
Cenſura Chemnitij ineptiſſima in Auguſt. obiectio.

B uens ipſius concupiſcentiæ nullum in ſe reatum eſſe, aut eſſe poſſe, niſi quatenus reatus ipſe in perſona aliqua ſubſiſtat, aut inhæreat. Nempe quia Auguſt. in lib. 1. de nup. & cōcup. dixerat, *cōcupiſcentiam poſt baptiſmum, quamuis reatu ſuo iam ſoluto manere*, Iulianus illum librum ſuis 4. voluminibus confutando, contra quæ quatuor ſcripſit Auguſtinus ſex illos contra Iulianum libros, defendens ea quæ in illo lib. de nupt. & conc. ſcripſerat, hoc eius dictum ſic cauillatus eſt, vt diceret *Auguſtinum ſcripſiſſe ipſam concupiſcentiam per baptiſmum reatu liberari, quo videlicet ipſa rea erat, vt eo iam ſoluto, ipſa permaneat abſoluta*, vt eodem cap. 6. commemorat Auguſt. Hanc ſtolidam Iuliani cauillationem, tanquam ab Auguſ. ſeriò dictam, accipit Chemnitius, ipſo Iuliano multo ſtolidior, vel nequior, qui alterius exemplo ſapere, vel non potuit, vel noluit. Auguſtinus itáque in libris contra Iulianum, (quod in nullis aliis prioribus ſuis ſcriptis facit,) diſtinguit clarius quē reatum intelligat, eo modo, & illis verbis, quibus iam dictum eſt. Præterea (quod euidenter confutat Chē-nitij ſtultitiam) Auguſt. quod dixit de concupiſcentia in renatis, *eius ſcilicet reatum quo ipſa rea eſt non tolli*, idem dixit de eadē concupiſcentia in hominibus nondū renatis; quod reatus illius nō quo ipſa rea eſt generatione contrahitur. *Non* (inquit) *hoc malum* (origin. dicit) *ideo nihil nocuiſſet, etiāſi priuſquā in illo apparere cæpiſſet, paruulus hac vita exiſſet quia reatus eiuſdem mali* (originale dicit) *non quo reum malum eſt, ſed quo reum facit in quo eſt. ſicut generatione contrahitur, ita niſi regeneratione non ſoluitur.* Hæc ille lib. 1. contra Iulianum, verſus medium libri. Vides ergo concupiſcentiam ne quidem ante baptiſmū habere reatum, quo
Cauillatio Iuliani argumentū Chemnitij.

C ipſamet ſit rea, ſed tantū quo faciat reum, eum in quo eſt. Vnde etiam rectè cōcludimus, quia per Baptiſmum reatus ille quo concupiſcentia facit hominem reum, tollitur, vt aduerſarij fatentur, nullum prorſus alium reatum manere quo ipſa ſit rea; ideóque ipſam ſine reatu, per ſe, & in ſe manere; quod eſt dicere per ſe, & in ſe peccatum non eſſe; nec per ſe & in ſe deo exoſum hominem amplius poſſe facere cuius videlicet reatus iam ſit remiſſus, abſumptus, & vacuatus.

Alium adhuc locum ex Auguſtino profert Chemnitius, vt oſtendat manere concupiſcentiam, vt verè peccatum quod poſſet dānare, ſed non imputari propter Chriſtum. *De concupiſcentia* (inquit) *quæ in renatu reliqua eſt ſcribit Auguſt. Tale, ac tantum malum, tantum quia ineſt quomodo non teneret in morte, & pertraheret ad vltimam mortem niſi eius vinculum, in illa quæ in baptiſmo fit remiſſione peccatorum omnium, ſolueretur?* Hæc ille. Tantum autem abeſt, vt hæc verba iuuent Chemnitium, vt prorſus eum confutent. Si enim concupiſcentia tantummodo quia ineſt, ante eius vinculum ſublatum per remiſſionem in baptiſmo factam, tenet in morte, & trahit in vltimam mortem, profectò illa eadem ſublato eius vinculo, per remiſſionem in baptiſmo factam, non tenebit amplius ad mortem, nec pertrahet ad vltimam mortē, ex hoc tantum quia ineſt. Alioqui non melior eſſet eius conditio, poſt remiſſionem factam quàm ante: vt taceam, quod contrariorum eadem debeat eſſe ratio. Talibus argumentis Concilium Tridentinum ſuperbus cenſor redarguit.
Lib. 6. cap. 5. contra Iulianū.
Chemnitij locus ipſum valde cōfutat.

Cauillationes Chemnitÿ contra varia D. Auguſtini loca præallegata obſterguntur. D

CAPVT IX.

QVIN & ſententias omnes illas Auguſt. (quas produximus,) quibus apertiſſimè negat concupiſcētiam in renatis eſſe peccatum, niſi tropo quo d[illegible]tum eſt, hac arte eludere conatur Cenſor Chemnitius quòd Auguſtinus in illis ſententiis, intellexerit concupiſcentiam cui renati reſiſtunt; tunc enim non eſſe peccatum attrahens ad mortem, aut vaſtans conſcientiam, quod & illi cōcedunt; non autem intellexerit concupiſcentiam per ſe ſumptam, vel motus eius primos. Sed merum nugamentum hoc eſſe, illa loca quæ ſuprà citauimus inſpecta euidentiſſimè conuincunt. Diligentiſſimè enim diſtinguens partim à pariente (vt loquitur libr. 6. cap. 5. contra Iulianū.) i. conſenſum ab ipſa cōcupiſcentia, negat ſemper parientē hanc concupiſcentiā, abſq; conſenſu, eſſe peccatū. Quod & illo loco valdè conſpicuè facit, Quùm enim citaſſet illa verba Iacobi 1. *concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: profectò* (inquit) *in his verbis partus à pariente diſtinguitur. Pariens enim eſt concupiſcentia, partus peccatum.* E *ſed concupiſcentia non parit niſi concepit: non concipit niſi illexerit, hoc eſt, ad malum perpetrādum obtinuerit voluntatis aſſenſum. Quod ergo aduerſus eam dimicatur, hoc agitur ne concipiat pariátque peccatum.* Hæc ille. Vides iterum, vt neget ipſam concup. parientem, eſſe peccatum, ſed concipere, & parere peccatum per voluntatis conſenſum. Sed vide clariſſimam & illuſtrem huius rei doctrinam apud Auguſtinum. lib. 1. cap. 13. & 14. ad Bonifac. contra 2. epiſto. Pelagia. *Peccata* (inquit) *ſunt, quæ ſecundum carnis concupiſcentiam, vel ignorantiam, illicitè fiunt, dicuntur, cogitantur. At ipſa carnis concupiſcentia in baptiſmo ſic dimittitur, vt nihil noceat renaſcentibus* Hæc ille apertiſſimè contra Chemnitium. Denique ſi (vt ait Chemnitius) concupiſcentiam intellexit Auguſt. cui renati reſiſtunt, quum negaret eſſe peccatum, profectò ipſam in ſe concupiſcentiam eiúſque primos motus intellexit. Praua enim deſideria quibus non conſentitur, ſunt primi motus ipſius concupiſcentiæ concipientis, ſed non adhuc parientis peccatum. Quare fatetur & ipſe Chemnitius ſed imprudens: intelligere Auguſtinum, primos concupiſcentiæ motus qui negat illam eſſe peccatum, Iam verò cum ex illa per baptiſmum pleniſſima remiſſione peccatorum, colligant Catholici renatos ſic Deo delectos eſſe, vt nihil in illis Deus exoſum habeat; ideóque cōcupiſcentiam in illis manentem peccatum eſſe non poſſe, ſiquidem omnia peccata in quibuſcunque hominibus odit Deus; Vellicat hanc collectionem cum aliis proteſtantibus Chemnitius: & ait Deum renatos diligere non quia natura ipſorum omni ex parte perfectè ſit pura, immaculata, & innoxia, ſed propter Chriſtū quem in baptiſmo induimus. Probaturus autē iſtud, ait ſcripturam docere, quod multa maneāt in renatis, & hæreant, quæ Deus poſſit odiſſe, & damnare. Rom. 7. quibus verbis antea diligenter reſpōdimus, reſpondendo ad ſex prima argumenta ex ſcripturis. Addit ſecundo eandem ſcri- F

Aug. intellexit motus primos cō cupiſc. ſine conſenſu quādo negat concupiſc. eſſe peccatum.

Supra cap. 5.

pturam ponere cauſam dilectionis Dei erga nos extra nos. *Nemo nos ſeparabit à Charitate Dei, quæ eſt in Chriſto,* Reſpondetur cauſam efficientem ſanè eſſe extra nos, ſed formalem eſſe intra nos; & charitatem illam per quā fides operatur eſſe illā *non qua Deus nos diligit, ſed qua nos facit dilectores ſui,* vt docet Auguſti. de ſpiritu, & lit. quam etiam vocat *occultam communicationem, & inſpirationem gratiæ ſpiritualis* lib. 1. cap. 9. de pecca. mer. & remiſſ. Addit tertiò, quòd nihil ſit damnationis in renato, non id Apoſtolum tribuere ſuæ puritati, ſed dicere: *gratias ago deo per Ieſum Chriſtum.* Ideóque licet in carne renatorum nihil habitet boni, ſed ſit corpus mortis, quia tamen in Chriſto ſunt, propter ipſum non damnari. Reſpondetur; Apoſtolum non quidem ſic tribuere hoc ſuæ puritati, tanquam à ſe illa eſſet: ſed tamen agnoſcere in ſe illam puritatē verè exiſtere, vt disertè loquitur, *nihil dānationis eſſe,* tum quia vt in proximè præcedentibus verbis dixit, *mente ſeruit legi Dei,* tum quia vt in proximè ſequentibus, ait, *lex ſpiritus vitæ liberauit eum à lege peccati & mortis.* Non vt non eſſe, ſed vt peccatum nō eſſet per cōſenſum ei datum; Ideóque ſtatim addit, *vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.* Et propter hanc puritatem in eo exiſtentem, licet à ſpiritu gratiæ infuſam, non à ſe acquiſitam, gratias agit Deo; quanquam non ſic dicit Paulus, vt legit

Rom. 8.

Cap. 32.

Quomodo nihil damnationis in renato ambulāte ſecundum ſpiritum.

Rom. 8.

A vt legit iuxta verſiones Caluinicas,& Lutheranas,ſed *gratiā Dei,per Ieſum Chriſtū D.noſtrū,*
vt quædam exēplaria Græca legunt,ſupple: *Liberabit me à corpore mortis huius,* Puritatē autē
hic non aſſetimus naturæ ex omni parte perfectam,qualis in altera vita futura eſt, iuxta
tertiæ perfectionis genus,ſed huic vitæ conuenientem,iuxta primum , vel etiā ſecundū
perfectionis genus,ſupra explicatū.Addit 4. illuſtrē vt vocat Aug.ſententiā, quæ aper-
tè docet Deum odiſſe in renatis hanc concupiſcentiam,ideóq; verè peccatū eſſe. Nēpe
ait Aug.tract.41.in Ioan.*ſic nos liberatos eſſe à peccato,vt illa libertas ſit carere criminibus, vel eſſe*
ſine querela,non autem carere peccato. Reſpondetur hoc eum intelligere de peccato veniali
non de concupiſcentia ipſa.Sed iterum eodem loco ait Aug. *Ait Apoſtolus non regnet pec-*
catum in mortali corpore veſtro:non dicit non ſit,ſed non regnet. Quandiu viuis,peccatum neceſſe eſt
eſſe in membris tuis:ſaltem & regnū auferatur. Hæc Aug.Sic in lib.de nat.& gratia c.62. *Aliud*
eſt non habere peccatum,aliud non obedire deſideriis eius. Reſpō.hîc quidem peccati nomine cō-
cupiſcentiam intelligit:ſed tractās Apoſtoli verba,vtitur Apoſtoli verbo, ſenſu ſanè illo
quo docuit ipſum antea Apoſtolum toties loqui. At dices; adhuc eodem in loco apertè
docet Auguſt.Deū hanc concupiſcentiā in renatis odiſſe.Ait enim, *Non ergo Deus quæ-*
dā peccata dānat,quædā iuſtificas,& laudat.Nulla laudat ſed odit omnia.Quomodo medicus odit ægri
tudinē,& id agit curando vt ægritudo pellatur,ſic Deus gratia ſua hoc agit in nobis,vt peccatum cōſu-
matur,homo liberetur.Sed quādo cōſumitur,inquies?Si minuitur quare non conſumitur? Minuitur in
B *vita proficientiū, quod cōſumitur in vita perfectorum.* Hæc Augu.Ex quibus infert Chēnitius.
Audis(inquit)per gratiā Baptiſmi minui peccatū quidē,ſed non cōſumi in hac vita. Ad
hoc reſponde vt ſupra reſponſum eſt in ſolutione arg.ſeptimi ex ſcripturis.Infert adhuc
præterea Aug.dicere hic,[*Deū odiſſe peccatū etiā in renatis,*]cōtra Cōciliū Trident.quod di-
xit Deum nihil odiſſe in renatis.Hoc autē odiū peccati tale eſſe, vt nihilominꝰ diligatur
perſona ſicut medicus perſonā amat,cuius morbū perſequitur. Reſpōdetur Deū odiſſe
peccata ſiue venialia,& primos cōcupiſcentiæ partus , ſiue ipſam cōcupiſcentiæ ægritu-
dinē,quæ ſolito tropo vocatur peccatū,nō illo odio quo ipſa crimina perſequitur , quæ
dānant homines, & vaſtāt conſcientiā,de quali odio locuti ſunt Patres Tridentini. (nā
pro ratione afferūt,quòd *nihil dānationis in illis eſſet,* id eſt,nullū crimē graue , & vero odio
dignū quādiu nō ſecundum carnē ambulāt)ſed illo odio quod impropriè ſic vocatur;& *Odiū Dei erga peccata.*
eſt potius negatio approbationis,vel laudis,quā iuſtū,& veri nominis odiū.Odiſſe apud
Deū eſt velle punire,quod propriū eſt criminibus.Odiſſe autē vt medicus odit morbū,
non eſt velle,aut poſſe propterea punire,aut dānare,ſed eſt velle ceſſare,curari, & è me-
dio tolli.

In hoc etiā ſenſu docet Augu.tū Deo,tū iuſtis diſplicere hoc corpus peccati; ideóque *contra Iulianū lib.6.cap.5.*
præcipere Deū,humiliari,atq; caſtigari hoc corpus;& ipſos ſanctos ſedulò hoc prȩſtare.
Hoc ergo odiū,eſt probationis,& emēdationis odiū,nō iudicij & dānationis.Docēt au-
tē proteſtātes:& hoc ex Augu.probare voluit Chēnitius, quòd cōcupiſcentia in renatis
C per ſe ſit tale ac tantū malū vereq; peccatū,ac per ſe ſit ita Deo exoſum,vt iuſtè poſſit eū
in quo eſt dānare.Hoc iſta Auguſtini ſententia nō probat, ideóq; Conc. Trid. vel Ca-
tholicæ ſentētiæ nō contra dicit.Imò diſertè docet cōtrariū Aug. his verbis. *Obeſſet iſta* De peccato origin.lib 2. cap 39.
carnis cōcupiſcētia etiā tantummodo quòd ineſſet,niſi peccatorum remiſsio ſic prodeſſet,vt renato ineſſe
quidē ſed nō obeſſe poßit. Poſtremò propterea Deo diſplicet iſta concupiſcētia in renatis,nō
quia peccatum eſt,ſed quia ipſius boni,charitatis ſcilicet diminutio eſt. *Malum cōcupiſcē-*
*tiæ,*ait Auguſt.*in quantum ineſt nocet,etſi nō ad perdendum de ſorte ſanctorum ſi nō ei conſentiatur* Lib.4.cap.2. contra Iulianum.
(quod directè pugnat cōtra proteſtantū ſententiā,)*tamē ad minuendā ſpiritualem delectatio-*
nē ſanctarum mētium,qua condelectātur legi Dei ſecundum interiorē hominem. Hæc enim delectatio
minuitur,quando etſi nō ad explendā,certè ad oppugnandā carnis concupiſcentiam bellantis animus oc Lib.de perfectione iuſtitiæ.
cupatur. Hæc ille.Et in eodē ſenſu ab Aug.alibi dictū eſt quòd *quandiu adhuc eſt aliquid car-*
nalis cōcupiſcentiæ,quod vel cōtinendo frenetur,nō omnino ex tota anima diligitur Deus, Quia vide-
licet dum intēdimus frenādæ cōcupiſcentiæ,minus intendimus diligendo & contem-
plando Deo.Et hoc eſt quod ſapienter docet S.Tho.2.2.q.44.ar.4.ad 2. quod veniale
peccatum, non tollit habitum charitatis,ſed tantum impedit charitatis vſum. Fit enim
in voluntate,& interiore homine,quod de ſenſu exteriore hominis dici ſolet,

Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.

Sed hæc diminutio pleni,& perfecti amoris,nō cōſtituit peccatū,ſed impedit perfectio-
nē;nec etiā bimodā,aut quæ huic vitæ ſufficiēs eſt ; ſed tertiam illam, *cui nihil adijci poßit.*

Quatenus autem impedit à Deo,& minuit perfectionem,catenus rectè odio habetur,vt D
de propinquitate carnali ob ſimiles cauſas docet D.Tho.2.2.q.26.ar.7.ad 1.2.q.34.art.3.
ad 1. iuxta Saluatoris verba. *Si quis venit ad me & non odit Patrem, & matrem, &c.*

Cauillationes & fraudes Chemnitij, contra Catholicam ſentētiam, variáque eius argumenta repelluntur.

CAPVT X.

ATQVE in his quidem hactenus,omnibus proteſtantum cauillationibus contra Catholicæ ſententiæ fundamenta,à nobis initio poſita afferri ſolitis,reſponſum eſt.Subiiciam nunc poſtremo loco , nonnullas Chemnitij fraudes, quibus alia Catholicorum fundamenta , & argumenta ipſamq; vniuerſam orthodoxam doctrinam traducit,& ſuggillatur, lectoríque imperito facile imponit.

1 Primum ergo ſcripturis quas pro perfecta peccatorum remiſſione alij Catholici afferunt,ſic reſpondet,quaſi eo ſenſu ab illis adducerentur,vt probatent nihil amplius manere in renatis coinquinatum,aut vetuſtatis:móxque multis verbis probat manere vetuſtatem,& eſſe inchoatam tantum renouationem per baptiſmum, quod nemo negat. Non autem ad negandam vetuſtatem manentem,illæ ſcripturæ aut aliæ ſimiles adducuntur à Catholicis,ſed vt probent ipſam concupiſcentiam in Baptiſmo remiſſam,non E
eſſe amplius propriè peccatum. Chemnitius verò inuidioſiſſimè traducit Catholicos, quaſi cum Iuliano,& aliis Pelagianis docetent concupiſcētiam eſſe rem bonā; aut quaſi
Mendax Chemnitij Calumnia. negarent eſſe malum,quia negant eſſe peccatū.Sed negatur eſſe peccatum, quia eſt verè remiſſum vt alia omnia per baptiſmum.Agnoſcitur eſſe malū,quia ſic manet vt nondum tota ſanetur,ſed ſemper ad malum prouocet,& nos exerceat.

Rurſum inſigni fraude multa citat ex Aug.vt doceat talem eſſe in hac vita per baptiſmum mundationem noſtram,vt tamen ſine peccato nemo viuat.Sed hoc docuit Auguſtinus propter venialia peccata,& obreptitios conſenſus in hanc concupiſcentiā,& propter partus eius leues:non propter ipſam parientem concupiſcentiam , vt antea docuimus:quæ ſunt propterea diligenter admodū aduertenda.Tertia fraus eſt,quod interdū hanc concupiſcentiam vult eſſe tantum veniale peccatum in ſe,& per ſe;quādo vrgetur
Chemnitius ſibi contrarius. illis ſcripturis quæ negant cum peccato cōſiſtere iuſtitiam,quale illud eſt.*Quæ ſocietas Luci ad tenebras,quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Hic* enim reſpondet peccatum quidem mortale nō ſtare cum iuſtitia fidei; vetuſtatem tamē & nouitatem in vno homine ſimul
2. Cor. 6. ſtare poſſe; manifeſtè diſtinguēs vetuſtatem hāc mouentem à mortali peccato : Reuera tamē docet,& ſentit eā per ſe eſſe peccatū dānans & vaſtans cōſcientiā vt antea perſpectū eſt:hoc autē facit iuxta aliorū proteſtantū ſentētiā, qui inter veniale,& mortale deſcrimen hoc nō agnoſcūt:Qualis eſt Caluinus,qui Inſti.li.2.c.8.p.58.ſtrenuè illud impugnat.Sed ita fit,vt dū ex parte Luthero adhærere,ex alia parte eū deſerere conetur Chēnitius, cū illis Lutheranis, qui molliores vocātur,ſibi cōtraria aſſerere cogatur.Quarta F
fraus ſeu maledica potius calūnia eſt,quòd cū diſtinguāt Catholici,& doceāt eſſe in peccato duo:Turpitudinē,ſeu maculā,quę facit hominē Deo exoſum,& reatum pænæ huic turpitudini debitæ;atq; vtrúmq; hoc quod ad cōcupiſcentiā attinet,per baptiſmū tolli; clamat Chemnitius Catholicos docere quòd cōcupiſcentia ſit res pura,& ſancta,& ab
Maledica Chemnitij calumnia. omni turpitudine libera.Sed ſcelerat' impoſtor quod Catholici dixerunt de ſola peccati turpitudine,quæ facit hominē Deo exoſum, trahit ad oēm qualemcūq; huius cōcupiſcentię turpitudinē.Habuit autē cōcupiſcētia antè baptiſmū peccati maculā,tū propter offenſam Adæ(quam maculam & nos cōtraxeramus:) tum etiam propter dominantem eius impetum in nobis:quorum vtrúmque baptiſmus ſuſtulit.Alia fraus eſt , quod quia aliqui Catholici citant illud ad Epheſ.5.(quanquā nō ſatis aptè,)quòd Chriſtus mundauit Eccleſiā ſuā,vt exhiberet eā ſine macula,& ruga &c.inuidioſè Pelagianū hoc eſſe reſpōdet,quia eadē ſcriptuta Pelagius abuſus eſt,vt doceret Iuſtos,ſine peccato prorſus in hac vita eſſe.Sed hoc Pelagius docuit,& hoc in Pelagianis dānauit Augu. de bono perſeuerantiæ li.2.c.5.propter venialia peccata, & partus huius concupiſcentiæ , non propter ipſam concupiſcentiam,vt ex dicto iam loco manifeſtiſſimè apparet.

A

Pelagiana ſententia Catholicis à Chemnitio mendaciſſimè obtruſa, repellitur.

CAPVT II.

ILLA verò incredibilis impoſtura eſt & flagris digna, quòd pro ſententia pelagiana adducit [*dicere in baptiſmo homines perfectè innouari.*] Citat enim ex Auguſt. hunc in modum. *Auguſtinus ad bonifacium lib. 4. cap. 7. Dicunt* Pelagiani *Baptiſmo perfectè homines innouari, atque ad hoc Apoſtoli adhibent teſtimonium ad* Epheſ. 5. Sed hîc ſanè Chemnitius ſuã impietatem in ſacrum Baptiſma, non ſolum nequitiam in ſeducendo lectorem apertè prodidit. Adeo enim nunc Baptiſmi gratiæ inimicum ſe oſtendit, vtcunque hactenus imputatiuam illam omnium peccatorum remiſſionem conceſſerit, vt planè perſuadere lectori voluerit dogma eſſe Pelagianum, *dicere quod Baptiſma perfectè innouet.* Sed non hoc illis Auguſtinus impingit. Mentitur & inſidiatur Chẽnitius. Sic ſcribit Auguſtinus ad Bonifacium contra 2. epi. Pelag. lib. 4. cap. 7. *Quid prodeſt* (inquit) *Pelagianus, quod aduerſus Manichæos qui Baptiſma deſtruunt, iſti dicunt Baptiſmo perfectè homines innouari, cum ſuperbo ſenſu, atque peruerſo hoc faciant? Hoc enim propterea dicunt, vt credatur Eccleſia poſt Baptiſmum, in quo fit omnium peccatorum remiſſio, vlterius non habere peccatum; cum aduerſus illos à ſolis ortu vſque ad occaſum clamet Eccleſia: Dimitte nobis debita noſtra.* Hęc ille. *Chemnitius baptiſmi gratiæ inimicus.*

B

Ergo non hoc repræhendit in Pelag. Augu. quod dicerent baptiſma perfectè innouare, ſed quod eo ſenſu dicerent, vt poſtea homines ſine peccato eſſe docerent, nec ita tamẽ quòd concupiſcentiam hoc peccatũ eſſe doceat ſine quo non ſumus, ſed quòd ſine peccato veniali nemo ſit. Nam propter peccata venialia, non propter ipſam concupiſcentiã clamat Eccleſia, *dimitte nobis debita noſtra*, vt antea ex Augu. copioſè oſtẽdimus. Præterea notandum eſt valdè quòd cum Pelagiani hoc ipſum Auguſ. impingerent, quaſi negarẽt perfectam innouationem in baptiſmo, quid reſponderit. Sic enim ſcribit, *Dixiſſe me affirmas, quod gratia non perfectè nouum hominem faciat. Non hoc dico: Attende quod dico. Gratia perfectè nouum hominem facit: quando quidem & ad corporis immortalitatem, plenãque fælicitatem ipſa perducit. Nunc etiam perfectè innouat hominem, quantum attinet ad liberationem ab omnibus omnino peccatis, non quantum attinet ad liberationem ab omnibus malis, & ab omni corruptione mortali, qua nunc corpus aggrauat animam.* Hæc ille. Et paulò poſt. *Vbi ergo me audiuiſti, siue legiſti dicẽtem: non innouari hominem per baptiſmum, ſed quaſi innouari, non liberari, ſed quaſi liberari, non ſaluari, ſed quaſi ſaluari? Abſit, &c.* Non eſt ergo Pelagianum dogma, quòd baptiſmus perfectè innouat hominem, ſed Auguſt. & orthodoxa doctrina. Manichæum autem, & hæreticũ dogma illud negare. Sed hac caligine imperitorũ oculos offundunt, & his technis, & dolis, orthodoxam doctrinam hodie traducunt proteſtantes: ſed inter eos nemo magis, quam ſuperbus ille Cenſor Martinus Chemnitius. Atque iſte huius controuerſiæ finis eſto. *Lib. 6. cap. 5. contra Iulianũ.*

C

Libri tertij finis.

DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO SIVE DE COOPERATIONE VTRIVSQVE IN IVSTIFICATIONE IMPII, QVOD ſolum ferè hodiè controuertitur.

LIBER QVARTVS.

PROOEMIVM.

VISVM eſt horum temporum hæreticis, humanæ naturæ corruptionem omnibus modis exaggerare: non vt mediatoris & medici gratiam amplificarent, ſed vt E
peccati regnum ſtabilirent, dum & naturam inſanabilem in hac vita, & peccatum ineuitabile in hac militia, hac ratione oſtendere ſe poſſe conſiderent. Hac de cauſa vt inclinationem ad malum relictam, eiuſq; primos motus veri nominis peccata eſſe aſtruebant, vt ita Iuſtum ſemper peccare (quia ſemper illos motus ſentit,) & conſequenter bona opera, quæ dicuntur, eodem peccato contaminari ſuis perſuaderent; ita & conditionem naturæ humanæ deprauare, libertatem videlicet rationali creaturæ propriam homini detrahere, omni ſtudio conati ſunt; vt ita peccandi neceſſitate & bene agendi impoſſibilitate, hac etiam in parte poſita, libertas Euangelica quam prædicant; (faciendi nempe quod volunt ſicuti credendi quod volunt, libertatem vbi poſſunt arripiunt) fortius & plenius obtineat. Quare vt de naturæ corruptione hactenus, ita de voluntatis humanæ relicta libertate, contra peſtilentes iſtos dogmatiſtas luculenter vt poſſumus, diſſeremus. F

A

Status præſentis Controuerſiæ explicatur,

CAPVT I.

Varia hodie Proteſtantium ſententia de libero arbitrio.

DE libero hominis arbitrio variæ hodiè controuerſiæ extiterunt. Lutherus Manichæorum & Vviclephi vomitũ reſumens, partim ex corruptione naturæ, partim ex neceſſitate præſcientiæ diuinæ, ſic humanam voluntatem deprauatam & determinatam eſſe docuit, vt neque ad bonum, neq; ad malum, liberam electionem haberet, ſed quemadmodum nihil boni operari poſſet, ita & neceſſariò peccaret: ideóque liberum arbitrium rem eſſe ſine titulo, vel (vt poſtea ſe Ironicè correxit) titulum ſine re: vt propterea nõ iam liberum, ſed ſeruum arbitrium vocari voluerit. Hanc inſanam doctrinam, vel ſententiam, quantum attinet ad naturę corruptionem, in ſecunda controuerſia confutauimus. Aſtruitur tamen, ea etiam adhuc hodiè ab Illyricanis, ſiue rigidis Lutheranis. Alij eius diſcipuli, vt Melanchthon cum ſuis hanc eius inhumanam ſententiam ita mitigarunt, vt faterentur tum in malis operibus liberè agere voluntatem, tum etiam in actionibus humanis, & indifferentibus, liberè nos agere. Addiderunt quóq; tandem, ad moralia & ciuilia bona, tum libertatem, tum etiam facultatẽ, ſine ſpeciali Dei gratia hominibus ineſſe; vtcunque illis repugnante Caluino qui vocem hanc liberi arb. ſine ingenti periculo non poſſe retineri, magno verò Eccleſiæ bono futurum ſi aboleatur cenſet. Ideóq; ab eo prorſus abſtinere optat: At verò ad opera ſpiritualia, ſiue vt Catholici loquuntur meritoria, vel inchoanda, vel perficienda, ita contra Pelagianos liberum hominis arbitrium, omnes vnanimiter deprimendum cenſuerunt, vt circa illa omnia liber. arb. nihil agere, ſed tãtum recipere Dei gratiã, ſeq; merè paſſiuè habere affirment. Quæ ſentent. in Conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 5. anathemate percutitur.

Articul. 36. Apud Roffenſ. Lib. 2.

Inſtit. lib. 2. cap. 2. §. 8.

B

Conari ſunt tamẽ moderatiores Luther. (ex quibus eſt Cenſor Chemnitius) ſingulari artificio & fraude, etiam hanc communem omnium ſententiam modarari, & Catholicę Eccleſiæ Pelag. ſententiam impingere. Ea fraus antè omnia hoc loco aperienda, & calũnia abſtergenda eſt, vt ſtatus præſentis controuerſiæ clarè intelligatur. Quod ad prius attinet, diſtinguunt inter primam hominis conuerſionem ad Deum, & nouam obedientiam, quam homo iam ad Deum conuerſus operatur. Atq; in hac quidem, cooperationem lib. arbit. vtpote iam ſanari, & renouari cœpti, ac gratia S. Sancti imbuti agnoſcunt: in hoc ſanè Luthero & Caluino meliores, impudentes tamen & improbi, quod non aliter ſenſiſſe Lutherum aſſerant: qui cooperationem liberi arb. in omni prorſus opere ſpirituali ſuſtulit: in quam etiam eius ſententiam acerrimè tuetur Caluinus, Inſt. lib. 2. ca. 3. ſect. 7. & ſeq. Sed in prima conuerſione mentis ad Deum, lib. arbi. cooperari gratiæ negant. Nec tamen paſſiuè ſe habere, aut per modũ rei inanimatæ: [*Quia* (ait Chemnitius) *Noui motus quos Deus operatur in conuerſione non imprimuntur in mente & voluntate ſicuti ceræ imprimitur ſigillum; neque ſic operatur gratia, vt conuerſio ipſa ſit brutum aliquid, in homine ſine motu, & actione aliqua mentis & voluntatis, nec eſt violentum aliquid ſicut cum ſaxum impellitur; nec eſt enthuſiaſticum aliquod, ſicut arreptitij olim reddebant oracula, quæ nec intelligebant, nec meminerant; ſed quia conuerſio ipſa eſt motus quidam & mutatio in mente, & voluntate: neceſſarium eſt, vt in vera conuerſione, ſint motus aliqui, & affectiones, quibus incipiat fieri applicatio quædam voluntatis & mentis ad Deum. Aliter enim Faber vtitur inſtrumento inanimato: aliter Sp. S. operatur conuerſionem in mente & voluntate: facit enim vt intelligamus, & velimus,* &c.] Hæc Chemnitius. Ergo quia tales motus, & actiones ex parte intellectus & voluntatis, in ipſa conuerſione fieri agnoſcit, putat ſe Anath. Conc. euaſiſſe, & ſuorum fœdum dogma cõmodè, & dexterè expoſuiſſe. Sed nihil egit: De hac enim re nec Lutherus ipſe vnquã dubitauit, quin in cõuerſione mentis & voluntatis ad Deum, aliqua eſſet actio & agitatio ipſius intellectus ac voluntatis, ſpontanea ſcilicet, nõ coacta. Conuerſio enim eſt actio, & quod volũtas agit, ſpontè fit. Sed quæritur an illa actio, ſiue agitatio mentis, & volũtatis qua homo primo ad Deum conuertitur, vel credendo, vel diligẽdo Deũ, ſit ſolius Dei opus, actio, & agitatio; nihil prorſus agente, nec liberè cooperante ipſa hominis voluntate, à diuina gratia iam excitata, & adiuta. Itáq; ſtatus huius quæſtionis, & controuerſiæ non eſt (vt Chemnit. illã proponit) vnde ipſa mens & voluntas hominis habeat, quòd tales motus, quales in cõuerſione fiunt, & vult & poteſt inchoare, atq; præſtare. Hoc enim quin à diuina gratia habeat, nemini catholico vnquam dubium fuit: & apertè in Concil. Tridẽt.

In operibus renatorum ſeu iuſtorum agnoſcũt Lutherani liberum arbitr.

C

Quæſtio huius controuerſiæ propria.

Status huius controuerſiæ.

can.3.aliter ſentientes damnanrut.Sed quæſtio eſt,quomodo diuina gratia mentem, & voluntatem hominis ad hos motus,& actiones excitet,vtrum ſua ſola operatione, ipſa voluntate nihil cooperante,an tali gratię adiutorio adhibito,& tali excitatione facta,vt mens,& voluntas adiutæ & excitatæ,vnà cum Dei gratia cooperentur, idque liberè,ita ſanè vt excitantem,& adiuuantem gratiam ipſa mens, & voluntas vtcúmque adiutæ,& excitatæ à Deo,liberè tamen poſſit vel acceptare,vel repudiare.Hic ſtatus cõtrouerſiæ eſt inter nos & hęreticos hodiè.

Chemnitius ſtatum controuerſiæ peruertit vt Pelagianiſmum Eccleſiæ obtrudat.

Alter ſtatus quem proponit Chemnitius,eſt illius controuerſiæ quæ erat inter Augu. & Pelagianos.Volebant enim Pelag propoſitum boni,& principium conuerſionis à ſolo libero arbitrio eſſe,quod poſtea Deus ſua gratia,adiuuaret,& perficeret, vt facili' per gratiam impleretur,quod ſine ea impleri qui lem ſed difficilius poſſet:vt oſtendit Augu. epiſt 106.Hunc controuerſiæ ſtatum peruertere,& conſequenter Pelagianas partes Catholicis obtrudere,verſipellis ille, & fraudulentus cenſor conatur:tum ne Lutheri dãnatam hæreſim quam tueri non potuit,tueri cogeretur, eámq; ſimul cum anathemate hac arte à ſuo capite depelleret.tum vt ſententiam Catholicam,tãquam Pelagianam ex Auguſtino copioſiſſimè (quod facit)refelleret.Et hac ſanè de cauſa,in verbis *excitandi & adiuuandi*(quibus Concil.Tridentinum vtitur ſeſſ.6.can.5.)occaſiones quærit ſtatum cõtrouerſiæ adhuc magis peruertendi.Ait enim comparationem liberi arbitrij,in acceptatione primæ gratiæ ſic à nobis poni & aſſeri,vt ex naturalibus ſuis,liberũ arbitriũ cooperetur,& non ex gratia.Nam verbo *excitari* hoc nos intelligere ait,quòd vires naturæ noſtræ cenſeamus tam generoſas & actuoſas eſſe ex ſe,vt quamuis per peccatum ſopitæ & alligatæ,quaſique ſtupefactæ fuerint,tamen iam accedente gratia excitatæ, quaſique è ſomno expergefactæ,ſuas proprias,& naturales functiones exercere incipiant,operáque ſpiritualia perficere,& ad Deũ ſeſe conuertere propriis ſuis viribus:quod vt poſtea oſtendemus tanquam Pelagianum exhorruit ſemper Eccleſia. E

Mēdax Chemnitij calumnia.

Infrà cap.10.

Alia calumnia eiuſdem.

Deinde quod adiuuantem gratiam in prima conuerſione ponimus, dicit Auguſtini doctrinæ repugnare, & Pelagianum eſſe:ſentire enim nos quod voluntas humana ſuis viribus cooperetur adiuuanti Deo vt propterea non totum Deo,ſed aliquid nobis ipſis in prima conuerſione tribuatur.Hęc quidem ille:ſed ſtatus controuerſiæ à nobis poſitus non ſic loquitur.Quęritur enim an in prima cõuerſione liberum arbitrium, cooperetur excitanti Deo:non quidem ex ſe,& ſuis viribus,ſed iam à Deo motum,excitatum,& adiutum,an vero nihil cooperetur;ſed vt primum à Deo excitatur,ſtatim ſe duci patiatur, aut potius neceſſario ducatur, nec S. Sancti ductum liberè ſequatur, gratiámque excitantem,& oblatam liberè acceptet eadémq; libertate interdum repudiet. Hic eſt propriè ſtatus quæſtionis,quod ad liberum arbitrium attinet.Libertatis enim circa arbitriũ noſtrum in prima conuerſione illa propria quæſtio eſt, ſitne liberum in illa ſua conuerſione,& in illo nouo motu nec ne;non autem vnde,aut ex qua cauſa ſit liberum.Voluntas enim humana,ſiue ex gratia, ſiue ex natura libertatem habeat aſſentiendi, vocanti Deo,ſi habet,libera eſt:ſi non habet,ſerua eſt. F

Pelagiani & Proteſtantes in duobus extremis.

Sed Pelagius ſic putabat eam eſſe liberam ex natura,vt ſi haberet ex gratia aſſentiendi vim non eſſet libera.Non eſt(inquit)*liberum arbitrium ſi indiget Dei auxilio*, apud Auguſtinum epiſt 106 Idem de Pelagianis recitat Hieronymus ad Creſiphontem. Proteſtãtes contrà ſic putant ex gratia habere voluntatem, facultatem aſſentiendi vocãti Deo, vt ſi facultas aut actio illa libera ponatur,putetur negari gratia:dicentes. [Non indiget Dei auxilio ſi eſt libera homin's voluntas in acceptanda gratia.] Itaque vt huic controuerſiæ ſatisfiat,hæc probanda videntur.

Diſtributio præſentis libri.

Primùm,quod voluntas humana liberè conſentiat præuenienti gratiæ, ideóque agat ipſa aliquid.

Secundò,quòd pręuenta à gratia,excitata,& adiuta,liberè poteſt reſiſtere.

Tertiò,quod adiutorium gratiæ non tollit arbitrij libertatem, ſiue liberam conſenſionem,ſed potius ſtatuit,roborat,& confirmat eam.

Quartò,quod in prima conuerſione ad Deum,excitemur,& adiuuemur à gratia,non eſſe Pelagianum dogma,ſed ipſiſſimam Auguſtini doctrinam contra Pelagium. His finibus hęc tota controuerſia concludetur.In ſingulis autem primo loco probationes noſtras afferemus,& contra cauillationes aduerſariorum corroborabimus, Secundo loco aduerſariorum in contrarium argumenta euertemus.

Quid

A

Quid hic Gratiæ, quid Liberi arbitrij nomine intelligatur.

CAPVT II.

PRINCIPIO autem quid hic Gratiæ, quid Liberi arbitrij vocabulo
intelligendum venit, breuiter explicabitur. Latior enim declaratio il-
larum rerum, & accurata ex Magiſtri interpretibus ſumenda eſt. Gra-
tiæ nomine intelligimus in hac controuerſia, non qualitatem illam
ſupernaturalem, ipſi animæ eſſentiæ inhærentem, qua imbuta mens
humana formaliter iuſtificatur, quę vt ſpecialibus interdum nomini-
bus fidei, ſpei, & charitatis vocantur, ita etiã in ſcripturis generali gra-
tiæ vocabulo nuncupantur, vt ad Rom. 3. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius*, & à Scholaſti-
cis vocatur gratia habitualis gratum faciens, eſtq; principium operis meritorij ſiue ope-
randi meritoriè, quamuis non proximum & immediatum. Non intelligimus etiam cõ- S. Tho. 1. 2. q. 109. art. 4.
mune Dei auxilium, ſeu concurſum generalem, quæ quidem gratia Dei eſt gratis data,
ſed (vt docet Auguſtinus) *cõmunis bonis, & malis*: nempè ita rebus omnibus creatis, quodã De prædeſt. ſanct. Lib. 1. cap. 5.
pacto ab exordio rerum impartita, vt naturalis penè, & debita videatur. Neq; ſoleat pro-
pterea in ſcripturis vocari gratia, ſed natura in quo errauit turpiter Pelagius, exiſtimans
B ſe non negare Dei gratiam qua faſſus eſt naturam liberi arbitrij, ſeu poſſibilitatem à Deo Pelagij errores circa vocabulum gratiæ.
eſſe. Multo minus intelligimus cum eodẽ Pelagio nomine gratiæ vel vtriuſq; partis (ad
bonum ſcilicet, & ad malum) *æquam poſſibilitatem, eámque à Deo inſeparabiliter naturæ inſitam*,
vt ipſe dicebat referente Augu. in lib. de nat. & gratia c. 50. & de gratia Chriſti cap. 18. vel
remiſſionẽ peccatorum: in qua ſola ille naturam in melius inſtauratam intelligebat (vt
noſtri hodiè Proteſtantes) teſte Auguſtino lib. de gratia Chriſti c. 2. & 37. vel legem, atq;
doctrinam ſcriptam; vel reuelationes, & illuminationes cordis vel etiam exemplũ Chri-
ſti, & aliorum ſanctorum, quibus ad virtutem accendimur, quæ omnia vt aliquam Dei
gratiam fateri videretur Pelagius nomine gratiæ intelligi voluit, vt ex eius verbis com-
memorat Auguſt. in lib. de gratia Chriſti c. 37. 38. & 39. Sed neq; gratiæ nomine, Dei di-
lectionem æternam, aut prædeſtinationem intelligimus, de qua Apoſtolus, ad Epheſ. 1.
Prædeſtinauit nos in adoptionem, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ Sed intelligimus hoc loco nomi- Gratia quid, aut quod non.
ne gratiæ, ſpeciale quoddam Dei auxilium, ſeu fauorem gratuitum, ſeu etiam dilectionẽ
ſpecialem; qua mouetur à Deo hominis animus, vt à malo ad bonum conuertatur. ideó-
que vocatur à ſcholaſticis *animæ motio*, apud D. Tho. 1. 2. quęſt. 110. ar. 2. & à S. Auguſtino
ineffabilis ſuauitatis occulta infuſio, ſubminiſtratio ſpiritus ſancti, ſiue *inſpiratio charitatis per S. ſpi-
ritum*, in lib. de gratia Chriſti c. 13. & 34. 39. Et hæc gratia, eſt illa quam Pelagius nunquã
agnoſcere voluit, vt ca. 47. libri iam citati docet Auguſt. Hanc contra Pelagium ſemper Quam gratiam Pelagius agnoſcere noluit.
vrget Auguſtinus, & vocat *gratiam mediatoris*, ca. 47. iam allegato, de qua Apoſtolus: *Gra-
tia ſaluati eſtis, & hoc non ex vobis*, ad Epheſ. 2. & ad Rom. 6. *gratia Dei, vita æterna*. Hæc om-
C nes bonas actiones, voluntates, omnéſque virtutes præuenit, & ipſas efficit. Sed hæc me
dio quodam loco inter commune illud Dei auxilium, & gratiam habitualem conſiſtit.
Eſt enim cum primo illo gratia quædam gratis data, quia non ſemper gratum facit, niſi
acceptetur à voluntate quam mouet: & eſt cum poſteriore hac merè gratuita, quia ex
nullis præcedentibus meritis datur. Hæc autem gratia quando ſit operans, & quando
cooperans, & quare ſic dicatur, poſtea commodius explicabitur.

Iam verò, nomine liberi arbitrij in hac controuerſia, intelligimus ſimpliciter cũ Au- Liberi arbitrij nomine quod hic intelligatur.
guſtino, *voluntatis arbitrium, quod huc atque illuc liberum flectitur*: ſic enim quaſi definit lib. 2.
c. 18. de pecca. merit. & remiſſ. Nempè, potentiã illam animæ humanæ cum Angelis cõ-
munem, quæ ex iudicio rationis, in ſuis actionibus huc atq; illuc, liberè flecti poteſt. Non
quæ ideò ſit libera, quia ſecundũ actualẽ voluntatis propẽſionem agat, quamuis neceſ-
ſariò vt proteſtãtes hodiè lib. arbitrium intellexerunt, quaſi non alia eſſet electio eorum
quæ ſunt ad finem, quàm quæ eſt ipſius finis. Hanc autem animæ potentiã, vt abſq. gra-
tia mediatoris, in omnibus quidem actionibus humanis, ſic agnoſcimus eſſe liberam, vt
nihil coacta, aut etiã neceſſariò faciat, neceſſitate abſoluta, ſit tamen ſerua peccati, & mi-
ſera, & ſic quadã neceſſitate peccet, non omnimoda ſicut in ſecundo libro explicatũ eſt,

ita profectò abſq; eadem gratia,ad omnes ſpirituales actiones ſanctas,& meritorias,nullam illi ineſſe libertatem,aut facultatem quod bonū eſt eligēdi,aut amplectēdi,ſimiliter agnoſcimus,vt in eadem etiam controuerſia à nobis explicatum eſt. Sed quæritur nunc an hæc animæ potentia à diuina gratia prædicta cōmota,excitata, & adiuta, poſſit excitanti gratiæ,non ſolum ſpontè,ſed etiā liberè & ſine neceſſitate ineuitabilis inclinationis cooperari;non quidē ex vi aliqua naturæ ſuæ,ſolitariè,& per ſe acceptæ,ſed ex vi adiuuantis,& excitantis gratiæ. Et dicimus lib.arbitriū vtcunq; per ſe inualidū, attenuatū, & debilitatū,ſic tamē adiutū,& excitatū ipſi gratiæ cooperari,liberè conſentire, & verè aliquid agere. Deniq; ad cōſequentē gratiā habitualē,& iuſtificantē effectiuè cōcurrere. D

De qua cooperatione gratiæ & lib. arbitrij hic diſputatur.

Terminis ergo ſic explicatis,etiam illud neceſſariò præmonendum eſt,hanc gratiæ,& liberi arbitrij,cooperationem,cuius hic modum inueſtigamus non eſſe ipſam hominis iuſtificationem,vel argumentum eius,quæ prima & ſecunda,iuſtificatio in ſcholis vocari ſolēt,ſed eſſe præparationem ad illam primā. Atq; ex hac diſputatione elucēſcet, quæ & qualis ſit,hominis iam adulti,ad nouam iuſtitiam inchoandam,diſpoſitio,vel præparatio in genere. Nam particularis diſpoſitio fit,per fidem,timorem,ſpem,pœnitentiam, votum baptiſmi,orationem,hiſq; ſimilia. Sed quia hæ particulares diſpoſitiones,non accedunt homini niſi ex præueniente gratia,& cooperante libero arbitrio, Patres Cōcilij Tridentini,ea quæ iuſtificationem præcedunt declaraturi,ab hac neceſſaria præparatione inceperunt,ſeſſ.6.c.5.quos & nos ſequi voluimus;Hæc autem præparatio, per gratiæ & lib.arbitrij cooperationem,ad cauſam efficientem ipſius iuſtificationis reduci debet, ſicuti reliquæ omnes diſpoſitiones,& inſtrumentales cauſæ,ipſaq; exemplaris & meritoria cauſa,quæ Chriſtus eſt. Summa ergo quæſtionis & præſentis controuerſiæ hæc eſt,an E ad primam hominis iuſtificationem, qua ex impio aliquis fit iuſtus, (ſic enim hanc circumloquitur D.Aug.epi.46.) ſicut Chriſtus ipſe tum paſſionis ſuæ merito,tum vitæ ſanctiſſimæ exemplo,ſic etiam quædam præparatio, ex parte noſtra,ſeu diſpoſitio,quando præuenienti gratiæ liberè aſſentimur,modo quo dictū eſt effectiuè cōcurrat. Hoc autem ſic demū explicabitur,ſi de liberi,arb. noſtri cū præuenientis gratiæ cooperatione (nam de ipſa præueniente gratia nulla hodiè controuerſia eſt) ea 4.capita explicuerimus,quæ modò iam propoſita fuerunt. His ergo ita neceſſario præmiſſis,primi capitis explicationem aggrediamur.

Quòd liberum arbitriū præuenienti Gratiæ cooperatur & in prima præparatione ad Iuſtitiam verè aliquid agit,quatuor probationes ſolidæ afferuntur.

CAPVT III.

Non ſecus hæreticum eſt Lib arbitrium tollere, quàm Dei gratiam negare.

ITAQVE Liberum arbitrium,præuenienti Gratiæ, in ipſa prima præparatione ad iuſtitiam cooperari, & aliquid agere, in ſcripturis ſanctis ita reuelatum eſt,vt non ſecus hæreticus ſit,qui liberum arb.tollit, quam qui gratiā negat. Hac ſanè de cauſa,quemadmodum *de periculo horum duorum extremorum,in hac difficili quæſtione ſæpè conqueritur* Auguſt.monetq; lectorē, *ne vel gratia ſic aſtruatur,vt liberum arb.negetur,vel liberum arb ſic ponatur,vt negetur gratia*, ſic planè pronunciat: F [hæreticum eſſe qui propter Gratiæ neceſſitatem,liberū arb.negat.] Et rurſum epiſt.47. *fides ſana catholica neque liberum arbitrium negat,ſiue in vitam malam,ſiue in vitam bonam, neque tantum ei tribuit,vt ſine gratia Dei valeat aliquid.* Deniq; inter ſententias quas dānare in Cōcilio Paleſtino coactus eſt Pelagius,hæc vna erat,*non eſſe liberum arb. ſi Dei indiget auxilio*, vt commemorat Aug.epi.106. Quod vt ex ſcripturis plenius intelligatur,primū argumētum erit ab ipſa iubendi forma,qua ſcriptura erga peccatores vtitur. Nēpè quoties ſcriptura aliquid nos iubet facere,toties noſtrū liberum prouocatur arbitriū. *Ipſa diuina præcepta*(ait Aug.)*homini non prodeſſent,niſi haberet liberum voluntatis arbitrium,quo ipſa faciens,ad promiſſa præmia perueniret*: Lib.de Gratia,& lib.arbitrio,c. 2. Ideóq; cū multa talia cōmemoraſſet,quæ ad mandatorū obſeruationē nos prouocāt,iterū infert. *Quo modo tā multis locis iubet*,ſi nō eſt liberū arb. & iterū.c.4. *Tam multa quæ præcipiuntur in lege,quid aliud indicant quā liberū arb. Neq; enim præcipitur,niſi homo haberet propriā voluntatē,qua præceptis obediret.* Et in epi.46. *Obedientiā nullā poſſe eſſe ſine libero arb.* affirmat. Sed ipſa præparatio,& prima cōuerſio

De pecc.mer li. 20.18 & li. de gratia Chriſti c.47 & de gra. & lib.arb.c.4.

Prima probatio ex præcepto forma.

A in ſcripturis nobis præcipitur. Ergo & in illa agit liberum arbitrium. Ait enit ſcriptura peccatoribus. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Zach. 1. & *hodie ſi vocem eius audieritis,nolite obdurare corda veſtra*, Pſal. 94. *vbi liberum hominis pulſatur* arbitrium (ait Auguſtinus,cap. 14. de gratia, & libero arb.) Et iterum. *Proijcite à vobis iniquitates veſtras, & facite vobis cor nouum*, Ezech. 18. *quæ ideo dicuntur*, (ait Auguſtinus,cap. 15.) *ne putetur nihil ibi facere ipſas homines per liberum arbitrium*. Ibi ſanè vbi Deus aufert cor lapideum, vbi dat cor nouũ, & ſpiritum nouum, vbi mundat nos ab immundiriis noſtris, vbi facit vt in iuſtificationibus eius ambulemus. Hæc enim omnia loca pro gratia præueniente citauerat, capite præcedente. Similiter dicitur in Euangelio, *facite arborem bonam* Matth. 7. *Facit autem homo arborem bonam, quando dei accipit gratiam*, ait Auguſtinus lib. de gratia Chriſti. cap. 19. Similiter dicitur. *Aperi os tuum, & ego implebo illud.* Pſal. 80. Et, *hominis eſt præparare cor.* Prouerb. 16. *Quamuis enim* (ait Auguſtinus) *niſi adiuuante illo ſine quo nihil poſſumus facere, os non poſſumus aperire, tamen nos aperimus illius adiumento, & opere noſtro, Implet autē illud Dominus ſine opere noſtro. Nam quid eſt præparare cor, & os aperire, niſi voluntatem parare? & tamen præparatur voluntas à Domino: & dicitur, labia mea aperies:* Pſal. 50. *Itaque & hoc faciat homo, adiuuat Deus.* Hęc Auguſtinus contra duas Epiſtolas, Pelag. lib. 2. cap. 8. Similiter dicitur prouerb. 4. *Rectos curſus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige: quod non diceretur* (ait Auguſtinus, epiſtola 47.) *ſi non eſſet liberum arb.* In his ergo omnibus ſcripturis, quæ ad primam conuerſionē, & ad B primæ Iuſtificationis præparationem nos inuitant, videmus apertè (ipſomet interprete Auguſtino) liberũ noſtrum arbitrium, conueniri, prouocari, & in hac præparatione aliquid agere.

Præparatio cordis iubetur homini in ſcripturis.

Liberum arbitrium eſſe ex variis ſcripturæ locis probatur.

Aliud argumenti genus, pro cooperatione liberi arbitrij, inde ducitur, quòd operũ noſtrorum reddenda eſt ratio, & malis ſupplicia, bonis præmia ſint retribuenda. Commemorat enim Auguſtinus, epiſtola 46. quoſdam fuiſſe monachos, qui propter diſputationes contra Pelagianos habitas, ſic gratiam prædicabant, vt negarent eſſe hominis liberum arbitrium, dicerentque propterea, quod in die Iudicij non ſit redditurus Deus vnicuique ſecundum opera eius. Contra eoſdem, & Pelagianos, ſic breuiter in eadē epiſtola diſputat Auguſt. *Si non eſt dei gratia, quomodo ſaluat mundum? ſi non eſt Liberum arb. quomodo iudicat mundum?* Idem aliis verbis alibi ſic docet: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri; nō ſic tamen vt eis adiuuat liberum arbitrium, quo vel benè, vel male vtentes, iuſtiſſimè iudicentur.* Hæc ille in lib. de ſpiritu, & lit. cap. 33. Et rurſus lib. 3. Hypognoſticon, *Quomodo* (inquit) *vnicuique ſecundum opera ſua, redderetur in die Iudicij, niſi liberum eſſet arbitrium?* Hæc ille. Et ſanè huius argumenti vis tanta eſt, vt quemadmodum iuſtitiæ diuinæ in malorum operum ſupplicijs, ita & miſericordiæ diuinæ in bonorum operum coronis, radix ipſa & fundamentum ſit. Quod ſapienter Auguſtinus, ex frequentiſſimis illis S. Scripturæ locis colligit. In quibus ipſa nominatim conuenitur & compellatur voluntas, tam ad bonum faciēdum, quam ad malum declinandum, ut illa. *Noli vinci à malo*, Rom. 12. *nolite fieri ſicut equus & mulus*, Pſal. 31. *Nolite diligere mundum.* 1. Ioan. 2. *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum.* C Matth. 16. *Si volens hoc facio, mercedem habeo, quod vult facit, non peccat ſi nubat.* 1. Cor. 7. Quæ omnia, aliáque permulta his ſimilia, cum allegaſſet Auguſtinus, concludit, de malis quidem operibus dicens: *Nemo ergo Deum cauſetur in corde ſuo; ſed ſibi imputet quiſque cum peccat.* De bonis autem operibus, dicens. *Nec dum aliquid ſecundum Deum operatur, alienet hoc à propria voluntate: Quando enim volens facit, tunc ſperanda eſt boni operis merces*, &c. Ex hac ergo Auguſtini diſputatione perſpicuum ſit, qui in operibus ſpiritualibus libertatem voluntatis ad bonum tollunt, omnium quoque operum mercedem quam ſcriptura promittit, & conſequenter extremi Iudicij veritatem, (quam in ſymbolo profitemur) tollere. Non ſecus ſanè quam illi, qui voluntatis libertatem ad malum negant, Deum cauſantur authorem malorum. Quorum vtrumque Lutherus, Caluinus, & qui eos ſequuntur docuerunt.

Secunda probatio ex retributione operum humanorum.

Iuſtitiæ & miſericordiæ diuinæ radix liberũ hominis arbitrium.

1. Cor. 9.

De gratia & lib. arbitrio c. 2.

Aliud argumenti genus, ab apertis ſcripturæ locis, in quibus hoc ipſum diſertè exprimitur, peti poteſt. Qualia ſunt hæc. *Ego ſto ad oſtiũ & pulſo, ſi quis aperuerit mihi* &c. Apocal. 3. Pulſare eſt gratiæ, aperire eſt liberi arb. per gratiam adiuti. Item illud Eccleſiaſt. *Deus ab initio fecit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui: ſi volueris conſeruabis mādata* &c. *Apponit tibi ignem, & aquam, ad quodcunque volueris extendere manum tuam.* De quibus verbis ait Auguſtinus: *Ecce apertiſſimè videmus expreſſum, liberum humanæ voluntatis arbitrium*: de gratia, & libero arb. cap. 2. Rurſum illud 1. Ioan. 3. *Omnis qui habet hanc ſpem ſanctificat ſe,*

Tertia probatio ex apertis ſcripturarum teſtimonijs.

ſicut ipſe Sanctus eſt. Super quæ verba, ſic diſputat Auguſtin. tract. 4. in epiſt. Ioan. *Videte* D
quemadmodum non abſtulit liberum arbitriũ, vt diceret ſanctificat ſe. Quis nos ſanctificat niſi Deus?
ſed Deus te nolentem non ſanctificat. Ergo quòd adiungis voluntatem tuam Deo, ſanctificas teipſum.
Sãctificas te nõ de te, ſed de illo qui venit vt habitet in te. Tamen quia ibi agis aliquid volũtate, ideò &
tibi aliquid tributum eſt. Hæc ibi Auguſt. móxque aliam ſcripturarum affert Pſal. 26. *Adiu-*
tor meus eſto, ne derelinquas me. Si dicis adiutor meus eſto, aliquid agis: Nam ſi nihil agis quomodo ille
adiuuat? Hæc ibidem Auguſt. Alibi quóq; eadem Pſalmiſtæ verba tractans, adhuc aper-
tius loquitur. *Adiutor noſter Deus dicitur, nec adiuuari poteſt niſi qui ſponte aliquid conatur: quia*
non ſicut in lapidibus inſenſatis, aut ſicut in eis, in quorum natura rationem, voluntatémque non con-
didit, ſalutem noſtram Deus operatur in nobis. Hæc ille lib. 2. cap. 5. de peccatorum merit. & re-
miſſ. ſic & in libr. de perfectio. iuſtitiæ propè finem. *Non adiuuatur niſi is qui aliquid agit.*
Itáque omnes illæ ſcripturæ, vbi Deus nos adiuuare dicitur manifeſtè docent, liberi
noſtri arbitrij cum gratia cooperationem.

Quartum, adhuc argumenti genus, etiam ab ipſa naturæ noſtræ conditione peti po-
Quarta probatiõ à natura noſtra conditione. teſt. Quamuis enim Deus poſſet nolentes, & rebelles, ad ſe compellere hominum vo-
luntates, tamen ſi id faceret, homines in tali actione non vt homines, ſed vt pecudes
moueret: ideóque ex ſacris ſcripturis, & Eccleſiæ doctrina didicimus, hoc eum in con-
uerſione noſtra minimè facere. S. Auguſtinus, lib. 2. cap. 5. de peccatorum mer. & remiſ.
apertè ſcribit, *Deum operari ſalutem noſtram in nobis, ſicut in eis in quorum natura rationem, vo-* E
luntatémque condidit, id eſt, tanquam hominibus rationis, & voluntatis libertatem habẽ-
tibus. Idem clarius docet in lib. de Sp. & Lit. cap. 33. *Liberũ* (inquit) *arbitriũ, naturaliter attri-*
butum animæ rationali à creatore, illa media vis eſt, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infideli-
tatem poteſt. Ideo voluntas illa, qua homo credit Deo, vocante Deo, ſurgit de libero arb. quod natura-
liter cum crearetur accepit. Sic & alio in loco: *Vtrumque* (inquit) *tam credere; quam bonum ope-*
rari, & noſtrum eſt propter arbitrium voluntatis, & vtrumque tamen datum eſt per ſpiritum fi-
dei & charitatis. Et paulò pòſt, *Vtrumque Dei eſt, quia præparat voluntatem; & vtrunque noſtrũ*
eſt, quia non fit niſi volentibus nobis. Hæc ille de prædeſt. ſanctorum, lib. 1. cap. 3. & Retract.
lib. 1. cap. 23.

Atque hanc eſſe conſtantem atque perpetuam D. Auguſt. doctrinam, vel hinc liqui-
dò apparebit; quod cum ante Pelagianam hæreſim exortam, in libris contra Mani-
chæos naturæ noſtræ libertatem, in bono capeſſendo ſæpius aſſeruiſſet, in Retractatio-
nibus ſuis circa finem vitæ ſuæ ſcriptis, hoc ipſum non retractat, ſed confirmat. *Dixeram*
(inquit) *niſi quiſque voluntatem mutauerit, bonum operari non poteſt; quod in noſtra poteſtate eſſe*
Poteſtas hominis niſi à Deo detur, fruſtra operatur. *ſitum, Deus docet, vbi ait, Aut facite arborem bonam,* &c. *Quod non eſt contra gratiam Dei, quam*
nos prædicamus. In voluntate quippe hominis eſt, mutare voluntatem in melius; ſed ea poteſtas nulla
eſt, niſi à Deo detur; de quo dictum eſt: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Cum enim hoc ſit in poteſta-
te, quod quid volumus facimus, nihil tam in poteſtate, quam ipſa voluntas eſt. Sed præparatur volũtas à F
Domino. Hæc ille Retract. lib. 1. cap. 22. Quam etiam ſententiam repetit lib. 1. cap. 9. Re-
tract. nihil eorum mutans, quæ in libris de libero arbitrio, pro libertate hominis ad bo-
num faciendum, & ad malum vitandum ſcripſerat; niſi quòd gratiæ etiam auxilium
concurrere oportere adiecit: quod ante Pelagianos exortes non negauit, ſed tacuit,
quia de ea quæſtio tunc nulla fuerat. Itáque non ſolum Græcorum Patrum, & ſcholæ
Theologicæ (vt dicunt Proteſtantes) ſed etiam ipſius Auguſtini ſententia & doctrina
eſt: voluntatis libertatem, & actiuitatem, à natura inſitam, ſuam propriam actionem in
operibus ſpiritualibus, ope & auxilio gratiæ adiutã, & excitatam exercere. Quod & ire-
De vocat. gent. lib. 2. cap. 12. rum apertiſſimè docuit, in lib de Eccleſiaſt. dogmatibus, cap. 21. *Homo* (inquit) *naturæ per-*
didit bonum, & vigorem arbitrij, non tamen electionem, ne nõ eſſet ſuum quod euitaret peccatum, nec
merito indulgeretur, quod non arbitrio diluiſſet, Hæc ille: Quibus verbis ſimillima, & Proſper.
Multis (inquit) *qui iam iudicio rationis vtuntur, ideò liberum eſt diſcedere, vt non diſceßiſſe ſit præ-*
mium: & vt quod non poteſt niſi cooperante Spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id po-
tuit voluntate non fieri. Hæc ille.

Cauillationes

A *Cauillationes Proteſtantum, quibus has quatuor probationes eludere conantur, breuiter, & ſolidè diluuntur.*

CAPVT IIII.

ATQVE his quidem argumentis, Catholicæ ſententiæ veritas, (quod ad primum caput attinet) ſatis confirmata videri poteſt. Videamus nunc quibus argumentis, vel hæc noſtra ſubuertere, vel ſuam ſententiam ſtabilire, hodiè Proteſtantes ſoleant. Ad primum argumenti genus reſpondent, Pelagianum eſſe argumentum, ſæpius ab ipſo Auguſtino exploſum: Sic enim ſcribit Auguſtinus libr. de gratia, & libero arbitr. cap. 16. *Magnum aliquid Pelagiani ſe ſcire putant, quando dicunt: Non iuberet Deus quod ſciret ab homine non poſſe fieri.* Sed notandum quid hic reſpondeat Auguſtinus. Non enim ſic reſpondet quaſi argumentum ipſum non eſſet bonum & validum, quo ipſemet tam frequenter, & conſtanter eſt vſus, vt ſuprà allegauimus; ſed quia in ſenſu Pelagiano argumentum non eſt bonum. Non enim ſequitur, quia Deus iubet aliqua fieri, ergo homines poſſunt ea ſuis viribus facere, vt argumentatur Pelagius: ſed
B bene ſequitur: ergo poſſunt homines ea aliquo modo facere: ſcilicet per adiutorium Dei, vt argumentatur Auguſtinus. Sic enim poſt verba allegata proſequitur. *Quis hoc neſcit. Sed ideò iubet aliqua quæ non poſſumus, vt nouerimus quid ab illo petere debeamus.* Hæc ibi. Sic quam ſæpiſſimè in lib. de Natura, & Gratia, vrgente Pelagio, *Deum non iubere impoſsibilia,* Reſpondet: Non, *Deus impoſsibilia iubet, ſed iubēdo admonet, & facere quod poſsis, & petere quod non poſsis.* cap. 43. & rurſum. *Quid de naturæ poſsibilitate præſumitur? Gratia medicinalis quæratur, & tota controuerſia finiatur,* cap. 53. & 54. Et iterum. *Rectè quidem diſputat non eſſe impoſſibile, hominem poſſe eſſe ſine peccato; & hoc in hominis poſitum eſſe facultate. Sed vnde hoc poſsibile ſit fateatur, & pax eſt. Ipſa enim eſt gratia,* &c. cap. 59. Pelagianum ergo eſt propter poſſibilitatem obſeruandi mandata, ponere illam in homine tanquam ex homine, & tanquam ex ſolis humanæ voluntatis viribus; ſed propter eandem ponere in homine voluntatis humanæ à Deo adiutæ, & liberi arbitrij à Deo excitati efficaciam, & cooperationem, non Pelagianum, ſed Auguſtinianum, & orthodoxum eſt.

Ex poſsibilitate obſeruandi mandata neceſſariò ſequitur poſsibilitas liberi arbitrij, ſed à gratia adiuti.

Ad ſecundi argumenti loca ſic reſpondent Proteſtantes, vt dicant probari quidem ex illis, volentes nos opera ſpiritualia facere, non inuitos, aut coactos, ideóque mercedem conſequi; non autem probari, vel voluntatem ipſam ex ſe aliquid facere, vel aliter facere niſi quando iam cœpit fieri bona, & eſt ad Deum conuerſa: in ipſa autem conuerſione prima nihil facere. Sed vanā eſſe hanc reſponſionem ex eo fit liquidum, quòd nec voluntas in hoc argumento ex ſe aliquid facere, ſed cum adiutorio gratiæ ponatur; nec ad mercedis & iudicij veritatem ſatis ſit, ipſorum iam iuſtorum opera eſſe voluntaria, ſed neceſſe eſt vt totus iuſtitiæ curſus, tam in præparatione neceſſaria, (de qua etiam
C Scripturæ citatæ loquuntur) quàm in ipſa ſuſceptione, eiúſque profectu, & incremento ſit quoque voluntarius.

Ad tertij argumenti loca, cauillantur potius quàm reſpondent. Aiunt enim nos inuertere doctrinam Auguſtini, quaſi gratia tantum moueat & excitet, voluntas verò ex ſe habeat conſentiendi facultatem, & efficaciam ad actiones ſpirituales, naturaliter ex prima natiuitate acceptam, & non ex dono & operatione ſpiritus ſancti collatam. Cui cauillationi breuiter reſpondendum: Pelagianam hanc ſentētiam fuiſſe, orthodoxorum nunquam. Sed aliud eſt voluntatem humanam habere vim conſentiendi, & in vtramque partē ſe flectendi ſimpliciter, & abſolutè; aliud habere vim conſentiendi, ſic id eſt, ad bonum meritorium & Deo vocanti acquieſcere. Hoc enim non ſolius voluntatis, ſed gratiæ & voluntatis eſſe, aſſerimus; vt ſanè gratia non ſolum excitet (quod ſola facit) ſed etiam excitatam voluntatem adiuuet ad conſentiendū excitanti gratiæ: quod ſola gratia non facit, ſed coöperante libero arbitrio. Quod ſanè ex illo loco Auguſtini; quem ad hanc cauillationem confirmandam affert Chemnitius, luculenter apparet. Cum enim dixiſſet Auguſtinus, lib. 2. cap. 6. de pecc. merit. & remiſſ. *Liberum arbitrium*

Proteſtantium falſitas.

Latum diſcrimē inter orthodoxā & pelagianam ſententiam circa voluntatis efficaciam ad bonum.

ad Dei gratiam,hoc eſt ad Dei dona pertinere non ambigo,non tantum vt ſic,verum etiam vt bonum ſit:id eſt,ad facienda mandata Domini conuertatur,(ex quibus verbis, conuerſionem totam à ſolo Deo effectiuè produci, argumētatur Chemnitius) ſubiungit ſtatim.[*Atque ita Dei gratia non ſolum oſtendat quid faciendum ſit*](quod eſt contra Pelagium)*ſed etiam adiuuet vt poſſit fieri quod oſtenderit*,quod eſt pro nobis.Vbi eum adiuuari liberum arbitrium fatetur, ibi aliquid agere liberum arbitrium Auguſtinus docet,vt ſuprà ex apertiſſimus eius verbis in hoc argumento tertiò perſpeximus. Sed de hac re tota paulò pòſt explicatius agetur. D

Infra cap.10.

Pelagiana ſententia de naturæ actiuitate ad bonum.

Ad quartum argumentum reſpondent, hoc totum intelligi de capacitate naturali ipſius liberi arbitrij,non autem de actiuitate aliqua ipſius.Pelagianam eam eſſe ſententiam,dicere *diuerſæ naturæ noſtræ poſsibilitatem, vtriuſque partis à Deo inſitam, velut quandam radicem fructiferam, atque fœcundam, quæ ex voluntate hominis diuerſa gignat,& pariat,ad proprij cultoris arbitrium*. Sicuti commemorat Auguſtinus in lib.de gratia Chriſti, cap. 18. móxque eandem ſententiam confutat,dicens: *radicem bonorum eſſe charitatem,malorum cupiditatem: poſsibilitatem autem naturæ noſtræ vtriuſque huius radicis eſſe capacem*: cap. 20. ibidem. Idem ex Ambroſio docet lib.2.contra Iulia. Bernardus quoque dicit: *Deus author ſalutis eſt,liberum arbitrium tantum capax*. In lib.de Gratia & Libero arbit. Volunt itáque Proteſtantes capacitatem tantum boni ineſſe nobis; vt videlicet preueniente gratia,voluntas noſtra ſuſceptiua ſit tantum ipſius gratiæ,aliorúmque operum ſpiritualium, non autem operatiua.Quod eſt dicere,paſſiuè ſe tantum habere,nihil autem agere,ne quidem cum gratia in prima ſua conuerſione. Nam idcireò docuit Lutherus (vt citat Chemnitius)quòd quando Patres liberum arbitrium,defendunt capacitatem eius prædicant; quòd ſcilicet verti poteſt ab bonum per Dei gratiam, nō autē quòd ſeipſum vertat cum gratia.Ideóque vocandam eſſe hanc capacitatem paſſiuam.Hæc Chemnitius. E

Auguſtinus docet operatiuam vim voluntatis ad bonum non ſuſceptiuam tātum.

Sed hæc diſtinctio,ſeu potius cauillatio eſt, à SS. Patrum, & ab ipſius Auguſtini ſententia maximè aliena.Nam Auguſtinus in locis citatis,diſertè de voluntate gratiæ, auxilio iam præuenta,& adiuta,actiuè loquitur,non paſſiuè.Ideóque operatiuam vim,nō ſuſceptiuam tātum,aut capacitatem voluntati tribuit.Dicit enim, *in poteſtate hominis eſſe, mutare in melius voluntatem ſuam* Retract.lib.1.cap.22.Mutare autem actiuum eſt.Rurſum ait,*ipſum credere noſtrum opus eſſe*, de prædeſt.ſanct.lib.1.cap.3. Item, *nos adiungere voluntatem noſtram Deo,& eam agere ibi aliquid*,tract.4.in epiſt.Ioan. Denique *voluntatem illam qua homo credit Deo,ſurgere de libero arbitrio quod naturaliter accepit*, nempe per gratiam adiuto,& renouato; de Spiritu & Lit.cap.33.ac poſtremo ibidem cap.34. *eſſe propriæ voluntatis opus, vel conſentire,vel diſſentire vocationi Dei*. Quod ad D.Bernardi verba attinet,ſeipſum in ſequenti explicat.Ait enim. *Quod ergo à ſolo Deo eſt,& ſoli datur libero arbitrio, tam abſque conſenſu eſſe non poteſt accipientis,quam abſque gratia dantis*.Hæc ille ibidem.

De prædeſt. ſanct. lib.1. cap.5.

Capacitas eſt in natura vitiata, actiuitas in renouata

Deinde(quod notandum eſt)capacitas iſta vtriuſque radicis virtutum & vitiorum,naturæ eſt etiam iam vitiatæ,& nondum ſanatæ. *Poſſe habere fidem,& charitatem* (ait Auguſtinus) *naturæ eſt hominum*. Et apertius Ambroſius ab Auguſtino citatus,lib.2.contra Iulianum dicit, *naturam noſtram quæ ſub peccato naſcitur, & cuius ortus in vitio eſt, eſſe iuſtificationis capacem,ſed per gratiam Dei*: ſcilicet quoad effectum, & vt illa potentia perducatur in actum. Superaddit enim gratia naturæ, eámque perficit, vt quod in natura iam corrupta ſolum per potentiam erat, eámque remotam;adueniēte gratia, incipiat eſſe actu: non ſolum vt ſuſcipiat motus nouos ſpirituales,tanquam ſubiectum brutum, ſed etiam vt agat eoſdem motus,tanquam ſubiectum rationale, id eſt, liberè. Et hæc eſt ſecunda F

Secunda gratia & mediatoris noſtri eſt actiuitas voluntatis ad bonum.

illa gratia,quam Chriſtus mediator affert, *non ſolum habere iuſtitiam ſi volumus, quæ fuit gratia Adamo data; ſed etiam velle iuſtitiam, & tantam velle,vt voluntatem carnis voluntate ſpiritus vincamus: nec ſolum poſſe quod volumus, ſed etiam velle quod poſſumus*. Hæc Auguſtinus de corrept.& gratia cap.11.Et alibi. *Deus facit, vt faciamus,præbendo vires efficaciſsimas voluntati*: De Gratia & Libero arbitr.cap.16.Hæc tamen efficaciſſima Dei operatio, ſeu motio, voluntatis vim illi non infert, nec libertatem eius tollit, quia ſic Deus diſponit omnia ſuauiter,vt non corrumpat naturam,(ait Dionyſius de Diuinis nom.cap.4.)ſed vt ſinat illa quæ libera ſunt,liberè agere,quæ neceſſaria neceſſariò: magis ſuæ omnipotētiæ conuenire exiſtimans,ſi ſecundis cauſis cooperationem aliquam iuxta propriū modum ipſarum,& cauſandi dignitatem creaturis tribuat,quam ſi abſoluta neceſſitate, ex primæ cauſæ motu omnia ſolus faceret. Quod notatum vide in D. Thom. id eſt, parte quæſt.

A quæſt.22.ar.4. de productione rerum; & q.103.arti.6. de gubernatione vniuerſi; & q.106. art.4. de Angelis. Sed ad rem præſentem ſcripſit eleganter Bernardus, quòd, *quemadmodum in operibus quæ facimus per ſolum Dei concurſum naturalem ſiue generalem, libertati noſtræ non præiudicat concurſus diuinus; ita neque in operibus ſpiritualibus, præiudicat concurſus gratuitus, ſiue ſpecialis.* Hæc ille. Quare vt in ciuilibus actionibus, per naturæ vires, & concurſum Dei generalem, liberè agimus: Ita in operibus ſpiritualibus per gratiam, & concurſum Dei ſpecialem, liberè quoque agimus.

In lib. de gratia & lib. arbitrio.

Et hæc eſt Auguſtini ſententia in lib. de Spiritu & Lit. ca.31. Mouens enim hanc quæſtionem, *an fides ſit in hominis poteſtate poſita*, id eſt, an aliquid ſit in homine, vnde poſſit credere ſi velit, primum docet, *voluntate multa fieri à nolentibus & inuitis, ſed non plena & libera voluntate, ad ea verò nos poteſtatem habere, in quibus voluntati adiacet faciendi facultas*, id eſt, *quæ ſi volumus facimus, ſi nolumus non facimus.* Deinde *quia ſi volumus conſentire, credimus; ſi conſentire nolumus non credimus, conſenſio autem niſi volentis eſt*, concludit, *fidem in poteſtate hominum eſſe, ſed illam poteſtatem à Deo dari*, non à natura acceptã fuiſſe: data tamen poteſtate cõſentiendi, & volendi credere, ipſum cõſentire, & velle noſtrum eſſe, & liberum eſſe. *Nuſquam enim* (inquit) *legimus: non eſt voluntas niſi à Deo; & rectè non ſcriptum eſt, quia verùm non eſt. Alioquin peccatorum* (quod abſit) *author eſſet Deus. Poteſtatem tamen malam voluntatẽ implendi, à Deo iuſto Dei Iudicio dari.* Sed (inquit) *cum poteſtas datur, non neceſſitas vtique imponitur.* Hæc ille. Similiter cum poteſtas credendi, & benefaciendi datur non neceſſitas imponitur, ſed liberè voluntas vel conſentit & vult, vel diſſentit & non vult. Vnde in ſequentibus

Diſputatio Auguſt. an fides ſit in hominum poteſtate.

B concludit cap.34. *voluntatem credendi donum quidem Dei eſſe, non ſolum quia de libero ſurgit arbitrio, quod cùm crearemur accepimus, ſed etiam quia vel ſuaſionibus ſanctis, agit Deus vt velimus, aut intrinſecis inſpirando, aut extrinſecis per Euangelij prædicationem, vel ipſum velle credere operatur in nobis*: id eſt, dat poteſtatem qua velimus. Tamen *huic vocationi Dei* ſiue intrinſecæ, ſiue extrinſecæ: & ipſi intrinſecæ ſiue mediatè, ſiue immediatè, *conſentire, vel ab ea diſſentire propriæ voluntatis eſſe* concludit.

Huic autem inſigni loco, & diſputationi: S. Auguſtini, quid reſpondere conẽtur Proteſtantes, operæ precium eſt videre. Aiunt nimirum hunc locum ab Auguſtino retractatum fuiſſe, non quidem in ipſis retractationibus, ſed in poſterioribus ſcriptis: nempè in lib. de Prædeſtinatione ſanct. cap.3. quem ſanè librum, in poſtrema ætate ſcripſit. Ait autem ibi, *Non putabam eum fidem Dei gratia præueniri, ſed vt prædicato nobis Euangelio conſentiremus, noſtrum eſſe proprium, & nobis ex nobis eſſe arbitrabar. Quem meum errorem nonnulla opuſcula mea ſatis indicant.* (Huc vſque citant eum Proteſtantes reſecantes hæc verba quæ ſequuntur) *antè epiſcopatum meum ſcripta.* Intelligit eum Auguſtinus, in his ſuis verbis, libellum ſuum de expoſitione inchoata in epiſt. ad Rom. quem ſcripſerat nondum Epiſcopus, vt ipſemet narrat lib.1. cap.23. retract. vbi de gratia fidem præueniẽte nihil dixerat; non autem intelligit hunc librum de Spiritu, & Lit. vbi de gratia præueniente quàm diligentiſſimè diſputauit, & quem librum iam Epiſcopus ſcripſit: idq; poſt alia contra opuſcula contra Pelagianos ſcripta, vt ipſemet narrat Retract. lib.2. cap.37. vbi quæ erant in hoc libro retractanda retractat, verba tamen, & diſputationem, à nobis productam nulla

C planè ex parte retractat.

Sed & aliam cauillationem commentitus eſt Chemnitius, ad eadem verba eludenda. Ait enim [Auguſtinus dicit conſentire & diſſentire propriè (aduerbialiter) eſſe voluntatis, ſicut dicimus intelligere proprium eſſe mentis, velle voluntatis. Illa ſententia poſtea ita deprauata eſt. Conſentire in ſpiritualibus propriæ eſſe voluntatis, hoc eſt, ex propriis viribus. Quantum verò, inter hæc duo interſit, Conſentire eſt propriè volũtatis, & propriæ voluntatis manifeſtum eſt.] Hæc ille. Vult ergo dicere, Auguſtinum, quòd cõſentire gratiæ Dei, ſit quidem opus voluntatis, non autem noſtræ voluntatis, ſed voluntatis à ſolo Deo actæ, tractæ, & efficaciter productæ, vt ſic conſentire non ſit opus noſtrum, ſed Dei in nobis, Sed hanc cauillationem, quæ voluntatem paſſiuam, non actiuam ponit, manifeſtè multa conuellunt. Primum enim textus Auguſtini habet *propriæ voluntatis*, adiectiuè non aduerbialiter, vt inſpecti codices manifeſtant. Deinde eodem modo loquitur in lib. de gratia, & Libero arbit. capite 3. *Velle* (inquit) *& nolle propriæ voluntatis eſt*, adiectiuè ſcilicet. Præterea diſertè docet Auguſtinus, multis in locis iamdudum citatis, credere & velle, non ſolum in nobis eſſe, ſed & opus noſtrum eſſe: *os aperimus opere noſtro. Aliquid agit qui adiuuatur. Voluntatem noſtram adiungimus Deo. Credere noſtrum*

Quod conſentire vocanti Deo voluntatis noſtræ ſit.

eſt quia non fit niſi volentibus nobis. Nos ergo volumus, idque voluntate noſtra, & propria; D ex gratia quidem excitante, & adiuuante cauſaliter, non ex propriis viribus, propria tamen actione formaliter quantum ad modum agendi. Conſentire enim vocanti Deo eſt gratiæ quidem ratione principij, & eſt à voluntate tum ratione principij, ſed principiati, ſiue immediati, tum etiam ratione ſubiecti. Denique aliud eſt, quid, & quantũ poſſit voluntas, vel ex Deo, vel ex ſe: Aliud verò quomodo agit voluntas ſecundum modum naturæ ſuæ. Poſtremò hoc eſt quod Patres Concil. Arauſicani 2. can. 9. dixerunt, *Deus in nobis & nobiſcum vt operemur operari.* Hoc eſt quod Proſper ſcripſit. *Deus ſic ſanat, vulnera ſauciat: vt quod in ipſo agit, etiam per ipſum agatur.* De vocat. gentium lib. 1. cap. 8. Hoc Denique eſt quod Auguſtinus ipſe apertiſſimè ſcripſit, *Deum qui creauit nos ſine nobis, non ſaluare nos ſine nobis.* Enarrat in Pſal. 144. Liberè autem hoc totum agi, apertiſſimè Auguſtinus docuit. *Credere,* (inquit) *vel non credere, eſt in arbitrio voluntatis humanæ*, lib. 1. de prędeſt. ſanct. ca. 5. & lib. eodem cap. 3. *Vtrùmque noſtrum eſt propter arbitrium voluntatis.* Quid eſt autem arbitrium voluntatis, niſi libera voluntatis electio? Sed de hac re in ſequenti cap. plura.

Neque verò hæc doctrina partitur inter nos & Deum quod ſoli Deo in ſolidum tribui debebat, vt ſæpenumero obiectat Caluinus Inſtitu. lib. 2. c. 3. & lib. 3. ca. 15. ſect. 3. quia totum tribuitur Deo, vt cauſæ primariæ, maximéq; efficaci: volũtati autem vt cauſæ ſecundariæ tantum, & ſubordinatæ tribuitur cooperatio. Sed vt Caluino plenius reſpondeatur, reſpondebit ipſemet Caluinus: defendens enim confirmationem & augmẽtum fidei per Sacramenta, quæ ad hunc effectum data eſſe docet, & occurrens obiectioni eorum, qui hac ratione fruſtra dari Spiritum S. diſputabant, cuius virtus, atque opus eſt inchoare, tueri, conſummare fidem, reſpondet, *propriũ hoc, & ſolidum* [*Spiritus Sancti opus eſſe, verum* (inquit) *pro vno Dei beneficio, quod ipſi prædicant, nos tria perpendimus.* Nam primum nos verbo ſuo docet & inſtituit dominus. *Deinde Sacramentis confirmat: poſtremo S. ſui Spiritus lumine nobis illucet:*] Et paulò pòſt [*Itáque ſic inter Spiritum ſacramentáque partior, vt penes illum agendi virtus reſideat, his miniſterium tantum relinquatur.* Hæc illæ Inſtit. lib. 4. c. 14. ſect. 8. & 9. Non aliter ſanè pro vno Dei beneficio, quod ſolum hic locũ habere vult Caluinus, nos duo ponimus. Dei gratiam tum præuenientem, tum perpetuò nos proſequentem & adiuuantem; atque liberam hominis voluntatem à Deo inſitam. Nec tam inter Deum & hominis voluntatem partimur, (vt ille ſe inter Spiritum & ſacramenta partiri, audacter ſed ſtolidè affirmat) verum totum boni operis effectum, Dei gratiæ in vno genere cauſæ & totum eũdem libero hominis arbitrio in alio genere cauſæ attribuimus. Cuius rei rationem, poſtea in diſputatione de merito, magis enucleabimus. Infra lib. 10. cap. 12.

Quæ Proteſtantes contra Liberi arbitrij cum præueniente gratia cooperationem ex Scripturis diſputant, refelluntur.

CAPVT V.

VIDEAMVS NVNC, quæ contra liberi arbitrij cum præueniente gratia cooperationem, afferunt Proteſtantes. In illorum enim examine, multo adhuc clarius huius controuerſiæ veritas eluceſcet. Argumentantur autem ex ſcripturis, & ex Auguſtino valdè copioſè, ſed prorſus cauillatoriè & ſophiſticè. Scripturarum teſtimonia incertas claſſes diſtribuunt. In prima claſſe ea afferunt quæ loquuntur de Libero arbitrio priuatiuè, omnem illi efficatiam ad opera ſpiritualia prorſus negando. Qualia ſunt illa, vbi non renati vocantur *tenebræ*. Epheſ. 5. Ioan. 1. & 3. Item vbi vocantur *mortui*, non tantum ægroti & infirmi, Act. 26. Epheſ. 2. Coloſſenſ. 2. Et hæc quidem in genere dicuntur: alia explicatius de ipſa inefficacia, ad ipſa opera ſpiritualia; vt illud, *Animalis homo non percipit illa quæ ſunt ſpiritus Dei*, &c. 1. Corin. 3. Rurſum: *non ſumus idonei cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis* 2. Corinth. 3. *Nemo nouit Patrem, niſi cui voluerit filius reuelare*, Matth 11. *Prudentia carnis legi Dei ſubiecta non eſt,* neque

A *neque enim poteſt*. Rom.8. Quæ omnia loca, ad intellectus noſtri inefficaciam pertinent.

Sequuntur nunc quæ ad voluntatis quoque omnimodam inefficaciam ſpectant. *Sine me nihil poteſtis facere*, Ioan.15. *Natura ſumus oleaſtri*, ad Rom. 11. *Quid habes quod non accepiſti?* 1.Cor.4. *Nemo poteſt venire ad me niſi Pater meus traxerit illum* Ioan.6. Ex quibus omnibus locis concludit Chemnitius, [hæc teſtimonia manifeſtiſſimè oſtendunt, naturam non renatam ex ſe, & in ſe prorſus nullam habere, vim, efficaciam, aut facultatem, quam ex ſe conferat vt gratiæ propriis viribus aliquid cooperetur, ad inchoandas, & efficiendas actiones ſpirituales. Detrahitur enim illi velle, cogitare, poſſe, & facere, quod ad ſpirituales actiones attinet.] Hæc ille. Sed breuiſſimè reſponderi poſſet, hoc totum verum eſſe, abſque præueniente illuminante, excitante, ac denique adiuuante gratia: Ideóque hæc contra Pelagianos, bene militare qui gratiam negabāt, non autem contra nos, qui cooperationem liberi arbitrij non ex propriis viribus, ſed ex adiutorio gratiæ ponimus. Præterea, hæc omnia, probant quidem voluntatem eſſe inualidam ad operationes ſanctas, vt non ſine nouis viribus à Deo datis, aliquid in eo genere valeat; ſed non probant modum agendi, quo naturaliter agere ſolet, ſublatum eſſe; quo minus datis nouis viribus voluntati, agat volntas non ſolum vera actione, ſed etiam libera. Itáque infirmitatem naturæ probant, contra libertatem nihil probant. Nam (quod notandum eſt,) ſicut idem intellectus, eſt principium cognitionis naturalis & fidei: ſic eadem voluntatis libertas, vel idem voluntatis arbitrium, eſt principium omnium affectionum naturalium,

B & piarum. Ideò Auguſtinus dixit. *Credere vel non credere eſt in arbitrio voluntatis humanæ*. De prædeſt. ſanct. lib.1. cap. 5. Tertiò in tota hac humanæ naturæ inefficacia, diſcrimen notandum eſt, inter voluntatē & intellectū. Nam propter intellectus caliginem, ita *tenebræ* vocamur, ita *nō percipimus quæ Dei ſunt: nō cogitare, non ſcire, non ſapere poſſumus*, vt noua lux gratiæ adueniens, ſola in nobis operetur, nobis ibi nihil operantibus, ſed ſuſcipientibus tantum. Quùm enim intelligere ſit quoddam pati vt docuit Philoſophus, ideóq; *quibus viſis tangamur, aut quid cogitemus in noſtra poteſtate non eſt*, vt docuit Auguſtinus lib.3. cap.25. de Libero arbitrio; *nemo enim habet in poteſtate quid ei veniat in mentem*, ait idem Auguſtin. de Spiritu & Litera cap.34; Lux gratiæ intellectum irradians, à ſolo Deo eſt, vt ſuggeſtio Sathanæ, phantaſmata turpia intellectui obiectans, à ſolo Sathana eſt. Itáque in hoc genere merè paſſiuè nos habemus. At verò vt intellectus per voluntatis arbitriū, ei quod in mentē venit conſenſum præbeat, vel ab ea diſſentiat, hoc propriè voluntatis noſtræ opus eſt, vt in eiſdem locis iam citatis apertiſſimè docet Auguſtinus. Itáque cogitare ſancta, intelligere ea quę Dei ſunt, noſſe patrem, &c. à ſolo Deo ſunt. Sed *credere* illis quę cogitátur, & reuelantur, quòd *eſt cum aſſenſione cogitare*, (ait Auguſtinus lib.1. ca.2. de prædeſt. ſanct.) ſic eſt à Deo, vt etiam ſit opus noſtrum, quia *nemo credit niſi volens*, vt lib. eodem cap.3. & 5. docet Auguſtinus. In quibus ergo voluntas cum intellectu operatur; vt in credendo, ſperando, operando, aliter intelligendæ ſunt ſcripturæ prællegatæ quàm in puri, & ſolius intellectus apprehenſione. Nam quoad voluntatem, eatenus ſine gratia ſumus mortui, quatenus nos ipſos viuificare, aut per nos reſurgere non poſſumus, & in hoc tenet ſimilitudo: non tamen ita mortui, vt excitante nos gratia nihil ipſi agamus. Nam ſicut mors animæ eſt peccatum, & auerſio à Deo; ita vita eius eſt cōuerſio in Deū,

Quò ſenſu in ſcripturis tenebra vocantur nondum renati.

Intellectus ſe habet paſſiue circa ſua obiecta ſed nō voluntas.

Quatenus ſumus mortui ſine gratia.

C iuxta illud, *Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur ac viuat*. Ezech.33. Probatum autem iam eſt in ipſa conuerſione, aliquid nos agere, & Deo cooperari. Et huc pertinet quod dictum eſt, *Surge qui dormis, & illuminabit te Chriſtus* Epheſ.5. Aliáque illa ſcripturæ loca, quæ ſuprà in tertio argumenti genere dinumerauimus.

Supra cap.3.

Ad illud, *ſine me nihil poteſtis facere*, Reſp. *omnia poſſum, in eo qui me confortat*: Philipp. 4. Et notandum quod non dicit Chriſtus; Sine me nihil poteſt in vobis fieri; ſed ſine me nihil poteſtis facere: vnde datur intelligi, quod per eum, & cum eo, non ſolum multa in nobis à Deo fieri poſſunt, ſed etiam poſſumus ipſi facere. Quæ autem cum Deo facimus, in illis cooperamur Deo.

Rurſum quod dicit Apoſtolus. *Quid habes quod non accepiſti?* hoc, (ait Auguſtinus) *non ſolum non infirmat quod dictum eſt, vocationi Dei conſentire, vel ab ea diſſentire, propriè voluntatis eſſe, ſed etiam confirmat; Accipere quippe, & habere anima non poteſt dona, niſi conſentiendo: Ac per hoc quid habeat, & quid accipiat, Dei eſt; Accipere autem & habere, vtique accipientis, & habentis eſt*. Hæc ille de Spiritu & Lit. cap.34.

Quod Chriſtus dicit. Ioan.6. *nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit illū*, nihil cōtra

Tractus Dei nõ tollit liberi arbitrij cooperationem.

liberi arbitrij cooperationem facit. Primum enim, *trahi à Patre ad Chriſtum*, (ait Auguſt.) D *nihil aliud eſt, quam donum accipere à patre, quo credat in Chriſtum*, de prædeſt. ſanct. lib. 1. cap. 8. Idem docet contra 2. epiſto. Pela. lib. 1. cap. 3. Deinde non quia datur à Patre, ideo nihil facit liberum arbitrium. Itáque Auguſtinus explicans illa verba. *Non omnes capiunt verbũ hoc, ſed quibus datum eſt.* Matth. 19. poſt aliquantam diſputationem concludit. *Itáque vt hoc verbum quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & Dei donum eſt, & liberum arbitrium.* Hæc ille de gratia, & libero arbitrio. cap. 4. Rurſus illud trahi à Patre, non tollit libertatem attracti, ſed ideo dicitur trahi, & non duci à Patre, quia ipſam gratiam nulla in homine bona voluntas præceſſit, ſed principium eſt à Deo, non autem vt ſic trahatur, quaſi voluntas nihil agat, ſed agatur. Sic rem explicat Auguſtinus. *Non ait Dominus duxerit, vt illic aliquo modo intelligamus præcedere voluntatem. Quis trahitur ſi iam volebat? Et tamen nemo venit niſi velit. Trahitur ergo miris modis vt velit, ab illo qui nouit intus in ipſis hominum cordibus operari, non vt homines, (quod fieri non poteſt) nolentes credant, ſed vt volentes ex nolentibus fiant.* Hæc ille libro 1. capite 19. contra 2. Epiſt. Pelag. Paulo etiam apertius tract. 26. in Ioan. Trahi enim ad Chriſtum dicit ideo dici, *non quia violentia adhibetur, ſed quia voluntas excitatur.* Et paulo poſt interroganti, *quomodo voluntate credo, ſi trahor?* Reſpondet *Parum eſt voluntate; etiam voluptate traheris. Ramum viridem oſtendis oui, & trahis. Nuces puero demonſtrantur, & trahitur. Quid autem fortius deſiderat anima quam veritatem.* Hæc ille: diligenter oſtendens nullam vim voluntati adhiberi, ſed excitari & moueri illam in eo quod trahitur, moueri autem non ſolum vt velit, ſed etiam vt voluptate velit, hoc eſt, *plena ac libera voluntate* velit, ſicuti loquitur in libro de Spiritu, & lit. ca. 31. E

Eodem quoque modo Cyrillus Alexandrinus hæc verba exponit valdè diſertè lib. 4. cap. 5. & 6. in Ioannem. Hæc igitur Scripturarum claſſis, veritati Catholicæ nihil aduerſatur; ſed eam confirmat. Sed & hic quoque Caluini temeritas vel potius inſcitia notanda venit. [*Illud* (inquit) *toties à Chryſoſtomo repetitum repudiare neceſſe eſt. Quem trahit volentem trahit.*] Hæc ille Inſtitu. lib. 2. cap. 3. ſect. 10. Hoc enim dum arroganter & temerè dicit, eadem opera & Auguſtinum imprudens repudiat: quem vnum ſibi per omnia in hac quæſtione ſuffragari eodem lib. ac cap. pari temeritate & ignorantia iactitat.

Scriptura contra naturæ vires, non contra libertatem.

In ſecunda claſſe ponunt ea teſtimonia Scripturarum, quæ in voluntate, non ſolum defectus, & impotentiam, ſed etiam vitioſos habitus reſidentes deſcribunt; vt *cor durum.* ad Roma. 2. *cor Lapideum*, Ezech. 11. & 36. *Ceruix ferrea, frons ænea*: Eſai. 48. *cor prauum*, Ierem. 17. *Sicut æthiops non poteſt mutare pellem ſuam, &c.* Ierem. 23. His etiam addunt illas ſcripturas ad Roman. 7. & 8. Geneſ. 6. & 8. Ioan. 8. quæ deprauationem, humanæ naturæ deſcribunt, & quibus reſpondimus libro 2. cap. 11.

Deinde iubent expendi podera verborum quæ ſupra ſunt citata, quibus etiam addunt iſta Lucæ 24. *cor durum.* Pſalm. 5. *cor vanum.* Sed ex his omnibus nihil prorſus aliud inferunt, nec infere poſſunt, quam quòd natura humana, ſine gratia præueniente, excitante, adiuuante, emolliente, & conuertente corda peccatorum, nulli ſe ad Deum cõuertere peccatores poſſunt: quod contra vires naturæ, non contra libertatem voluntatis humanę, ideóque contra Pelagianos, non contra nos facit. Itáque hoc monuiſſe cõtenti, ad tertiam claſſem veniamus, cuius loca magis vrgere, & propriè ad rem præſentem pertinere videntur: Quin & illis locis reſpondendo, ad eorum quæ hic obiiciuntur F Scipturæ verborum elucidationem multa dicendi locus dabitur.

In tertia claſſe, illa loca ponunt, quæ propter defectus, vitioſóſque habitus in mente, & voluntate humana, naturaliter ex corruptione reſidentes, docere uidentur totam noſtram conuerſionem, à ſolo Deo potenti eius virtute fieri. Talia ſunt hæc. *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo cor nouum*, Ezechy. 11. & 36. *quia tenebræ non comprehenderunt lucem*, Ioann. 1. *Deus qui dixit ex tenebris Lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit cordibus noſtris &c.* 2. Corinth. 4. *Vidiſtis vniuerſa quæ fecit dominus &c. Et non dedit tibi dominus cor ad intelligendum* &c. Deuter. 29. *vobis datum eſt noſſe* &c. Matth. 13. *Cor mundum creauit in me Deus*: Pſal. 50. *Ipſius factura ſumus creati in Chriſto Ieſu in bonis operibus*: Epheſ. 2. *noua creatura.* Gal. 5. *Interior homo renouatur*: 2. Cor. 4. & ad Epheſ. 4. vocatur *regeneratio*, Tit. 3. & *renaſcentia*, Ioan. 3. & hoc totum à Deo: *qui incepit bonum opus in vobis perficiet*, Philip. 1. *Deus operatur in nobis velle, & perficere.* Philip. 2. *Sufficientia noſtra ex Deo eſt, non ex nobis*, 2. Corinth. 3. *Aperuit illis mentem, vt intelligerent ſcripturam*, Luc 24. Deus aperuit cor Lydiæ actor. 10. Denique *fides Dei donum* dicitur ad Epheſ. 2. idque ita vt ſit *Dei donum pure*, ait Lombardus. 1. ſenten. diſt.

A diſt. 27. ex quibus omnibus concludit Chemnitius, gratiam in conuerſione ſeu reno- „
uatione, non ita operari, quaſi reliqua ſit facultas quædam ad ſpiritualia, in corrupta „
natura ex prima natiuitate inſita & inhærens, quæ peccati quidem laqueis ita ſit con- „
ſtricta, & attenuata, vt niſi per gratiam Dei excitetur, & confirmetur, non poſſit in actũ „
prodire: Quando verò accedat gratia excitans, & adiuuans, tum naturalem illam vim „
progredi ad efficacem actum, vt poſſit concipere motus, & elicere actiones ſpirituales. „
Ita quidẽ pontificij cenſent, & docent. Hæc ille. Sed deprauat improbus ſententiam catholicorum, vt illam ad partes Pelagianas inclinare faciat. Non enim docent catholici, accedente gratia voluntatem naturalem vim ſuam exercere, in concipiendo motus, & eliciendo actiones ſpirituales, (tales enim motus & actiones, quatenus tales, fatentur & docent eſſe ſupernaturales) ſed docent in modo concipiendi, & eliciendi, tales actiones humanam voluntatem agere per modum naturę ſuæ, libera ſcilicet electione, & conſenſione naturæ tum per gratiam adiutæ, & liberatæ, quæ erat ligata, & ſerua, tum corroboratæ: quoque quæ erat attenuata.

Sententia catholica à Chemnitij deprauatione vindicata.

Et hic ſanè modus, eſt cooperatio tota liberi arbitrij quam aſſerimus; qnia hunc modum ſuperueniens gratia non tollit, ſed adiuuat & corroborat, vt poſtea oſtendimus. Itáque quod multis verbis oſtendit Chemnitius, nullam eſſe vim in humana natura, quę à gratia excitata ſecundum ſe, & ex ſe, talia operetur, à catholicis non negatur. Quod etiam addit, voluntatem ex naturalibus ſuis viribus, nihil effectiuè conferre ad primam B conuerſionem, verum quoque eſt, quia concurſum illum effectiuũ, ex adiuuante gratia habet, non ex ſola naturæ ſuæ conditione, & multo minus ex naturæ viribus. Quod autem tandem concludit, ex quibuſdam Auguſtini ſententiis malè intellectis, (quibus poſtea reſpõdebitur,) ita ſoli Deo totũ eſſe tribuendũ, vt nulla ſit cooperatio liberi arbitrij, illud ex Scripturis allegatis non ſequitur: quod nunc ex Augu. ipſo breuiter oſtendemus. Tantũmodo enim recolẽda hoc loco ſunt illa Auguſtini teſtimonia, quæ ſupra in primo & ſecundo argumento produximus. Docet enim in lib. de gratia & libero arbitrio, cap. 14. & 15. propterea in eiſdem locis vbi dicitur, *auferam cor Lapideum, & dabo cor nouum, & faciam vt faciatis, & mundabo vos &c.* Dicit quoque, *facite vobis cor nouum, nolite obdurare corda veſtra, proijcite à vobis iniquitates veſtras, &c. ne nihil ibi agere putentur homines per liberum arbitrium.* Præterea quod Apoſtolus dicit, *Deum operari in nobis, & velle & perficere,* ex ponit Auguſtinus hunc in modum. *Non quia dixit Apoſtolus, Deus eſt qui operatur &c. ideo liberum arbitrium ſuſtuliſſe putandus eſt, Quod ſi ita eſſet non ſuperius dixiſſet, cum timore, & tremore, veſtram ſalutem operamini. Quando enim iubentur, vt ipſi operentur, liberum eorum conuenitur arbitrium.* Hæc ille, lib. de gratia & libero arbitrio, cap. 9. Et iterum paulo plenius in libro de gratia Chriſti cap. 25. *Deus quidem non ſolum poſſe noſtrum donauit, & adiuuat, ſed etiam velle, & operari operatur in nobis: non quia nos non volumus, aut nos non agimus, ſed quia ſine ipſius adiutorio, nec volumus aliquid boni, nec agimus:* Hæc ille. Denique, hoc ipſum quod Deus dicitur *operari in nobis velle,* non eſſe aliud quam adiutorium Dei, idem Auguſtinus apertè docet his verbis. *Non eſt homo bonus ſi nolit, ſed gratia Dei ad hoc adiuuatur, vt velit, quoniam non inaniter ſcriptum eſt, Deus eſt qui operatur in nobis velle,* &c. Hæc ille lib. 1. cap. 18. contra 2. epiſtol. Pelagian. Semper autem adiutorium Dei conſignificat aliquod opus no- C ſtrum iuxta apertam Auguſtini doctrinam ſupra citatam ex tractatu 4. in Ioan. epiſto. & ex lib. 2. cap. 5. de pecca. merit. & remiſſ & in lib. de perfectione iuſtitiæ: Non ergo ſic Deus operatur velle, vt ipſum velle nõ ſit opus noſtrum, opus humanum, opus liberum: Sed plura vt plenius paulo poſt dicemus. Attamen vel ex iſtis, Caluini pertinacia & inſcitia luculenter perſpici poteſt. Ille enim diſſimulata hac tota Auguſtini explicatione luculenta, totum tamen Auguſtinum à ſua parte ſtare impudẽtiſſimè affirmans, (ait enim, [*non erit intempeſtiuum ſi palã fecero mihi cum Auguſtino non male conuenire, cui plurimum authoritatis meritò defert piorum conſenſus,*] Inſtit. lib. 2. cap. 3. ſect. 8.) ſic vrget iſtas Scripturas quaſi prorſus liberum arbitrium tollerent, quas tamẽ Aug. ex propoſito diſputat & oſtẽdit in lib. de grat. & lib. arb. c. 14. & 15. quòd liberum arbitriũ nullo modo tollunt. Vrget enim [*ideo eſſe dictum, Auferam cor lapideum, quia vt in lapide nulla eſt mollities, qui adminiculo tenerior factus flexum quemlibet recipiat, ſic neque ductile eſſe cor hominis ad recti obediẽtiam*] Hæc ille lib. & cap. eodẽ ſect. 6. Quaſi propheta, quia cor peccatoris cor lapideũ vocat, ideo etiã lapidem vocet, aut lapidis naturã induiſſe doceat. Eſt autem cor lapideũ ſimile lapidi in duritia, quatenus durum eſt & inflexibile ad bonũ ſpirituale ex ſe, non autem quatenus eſt prorſus inflexibile, etiam cum adiutorio flectentis, ſicuti lapis eſt.

Cooperatio liberi arbitrij ex Scripturis allegatis non tollitur.

Vrget etiam quòd Apoſtolus, dicit *operari in nobis velle*: ad Philip. 2. *Hoc enim nõ eſſe opitu-* D
lari infirmæ voluntati, ſed quicquid boni eſt in voluntate, eſſe vnius gratiæ opus. Hæc ille ibidem.
Nec aduertere voluit Auguſtinum ſic hæc ipſa Apoſtoli verba expoſuiſſe, vt non propterea ſuſtulerit Apoſtolus liberum arbitrium, vt modo ex eo citauimus, & adhuc plura poſtea afferemus. Sed hæc eſt Caluini & arrogantia & impudentia. Arroganter ſuum ſenſum adfert contra ſenſum Patrum. Impudenter tamen ipſos Patres ſecum ſtare pronunciat.

Quæ ex Sanct. Auguſtino diſputat Chemnitius, vt ex eius mente & ſententia cooperationem liberi arbitrij tollat, excutiuntur: & contra mentem S. Auguſtini prolata eſſe oſtenduntur.

CAPVT VI.

EX Auguſtino ſic contra cooperationem liberi arbitrij, in præuo-
niente gratia, diſputat Chemnitius, vt Auguſtini mentem eſſe do-
ceat, illum voluntatis noſtræ actum, quo ad Deum conuertimur, eſſe E
ſolius Dei opus, non etiam noſtrum opus. Putat enim cõſequi, ſi no-
ſtrum ſit opus, in prima illa conuerſione Deo vocanti conſentire, ali-
quid eſſe in viribus noſtris poſitum, quod ex gratia renouationis non
Chemnitij & reliquorũ Proteſtãtum error. accepimus, vnde ad Deum conuertamur: quod haud dubiè Pelagianum eſt: Sed notandum eſt, aliud eſſe dicere, vt vocanti Deo in prima conuerſione cõſentiamus, ex viribus naturæ noſtræ nos habere, aliud verò noſtrum opus illud eſſe.
Noſtrum enim opus, dicitur propter modum conſentiendi Deo, liberum ſcilicet & humanum. Ex viribus autem naturæ eſſe, ſi vocanti, & excitanti Deo abſque vlla adiuuante gratia, per poſſibilitatem quandam propriam & naturalem conſentire, vel oblatam gratiam acceptare nos poſſe diceremus.

Itáque prius illud clarè docet Auguſtinus, poſterius iſtud non docet, ſed tanquã Pelagianum condemnat; ponens propterea non ſolum excitantẽ, ſed etiam adiuuãtem gratiam. Sed vide nunc, vt hanc Auguſtini doctrinam peruertere conetur Chemnitius. Auguſtinus (inquit) dicit in li. de prædeſt ſanct. c. 3. *noſtrum eſſe credere, & operari velle, quia hoc non fit niſi volentibus nobis*. Illud vero ita explicat ad Bonifaciũ li. 1. c. 19. *Chriſtus nõ dicit duxerit, vt illic aliquo modo intelligamus præcedere voluntatem, ſed dicit traxerit. Quis autem trahitur ſi iã volebat? Trahitur ergo miru modu vt velit ab illo qui nouit intus in ipſis hominũ cordibus operari, non vt homines (quod fieri non poteſt) nolentes credant, ſed vt volentes ex nolentibus fiant*. Et in Enchyridio c. 32. *Nolentem præuenit vt velit: volentẽ ſubſequitur ne fruſtra velit*. Hæc affert Chẽ-
nitus vt doceat ſolius Dei opus eſſe, primum illud noſtrũ velle bonũ aut credere. Adde F
autem his quod ait Augu. de bono perſeuerantiæ li. 2. c. 13. *Viuimus rectè ſi totum Deo demus non illi ex parte, nobis ex parte*. Et in Enchyridio cap. 32. *Si propterea dictum eſt, non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis, quia ex vtróque fit, id eſt ex voluntate hominis & miſericordia Dei, cur & non è contrario rectè dicitur, non miſerentis eſt Dei, ſed volentis eſt hominis, quia id miſericordia Dei ſola non implet? Quod tamen nullus Chriſtianus dicere auderet*. Hæc ille. Sed reſ-
Rom. 9. pondetur tum his locis tum aliis ſimilibus (vt in lib. de gratia & libero arbitrio cap. 16.
Ille facit vt velimus bonum; & in eodem lib. cap. 14. *Deus poteſt peruerſas & fidei contrarias vo-*
Ezech. 11. *luntates ad credendum conuertere: Hoc eſt enim auferre cor lapideum, & dare carnem*.) Reſpondetur inquam ex his locis duo probari, vnum quod gratia nos præuenit, non nos gratiam ipſam præuenimus. Alterum quod hæc gratia præueniens efficax eſt ad conuerſionem cordis, & voluntatis. Non autem probant hæc loca gratiam vel ſic præuenire vel ſic efficacem eſſe, vt voluntatem humanam inuitam trahat. Itáque quod dicit, *Deum facere vt velimus*, ſic loquitur vt Apoſtolus, dicens *Deum operari in nobis, & velle & perficere*.
Sic igitur reſpondendum vt ſupra ex Auguſtino reſponſum eſt. Præterea ſeipſum eodem loco exponit, ait enim *Deum facere vt velimus, quia præparatur voluntas a Deo*: nempe præparatur nouis viribus acceptis, non impellitur contra naturæ ſuæ modum. Nam &

propterea

A propterea adiecit ibidem. *Ille facit vt faciamus præbendo vires efficaciſſimas voluntati.* Nempe vires prębentur vt bene velit: modus & conditio naturæ non mutatur vt liberè velit. Ad ea quæ ex cap.14.lib.de Grat.& Libero arbit.attulimus ipſe reſpondet cap.15. vt ſuprà commemorauimus.

Philip.2.

Ad illud Auguſtini quod *totum eſt Deo dandum non nobis ex parte*, non ideò verum eſt, quia excluditur liberi arbitrij adiuti cooperatio, ſed quia tum in principio, tum in progreſſu (quod negauerat Pelagius tribuens principium boni operis nobis, progreſſum adiutorio Dei) Deus ſemper & hoc ſenſu in ſolidum (non eo ſenſu quem peruersè colligit Caluinus ex eiſdem & ex aliis Auguſtini verbis, perperam intellectis) id eſt, indeſinenter & perpetuò vel proſequitur ſua gratia volũtatem iam renouatã (quia *vt oculus pleniſſimè ſanus niſi candore lucis adiutus, non poteſt cernere, ſic homo etiam perfectiſſimè iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur rectè non poteſt viuere*) vel præuenit, mouet, agit, trahit voluntatem (de qua præueniente gratia illo loco contra Pelagianos diſputauit ex propoſito Auguſtinus:) maximè verò quia in ipſo principio conuerſionis Deus qui præuenit nos, & dat ipſum cogitare & velle bonum, nobis ad illam primã Dei motionem à Deo erga nos deriuandam nihil proſus cooperantibus, habet ſe vt mouẽs; & noſtra voluntas vt mota non mouens: ſicuti poſtea explicabitur magis. Eadem de cauſa non licet dicere, *non miſerentis eſt Dei ſed volentis eſt hominis*, &c. quia miſericordia ſemper preuenit voluntatem, mouendo illam vt ſubſequatur, & aſſentiatur, & gratiam

Cap.præced.
Quo ſenſu totũ Deo dandum.
Inſt. lib.2.c.3. ſect.7.
Aug. de.Nat. & gratia.c.26

B recipiat. Vnde Auguſtinus, *comitatem non ducentem, pediſſequam non præuiam voluntatem*, vocat epiſt.106.volũtas verò nũquam præuenit Dei gratiam. Rurſum, quia poſſet Deus abſoluta potentia, facere in nobis, ſine nobis, quicquid ei placitum eſt, & iuſtificare nos abſque concurſu & cooperatione noſtra, (quamuis ſecundum legem ab eo humanæ naturæ & libertati inditam, *qui creauit nos ſine nobis, non iuſtificat nos ſine nobis*, vt dixit Auguſtinus, enarr.in Pſal.144. de verbis Apoſt.ſerm.16.) nos autem ſine auxilio gratiæ, nulla ratione nos ipſos iuſtificare poſſumus; idcircò ſine iniuria diuinæ gratię dici non poteſt, volentis eſſe hominis non miſerentis Dei, vt è contrariò dixit Apoſtolus, *Non eſt volentis hominis ſed miſerentis Dei.*

Denique nouum non eſt, effectum aliquem tribui in Scripturis, principalibus cauſis cum termino excluſiuo cauſæ ſecundariæ, quæ tamen non excluditur, ſed multo eſſe inferior minúſque principalis oſtenditur: vt illud Apoſtoli, *Non ego ſed gratia Dei mecum.* & illud Chriſti: *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus S. qui loquitur in vobis.* Denique illud. *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* In his & ſimilibus, propter excellentiam cauſæ principalis in operatione, & quia ſecundariæ cauſæ non habent vim, niſi ex principalibus totus effectus principali aſſignatur, qui tamen etiam ſecundarię cauſæ verè tribuitur: ſed in comparatione principalis nihil eſſe verè aſſeritur: quia inſtrumentum comparatione principalis agentis nihil eſt, per ſe tamen & abſolutè acceptum, cauſa efficiens eſt.

Cap.ſeq.
Negatur aliquod cauſis ſecundariis, quod eas tamen non excludat.
1. cor.15.
Marc.13.
1.Co.3.

Triplicis generis opera Dei circa iuſtificationem noſtram.

C

CAPVT. VII.

QVARE hoc loco diligenter diſtinguendum eſt, inter opera Dei circa iuſtificationem noſtram, adhęc & alia tum S. Auguſtini, tum aliorum Patrum, tum etiam S. Scripturæ loca, rectè intelligenda. Sunt enim illa triplicia. Primi generis ſunt, opera illa quæ antecedunt etiã tempore, aliqua interdũ, alia ſemper, noſtrã iuſtificationẽ; & ſic Deo ſunt propria, vt nullã in eis partẽ libertas noſtra habeat: ſcilicet neq; conſenſum neq; cooperationẽ: Et talia ſunt prędeſtinatio, ſeu electio, vocatio, pulſare ad oſtium: aliquando etiã admonitio, vel extrinſeca (vt aut per viſa quædam reuelando, aut prædicationem verbi ſui mittendo) vel intrinſeca vt inſpiratio. Nam in his omnibus merè paſſiuè habemus, vt de poſterioribus iſtis ſuprà ex Auguſtino docuimus ex lib.de ſpiritu & lit.cap.34. Et hoc genus gratiæ, vt auxilium gratuitum ſignificat, eſt motio illa diuina, in qua mens noſtra mouetur tantum, & non mouet; &

Quædam Dei opera in quibus merè paſſiuè habemus.

Gratia operans per modum ſpecialis auxilij.

vocatur gratia operans vno modo, vt habes in S. Thoma 1.2. quæſt.3. art.2. n empe cum D
primum illud velle bonum, ſit prima intenrio ad finem, id eſt circa illud mouetur vo-
Pſal.20. lunras ab alio non à ſe, morio illa attribuitur motori Deo non ipſi voluntati, etiamſi li-
1.Reg.2. berè & cōſentienrer moueatur. De hoc genere dicitur Deus *præuenire nos in benedictioni-
bus dulcedinis, & præparatur volūtas à Domino* De hoc genere dixit Auguſt. *In omni opere ſan-
cto prior eſt voluntas Dei, poſterior liberi arbit.* id eſt, *operatur Deus, cooperatur homo.* Hypog. lib.3.
Et iterū. *In omnibus quæ quiſq; agit ſecundū Deū, miſericordia eius præuenit eū.* lib.4. c.6. ad Bo-
nif. & irerū lib. de Gratia & Libero arb. c.17. *Ipſe vt velimus operatur incipiens, qui volentibus
cooperatur perficiens.* Et paulò pòſt. *vt velimus ſine nobis operatur*, nō quia volēdo nihil opera-
mur, ſed quia ad volēdū & vt poſſemus ſanctè velle, nihil operis noſtri attulimus, ſed o-
pus gratiæ præueniētis id effecit. Iráq; *ſine nobis* dicitur. quia ſine vlla noſtra præuenien-
te ad hoc voluntate, vel vt alij exponunt, ſine vllis præcedētibus noſtris meritis, quan-
quam prior ſenſus magis placet. De hoc etiam genere intelligendum eſt, quod ſcripſit
Auguſt. lib.1. de prædeſtinatione Sanctorum cap.20. *voluntas ex mala, mutatur in bonam,
& quùm bona fuerit adiuuatur.* Non enim ſenſus eſt fieri conuerſionem primam à ſolo
Deo, poſteáque nouam obedientiam ſeu obſeruationem mandatorum fieri Deo adiu-
uante, & nobis cooperātibus; ſed ſenſus eſt, *vt voluntas ex mala fiat bona.* id eſt, vt benè &
ſanctè velit, qui malè & impiè voluit, opus eſſe ſolius Dei per gratiam præuenientem, &
operantem, ipſum tamen velle (quod eſt conuerſionis actus) noſtrum eſſe adiuuante, & E
cooperante Deo. Non enim in ſolis externis, ſed etiam in ipſis internis volendi actibus
cooperatur Deus. Deníque de hoc genere loquutus eſt Auguſtinus, in lib. de Gratia, &
Libero arbitrio cap.5. cum diceret: *vt Paulus de cælo vocaretur, & tam magna, & efficaciſ-
ſima conuerſione conuerteretur. gratia Dei erat ſola.* Intelligit enim cauſam illius conuerſionis
ſolam gratiam fuiſſe, nulla præcedentia merita, (ideo enim ſubiunxit, *quia merita eius
erant magna ſed mala*) non autem modum illius conuerſionis, fuiſſe ſolius gratiæ, ac non
etiam voluntaris Pauli opus. Hanc etiam quam diximus conuerſionis cauſam, alio in
loco clare explicat. Ait enim, *Saulo datum fuiſſe deſuper excitari, vt crederet ipſius voluntas*,
contra 2. epiſt. Pelagian. lib.1. cap.19. Hunc ergo in modum, & alia ſimilia Auguſtini lo-
ca, exponenda ſunt.

Secundi generis opera Dei circa iuſtificationem.

Secundi generis opera ſunt, productiones qualitatum ſupernaturalium in nobis,
gratiæ ſcilicet vt habituale donum ſignificat, ipſarúmque virtutum quas infuſas, &
theologicas vocamus: quibus videlicet completur noſtra iuſtificatio, & quibus for-
maliter iuſtificamur, vt fides, ſeu donum illud quo illuminatur intellectus, & inclina-
tur voluntas ad credendum: item charitas non qua nos diligit Deus, aut qua actu
Rom. 5. Deum diligimus, ſed *qua nos facit dilectores ſuos* (vt loquitur Auguſtinus, De Spiritu, &
Litera cap.32.) videlicet habitualiter *diffuſa in cordibus noſtris, per Sanctum Spiritum qui da-
tus eſt nobis.* Spes quoque qua mouet nos Deus ad ſperandum. Et hæc Dei opera, quam-
uis non præcedant tempore ipſam iuſtificationem, ſed potius præparatione ad iuſti- F
tiam, ſunt tempore poſteriora (prius enim præparatur anima per auxilium gratuitum, ad
ſuſcipiendum habituale donum, vt docet S. Thomas 1.2. quæſt.109. articul. 6. in corp.)
cum ipſa verò iuſtificatione ſimul tempore ſunt, (ſunt enim principia eſſendi ſpirituali-
ter, & formaliter nos iuſtificant, ſeu faciunt nos gratos Deo) tamen reſpectu illorum
merè paſſiuè nos habemus, & Deus illa operatur in nobis, ſine vllo opere noſtro hu-
iuſmodi qualitatum effectiuo, aut productiuo: ſupernaturalia enim ſunt. Et de hoc ope-
rum genere intellexit Auguſt. cum diceret lib.2. cap.8. contra 2. epiſt. Pelag. *Homo præ-
parat cor, ſed in eo quod præparato cordi, diuina lingua reſpondit, nihil operis habet homo, ſed totum
eſt à domino Deo.* Et paulò pòſt. *Os aperimus illius adiumento, & opere noſtro; Implet autem il-
lud Deus ſine opere noſtro; & in bono iſtorum cooperatur homini facienti, in altero ſolus operatur.*
Vnde concludit, *multa Deum facere in homine bona quæ non facit homo.* In his enim omni-
bus docet, poſt præparationem auxilio Dei factam, infundi virtutum dona habitualia
ſolo Dei opere, & nullo opere noſtro, ad illa infundenda, ſeu producenda concurrere.
Hæc enim donorum infuſio, eſt *diuinæ linguæ reſponſio, poſt cordis præparationem, & impletio
oris poſt eius apertionem.* Sic vcibi gratia de fide dixit Auguſtinus, epiſt. 105. *Fides fit in ho-
mine, cætera opera bona ab homine* Illud enim fidei donū habituale, infunditur cordi auxilio
gratiæ, & lib. arb. cooperatione iam præparato, ſolo Dei opere. Non fit non producitur
ab ipſo homine naturæ ſuę virib. Et huius generis gratia, quę habitualē gratiā ſignificat,
vocatur,

A vocatur,& eſt gratia operans.Eſt enim principium eſſendi tantum ſpiritualiter, cuius effectus eſt ſanare,iuſtificare,& gratam facere animam, antea ægram, impiam, & Deo exoſam,vt docet S.Thomas 1.2.quæſt.111.art.2.

Tertij generis opera ſunt, media quædam quæ Deus in nobis non exercet, niſi conſentientibus nobis:cuius generis ſunt omnia opera & actiones illæ,quæ ad noſtram iuſtificationem ſic concurrunt,vt illa à nobis Deus in S.Script.exigat. Qualia ſunt credere,diligere Deum,ſperare veniam,pœnitere de præteritis,orare pro miſericordia, conuertere nos ad Deum,auertere à peccato,facere cor nouum,& ſimilia. Hæc enim omnia quia vocantur, veréque ſunt opera & actiones noſtræ(ſicuti præcedentia vocantur opera Dei,)& ſunt etiam talia,quæ à nobis Deus exigit; certiſſimum eſt in illis nos cooperari; ideóque gratia circa hæc opera vocatur, & eſt gratia cooperans,quia ſanè vocatur,& eſt,vtrobíque gratia adiuuans, de qua Apoſtolus:*Gratia Dei mecum*.Secundū hanc diſtinctionem primi,& huius tertij generis,dixit Auguſt.in lib.de Gratia, & Libero arbitrio.cap.17.*cooperando perficit* (ſcilicet per adiuuantem gratiam) *quod operando incipit*:ſcilicet vel per præuenientem inſpirationem,& motionem primam ad conuerſionem, & præparationem cordis, vel per infuſam gratiam habitualem , ad ipſam animæ iuſtificationem.Et rurſum lib.2. cap.8. contra 2.epiſt. Pelag. *In vno iſtorum*, (ſcilicet in eo quod dicitur, *aperi os tuum* vel *hominis eſt præparare cor*,) *cooperatur homini facienti. Alterum ſolus facit*,nempe ſolus implet os noſtrum , & à ſolo Domino reſponſio linguæ, quia ſolo ſuo opere infundit nobis habitualem gratiam, aliáſque virtutes. Attamen eædem virtutes habituales,quando ſunt,& vt ſunt principia operis meritorij,nec eſſe tantum,ſed etiam operari in nobis producunt,quando illi habitus in actum exeunt,tunc ſunt gratiæ cooperantes,& liberum noſtrum concurrit arbitrium. Nempe notandum eſt diligenter, primum Deo auxilio gratuito, quòd quamuis ad excitantem gratiam nihil cooperamur,(præuenit cum etiam tempore interdum,ſed natura ſemper omnem præparationem,& actionem noſtram,) tamen in adiuuante gratia, (ſine quà nulla fit in nobis efficax præparatio) cooperamur per liberum arbitrium, vt ſupra eſt demonſtratum. Et ratio eſt,quia voluntas quemadmodum niſi prius velit finem,non mouet ſe ad media;(per hoc enim quod vult finem non aliter mouet ſeipſam ad volēdum ea quæ ſunt ad finem, vt natura dictat,& docet S.Thomas 1.2.quæſt.9.art.3.)ſic excitata ab operante gratia,vt velit finem ſeu bonum,quod Deus eſt,iam ſeipſam mouet, id eſt, cooperatur, quia non ſine adiutorio Dei mouet ſeipſam, ad cætera bona omnia. Deinde quod ad habituale donū gratię attinet,quamuis ad illam producendam in eſſe,& efficiendam,nihil(vt iam dictū eſt)cooperamur,tamē illius receptioni liberè cōſentimus,hoc eſt,eius actus liberè producimus.Noſtro enim libero arbitrio,actu credimus,diligimus, & ſecundū cæteros habitus infuſos operamur. Actibus quoq; omnibus,huic infuſioni gratiæ præuiis,liberè cooperamur.Et ideò quod ad receptionem eius attinet,ex parte noſtra, quatenus ſcilicet eſt principium operis meritorij in nobis, quatenus(inquā) efficit vt credamus actu, diligamus,&c.vocatur,& eſt gratia cooperans,(vt docet S.Thom.loco iam citato)quia

C per liberum arbitrium,illi gratiæ ſic acceptæ,ſemper & liberę cooperamur,docuit hoc Apoſtolus cum diceret: *Rogamus ne in vacuum gratiam Dei ſuſcipiatis.vt quid enim eos rogat,* (ait Auguſtinus) *ſi gratiam ſic ſuſceperunt,vt proprium perderent voluntatem?* de gratia,& libero arbitrio cap.5. huic autem & aperta ſuffragatur.Omnis enim forma inclinat ſuū ſubiectum,ſecundum modum naturæ eius, Modus autem naturalis, intellectualis naturæ eſt,vt liberè feratur in ea quæ vult. Ideò inclinatio gratiæ non imponit neceſſitatem, ſed habens gratiam,poteſt ea non vti, & peccare.Quod & mox pluribus oſtendetur.

Eſt ergo(vt hanc partem concludamus) duplex gratia operans, in qua nihil eſt operis noſtri; ſed ſolius Dei:vna antecedens iuſtificationem,& ad præparationem in nobis faciendam præueniens,quæ eſt ſpeciale Dei auxilium, ſeu extrinſecè reſpiciens , ſeu mouens,& excitans tam extrinſecè,quàm intrinſecè,ipſam voluntatem malam vt fiat bona. Altera quæ eſt gratia habitualis,formaliter nos iuſtificans,per qualitates infuſas , ad quas producendas,nullo modo concurrimus. Duplex quoque eſt gratia cooperās : vna in præparatione cordis, cōſentiendo vocanti Deo, & cooperando adiuuanti gratiæ, vt incipiamus velle bonum, facere cor nouum, conuertere nos ad Deum,&c. Altera in ipſa iuſtificatione ad recipiendum in nobis dictas qualitates,& ſecundum illas operandū. Videlicet ambulando non ſecundū carnem,ſeu naturæ corruptionē, ſed ſecundum

Tertij generis opera De circa iuſtificationem.

1.Cor.15.

2.Cor.6.

D.Thom. 1.p. quęſt.62.art.3. ad 2.

Gratiā habens peccare poteſt. Cap.ſeq.

Gratia operans duplex.

Calvini errores duo.

Spiritum,id eſt,ſecundum dona Spiritus Dei nobis impartita.Hoc autem in loco, obiter exponenda eſt arrogantia & inſcitia Caluini.Reprehendit Magiſtri diſtinctionem de operante & cooperante gratia,quam libro 2.ſenten.diſt.26.tradiderat dicens:Operantem gratiam eſſe, qua fit vt efficaciter velimus.Cooperantem verò, quæ bonam voluntatem ſequitur adiuuando.*In hac partitione* (ait Caluinus)[*hoc mihi diſplicet,quòd dum gratiæ Dei tribuit efficacem boni appetitum,innuit hominem iam ſuapte natura bonum quodammodo licet inefficaciter appetere.*] Inſtit. lib. 2. ca.2.ſect.6.]Sed mera eſt & affectata cauillatio. Nō enim ideo facit gratia vt efficaciter velimus, quia ſine gratia inefficaciter volumus, nec hunc ſenſum vſquam innuit magiſter,ſed quia ſine gratia,huius generis bonum ſpirituale ſcilicet,& (vt ſic loquar) iuſtificatorium nec volumus nec cogitamus quidem,abſque gratia.Fuiſſe autem hanc cauillationem planè affectatā,inde liquidò perſpicitur, quod idē Caluinus eodem lib.cap.3.ſect.10.hunc ipſum ſenſum operantis gratiæ,vt efficaciter velimus,non ſolum in prima conuerſione (de qua ſola egit Magiſter in illo primo mēbro) ſed etiam in tota operatione hominis reparati ſtudioſiſſimè docet, aſſerit, tuetur.Sed ſi non aliquâ notuiſſet,mortuus eſſet. *In ſecundo membro* (ait Caluinus ibidem) [*ambiguitas me offendit,quæ peruerſam genuit interpretationem.Ideo enim putarunt nos ſecundæ Dei gratiæ cooperari,quòd noſtri iuris ſit, primam gratiam vel reſpuendo irritam facere,vel obedienter ſequendo confirmare.*] Sed & hic quoque ſtolidè cauillatur. D

Non enim ideo cooperans gratia ponitur,quia vel reſpui à nobis,vel acceptari poteſt (quanquam & hoc quoque ſit verum vt mox in ſeq. capite oſtendetur) nec hæc eſt cauſa,ſed potius effectus cooperantis gratiæ.Non enim quia vel reſpuere vel acceptare operantem,& primam gratiam poſſumus, ideo cooperamur in ſecunda, ſed quia reuera in ſecunda,vel potius ſemper poſt primam gratiam, reparata iam & renouata mens hominis,cooperatur Deo,ideò poſſumus vel cooperando accaptare,vel non cooperando reſpuere primam gratiam.Cauſa autem propria cooperationis noſtræ eſt, quia Deus naturam non deſtruit,ſed perficit,& iuxta modum ac conditionem naturæ noſtræ, cuius ipſemet Author eſt,nobiſcum agit,vt partim in ſuperioribus iam oſtenſum eſt, partim oſtendetur adhuc magis. E

Quòd voluntas humana præuenientem gratiam liberè poteſt repudiare, contra Proteſtantes oſtenditur.

CAPVT VIII.

ATQVE hæc hactenus de primo huius Controuerſiæ capite, eodémq; difficillimo,Nunc reliqua tria paucis expediemus. Secundum totius diſputationis propoſitæ caput erat,quod voluntas præuenta à gratia, F
excitata,& adiuta,liberè poteſt reſiſtere,& gratiam oblatam repudiare,Nam ex hoc cap.dilucidius adhuc euadet, quòd cum præueniente gratia non merè paſſiuè nos habemus,& quòd volūtas in vtrámq; partem liberè agit.Primum ergo variæ ſcripturæ apertè hoc docent:vt illud; *vſquequo non credēt mihi:* Viſis tamen ſtupendis miraculis & acceptis eximiis beneficiis, quibus ad fidē
Numer.14. excitabantur.Item & Eſaiæ ad Rom.10. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentē ſed contradicentem mihi;*& Ioan.15.Taxatur grande illud Iudęorum peccatum quod viſis vt Chriſti miraculis,vt operibus,*non crediderunt in eum*.Et apertius Sanctus Stephanus eos
Act.7. hoc nomine reprehendit.*Vos*(inquit) *ſemper ſpiritui Sancto reſtitiſtis*.Denique Ioan.6.Quū audita illa miſtica,& occulta admodum de manducanda Chriſti carne, doctrina multi etiam ex diſcipulis retrocederent,dixit Apoſtolis ſuis Chriſtus.*An & vos vultis abire?*In
Lib.6.Epiſt.3. quæ verba ſic ſcribit Cyprianus. *Seruat ſcilicet dominus legem, qua homo libertati ſuæ relictus, & in arbitrio proprio conſtitutus,ſibimet ipſe mortē appetit vel ſalutem*.Hæc ille.Huc etiam per-
Rom. 2. tinet quod Apoſtolus dixit.*An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?Tu autem ſecundo duritiem tuam,& impœnitens cor tuum theſaurizas tibi iram,&c.*Item illud.*Vocaui & renuiſtis* Prouerb.11. *Noluit intelligerē vt bene ageret*,Pſalm.35. Deniq; apertiſſimè illud

Saluatoris

A Saluatoris, *Quoties volui vos congregare*, & noluiſtis? Matt. 23. Et hæc eſt clara doctrina corũ
patrum qui pro gratia contra Pelagium ſcripſerunt. Vnde Proſper luculenter dixit. *Mul-*
tis qui iam rationis iudicio vtuntur, ideo liberum eſt deſcedere, vt non diſceſsiſſe ſit præmium, Et vt id
quod non poteſt niſi cooperante Dei ſpiritu fieri, eorum meritis deputetur quorum id potuit voluntate
non fieri: Hæc ille de vocatione Gent. lib. 2. cap. 12. Auguſtinus autem ſæpe idem docet.
Velle (inquit) *& nolle credere propriæ voluntatis eſt*, de gratia, & lib. arb. cap. 3. *Conſentire voca-*
tioni Dei, vel ab ea diſſentire propriæ voluntatis eſt, de ſpiritu & lit. ca. 34. *Vtrumque noſtrum eſt,*
quia non fit niſi volentibus nobis, de prædeſt. Sanct. lib. 1. cap. 3. *Credere vel non credere, eſt in arbi-*
trio voluntatis humanæ, ibidem, cap. 5. *vt nolentes homines credant fieri non poteſt*. lib. 1. c. 19. cõ-
tra 2. epiſt. Pelag. Denique tanquam de re indubitata loquitur: *Quis non videat, & venire*
quemquam ad Chriſtum, & non venire arbitrio voluntatis? de gratia Chriſti cap. 14. Poſtremo
de ipſo Pharaone, in cuius corde obdurato, nulla libertas fuiſſe videri poteſt, ſcribit Au-
guſtinus: *Contra miſericordiſsimam Dei veritatem, Pharao libero pugnauit arbitrio*, lib. 1. cap. 15. de
prædeſt. & gratia. Ex his locis Auguſtini ſententia manifeſtiſſima euadit, ea fuiſſe, quod
in qualicunque præſentia gratiæ, tamen voluntas liberè diſſentit, liberè non credit, li-
bere non venit, deníque etiam liberè contra gratiam pugnat.

Libertas voluntatis in accipiendo vel repudiando gratiam excitantem.

Difficultas tamen hac in re etiam ex ipſa Auguſtini doctrina duplex eſt, vna ex Pelagij
doctrina, altera ex ipſius propoſitionis ſenſu. Dixit enim Pelagius, quod benè agimus,
vel loquimur, vel cogitamus, *ideo noſtrum eſſe, quia hæc omnia vertere etiam in malũ poſſumus;*
vt eſt apud Auguſtinum lib. de gratia Chriſti ca 4. vnde conſequi videtur collectionem
B quoque noſtram, ex hoc cap. Pelagianam eſſe. Sed notandum eſt propterea, benè velle,
aut agere noſtrum in eo ſenſu à Pelagio vocari, vt excludat adiuuantem gratiam; ac ſi
quemadmodum auertere ſe à Deo ſolius hominis eſt, ſic etiam & ad Deum ſe conuerte-
re. Nos autem noſtrum eſſe docemus bene velle &c. non propriè, & immediatè ex eo
quod reluctari poſſumus, ſed ex eo quòd ſicut liberè reluctamur, ita etiam liberè accep-
tamus (libertas enim vtriúſque partis eſt, non alterius tantum) quia autem liberè accep-
tamus cum adiuuate gratia, ideo noſtrum eſſe.

Duplex difficultas.

Rurſum Pelagii ſententia erat, *quòd Deus nemini reluctanti, ſtudium virtutis immittit*, vnde
nobis inuidiam magnam concitat Chemnitius, quòd Pelagij doctrinam aſſeramus. Sed
notandum eſt hanc eius ſententiam, non fuiſſe ab Auguſtino ſimpliciter reprehenſam,
ſed propter ſenſum in quo Pelagius illam tradidit. Senſus enim Pelagij erat, ideo nemi-
ni reluctanti ſtudium virtutis à Deo immitti, quia propoſitum bonum vnuſcuiuſq; (præ-
cedens ſcilicet) gratia adiuuat. *Hoc quippe ita dicunt* (ait Auguſtinus) *velut homo à ſeipſo ſine*
adiutorio Dei habeat propoſitum bonum, ſtudiúmque virtutis quo merito præcedente dignus ſit adiuua-
ri à gratia ſubſequente. Hæc ille. lib. 2. c. 9. cont. 2. epi. Pela Itáque ſenſus Pelagij erat, nemini
reluctanti, id eſt, nemini per ſe prius bonum propoſitum non habenti, ſtudium virtu-
tis immitti. Nos autem dicimus nemini reluctanti, id eſt, nemini niſi liberè præceden-
tem gratiam acceptanti, ſtudium virtutis immitti: In vtráque ergo ſententia hoc diſcri-
men eſt.

Nos præcedentem gratiam, & præuenientem, poſteáque obſequentem voluntatem,
C Catholicè ponimus. Pelagius contra præcedẽtem bonam hominis voluntatem, & ſub-
ſequentem gratiam hæreticè docuit. Atque idcirco alio in loco Auguſtinus de hac ea-
dem Pelagij ſententia diſputans: *poſſet* (inquit) *benè intelligi ſi non ab iſtis, quorum ſenſus notus*
eſt, diceretur. Móxque quo ſenſu benè intelligatur ſubiungit. *Reluctanti enim primus aditus di-*
uinæ vocationis, per ipſam Dei gratiam procuratur: ac deinde ipſo iam non reluctante (ſed per gratiã
liberè conſentiente, & volente,) *ſpiritus virtutis accenditur.* Hæc ille libr. 4 cap. 6. contra 2.
Epiſto. Pelag.

Altera difficultas, eſt circa ſenſum propoſitionis huius; Excitanti, & adiuuanti gratiæ,
voluntas humana liberè poteſt reſiſtere. Nam quamuis fortaſſe ſatis clarum ſit, excitari
per gratiam hominem poſſe, qui tamen reluctetur & diſſentiat ab excitante Deo; tamẽ
quòd in adiuuante gratia idem fieri poſſit, difficilè intelligi poſſe videtur. Adiuuãs enim
gratia illa eſt, in qua homo Deo cooperatur. Si cooperatur, quomodo ergo reluctatur?
Deinde ipſa excitans gratia, ſiue per lumen fidei, ſiue per inſpirationem, ſeu ſuggeſtionẽ
charitatis, (cum & illuminatio ſit actus intellectus, & inſpiratio, ſeu ſuggeſtio bona, ſit
motus voluntatis bonus,) quomodo operantur in nobis, ſi nos aliquando nihil coope-
rari, ſed planè reluctari poſſumus? Sed ad poſterius hoc breuiſſimè reſpondetur, illumi-

Quo ſenſu voluntas humana poteſt reſiſtere adiuuanti gratiæ.

Gratia adiuuãs quæ.

A erit quãuis nunquã propter gratiæ efficaciã reſiſtat. Quẽadmodum enim Adã, ante lapſum non peccauit, peccare tamen potuit; Et cõfirmati in gratia in hac vita, (vt de virgine & Apoſtolis credit Eccleſia) nõ peccauerunt poſt confirmationẽ, peccare tamẽ potuerunt, ideóq; peccatũ liberè vitabãt, Seruus quoq; peccati, & cõſuetudine peccãdi victus nõ vitat peccatũ, vitare tamen poteſt, ideóq; liberè peccat; ſic efficacia, certitudo, vel infallibilitas alicuius efficaciſſimæ gratiæ, non tollit libertatem ſuſcipientis illam gratiam, neque poſſibilitatem reſiſtendi illi gratiæ.

De hac infallibilitate efficacis gratiæ, (non autem neceſſitate coactiua,) intelligenda ſunt Auguſtini loca difficillima in lib. de correp. & gratia c.14. *volenti ſaluum facere nullum hominum reſiſtit arbitrium. Sic enim velle aut nolle in nolẽtu, aut volẽtu eſt poteſtate, vt diuinã voluntatem non impediat, nec ſuperet poteſtatẽ* Et paulo poſt. *Non eſt dubitandũ voluntati Dei, volũtates humanas reſiſtere nõ poſſe, quo minus faciat ipſe quod vult, quia etiam de ipſis voluntatibus hominum quod vult, quum vult facit.* Et rurſum. *Habet ſine dubio Deus, humanorum cordiũ quo placet inclinandorũ, omnipotentiſſimam poteſtatem. Deniq; magis habet in ſua poteſtate voluntates hominũ, quã ipſi ſuas.* Hæc enim omnia non liberã volũtatis actionẽ tollunt, ſed Dei circa eas operationẽ infallibilẽ & efficacem ponunt, iuxta ipſam in aliis locis citatis Auguſ. doctrinam. *Loca quædam Auguſt. difficillima quo modo intelligenda.*

Notandũ præterea eſt, non omnem gratiã, etiam adiuuãtem, talẽ habere efficaciã, vt infallibiliter ſemper operetur. Alioqui non dixiſſet Stephanus Iudæis, *vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut & patres veſtri.* Nec de aliis diceretur: quòd *obdurarent corda ſua.* Nec
B Apoſtolus ſcripſiſſet, *Chriſti bonus odor ſumus, alijs vitæ ad vitam, alijs mortis ad mortẽ.* Denique apertè diſtinguit Aug. in lib. de gratia & lib. arb. c.17. docens voluntatẽ bonã aliam eſſe paruã & inualidam, aliam magnã & robuſtã: vtramq; autẽ a Deo dari, & paruã nõ ſecus quam magnã. *Ipſam*, inquit, *charitatem* (ſcilicet magnã & perfectã) *Petrus non habuit, quando timore Dominũ ter negauit: & tamen quamuis parua, & imperfecta non deerat, quãdo dicebat: animã meam pono pro te. Et quis iſtã etſi paruam dare cœperat charitatẽ, niſi ille qui præparat voluntatẽ.* hæc ille. Non ergo ſemper, & talis, & tanta eſt gratia, vt infallibiliter operetur, de qua ſola (nõ de omni adiuuante gratia,) in locis aliis prædictis locutus eſt Auguſtinus. Nempe cũ ad ad omnes diſpoſitiones, iuſtificationi præuias habendas, gratia adiuuans ordinetur, fieri poteſt, & nõnunquam fit, vt per illam adiuuãtem gratiã aliquas diſpoſitiones habeamus conſentiendo, vltimatas vero non habeamus, diſſentiendo: vt ſi quis habitis per gratiã adiuuantẽ fide, & ſpe, pœnitentiã tamen, & charitatẽ negligat: aut minorẽ charitatẽ, ac pœnitentiã adhibeat, quàm quę ad iuſtificationẽ conſequendã requiritur. Tamen inter adiuuantẽ, & excitantẽ gratiã, hoc clarũ diſcrimen eſt, quòd in excellenti, & vehemẽti adiuuante gratia, non quidẽ neceſſariò, infallibiliter tamẽ ſequitur ardentior, & perfectior ad Deũ conuerſio; vt in vocatione Pauli liquet: excitãs vero gratia, æquè interdũ, vel magis ad conuerſionẽ mouet in paruo aliquo gradu data atque in maximo: Nam in Pharaone, in Bethſaidem & Corozain, & in Phariſæis maxima ſigna, & documẽta nihil profecerũt: In Nabuchodonozor, ſimilis admonitio multũ fructũ fecit. De qua re lege Auguſt. de prædeſt. & gratia cap.15. Viri quoq; Niniuitæ ad primã prædicationẽ conuertuntur. Atq; hæc de altera difficultate hactenus. Ex his autẽ omnibus facilè perſpici poteſt, infirma, ne dicã impia, Caluini collectio, qui ex illis Prophetæ verbis, *inclina cor meũ*
C *in teſtimonia tua*: Pſal.119. & Salo. verbis 1. Reg.8. *inclinet cor noſtrũ ad ſe Dominus*, colligit *peruerſos cordis motus per hanc correctionẽ in obſequium cogi*, (inſtit. l.2. c.3. ſect.9.) quùm tamẽ ſcriptura non dicat, Coge cor meũ, vel, Cogat cor noſtrũ ad ſe Dominus, ſed *inclina & inclinet cor noſtrum* &c. Inclinatio enim conuerſionẽ & inflexionẽ ſignificat, quam Deus in homine, iuxta naturæ eius conditionẽ, (quã peccatũ nõ ſuſtulit) agit & operatur, nõ autem coactionẽ. Nec quia munditiem cordis, Dei creaturã Dauid vocat dicens, *Cor mundum crea in me Deus* (vt Caluinus ibidem diſputat) ideò ſic totũ Deo acceptũ refert, vt nullæ ſint partes liberi arbitrij. *Sumus enim in Chriſto noua creatura*, Gal.6. creati in eo in bonis operibus Epheſ.2. id eſt *ad bona opera facienda*, vt exponit Aug. de Spir. & lit. c.31. quia totũ principiũ huius creationis, ſeu cõuerſionis nouæ ad Deũ, à ſolo Deo eſt, & ab eius prçueniẽte miſericordia, atq; multiplici gratia, vt eſt ſupra oſtẽſum, non quia creatio illa, præter hominis conditionẽ propriã, in homine fit. Et propter hãc analogiã inter verã creationẽ & hanc myſticã, qua cor renouatũ in noua quadã ſpirituali exiſtentia cõſtituitur, quaſi ex nihilo, & ſine vlla cauſa ex parte noſtra, dicitur cor mundum & cor nouũ creari in nobis. Alioqui gratia renouãs nõ creatur, nec nouũ cor propriè loquẽdo creatur, ſed

Non omnis gratia adiuuans infallibiliter, eſt efficax.
Act. 7.
Hebr. 4.
1. Cor. 2.
De gen. & lib. arb. cap. 17.
Exod. 9. & ſeq. Matth. 11. & 12.
Dan 3.
Ionæ 3.

in ſubiecto ſuſceptibili & capaci, diuina virtute producitur, aut potius quia accidens eſt D ipſa gratia, & nouitas cordis cõproducitur. Poſſe habere fidẽ naturæ eſt hominum (ait Augu. de prædeſt. ſanct. c. 5.) habere eſt gratiæ fidelium. vide quæ ſupra huc pertinent. li. 2. cap. 9.

Adiutorium gratiæ adeò non tollit libertatem arbitrij, vt illam maximè corroboret atque confirmet.

CAPVT IX.

DEmonſtrandum eſt nũc tertio loco, quod adiutoriũ gratiæ quantumcunq; efficax, & potẽs nõ tollit arbitrij libertatẽ, ſiue liberã cõſenſionem, ſed potius ſtatuit, roborat, & cõfirmat eam. Cũ itáq; voluntatis actus liber, primũ à liberatione ex parte agẽtis volũtatis, quia liberatus eſt ab omni coactione, & ſeruitute, vt ĩclinare ſe ad aliquid, (quod eſt ſuũ agere,) ſine vllo impedimẽto poſſit; ſecũdo ab eo quodlibet ex parte obiecti in quod fertur, quia videlicet libẽter agit quicquid agit; (*Voluntatis actus dupliciter liber eſt.*) profectò in vtráq; libertatis ſignificatione, voluntas humana per adiutoriũ gratię, liberrimè ipſi gratiæ cooperatur. Nã quod ad prius attinet, ſola eſt gratia, quæ voluntatẽ impij, peccato ſeruã liberat ab illa ſeruili inclinatione ad peccatũ, vt liberè ſeruiat iuſtitiæ. E Declarat hoc Apoſtolus clarè ad Rom. 6. *Peccatum* (inquit) *vobis non dominabitur: non enim* (*Liberè ſeruire iuſtitiæ quid.*) *ſub lege eſtis, ſed ſub gratia.* Quid autem ſit eſſe ſub gratia, paulo poſt explicans, ait: *quia ſerui eſtis obeditionis ad iuſtitiã, vt antea ſerui peccato ad mortẽ*, quod ex propoſitione generali infert. *Quoniam cui exhibemus nos ſeruos ad obediendum, ſerui ſumus eius cui obedimus.* Ne verò iſta ſeruitus libertati cõtraria putetur, adhuc ſubiũgit. *Obeditis ex corde in eã formã doctrinæ in qua traditi eſtis.* Obedire autẽ ex corde, ſiue ex animo, *ἐκ καρδίας*, eſt liberè obedire. Propterea cũ ſtatim ſubiũxiſſet, *liberati à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ*, mox addit: *humanũ dico, propter infirmitatẽ carnis veſtræ.* Vt videlicet illud quod dixerat: *ſeruos nos factos iuſtitiæ*, nõ propriè, ſed humano more, dictũ fuiſſe intelligeremus. Nẽpe quẽadmadũ *eſſe ſub lege*, ſignificat *legis iugo, vel ex timore, vel ex cupiditate teneri* (vt exponit Aug. tũ aliis in locis ſæpe, tũ luculẽter cõtra 2. epi. Pela. li. 2. c. 4.) & eſt propriũ omnium filiorũ veteris teſtamẽti; ſic è contra, eſſe ſub gratia, ſignificat liberrima volũtate Deo ſeruire. Rurſum gratia deprauatam voluntatẽ, & non ſapientem ea quæ Dei ſunt ſanat, ſanando autem liberam facit, non ſolũ eo ſenſu quo liberat à lege peccati, & à diabolo (de quo genere dixit Chriſtus, *tunc verè liberi eritis* (*Ioan. 8.*) *ſi filius vos liberauerit* & Apoſtolus *lex ſpiritus vitæ, liberauit me à lege peccati & mortis.*) ſed etiã (*Rom. 8.*) hoc ſenſu quòd ipſam iuſtitiam liberè operamur, vel ad Deum à peccato liberè nos cõ- (*Epiſt. 89. q. 2.*) uertimus. Hoc enim eſt quod Auguſt. dixit: *voluntas libera tanto erit liberior, quãto ſanior, tanto autem ſanior quanto gratiæ ſubiectior.* Et paulò pòſt. *Neque enim ideò voluntatis arbitrium tollitur, quia iuuatur, ſed ideò iuuatur, quia nõ tollitur.* hæc ille. Iuuatur enim & ſanatur, vt vel velit F quod prius nõ voluit, vel ardẽter, & liberè velit, quod antea frigidè, & ſeruiliter voluit. Hanc autem voluntatis ſanationem, libertatis eſſe robur, non diminutionem alio in loco ſic demonſtrat Auguſt. *Tanto* (inquit) *vehementius volumus, quanto certius quam bonum ſit nouimus, eóque delectamur ardentius. Ignorantia igitur, & infirmitas, vitia ſunt quæ impediunt voluntatem, ne moueatur ad faciendum bonum. Vt autem innoteſcat quod latebat, & ſuaue fiat, quod nõ delectabat, gratiæ Dei eſt quæ hominum adiuuat voluntates* hæc ille. Quod etiam alio loco ele- (*De ſpiritu & lit. cap 3.*) ganter docet his verbis. *Per gratiam ſanatio animæ à vitio peccati, per ſanitatem animæ libertas arbitrij: per liberum arbitrium iuſtitiæ dilectio: per iuſtitiæ dilectionem, legis operatio. Ac per hæc ſicut lex non euacuatur, ſed ſtatuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impleatur: ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, ſed ſtatuitur, quia gratia ſanat voluntatem qua iuſtitia liberè diligatur:* hæc ille. Sed quia proteſtantibus hodiè familiare eſt, ex vna veritate aliam veritatem impugnare, quia totam veritatem non intelligunt, quùm ſint de numero eo- (*Timo 3. 2.*) rum quos Apoſtolus vocat *ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes*, propterea ſicuti propter fidei commendationem, aboleri putant legis obſeruationem; ita propter gratiæ prædicationem, & præſentiam tolli exiſtimant liberum arbitrium.

Iam

A Iam vero quod ad poſterius punctũ attinet, voluntatẽ.ſ.humanã per adiutoriũ gratiæ
ideo liberrimè agere, quia libẽtiſſimè agit, facile oſtenditur. Quũ enim volũtate id qui-
dẽ fiat, quod etiã inuiti facimus, tamẽ facimus, *plena autẽ et libera voluntate nõ fiat, niſi quod
libẽter facimus*, (vt diſſeruit D. Aug. lib. de ſpiritu, & lit. c. 31.) gratiæ autẽ adiuuãtis propriũ
ſit, dura, & lapidea corda facere carnea, id eſt mollia, vt quod prius vel omnino non fa-
cere, vel certè ſeruiliter id eſt timore pœnæ facere voluimus, nũc hilariter, & facile facia-
mus, ſequitur ſanè tanto eſſe ex gratia liberiorem voluntatem, quanto operatur liben- De gratia
tius. Vnde Auguſtinus. *Præceptum* (inquit) *liber facit, qui libens facit*, Et hoc eſt quod Apo- chriſti cap. 32.
ſtolus dixit: *vbi ſpiritus Domini, ibi libertas*. Quæ verba explicans Auguſtinus ait. 2. Cor. 3.
Hic ſpiritus domini cuius dono Iuſtificamur, quo fit in nobis, vt non peccare delectet, vbi libertas De ſpiritu & lit. cap 16.
eſt, Et iterum. *Liberaliter ſeruit qui Domini voluntatem libenter facit*. Atque hinc eſt quod Au- Enchirid.
guſtinus comparat gratiam adiuuantem ad primam conuerſionem, qua videlicet trahi- cap 30. Tract. 26. in
mur ad Chriſtum *ramo viridi, qua & nucibus quibus puer trahitur*: concludens *quòd non ſolum* Ioannem.
voluntate, ſed etiam voluptate, à Deo, ad Deum trahamur. Probari autem inde libertatem, quia cõtra 2. epiſt.
libenter voluntas agit, è contrario docet Auguſtinus. *In mala voluntate peccant* (inquit) pelag. lib. 1. cap. 2.
per liberum arbitrium; maximè omnes qui cum delectatione peccant: & amore peccati, hoc eis placet Ibidem cap. 3.
quod libet. Et iterum *voluntas libera eſt in malis, quia delectatur malis*. Quibus de 3. capite bre-
uiter ita diſputatis, ad 4. & vltimum caput veniamus.

B

De gratia excitante contra cauillationes Chemnitij.

CAPVT X.

QVARTO Iam ac poſtremo in capite demonſtrandum eſt, propoſitionẽ iſtã
Concilij Tridentini, ſeſſ. 6. c. 5. *hominẽ impium per excitantem Dei gratiam, & ad-
iuuantem ad ſuam conuerſionẽ eidem gratiæ, liberè aſſentiendo, & cooperando, ad Iuſtifi-
cationem diſponi*, non eſſe dogma Pelagianum, ſed ipſiſſimam & claram S. Au-
guſtini doctrinam. Tria enim in hac propoſitione vellicant proteſtantes; vnum in ver-
bo *excitantis gratiæ*, alterum in verbis *adiuuantis gratiæ*, ac tertium, *in noſtra cooperatione*, "
ne, Scribit enim cenſor Chemnitius [*quod ad primum attinet verbo excitantis gratiæ intellige-* "
re Concilium, ineſſe homini naturaliter vires aliquas ad actiones ſpirituales, ſed illarum virium vſum, "
& motum reprimi & retardari per peccatum, quaſi ſtupeſcente illa naturali facultate, per gratiam ve- "
ro excitari, vim illam naturalem prius inhærẽtem, ſed conſtrictam, & impeditam vt poſſit iam excita- "
ta vires ſuas naturales in actionibus ſpiritualibus exercere. non autem nouam aliquam vim, aut facul- "
tatem bene volendi, & operandi, ipſam gratiam in nobis efficere atque operari.] Hunc ſenſum huius "
verbi excitantis gratiæ tribuit Concilio Trident. aliiſque Catholicis cenſor Chẽnitius;
idque propter quaſdam ſimilitudines, quibus aliqui Catholici ſcriptores, in hac excitã-
tis gratiæ declaratione, vt ſolent, vt hominis ægri cuius vires morbo attenuato, reddita
poſtea ſanitate, ſuo munere fungũtur; item hominis vinculis compediti, qui ſolutis vin-
culis officia naturæ ſuæ liberè exercet; aut denique auiculæ funiculo alligatæ, quæ ſolu-
to funiculo auolandi facultatem liberam habet. Eundem ſenſum Catholicis impingit
Caluinus, fingens ex noſtra ſententia nos ſic eſſe palmites in vite, quaſi ſuccum iam in-
C cluſum & vim proferendi fructui in nobis ipſis haberemus, ideóque non omnia à Chri-
ſto vite accipere ſed noſtrum aliquid conferre, Inſtitut. lib. 2. c. 3. ſect. 9. Sed vtríque reſ-
pondendum eſt, nec in verbo excitandi huiuſmodi Cõcilij ſenſum latere, nec has ſimi-
litudines aut expoſitiones (quæ non Concilij, ſed aliorum fortè ſcriptorum ſunt) eun-
dem ſenſum inferre. Nam per excitantem gratiam nihil aliud intelligunt Patres, quàm
gratiam mouentem, & omnes conatus, aut cogitationes noſtras præuenientem. Quo
etiam verbo ſæpe vtitur Auguſtinus à Pelagiana doctrina ſemper alieniſſimus. *Trahi-* Tract. 26. in Ioannem.
mur (inquit) *à Patre non quia violentia adhibetur, ſed quia voluntas excitatur*. Et iterum contra De pec. mer.
iſtos Pelagianos diſputans, *quod ad Deum* (inquit) *nos conuertimus, non niſi ipſo excitante, &* & remiſſ. l. 11. cap. 18.
adiuuante poſſumus, Erat quidem Pelagij ſententia, Deum operari in nobis velle, *dum reue-*
latione ſapientiæ in deſiderium Dei ſtupentem ſuſcitat voluntatem, vt commemorat Auguſtinus.
Sed hanc refellit Auguſtinus, nõ quia verbo ſuſcitandi vtitur, ſed quia hoc doctrinæ, & De gratia
reuelationi, nõ etiã ipſi gratiæ Dei intus cor mouẽti tribuerit. Gratia ergo excitat, quia Chriſti ca. 10.
mouet, non quidẽ ſic ſtupentẽ, aut ęgram, vel vinculis peccatorũ vel etiam ſucco aliquo
bonitatis affectã naturam aſtrictã, vt ſolũmodo, iã mota, & excitata, quaſiq; euigilata per

gratiam,ſua deinceps vi,& facultate naturali;poſſit ſe ad Deum conuertere. Sed ita vel dormientem ſuſcitat (hoc enim verbo ſcriptura vtitur. *Surge, qui dormis*, &c. vel ægrum ſanat (ſic enim Saluator dixit, *non eſſe opus ſanis medico*.) vel denique alligatam liberat (ſic enim futurum dixit Zacharias, *vt ſine timore inimicorũ noſtrorum liberati ſeruiamus illi*, &c.) vt per modum naturæ ſuæ in actione ſpirituali agat, gratiæ auxilio adiuta, quod antea non potuit. Qua in re nihil de ſuo confert,ſed gratia viribus adiuta, ſecundum modum & conditionem ſuam liberè agit. Nam ſicut per peccatum *perdidit poſſibilitatis bonum, non ipſum nomen neque rationem* (ait Auguſtin.) quia manſit naturalis poſſibilitas, *ſed eneruis, & infirma* (ait Ambroſius apud Auguſtinum lib.de gratia Chriſti,cap.50.) *Inclinata quoque & attenuata*,vt loquitur Concilium Aranſicanum vel *confracta* (vt loquitur Auguſt. in lib.de Natura, & Gratia) manſit quoque *alligata, & conſtricta*, vt idem deſcribit Auguſtinus; ſic per gratiam ſanata, roborata,& liberata naturæ poſſibilitas,id eſt,nouis acceptis viribus,valet ad bene,piéque operandum. Et hoc totum per excitãtem gratiam vnà cum S.Auguſtino,& S.Scripturæ phraſi, à qua hanc loquendi formulam ſumpſerunt,Patres Tridentini intellexerunt. Nec alium ſenſum datæ ſimilitudines,quæ etiam cum S.Scripturæ,& D.Auguſtini doctrina pulchrè concordant,inſinuant. D

Epheſ.5. Luc.5. Luc.2. Hypognoſt. lib.3. can.5. Cap.49. De duabus animabus cap.10.

De gratia adiuuante in prima conuerſione ad Deum, contra cauillationes Chemnitij.

CAPVT XI. E

MAIOR difficultas eſt in verbo gratiæ adiuuãtis. Nam quamuis in obedientia illa & obſeruatione mandatorum,quæ in hominibus iam iuſtis eſt,adiuuantem gratiam aduerſarij doctiores non illibenter agnoſcũt, tamen in prima illa ad Deum conuerſione ponere gratiam hanc adiuuantẽ putãt Auguſt. doctrinæ planè contradicere. Ad quod probandũ quaſdam afferunt Auguſt.ſentẽtias,vt illud *Totũ Deo dandũ eſt, qui hominis voluntatem adiuuat præparatam, & præparat adiuuandam: præcedit enim bona voluntas hominis,multa Dei dona, quæ autẽ non præcedit ipſa in eis eſt & ipſa*.Et alibi : *Hominis propoſitum bonum adiuuat quidem ſubſequens gratia,ſed nec ipſum eſſet,niſi præcederet gratia*. Vnde infert Chemnitius.[Adiuuantem igitur gratiam tunc primum Auguſtinus ponit, quando ſine veteris hominis co operatione, gratia præueniens operata eſt velle. Nam quùm Pelagius dixiſſet(vt ibidem commemorat Auguſtinus, *gratiam adiuuare vniuſcuiúſque bonum propoſitum* , Pelagius inde(ait Chemnitius) tale texebat argumentum. Qui adiuuatur, ipſe vna cum adiuuante aliquid agit & operatur. Et iterum. Voluntas non renata, adiuuatur à gratia: ergo ex ſe aliquid confert. Auguſt. verò reſpondet lib.3. cap.4. cõtra 2.epiſt.Pelag. *Spiritum ſanctum non ſolum adiutorem,(quod iſti ſuo dogmati ſufficere exiſtimant,) ſed etiam largitorem dicimus fuiſſe virtutis,quod iſti negant, libero eam potius arbitrio tribuentes*. Et lib.4.cap.7. eiuſdem operis, *Spiritum Sanctum non ſolum bonas mentes adiuuare*,quod Pelagiani volunt: *ſed etiam & bonas illas facere*, quod illi nolunt. Hæc ex Auguſtino contra Pelagianos Chemnitius : concludens & nos propter adiuuantem in prima conuerſione gratiam, tum Auguſtino contradicere,tum Pelagiano dogmati conſentire. F

In enchiridio Cap.32. pelag.lib.2. Cõtra 2 epiſt. lib.2.cap.9.

Sed contra hãc hæreticam diſputationem diligenter notãdum eſt, primũ quo ſenſu Pelagius dixerit *Deum adiuuare tantum bonas mẽtes,non etiam facere, & adiutorem tantum, non etiam largitorem virtutis fuiſſe*. Deinde illa Auguſt.loca diligenter notanda ſunt, in quibus etiam circa primam hominis cõuerſionem, Deum adiutorem noſtrum eſſe, & gratiam adiuuantem nobis dari clarè,& manifeſtè docet. Quod ad prius attinet, Pelagius ideò S.Spiritum adiutorem tantum, non largitorem virtutis docuit, quia putauit prius eſſe in nobis à nobis propoſitũ bonum,quod poſtea Dei gratia adiuuaret,neque ob aliud ab Auguſt. reprehenditur. Sic enim ſcribit Auguſt. *Quid eis prodeſt quod gratiam dicunt adiuuare vniuſcuiúſq; propoſitum bonum? hoc ſine ſcrupulo acciperetur catholicè dictũ ſi non in bono propoſito meritũ ponerent, cui merito iam merces ſecundũ debitũ, non ſecundũ gratiam redderetur; ſed intelligerẽt & confiterentur, etiam ipſum propoſitum bonum, quod conſequens adiuuat gratia, non eſſe potuiſſe in homine ſi non præcederet gratia*. Hæc ille. Quia ergo negabant Pelagiani, excitantem illam, ac præ-

Quo ſenſu Pelagius Deum adiutorem tantum & non largitorem virtutis docuit. Cõtra 2 epiſt. pelag lib.4. cap.6.

A ac prævenientẽ gratiam, quæ ſolius Dei opus eſt, omnẽ noſtrũ conatũ & cogitationem præcurrens, & è contrario noſtrum propoſitum prævenire ipſam gratiã dicebant; ideóque non largitorem, ſed adiutorem tãtum Deum ponebant; propterea ab Auguſt. merito reprehenduntur. Ideò enim largitor virtutis eſt Deus, ideo facit bonas voluntates, &c. quia prævenit, quia excitat, quia cauſa, & prior, & potior eſt gratia, poſterior autem, & inferior eſt liberum arbitrum vt in præcedentibus eſt explicatum. Quia denique (vt loco iam citato loquitur Auguſt. *Nullis hominum bonis meritis prouocatur Deus, vt eos bonos faciat*, quod ibidem ex multis ſcripturis probat diligenter; quia poſtremo etiam excitatas voluntates efficaci gratia, adiuuat, & perpetuò proſequitur. Talem ergo adiuuantem gratiam in principio conuerſionis ponere, quæ vel excludat excitantem, meréque prævenientem Dei motionem, & cooperationem continuam, atque efficacem; vel includat aliquod noſtrum bonum propoſitum, aut voluntatem, quæ illam præveniat, quaſi meritum ſubſequentis gratiæ, prorſus Pelagianum eſt. Sed quia neutrum horum docẽt Catholici, adiuuans illa gratia in prima conuerſione, ab illis poſita, à Pelagiano errore quàm longiſſimè abeſt.

Quare Deus largitor virtutis.

Adiuuans gratia quo ſenſu eſt pelagiana

Nunc autem (quod ſecundo loco faciendũ erat) oſtendamus ex Auguſtino, adiuuantem gratiam in ipſa prima hominis conuerſione, ab illo poni & manifeſtè doceri. Hoc enim disertè negant aduerſarij. Sic ergo ſcribit lib. 2. cap. 5. de pecc. mer. & remiſſ. *Deus*
B *conuerſos adiuuat, auerſos deſerit. Sed etiam vt conuertamur ipſe adiuuat quod certè oculis corporis lux iſta non præſtat.* Hæc ille, manifeſtè docens duplex Dei adiutorium: alterum in conuerſis ipſis, vt in Iuſtitia perſeuerent, (quod agnoſcunt aduerſarij: alterum vt conuertamur ad Deum, & ad ipſam iuſtitiã præparemur, quod agnoſcere noluit. Rurſum eodem lib. 17. *Vt* (inquit) *innoteſcat quod latebat, & ſuaue fiat quod non delectabat, gratiæ Dei eſt; quæ hominũ adiuuat voluntates.* Hæc ille de prima conuerſione peccatoris apertè loquens. Conditio enim & ſtatus peccatoris, eſt vel ignorantia vel veri infirmitate ad bonum laborare. Et hæc duo vitia ſunt, *Quæ* (ait ibidem Auguſt.) *impediunt voluntatem, ne moueatur ad faciẽdum bonum*, &c. Apertiſſimè ergo de prima conuerſione ad Deum loquitur. Propterea in ſequenti capite iterum concludit, *Quòd ad Deum non conuertimus, niſi ipſo excitante, & adiuuãte non poſſumus; & hæc eſt voluntas bona.* Hæc ille, manifeſtè ponens, in prima bona voluntate, non ſolum excitantem vel operantem gratiam, ſed etiam adiuuantem, vel cooperãtem. Hoc autem adeò disertè & conſtanter docet, vt alio in loco dicat: *Liberum arbitriũ poteſt eſſe ſolum, ſi non venit, non poteſt niſi adiutum eſſe ſi venit ad Deum.* Quo in loco notandũ eſt, liberum arbitrium quod non venit ad Deum dici ab Auguſt. ſolum eſſe (id eſt) ſine aliquo vel opere, vel auxilio Dei: liberum autem arbitrium quod venit, non tantum ſolum non eſſe, ſed etiam ſic habere operantem in eo Deum, vt illa Dei operatio, ſit ipſius voluntatis iuuamentum, ſiue auxilium, id eſt, vt mox oſtẽdemus cooperatio. Hoc enim ſemper Proteſtantes negant, ſtatuentes operantem gratiam in prima conuerſione, ex parte ſolius Dei; non autem adiuuantem, & cooperantem vt nos ibi aliquid agamus. Auguſtinus verò iterum eodem in libro cap. 25. conſtantiſſimè docet, illud quod dicitur, *Deum operari in nobis ipſum velle*, &c. eſſe operationem adiuuantem nos, & in qua nos
C ipſi pariter agimus. Ait enim. *Deus velle & operari operatur in nobis, non quia ipſi nolumus, aut nihil agimus, ſed quia ſine ipſius adiutorio, nec volumus aliquid boni nec agimus.* Hæc ille, docens non ſimplicẽ Dei operationẽ, ſed adiutoriũ Dei eſſe, per quod operatur in nobis velle, & perficere. Denique de ipſa prima conuerſione ad Deum apertiſſimè dixit. *Niſi adiuuante illo os non poſſumus aperire: tamen nos aperimus illius adiumento, & opere noſtro.* Ecce iterũ non dicit, niſi illo operante non poſſumus os aperire, quod eſt gratiam Dei excitantem acceptare, ſed *illo adiuuante* os aperimus. Nec dicit illius opere, ſed *illius adiumento, & opere noſtro* os aperimus. Hæc ergo manifeſtiſſima Auguſtini loca diligenter hodiè contra Proteſtantum fraudes, notanda & retinenda ſunt, aliáque his ſimilia, vt de gratia Chriſti cap. 19. vbi dicit *adiuuantem gratiam neceſſariam eſſe, tum vt homo fiat arbor bona*, (quæ eſt prima conuerſio) *tum vt faciat fructus bonos*, quæ eſt ſecunda iuſtitia, vel iuſtificationis augmentum.

Adiuuans gratia in prima conuerſione ab Auguſtino docetur.

De gratia Chriſti ca. 14.

Deus operatur ipſum. Philip. 2.

Lib. 2. cap. 8. ad Boniface ũ cõtra 2. epiſt. pelag.

Iam verò collectio illa (quã Chemnitius Pelagianam eſſe dicit) qua qui adiuuatur à Deo, ipſe vna cum Deo aliquid agit, eſt ipſiſſima & conſtans Auguſtini collectio. Non tamen in ſenſu Pelagij, qui ſic in adiuuante gratia hominem cum Deo agere docuit *vt* homo ex naturæ ſuæ viribus, cũ Deo adiuuante facilius ageret, quã ſine Deo etſi diffi-

Senſus Pelagij circa adiuuantẽ gratiam Dei.

cilius agere potuiſſet, vel cum Deo ageret non adiuuante intrinſecus ipſam voluntatem D mouendo, & nouas illi vires amoris, & charitatis inſpirãdo, ſed vel extrinſecus per legẽ & doctrinam, *vel* certè intrinſecus, non niſi per reuelationem ſapientiæ ſuæ, vel deniq; ſic cum Deo ageret, vt illum prius agentem, & bonam voluntatem ex ſeipſo habẽtem, Deus poſtea ſubſequente gratia adiuuaret. Non in vllo horum quatuor ſenſuum Pelagianorum, collectionem illam faciunt catholici. Sed colligunt ſic cũ Auguſt. quia Deus præter excitantem, & mouentẽ gratiam, dat quoddã donum quo credamus, dat nouas vires voluntati, dat *ſuauitatem quandam* (vt loquitur Concilium Aranſicanum) *in conſentiendo & credendo veritati* Hanc autem collectionem multis in locis tradit Auguſtinus. *Adiutor* (inquit) *noſter Deus eſt, nec adiuuari poteſt, niſi qui aliquid ſponte conatur.* Rurſum: *ſi dicis, Adiutor meus eſto, aliquid agis. Nam ſi nihil agis quomodo ille adiuuat?* Hæc ille. Et iterum alibi. *Spiritus Dei qui te agit, agentibus adiutor eſt. Ipſum nomen adiutoris præſcribit tibi; quia & tu ipſe aliquid agis.* Hæc ille. Vides ergo quam apertè D. Auguſtinus tum adiuuantem gratiã in prima conuerſione docuerit, tum etiam ex tali adiuuãte gratia, nos cum Deo aliquid agere in conuerſione noſtra collegerit. Ex hac autem tota diſputatione, luculenter Caluinus refutatur. Diſputans enim acerrimè etiam in homine renouato Deum totũ agere, arbitrium hominis nihil, & vrgens illud Apoſtoli, Philipp. 2. Deus operatur in nobis velle & perficere, ait. Si diceretur Deus opem ferre infirmæ voluntati, nobis nonnihil relinqueretur: [*ſed quùm dicitur efficere voluntatem, iam extra nos quicquid in ea bonum eſt, locatur.*] Hæc ille: Inſtitut. lib. 2. cap. 3. ſect. 9. Iam enim ex Scripturis & Auguſtino maniE feſtè audiuimus, Deum eſſe adiutorem noſtrum, & opem ferre infirmæ voluntati, etiam in prima conuerſione; multo magis in corde conuerſo & renouato: deníque ideò Deũ operari in nobis velle, quia cum Dei adiutorio volumus quod bonum eſt. Ergo ex ipſa Caluini confeſſione, non ſic Deus in nobis totum operatur, quin & ipſi aliquid agamus & cooperemur.

De pecc. mer. & remiſſ. li. 2. cap. 5.
Tract. 4. in epiſt. Ioan.
De verbis Apoſt. ſerm. 13.

Senſus orthodoxus, de cooperatione Liberi arbitrij, cum prima gratia explicatur, & à cauillationibus Chemnitij defenditur.

CAPVT XII.

VENIAMVS nunc ad tertiam partem, & poſtremam, tum huius capitis, tum totius huius controuerſiç Cauillatur Chemnitius, Patres Tridentinos cum docent ad ſuam conuerſionem, hominem Dei gratiæ cooperari, & cooperando ſe ad Iuſtificationem diſponere, hoc ſenſu illud docere: quia in motibus, & actionibus ſpiritualibus, ex gratia, & F ex naturalibus, Liberi arb. viribus, vna fiat cauſa efficiens, ita vt ad inchoandos & efficiendos motus ſpirituales, hęc duo ſimul concurrunt, gratia ſcilicet & naturales vires liberi arbitrij, quales ſunt ex prima noſtra corrupta natiuitate. Hunc autem ſenſum colligit partim ex catholicorum communi doctrina, qui liberum arbitrium, ad præparationem, vel conuerſionem primam, vnâ cum gratia effectiuè concurrere docent; partim ex ſimilitudine quorundam ſcriptorum Catholicorũ, qua oſtendunt ſimilem eſſe liberi arbitrij cum gratia hac in re efficientiam, qualis eſt ignis & Dei exurentis, virtutem ipſi igni ſuppeditantis, ad conflagrationem lignorum efficientia ſeu concurſus. Cum enim liberi arbitrij motio non magis à Dei gratia pendeat, quam à diuina virtute ſtipitis exuſtio; nihil eſſe cur liberum arbitrium efficientis cauſæ dignitate ſpoliemus.

Supra cap. præced.

Sed ſciendum eſt, nec Catholicorum doctrinam, nec illam ſimilitudinem, ſenſum talem facere, quem fingit Chemnitius. Nam liberi arbitrij concurſus, conſenſus, & cooperatio ſtatuitur quidẽ cauſa efficiens, ſed minus principalis, vt cæteræ omnes cauſæ ſecundariæ: ipſa autem gratia principaliſſima cauſa efficiens eſt, ad conuerſionem primam efficiendam. Rurſum concurſus liberi arbitrij non ponitur efficiens cauſa per ſe, & ſolitariè ſumptus, vt ſolas vires naturales ſignificet, (ſicuti commiſcitur aduerſarius,) ſed vt eſt à gratia motus & adiutus concurſus. Quare ignis quidem ſimilitudo, quia

Quo ſenſu cooperatio lib. arbitrij eſt cauſa efficiens conuerſionis ad Deum.

A quia vis exurendi à Deo indita, eſt concurſus Dei generalis tantum & naturalis, non autem ſpecialis, qualis eſt gratia, propterea huic rei apta & idonea non eſt. Sed non propterea vel patres Tridentini (qui ea non ſunt vſi) vel ij qui ea vſi ſunt ſimilitudine, Pelagianum ſenſum habuiſſe iudicandi ſunt; quia Auguſtini doctrinam adamuſſim hac in re ſequuntur. Docet autem Auguſtinus (vt iam multis in locis ex eo citatis docuimus) *aliquid agere ipſam voluntatem ad ſuam conuerſionem.* Imò etiam & efficientiam illi tribuit lib.2.cap.5.de pecc.mer. & remiſſ. his verbis: *Nec ideò tamen de hac re ſolis votis agendum eſt, vt non ſubinferatur ab benè viuendum, noſtræ efficacia voluntatis. Adiutor enim noſter dicitur,* &c. *Voluntas ad ſuã conuerſionem agit.*

Iam verò in ipſa prima conuerſione cooperari nos Deo, (quod planè Pelagianum putãt protestantes (diſertè multis in locis docet Aug. diſtinguens operantem gratiam, & cooperantem (quod antea docuimus) non eo ſenſu vt in prima conuerſione eſſet ſemper ſola operans, & poſtea in obedientia nouæ vitæ, eſſet cooperans; (vt comminiſcuntur proteſtantes,) ſed eo ſenſu vt etiam in ipſa prima cõuerſione vocetur, & ſit gratia cooperans, ſicuti vocatur, & eſt gratia adiuuans. Quod nunc ex illo oſtendemus. Agẽs enim de prima conuerſione ad Deum, & Pelagianos redarguens, qui dicerent, *nos ipſi facimus, nos ipſos Iuſtificamus*; ſubiungit tamen prouidentiſſimè: *Vbi quidem operamur & nos, ſed illo operante cooperamur nos, quia miſericordia eius præuenit nos.* Hæc ille, apertè docens operãti Deo per præuenientem gratiam, cooperari nos per adiuuantem. Rurſum reprehendit Pela- *Auguſtini clara doctrina: quòd cooperamur Deo in prima conuerſione.* *De nat. & gratia cap. 32.* *Deo per præuenientẽ gratiam operante, cooperatur homo per adiuuantem.*

B gium quòd doceat, *cum adiuuat Deus hominem, vt declinet à malo, & faciat bonum* (quæ eſt prima conuerſio) *reuelando, & oſtendendo quid fieri debeat, adiuuare Deum; non etiam cooperando, & dilectionem inſpirando eum adiuuare, vt id quod faciendum eſſe cognouerit, faciat.* Hæc ille. Vbi aduerte quòd Aug. vocat inſpirationem charitatis ipſam Dei cooperationẽ; quia videlicet pariter cum illa inſpiratione, ex parte Dei fit conſenſio, & acceptatio ex parte hominis, ita vt vtraque cooperetur. Rurſum in eodem lib. ca. 25. Illud quod Chriſtus futurum dixit, *non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri eſt, qui loquitur in vobis*: vocat, *cooperationis diuinæ effectum.* Non (inquit) *ſignificat poſſibilitatis profectum, ſed exprimit cooperationis effectum.* Hæc ille. Tamen non minus illa videtur eſſe operans gratia, quàm ipſa præueniẽs, quum ſit, ſolius Dei opus, quòd loquatur eius Spiritus in nobis. Vocatur tamen cooperans, quia non loquitur in nobis, niſi cooperantibus nobis, & conſentientibus. Sic alibi apertiſſimè dixit, in illis verbis, *aperi os tuum, & ego implebo illud*, quorum alterum præparationem ſignificat, alterum ipſarum virtutum infuſionem (vt ſupra eſt explicatum) *in vno iſtorũ cooperatur Deus homini facienti*, (hoc eſt in ipſa præparatione, ſiue prima, ad Deũ conuerſione (*alterum ſolus facit*, ſcilicet gratiam habitualem, ſolo ſuo opere infundit. Hęc ille. Denique hoc idem docuit Aug. (licet contrarium docuiſſe aduerſariis videatur) cum diceret, *Deus vt velimus operatur ſine nobis; cum autem volumus & ſic volumus vt faciamus nobiſcum operatur*; Nam in horum primo præuenientem gratiam, in altero adiuuantem, & cooperantẽ, diſertè affirmauit. Qùm enim volumus, vel facimus, quod gratia vt velimus operatur nouas vires ſubminiſtrando, tunc ſecundum Augu. nobiſcum Deus operatur, cooperatur nobis, etiam aliquid agentibus, & operantibus; libero ſcilicet noſtro arbitrio conſentientibus, & vna cum gratia efficaciter concurrentibus. Non ergo Pelagiana, ſed *De gratia Chriſti cap. 3.* *Conuerſio prima quæ.* *Gratia cooperãs quæ.* *Contra 2. epiſt. pelag. lib. 2. c. 8.* *De gratia & lib. arbitr. c. 17.*

C Auguſtiniana propoſitio eſt, hominem ad ſuam conuerſionem, per gratiam adiuuãtem Deo cooperari; eáque ratione ſe ad Iuſtificationem acquirendam diſponere, ac præparare. Quibus ita explicatis, firma ſtat de liberi arbitrij, cum gratia Dei in præparatione ad primam iuſtitiam cooperatione catholicorum fides, & Sacri Concilij Tridentini doctrina. Atque iſte huius difficillimæ controuerſiæ finis eſto.

Libri quarti finis.

D

PROOEMIVM IN SEQVENTES LIBROS QVINQVE, QVI PROPRIE AD QVÆSTIONEM DE Iuſtificatione pertinent.

POSTQVAM de morbo naturæ humanæ, quem vt ſanaret Medicus ac Saluator noſter Chriſtus Ieſus in mundum venit, contra horum temporum hæreticos, qui illum vehementer planéque inaniter exaggerarunt, non vt Medici ac Mediatoris gratiam prædicarent, ſed vt pietatis ac virtutis ſtudium extinguerent; (peſtilenti ſanè conſilio, vt naturæ corruptiſsimæ deſperata per renouationem ſanitate, veráq; per Chriſtum iuſtitia ac ſanctitate, ad commentitiam illorum fiduciam fidémque ſpecialem, id eſt præſumptionem ſatanicam probabilior aditus patefieret, vt pote quæ ſola ſine bonis operibus ſaluaret,) ſatis iam ſuperque libris 4. diſputatum eſt, planéque oſtenſum peccatum originale eiuſque reliquias; nec tantam naturæ corruptionem, qualem illi finxerunt inuexiſſe, nec ſic in regeneratis per Chriſtum adhuc hærere, vt veri ac propriè dicti peccati nomen, relicta vetuſtas obtineat; denique eam eſſe naturæ humanæ conditionem, vt in prima ſua ad Deum conuerſione, liberè agat, & cooperetur adiuuanti Deo: (quæ ſunt duo fundamenta inhærentis renatis Iuſtitiæ,) ſequitur nunc vt qualem ſanitatem interioris hominis, Medicus ac mediator noſter, depulſo peccato, id eſt, qualem iuſtitiam regeneratis in ipſo largitus & impartitus eſt, ordine explicemus. Hanc enim fœdiſsimè noſtri têporis hæretici contaminarunt; & Mediatoris gratiam dum excellenter commendare videri volunt, impiè ſuſtulerunt. Primum ergo veram ſanitatem, iuſtitiam, & ſanctitatem contra peccati morbum nobis per Chriſtum collatam, id eſt veram noſtram coram Deo iuſtificationem, cōtra præſentes hæreſes diligenter duobus libris explicabimus. Poſtea quibus in rebus illi hanc totã iuſtitiam ponunt, vnde nos Deo ad vitam æternam acceptos docent, pari diligentia inueſtigabimus: & in vtráq; parte peſtilentes eorum fraudes & impoſturas, variam quoque impietatem & errorẽ, fauente Deo, in libris tribus conſequentibus aperiemus & iugulabimus. Vniuſcuiuſque autem libri argumẽtum & ordinem, mox poſt neceſſaria quædam Prolegomena explicata, vbi totus controuerſiæ ſtatus circa Iuſtificationis doctrinam declaratus fuerit, ſignificabimus.

E F

Lib. 5. & 6.

Lib. 7. 8. & 9.

Lib. 5. cap. 1.

In li-

A

IN LIBRVM QVINTVM
DE INHÆRENTE IVSTITIA
PROLEGOMENA.

CONTROVERSIAM huius temporis omnium nobiliſſimam, maxi-
méque arduam de ipſa hominis Iuſtificatione, ſeu de eo vnde homo
formaliter fiat Iuſtus,& Deo gratus(Deo fauente) aggreſſurus,eamq́;
quanto fieri poteſt compendio tractaturus, quædam prætet morem
Prolegomena neceſſariò præmittenda duxi, vt conſequens diſputa- 1.
tio,tāto fiat tum breuior,tum explicatior. Sciēdum enim ante omnia 2.
B quot ſunt Iuſtificationis noſtræ cauſæ,& ſi quid in illis ſit ex parte no- 3.
ſtra requiſitum. Tum quid ſignificet hæc ipſa vox *iuſtificari* in pręſenti controuerſia. Po- *Iuſtitia noſtra cauſa efficiens*
ſtremò,Iuſtitia ipſa quotuplex in ſcripturis habeatur,& quot modis fiat. Quod ad primi *ſolus Deus.*
puncti priorem partem attinet, cauſa Iuſtificationis noſtræ tum finalis, tum etiam effi- *Finalis.*
ciens principalis,eſt ſolus Deus. Sed finalis quidem, quatenus beatitudo noſtra eſt, vel
etiam ipſius,& Chriſti eius gloria. Efficiens ptincipalis quatenus miſericordia noſtra eſt *Materialis.*
gratuitò,nos in hac vita ſanctificans & beatificans in altera. Materialis cauſa ſiue pars
ſuſceptiua ipſius iuſtitiæ eſt anima noſtra:ſiue autem per eſſentiam,ſiue per potentias &
per quā animæ potētiam, volūtatemue,an intellectum, inter Scholaſticos quæſtio eſt,
non inter hæreticos controuerſia,& propterea nihil de eo hoc loco. Meritoria cauſa eſt *Meritoria.*
ſolus Chriſtus,& quæ pro nobis fecit & paſſus eſt. Ac de iſtis quidem cauſis nulla hodiè
controuerſia eſt. Inſtrumentales cauſæ ſunt,minúſque principaliter efficientes, Baptiſ-
mus,aliáque ſacramenta,& ſacerdotes,ſeu miniſtri ſacramentorum; de quibus quidem
hodiè controuertitur, ſed à propria quæſtione iuſtificationis ſatis remotæ & per ſe am- *Inſtrumentales cauſa.*
plæ controuerſiæ ſunt. Eſt etiam cauſa pręparatoria,ſeu diſpoſitiua,qui ſunt vel actus no
ſtri,tum in genere liberè acceptando præparantem gratiam,tum etiam adiutorio illius
gratiæ credendo,pœnitendo,orando,aliáque agendo,per quæ adulti ad primam iuſti-
tiam diſponuntur;vel actus aliqui extra nos,vt ipſa excitans gratia, doctrina, prædica-
tio,exhortatio & huiuſmodi. Eſt poſtremo,ipſa formalis cauſa,ſecundum quam forma-
C liter denominamur,& ſumus Iuſti,quam Catholica Eccleſia tradit eſſe,gratiam ſiue do-
na,ſiue qualitates infuſas,vt fidem, ſpem, & charitatem, quæ nobis operante gratia in-
hærentes faciunt nos verè Iuſtos,& gratos Deo. De his duabus cauſis,multū hodiè con
trouertitur. De præparatoria quidem cauſa ex parte noſtra, tum in genere quia paſſiuā,
& neceſſariam,non voluntariam & liberam præparationem hæretici hodiè eſſe volunt,
(quam controuerſiam difficillimā in pręcedenti diſputatione diſcuſſimus,) tum in par-
ticulari,quoad actus noſtros à nobis ad Iuſtitiam capeſſendam requiſitos: quæ eſt po-
ſterior primi puncti pars. De hac itáque controuerſia, id eſt de modo præparationis ad
Iuſtitiam,ex parte noſtra in particulari,quia etiam de ea multum hodiè controuertitur,
neceſſariò nobis dicendum eſt,antequā de ipſa formali Iuſtitia noſtra diſputemus. Sed
paucis,& breuiſſimè eam expediemus.

De præparatione varia ad primam Iuſtificationem.

Prolegomenon primum. Ad Iuſtitiam conſequendam quæ & quæ requirantur.

REQVIRVNTVR in adultis ad Iuſtitiam conſequẽdam,ſiue nondum D
renatis,ſiue relapſis fides in Deum, timor Iuſtitiæ diuinæ,ſpes miſeri-
cordiæ,odium peccati, dilectio Dei, votum baptiſmi,& nouæ vitæ.
Hæc enim ſex in modo præparationis Concilium Trident.ſapienter
complexum eſt.Seſſ.5. cap.6. Sed aduertẽda ſunt hic quatuor,primo
1. non hæc omnia ſemper requiri : Deum enim aliquando ita potenter
hominem conuertere, vt abſque timore, & pœnitentia, ſola fide &
2. charitate eum ſufficienter diſponat,ſecundo non eo ordine quo hic ponuntur, ea ſem-
3. per præcedere, ſed modo per hoc,modo per illud,diſponi hominem ad Iuſtitiam. Ter-
tio,Non per opera,tanquam à nobis viribus noſtris perfecta,ſed tanquam effectus gra-
4. tiæ præuenientis,& adiuuantis nos diſponi ad primam Iuſtitiam. Quartò, ac poſtremò
non ſic diſponi nos per iſta,vt vel mereamur primam Iuſtitiam,ne quidem ex congruo,
vel eam neceſſariò,& infallibiliter conſequamur,ſed tantum ex gratuito Dei fauore, &
libera ipſius inhærentis Iuſtitiæ acceptatione.Ex quo ſanè fit vt Iuſtitia noſtra, ſit purè
gratia,& tamen verè noſtra quia purè libera.

De fide diſponente. Hebr.8. Rom.10. 1 Theſſal.1. Hebr.6.

Sed has diſpoſitiones prædictas requiri,breuiter nunc oſtendamus. De fide clarum eſt,quod Apoſtolus dicit, *Accedentem ad Deum oportet credere,quia eſt*, &c. Et iterum Ibid. *ſine fide impoſsibile eſt placere Deo*: Et rurſum. *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt*? Et illud Ioan.3.qui nõ credit iam iudicatus eſt.Siue autem hæc fides,qua neceſſariò diſponimur in omnibus ſemper debuerit eſſe fides mediatoris, eadẽmque explicita vel implicita,ſiue *in Deum*,vt Paulus loquitur, non eſt huius loci inquirere. Lege de ea re An- E dræam Vegum lib.6.cap.17.& ſeq.de Iuſtificatione. Satis eſt ſcire poſt propagatum, & annunciatum Euangelium,fidem hanc mediatoris explicitam eſſe in nobis oportere, ſicuti Concilium expreſſit.Hæc etiam fides diſponens formata non eſt,vel etiam habitualis, ſed tantum actus aliquis fidei,quo credimus,quæ diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt,quæcunque tandem illa ſint,ſubiugantes intellectum in obſequiũ Dei, qua quomodo,& an ſola Iuſtificet poſtea exactius diſputabitur. Hunc autem fidem diſponentẽ eſſe opus noſtrum,nóſque liberè credere,in alia cõtrouerſia ex multis Auguſtini locis, maximè de Spiritu & Lit.cap.31.& lib.1.de prædeſt.Sanct.cap.3.& 5.oſtendimus. Actus enim alicuius virtutis,ſine habitu eius à Deo interdum datur, vt Petro actus ambulandi ſuper aquas,ſine habitu aut aliqua perpetua facultate eiuſmodi actus, Moyſi quoque, & Paulo actus viſionis Dei,in hac vita ſine lumine gloriæ.Quod autem de actu fidei diximus,idem de charitate,ſpe, cæteriſque virtutibus ad Iuſtitiam præparatoriis intelligẽdum eſt.

De timore ſeruili ad iuſtitiã diſponente.

Altera diſpoſitio eſt timor, iuſtitiæ ſcilicet diuinæ, quam fides docet; quo peccator vtiliter concutitur, vt reconciliari Deo & Iuſtificari expetat. Hic timor etſi ſeruilis ſit, nec ſemper neceſſaria diſpoſitio, tamen & vtilis eſt,quoties adhibetur, & cum contraria diſpoſitione nemo Iuſtificatur. Negauit vtilem eſſe Lutherus art. 6. à Leone Papa damnato,& cum peccatũ eſſe,& ipſos peccatores peiores facere aſſeruit : quæ eius ſententia damnatur in Concilio Trident.ſeſſ.6. can.8. Probatur eius vtilitas in ſcripturis:

Eſaiæ 26. Eccleſ.1. *Iuſtificari nemo poſſit ſine timore.*

A timore tuo Domine concepimus, & parturimus, & peperimus Spiritum ſalutis, Timor Domini expellit peccatum.Nam qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari. Talem timorem Ioannes bapti- F ſta Matth.3. Chriſtus Luc.12.Paulus Act.24. in orat.ad Fœlicem præſidem, ad conuertendos peccatores prædicauit,& docuit.Eundem natura docuit; & cum timor gehennæ obiectum habeat proportionatum timori,& nulla extrinſeca circunſtantia vitietur, neceſſariò debet eſſe bonus.Vtiliter autem diſponere inde conſtat, quòd & à peccatis cauere, & de præteritis dolere, & ad Dei miſericordiam confugere docet, hoc autem

Patres timorem ſeruilẽ n docent.

docẽt Patres diligenter.Cyprianus in ſermone 4. de mortalitate. Ambroſius ſermone 15.ſuper Pſal.118. Baſilius in Pſal.33. Gregorius homil.34. in Euang. Auguſtinus tractat. 9.in epiſt.Ioan.copioſè:vocat etiam ſaluberrimum in lib.de Cathechil. rudibus cap.5. Per hunc denique vocari nos ad Iuſtitiam docet Bernardus in epiſt. 107. *Audit* (inquit) *ſe quiſque vocari cum timore concutitur*,

Argumẽta hæreticorum contra eundem ſoluuntur.

Lutheri & ſuorum argumenta ſunt. 1. *Timor non eſt in charitate*, 1. Ioan. 4. Malus ergo eſt quem charitas non admittit. Reſpondetur 1. duntaxat de perfecta charitate hoc dixiſſe Ioannem,vt illa verba exponit Auguſtin.tract.9. in epiſt.Ioan. Reſp. 2. de timore mundano,qui timet ideò quia laborioſum & graue putet ſeruire Deo, illa verba poſſe intelligi,

A intelligi,ſicuti tum ipſe Auguſt.tract.92.in Euág.Ioan.tum Ambroſius in fine epiſt. 74.
exponunt.Reſpondetur tertio:Non omne quod eſt extra chariratem peccatum eſſe,li-
cet ad meritum æternæ vitæ nihil ſit,vt docet Apoſtolus,1.Cor.13.Secundum argumē-
tum ex verbis Auguſtini vulgatis ſumitur. *Qui timore facit præceptum,aliter quam debet facit:* *Timor iuſtitiæ diuinæ non eſt timor carnalis.*
peccat ergo qui ſic facit.Sed hæc vulgata ſententia ideò eſt vera,quia de timore loqui-
tur,non quatenus eſt gehennæ,aut diuinæ Iuſtitiæ,ſed quatenus carnalis eſt, ita ſcilicet
affectus,vt niſi ex formidine pœnè præceptum non faceret. Hic enim affectus vitioſus
eſt,& peccatorem facit.vnde Auguſtinus de filiis veteris teſtamenti ait. *Qui ex cupiditate* Contra 2.epi. pelag. li.3.c.4.
*terrena,metúque carnali,*ſcilicet amittendorum bonorum temporalium, *præceptum facit pro-*
culdubio inuitus facit,ac per hoc in animo non facit,Mauult enim omnino non facere ſi ſecundum ea
quæ cupit,& metuit permittatur impunè.Ac per hoc in ipſa voluntate intus eſt reus vbi ipſe qui præ-
cipit inſpicit Deus: Hæc ille. Præterea non ſemper quod debet fieri præceptum eſt cuius
tranſgreſſio ſit nouum peccatū.Sic enim dicitur.Debemus ſemper orare,laudare Deū,
&c. Itáque quamuis ex timore ſeruili factum opus,non fiat ex charitate , vt ſit perfectū
& meritorium,non tamen propterea peccatum eſt.Poſtremò non tantum ad bonita-
tem actus requiritur,quantum ad perfectionem.Carere culpa bonum eſt in genere mo-
ris,non tamen perfectio moralis.Sic diſponere ad perfectionem , & iuſtitiam poteſt ti-
mor ſeruilis,vtcunque non ſit per ſe laudabilis,aut perfecta virtus.

Tertia diſpoſitio ad gratiam iuſtificantem eſt ſpes,de qua nihil hodiè cōtrouertitur, *De ſpe diſponē-te ad iuſtitiam.*
niſi quod in ea,modum vehementer excedunt hæretici,nec tam præparatoriam,quam
B formalem totius iuſtificationis cauſam,in ea ſola ponunt,cum ipſa etiam fide habituali
eam confundendo,de qua re agendi locus erit, cum hęreſim de ſola fide, vel de ſpecia- Inſt.lib.3.
li fide tractabimus. Ad huiuſmodi ſpem ſanandum Paralyticum Chriſtus hortatur, di- Matth.9.
cens: *Confide fili.* Hanc etiam ſpem conceperat filius prodigus : *dicens intra ſe ,ſurgam, &* Luc.15.
ibo ad patrem meum,&c.Itáque in re clara,& ab aduerſariis conceſſa,non eſt immorandū.

Sed nec de quinta diſpoſitione,quæ eſt odium peccati,neceſſe eſt hic multa dicere. *De odio peccati ad iuſtitiam diſponente.*
Lutherus quidem illud negauit eſſe vel neceſſarium,vel vtile, & optimam pœnitētiam
vult eſſe nouam vitam.Melanchthon contrà,in timore ſeruili,& in deteſtatione pecca-
ti,ponit plenam,& perfectam contritioē:quod non minus eſt falſum.Vera enim con- *Timor pœnæ nō eſt vera contritio.*
tritio,odium quidem peccati habet ſed propter Deum offenſum non propter terrores
pœnarum : de qua Apoſtolus dixit. *Triſtitia quæ ſecundum Deum eſt,pœnitentiam in ſalutem* 2.Cor.7.
ſtabilem operatur.Manifeſtum eſt autem (ait Ambroſius hunc locum in cōmētariis expli-
cans) *quod qui triſtis eſt quia peccauit,ſecundum Deū triſtis eſt,dolet enim quia fecit quod odit Deus.*
Hæc ille.Sed de hoc proteſtantum errore in controuerſia de pœnitentia , ciúſque par-
tibus,rectus diſputandi locus erit.Nam hoc loco benè eſt aduertendum , quod odium
peccati diſponens ad iuſtitiam multum differt à contritione, quæ eſt prima pœnitētiæ
pars.Neque enim tam intēſum odium aut dolor peccati,quale ibi requiritur, nec etiam *Odium peccati hoc loco differt à contritione.*
tam diſtinctum de ſingulis mortalibus, ſed odium aliquod generale , & qualecunque,
quam attritionem Scholaſtici vocant,vnde prouidenter Patres Tridentini addiderūt,
odium & deteſtationem peccatorum diſponentem ad Iuſtitiam, talem eſſe, qualis eſt ea pœnitentia,
quā ante baptiſmum agi oportet. Quæ ſanè ex omnium Patrum ſententia, à pœnitentia quæ
C poſt lapſum fit,diligenter diſtinguitur,tanquā omnium leuiſſima : vt deſcribit Ambro-
ſius in com.ad Rom.cap.11.& de Sacram.lib.3.cap.2.Vtpote in qua gratia Dei regene-
rans ſola Iuſtificat;in altera verò non ſolum gratiæ,ſed & Iuſtitiæ diuinæ habetur ratio.
Vide de hoc diſcrimine Auguſtinū epiſt.108.ad Seleucianum: homil. 27. & 50. cap. 9.
ex Homil.50.& lib.1.cap.6.de Symbolo. Originem quoque Homil. 3.ſuper Leuiticum,
& Ambroſium lib.2.cap.10.de pœnitentia. Quinta diſpoſitio , eſt *dilectio Dei , quatenus*
omnis Iuſtitiæ fons eſt, vt Patres Tridentini loquuntur,id eſt, quatenus ſolus ille iuſtifica- *De charitate ad iuſtitiam primò diſponente.*
tionis noſtræ author & operator eſt;quanquā etiam & ſub aliis rationibus conſiderata
dilectio Dei, vt ſub ratione remuneratoris,miſericordis , & iuſti,diſponere ad Iuſtitiam
poteſt.Certè alia & maior eſſe debet,quam dilectio Dei, authoris naturæ,quæ natura-
lis eſt. Illa autem quæ diſponit ad iuſtitiam,effectus eſt gratiæ præuenientis , & adiu-
uantis.Hanc diſponentem dilectionem habuit Magdalena,cum diceret ei Chriſtus, *Re-*
miſſa ſunt ei peccata multa,quoniā dilexit multum. Et de hac Chriſtus locutus eſt cum diceret, Luc.7.
qui diligit me , diligetur à Patre meo ,& ego diligam eum, Et paulò pòſt, *ſi quis diligit me,ſermonem* Ioan.14.
meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum,& ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus.

A iuſtificationem, toties hanc diſpoſitionem planè neceſſariam requirit. Et certè ex fi-
de, & dilectione neceſſariò iſta cõſequitur. *Qui enim diligit me*, (ait Chriſtus) *ſermones meos* Ioan. 14.
ſeruabit, id eſt, ſeruandi voluntatem habebit. Quo etiam ſenſu, apud Ezechielem dicitur.
Si impius egerit pœnitentiam, &c. (ibi eſt odium peccati) *& cuſtodierit omnia præcepta mea, &* Ezech. 18.
fecerit Iudicium, &c. id eſt, voluntatem habuerit ea cuſtodiendi. Nam alioqui ante Iuſti-
tiam acceptam teneretur omnia præcepta ſeruaſſe, quod eſt & abſurdiſſimum, & hu-
manæ naturæ ſine habituali, & iuſtificãte gratia impoſſibile. Atque hinc eſt quod Chri-
ſtus dixit adulteræ: *Vade, & noli iam amplius peccare*. Non autem dixit, ne amplius pecces. Ioan. 8.
Voluntatem enim non amplius peccandi ſatis eſſe docuit ad præteritorum remiſſionẽ
conſequendam. Itáque hæc vltima diſpoſitio, eſt voluntas bona ſed parua, quæ accepta
ſemel iuſtitia fiet magna, Quod his verbis docet Auguſtinus. *Qui vult facere Dei mandatũ,* De gratia &
& non poteſt. (quæ eſt propria affectio tendentium ad iuſtitiam) *iam quidem habet volunta-* lib. arbitrio.
tem bonam, ſed adhuc paruam, & inualidam. Poterit autem cum magnam habuerit, & robuſtam. Cap. 17.
Hæc ille. Atque hæc de hac vltima diſpoſitione paulò verboſius, quia ad futuram de Iu-
ſtificatione ipſa diſputationem, huius partis intelligentia multum conducet.

Atque hæ ſanè hactenus commemoratæ diſpoſitiones, ad primam Iuſtificationem
conſequendam ſufficienter diſponunt. Sunt autem & aliæ ad iuſtitiam diſpoſitiones, vt
orationes, eleemoſynę, ieiunia, aliáque opera bona, ipſumque martyrium ex gratiæ ſpe-
cialis auxilio profecta; ſed quia hæ vt plurimum iam tenatorum ſunt vt vel iuſtitiam au-
geant, vel deperditam reſtaurent, non ſunt hoc loco à Patribus Tridẽtinis commemo-
ratæ. Notandum verò diligenter, alia bona opera, quæcunque purè moralia, & ſolius
B naturæ viribus producta, ne quidem dilectionem Dei, vt authoris naturæ ſuper omnia,
ad Iuſtitiam Chriſtianam diſponere, aut præparare, quatenus talia; nec vllo modo quic- *Opera purè mo-*
quam, quod ad vitam, aut gloriam ſpiritualem pertinet mereri. Neque enim eſt imme- *ralia non diſpo-*
diatus ordo inter opus purè morale, & gratiam habitualem: ſed intercedit media ipſa *nunt ad iuſtifi-*
conuerſio ad Deum per diſpoſitiones prædictas, quæ opera ſunt ſpecialis gratiæ ſiue au- *cationem.*
xilij diuini.

Notandum quoque ex his diſpoſitionibus, non conſequi ipſam Iuſtitiam tanquam
ex ſua cauſa effectum. Diſpoſitio enim materiæ, etiam in ipſis rebus naturalibus, non ex *Diſpoſitiones*
neceſſitate producit formam, niſi per virtutem agentis qui diſpoſitionis ipſius eſt au- *prædicta non*
thor, vt docet S. Thom. 22. quæſt. 112. articul. 3. ad 3.. Multo minus in rebus ſupernatu- *ſunt cauſa pri-*
ralibus. Diſpoſitio enim ad gratiam, quatenus vel tempore vel natura eam præcedit, *ma gratia.*
nullam habet rationem iuris, aut meriti ad gratiam; quia nondum perſona eſt digna,
per iuſtificantem gratiam: cuius ſolius opera, iam filij & amici Dei, poſſunt eſſe deo ad
meritum grati. Quam ſanè ob cauſam, etſi ſcholaſtici diſtinctionis gratia auxilium ſpe-
ciale gratiæ ab ipſa habituali gratia, tanquam diuerſam & diſtinctam Dei operationem
diſcreuerint, tamen SS. Patres motionem illam Dei, excitãtem hominem ad gratiam,
homini infuſam, eúmque gratum facientem, non duas actiones Dei, ſed vnam prorſus
reputant, veluti motum & eius terminum. Itáque Auguſtinus lib. 1. ad Simplicianũ q. 2.
fidem catechumenorum vel diſponentem ad Iuſtitiam, *inchoationem fidei* vocat, *cõceptio-*
C *ni ſimilem: ipſam autem gratiam fidei quanta ſufficit ad obtinendum regnum cælorum, natam iam*
& completam fidem vocat. Idem quoque de aliis diſpoſitionibus intelligendum eſt; Eſſe
illas videlicet inchoationes tantùm meriti, excluſiuè, non autem vllo modo ipſum me-
ritum. Sic expone Auguſtinum, quùm dicit, *fidem inchoare meritum, & impetrare Iuſtifica-*
tionem: Retract. lib. 1. cap. 23. aut etiam quod dicit epiſt. 106. *fidem mereri iuſtificationem*: aut
deníque epiſt. 105. *fidem mereri remiſſionem peccatorum*, quod exemplo Publicani probat.
Meretur enim quia inchoat meritum benè operandi, diſponendo ad hoc, ſicut infideli-
tas inchoat pœnæ meritum, *vt per hanc ipſam pœnam etiam malè operantur*, ait Auguſt. Re-
tract. lib. 1. cap. 23. id eſt, apti ſint, & procliues ad omne opus malum. Deníque exponit
ſeipſum Auguſt. de Spiritu & Lit. cap. 13, fidem hoc ſenſu impetrare iuſtitiam, *quia docet à*
Deo petere auxilium faciendi quod lex imperat. Præterea fides meretur Iuſtificationem, quia
facit materiam aptam tanto beneficio, Sic de Natura humana dicit Auguſtin. *quia eſt*
imago Dei, meretur gratiæ opitulationem. Contta Iulianum lib. 4. cap. 3. fides ergo, & reliquæ
diſpoſitiones, quùm ſint inchoationes tantum, & principia Iuſtificãtis gratiæ, non ſunt
vllo modo eius cauſæ, aut merita; ſed ſic ſe habent ad illam vt motus omnes ad termi-

num ſuum: ſuntque imperfectæ motiones, ad vnum perfectum tendentes, vnde omnem perfectionem, virtutem, & efficaciam ſuam ſortiuntur. D

Quæ ſanè omnia ſi aduertiſſent hodiè Proteſtantes, nôn ita præparationis, aut diſpoſitionis nomen, in ratione Iuſtitiæ exoſum habuiſſent, vt dicerent peccatores eo magis peccate, quo ſe ad iuſtitiam feruentius diſponunt. Pro concluſione ergo huius Prolegomeni, ſciendum eſt, non modo iſtas diſpoſitiones, ſenſu, & modo quo dictum eſt requiri, ſed etiam tantam earum rationem haberi, vt iuxta illas, & ſecundum proportionem illarum, vel plenus, vel tenuius iuſtificantem gratiam Deus infundat. Quæ cauſa fuit, quod prædictam Proteſtantum ſententiam Patres Tridentini can. 7. ſeſſ. 6. damnauerint; paritérque eiuſdem ſeſſionis cap. 6. aſſeruerint, *recipere vnumquémque à Deo iuſtitiam ſuam non ſolum ſecundum menſuram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis prout vult, ſed etiam ſecundum propriam cuiúſque diſpoſitionem.* Quæ ſanè ſententia à Proteſtantibus pertinaciſſimè negata, facilè tamen ex Scripturis, & Patribus demonſtratur. Hoc enim illud eſt, quod euidenter in Euangelio ſcribitur, *tradidiſſe Dominum talenta ſeruis ſuis, vni quidem quinque, alij verò duo, alij autem vnum, & vnicuique, ſecundum propriam virtutem; Conſiderans videlicet* (ait ſuper illa verba Chryſoſtomus) *diuerſitatem fidei eorum*, Sic quod Apoſtolus dixit, *vnicuique ſicut diuiſit Deus menſuram fidei*, exponit Auguſtinus *Cæterùs* (inquit) *ad menſuram datur Spiritus & datis additur, donec vnicuique pro modo ſuæ perfectionis propria menſura compleatur.* Hæc ille tract. 74. in Ioan. Et apertius alio loco. *Quantum vas fidei attulerit ad fontem tantum implet.* Tractat. 32. in Ioan. Et ante eum Cyprianus lib. 2. E epiſt. 2. *Quantum illuc* (ad baptiſmum ſcilicet) *fidei capacis afferimus, tantum inde gratiæ inundantis haurimus.* Vbi fidei nomine ſemper fides ad Iuſtitiam diſponens intelligitur. Sic etiam in genere de omni diſpoſitione, vnde capacitas oritur (quod de oratione verbi gratia docet pulchrè D. Auguſtinus epiſtol. 121. ad probam viduam) ſcribit Hieronymus. *Tantum Gratiæ Chriſti infunditur, quantum haurire valemus*, lib. 2. contra Iouinianum. Auguſtinus quoque tractans illa verba, *de plenitudine eius accepimus omnes*, docet id fieri, *cum pro modulo noſtro particulas noſtras accipimus*, In lib. de Gratia, & Libero arbitr. cap. 9. Ex quibus omnibus conficitur, ſicuti non omnes lapſi ad parem, & æqualem reſurgunt gratiam (vt commune ſcholaſticorum Axioma habet) ſic nec omnes impios in pari, & æquali gradu à Deo iuſtificari, ſed aliis maiorem, aliis minorem iuſtitiam impartiri, iuxta & variam S. Spiritus menſuram, & diuerſam cuiúſque virtutem ſeu diſpoſitionem. Eſt autem hæc diſpoſitio, per actus ſupradictos apprehenſio Iuſtitiæ ipſius formalis, & gratificantis gratiæ, non autem (vt Proteſtantes docent) ſolus actus fidei per quem ſolum recipere nos gratiam, id eſt miſericordiã Dei ignoſcentis, & Iuſtitiam Dei imputatam nobis, vtrámque propter Chriſtum, eáque per fidem apprehenſa, iuſtificari nos docent. Atque hæc de primi Prologomeni vtráque parte hactenus.

SECVNDVM

SECVNDVM PROLEGOMENON.

De vocabulo Iuſtificandi, vt in S. Scripturis accipitur.

Iuſtificationis ſignificationes tres

Proteſtantes iuſtificationis nomine quid intelligant.

NVNC de altero Prolegomeno, quod eſt de verbo Iuſtificandi, déque ſignificatione eius dicendum eſt. Habet autem in Scripturis ſignificationes tres: duas circa primam iuſtificationem. Tertiam circa ſecūdā, quæ eſt augmentum Iuſtitiæ. Circa primam, ſignificat abſolutionem à peccatis, & inhærentes qualitates, ex quibus denominamur, & ſumus iuſti: harum priorem ſolam docent, & pertinaciſſimè affirmant
B hodiè Proteſtantes: & iuſtificati aliquem nihil aliud eſſe volunt, quam remiſſionem peccatorū conſecutū eſſe. Poſteriorem aiunt nos ſolā affirmare, ſed mentiuntur. Iuſtificare enim vtrunque complecti dicimus, tum remiſſionem peccatorū, tanquam veteris formæ abolitionem, tum præterea infuſionem nouarum qualitatum, ſeu virtutum tanquam nouæ formæ inductionem. Itáque circa vocis huius ſignificatum, præcipua controuerſia eſt, quod iuſtificatio illa prima, quæ eſt tranſlatio à ſtatu peccati, in ſtatum gratiæ, *qua eripuit nos Deus de poteſtate tenebrarum, & trāſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ*, ſecundum illos ſolam ſignificat remiſſionem peccatorum per Chriſtum; ſecundum nos, ſignificat præter remiſſionem peccatorum per Chriſtum, etiam habitualis, & inhærentis Iuſtitiæ collationem per Chriſti gratiam. Proteſtantes vt ſolam primam ſignificationem ſtabiliant, tribus quaſi fundamētis præcipuis nitūtur. Primum eſt, quod Hebraica phraſis non alium admittit eius verbi ſenſum. Secūdum eſt, quod in illis ſcripturæ locis, vbi propriè de Iuſtificatione agitur, vt apud Paulum maximè, non aliam etiam ſignificationem habet. Tertium eſt, quod alter ille ſenſus, quem nos ſtatuimus, non ad Iuſtificationem ſed ad ſanctificationem, & renouationem pertinet, quæ ipſam iuſtificationem iam completam neceſſariò conſequitur, non eſt autem pars eius. Sanctos autem Patres nobiſcum ſentientes, duplici nomine reiiciunt, vel quia proprietati linguarum magis eſt inhærendum, vel quia illi ipſi alterum ſenſum ſępe agnoſcunt, euidentia videlicet Paulinæ diſputationis conuicti. His tribus fundamentis, & hoc duplici ſubterfugio vtuntur.

Controuerſia ſtatus.

Coloſſ. 1.

Tria Proteſtantiū fundamenta.

Primi fundamenti euerſio.

Primum fundamentum inde probare contendunt, quod in veteri teſtamento iuſti-
C ficare ſit verbum forenſe, ideóque ſignificet pronūtiare Iuſtum, ſiue abſoluere, à crimine, vt illud Pſal. 50. *vt iuſtificeris, & vincas cum iudicaris.* Eſaiæ 5. *Væ, qui Iuſtificatis impium.* Prouerb. 17. *Qui iuſtificat impium, & condemnat iuſtum, abominatio eſt.* Et Saluator in Euangelio Matth. 12. *Ex verbis tuis iuſtificaberis, vel condemnaberis.* Et Lucæ 10. *Volens iuſtificare ſeipſum*, id eſt pronuntiare ſe iuſtum. Sed cum multa ſimilia loca accurrunt, vt Iob 4. & 9. Ezech. 16. Luc. 7; Nec tamen probant illa omnia, ſolam & vnicam huius verbi ſignificationem, nec etiam ſi in his ſcripturis omnibus hoc ſolo ſenſu, vox hæc acciperetur, propterea multum ad rem faceret, cum doctrina iuſtificationis de qua hic quæritur his locis non tradatur. Sanè in ipſa veteri Scriptura in altera ſignificatione legitur, vt Eſaię 53. de Chriſto dicitur. *In ſcientia ſua Iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos*, id eſt, iuſtitiam docebit multos. Quo etiam verbo vtitur Daniel cap. 9. in textu Hebraico, quod vulgatus interpres vertit, ad iuſtitiam erudiunt multos. Idem quoque Daniel iuſtificationis verbo, pro inhærente ſanctitate vtitur, eodem cap. *Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras.* Syracides quóq; eodē in ſenſu vtitur, Eccl. 18. *Non verearis vſq; ad mortē iuſtificari.* Nam quod cauillatur Chemnit. per Iuſtificari hoc loco ſignificari perpetuā re-

Chemnitij cauillatio deluitur.

miſſionẽ peccatorũ, quia paulo ante dixerat, *Ante languorẽ adhibe medicinã &c. Ante iudiciũ interroga teipſum, & in conſpectu Dei inuenies propitiationem*, merũ eſt nugamentũ. Vtrúmque D
enim ibi docet Syracides: prius quidẽ conſcientiæ examen, vt remiſſio peccatorũ conſequatur, deinde perpetuã vitæ ſanctitatem, & mortificationem, vt merces iuſtitiæ retribuatur. De hac enim disertè dixit, *Ante languorem humilia te, & in tẽpore infirmitatis oſtende conuerſationem tuam: non impediaris orare ſemper, & ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces Dei manet, in æternum*. Hæc ille. Quo etiam ſenſu cap. 1. idem Eccleſiaſticus dixit. *Religioſitas cuſtodiet & Iuſtificabit cor*. Cui loco quia apertiſſimè de ſanctitate inhærente loquitur, nihil reſpondet Chemnitius. Sicuti nec aliis illis locis, ex Eſaia & Daniele prolatis. Nihil ergo vſus huius verbi, in veteribus, & hæbraicis libris, contra ſenſum Catholicum facit, ſed plurimum eundem iuuat.

Secundi fundamenti euerſio.

In ſecundo fundamento, adhuc magis refutantur Proteſtantes, ſenſúſque orthodoxus magis ſtabilitur. Apud Paulum enim vbi propriè de iuſtificatione agitur, vt aliqui quidem docti viri ſenſerunt, (inter quos eſt Dominicus à Soto de natura & gratia libr. 2. cap. 7.) nunquam, ſed profecto non ſemper in ſenſu quem ſolum Proteſtantes agnoſcunt, hæc vox accipitur, in ſenſu autem noſtro, id eſt, pro inhærente iuſtitia quam ſępiſſimè. Quod dum hoc loco oſtendimus, huius Controuerſiæ de vocabulo iuſtificationis punctum diſcutimus, ideóque in eo oſtendendo diligentiores eſſe debemus. Vrgent Proteſtantes frequentem (vt aiunt) antitheſim apud Apoſtolum verbi forenſis accuſare & iuſtificare, vt ad Rom. 8. *Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat?* Et iterum ad E
Rom. 5. *Iuſtificatio & condemnatio* opponuntur. *Iudicium ex vno in condemnationem, gratia ex multis delictis in iuſtificationem*, Et rurſum: *ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius hominis iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem vitæ*. Videtur ergo in iſtis locis iuſtificatio, vt oppoſita condemnationi, nihil aliud quam abſolutionem, & remiſſionem peccatorum ſignificare. In quem ſenſum etiam citãt Apoſtolum. 1. Cor. 4. *Qui me iudicat Dominus eſt. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum*. i. coram iuſtificante Deo abſolutus. Sic ad Roma. 3. *Vt omne os obſtruatur & ſubditus* (ſiue obnoxius ὑπόδικος) *fiat omnis mundus Deo, ex operibus legis non iuſtificabitur coram eo omnis caro*. i. non abſoluetur. Quo etiam ſenſu Pſalm. 143. dicitur: *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*. Denique Actorum 13. *Per Chriſtum vobis remiſſio peccatorum annuntiatur, ab omnibus quibus non potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari, In hoc omnis qui credit iuſtificatur*. i. à peccatis abſoluitur, à quibus per legem Moyſaicam abſolui non potuit. Hæc teſtimonia (ait Chemnitius nulla ſophiſtica poſſunt eludi, vt ad infuſionem inhærentis iuſtitiæ referantur, ſed manifeſtè oſtendunt iudicialem eſſe ſignificationem verbi iuſtificare, in hoc articulo.

Teſtimonia à Proteſtantibus prolata.

Reſponſio ad eadem generalis.

Ad hæc tamen omnia, nihilominus reſpondetur: primum in genere, quòd nec hæc loca omnia, nec alia his ſimilia, inhærentem Iuſtitiam à vocabulo iuſtificãdi excludunt; idque duabus de cauſis: tum quia ne in forenſi quidem iudicio, quod æquitate nititur, abſoluitur, aut pronnntiatur iuſtus, niſi qui reuera ſecũdum allegata, & probata, talis eſſe oſtendatur, (qualem iuſtificationem Scripturæ illæ in primo fundamento citatæ, Eſai. 5. F
& prouerbiorum 17. prædicãt) tum etiam maximè quia Deus cuius iudicium eſt æquiſſimum, non ponuntiat iuſtos niſi qui tales re vera exiſtant. Itáque iudicialis huius vocabuli ſignificatio, inhærentem iuſtitiam non excludit, ſed includit. Includit autem nõ ſolum quia remiſſis peccatis abeſt iniuſtitia, ſed quia poſitiuè etiam adeſt illi quem iuſtificat Deus, inhærens Iuſtitia, vt mox ex Apoſtolo oſtendetur. Deinde opponitur in Paulo iuſtificationi condemnatio, & quoties accipitur in locis citatis, iuſtificari pro abſolui à peccato, ideò accipitur, non quia in hac abſolutione a peccatis tota ratio iuſtificationis conſiſtit, ſed quia ſine ea iuſtificatio nulla eſt, & quia altera pars ipſius iuſtificationis eſt. Hoc animaduertere Proteſtantes nolunt. Atque hæc reſponſio in genere, his & ſimilibus locis dari poteſt.

Forenſis vocis iuſtificare vſus nihil Proteſtantes iuuat.

Quomodo in Paulo iuſtificatio cõdemnationi opponitur.

Reſponſio particularis.

Nunc autem vt ad quædam in particulari reſpondeatur, primum illa Antitheſis ad Rom. 5. manifeſtiſſimè oſtendit iuſtificationis vocabulum, pręter remiſſionem peccatorum etiam inhærentis Iuſtitiæ collationem denotare. Nam poſtquam Apoſtolus duplicem illam Antitheſim ſupra citatam feciſſet, addit tertiam, quæ duas præcedentes explicaret, cauſámque earum oſtenderet: quod particula illatiua manifeſtè docet. *Sicut enim* (ait Apoſtolus:) *per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per*

A *vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi.* Itáque quod antea dixit, *gratiam datam eſſe in iuiuſtificationem*, & per vnius hominis Iuſtitiam, *omnes homines accepiſſe iuſtificationem vitæ*, hic explicans cuius generis illa iuſtificatio ſit, dicit: *per vnius obeditionem iuſtos conſtitui*. i. iuſtos effici, ſeu fieri multos: vt omnino ipſo interprete Paulo, iuſtificare latinam potius compoſitionis analogiam complectitur, quàm hebraicæ, quæ eſt, iuſtum facere. Nec vocis tantum ſeu phraſis Apoſtolicæ ratio huc nos adducit, ſed multo magis, planéque inuicta antitheſis Apoſtolicæ conſequentia hoc concludit. Ait enim ſic nos conſtitui per Chriſti obedientiam iuſtos, ſicuti eramus facti per Adæ inobedientiam iniuſti. At verò etiam ex ipſorum Proteſtantum ſententia, iniuſtitia noſtra originalis, ex Adamo contracta eſt) nobis inhærens iniuſtitia, & ſingulorum propria, non autem imputata propter peccatum Adæ, vt ſolum propter illud aut per illud pronũciemur peccatores: ergo & Iuſtitia noſtra per Chriſti obedientiam, per Chriſti gratiam, per Chriſti Iuſtitiam nobis comparata, non erit acceptata tantum, vt prænunciata quædam Iuſtitia, quæ tamen reipſa talis non ſit; nec etiam erit ipſa Chriſti Iuſtitia nobis imputata tanquam noſtra; ſed erit aliqua Iuſtitia nobis inhærens, & quæ ſingulorum ſit propria. Iuſtificari igitur apud Paulum hoc loco, eſt iuſtum fieri per aliquam inhærentem iuſtitiam, non autem prænunciari tantummodo Iuſtum propter remiſſionem peccatotum, vel alienam Iuſtitiam nobis imputatam.

Antitheſis Pauli ad Rom. 5. probat iuſtificationem ſignificare inhærentẽ iuſtitiam.

Nec valet hoc loco euaſio flacci Illyrici dicentis, Paulum hoc loco Authores tantũ & effectus ipſos, Chriſtum & Adamum iuſtificationem, & iudicium inter ſe compara-
B re; non autem formam & modum applicationis vtriuſque inter ſe comparare, quam authores & effectus, frequens illa ipſius modi ſeu medij inculcatio manifeſtiſſimè oſtendit, in illis verbis: (*ſicut per vnius delictum ita & per vnius Iuſtitiam; ſicut per vnius inobedientiã, ita & per vnius obeditionem*. Illud enim, per vtrobíque poſitum, & repetitum, etiam modi comparationem ab Apoſtolo factã fuiſſe luculenter oſtẽdit. Quod Auguſt. optimè aſſecutus, Apoſtoli collationẽ his verbis explicat. *Sicut ille in quo omnes viuificabũtur dat ſui ſpiritus occultiſſimã fidelibus gratiã, &c. ſic ille in quo omnes moriuntur, occulta tabe carnalis concupiſcẽtiæ ſuæ, tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpè veniẽtes.* Hæc ille. In hoc ergo ſtat Antitheſis, & collatio Apoſtoli, quod in ipſo modo ex vna parte condemnationis, ex altera parte iuſtificationis, tum illic inhærens quædã Iuſtitia condẽnat, tũ hic inhęrẽs quædã Iuſtitia iuſtificat. Similiter ille locus 1. Cor. 4. *nihil mihi conſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſum*, apertè de inhærene Iuſticia loquitur. Inhęrent enim ea nobis quorum conſcij ſumus. Itáque Paulus nullius criminis ſibi conſcius ſed multorum bonorum operum, non tamen in illis ſe iuſtificare audet; non quia illa non iuſtificant, (non enim contraria ſunt, nullius eſſe criminis conſcium, & non eſſe iuſtificatum, vt prudenter in conc. ad hunc locum notat Theodoretus) ſed quia in ſua propria cauſa iudex eſſe non poteſt, nec ſeipſum ſatis manifeſtè cognoſcit, propter multa videlicet peccata iuſtorum quæ ignorantur, vt Græci interprætes exponunt. Ideo prædixit, *qui me iudicat*, ſcilicet conſcius ne ſim alicuius criminis an non, *Dominus eſt*: vt videlicet ſi caſu illo nullius criminis ſumus cõſcij, verè iuſtificemur, id eſt, verè inhærentem nobis Iuſtitiam habuiſſe pronunciemur.

In apologia contra Toletanum.

De pecc. mer. & remiſſ. lib. 1 cap. 9.

Expoſitio verborum, Nihil mihi conſcius ſum, &c. 1. Cor. 4.

Sed nunc alia loca videamus, quæ non niſi de inhærente Iuſtitia intelligi poſſunt.
C Quum Paulus dicit, *Chriſtum damnaſſe peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis*, manifeſtè intelligit iuſtificationis nomine, non remiſſionẽm peccatotum, ſed inhęrentem Iuſtitiam ex legis obſeruatione. Sic enim ſeipſum explicat, ſubiiciens: *qui non ſecundum carnem ambulamus ſed ſecundum ſpiritum.* Rurſum quùm dixit eodem cap. *quos vocauit, hos & iuſtificauit*, idem docuit. Vocare enim, eſt in filios adoptare, per ſacramenta fidei, & peccata remittere, iuſtificare, eſt ſanctitate imbuere, vel perficere ſanitates, quas ſequitur glorificatio, *quos enim iuſtificauit, hos & glorificauit.* Sic rem exponit, & diſtinguit Auguſt. in lib. de perfect. Iuſtitiæ. Et ſanè clariſſimè vtrúmque alibi Apoſtolus diſtinxit, dicens: *Chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã.* Non quia mors Chriſti non fuerit cauſa efficiẽs tam internæ Iuſtitiæ per modũ meriti, quã remiſſionis peccatorũ per modũ præcij, ſed quia ſicuti mortem peccatorum, mors Chriſti magis repræſentat, ſic inhærentem ſanctitatem, quæ eſt interna renouatio, ipſa reſurrectio magis exprimit.

Probatur ex Paulo per iuſtificationem intelligi iuſtitiam inhærentem. Rom. 8.

Vocare quid ſignificat. Iuſtificare quod.

Rom. 4.

Et hanc vocat Apoſtolus iuſtificationẽ noſtram. Vtrunque etiam hoc alibi euidentiſſimè docet dicens: *baptiſatos nos eſſe in morte Chriſti, quia vetus homo crucifixus eſt, vt deſtrua-*

tur corpus peccati, & hanc vocat iuſtificationem, ſubiungens. *Qui enim mortuus eſt iuſtificatus* D

Rom.6.

eſt à peccato, id eſt abſolutus. Sed addit quoque de altero genere iuſtificationis, *vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: ſi enim cõplantati ſumus ſimilitudini mortis eius ſimul & reſurrectionis erimus.* Et iterũ: *ſi mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto.* Vitam autem intelligit ſpiritualem & Iuſtitię. ſubiungit enim, *Sic & vos, exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto. Nõ ergo regnet peccatum &c.* Hoc eſt igitur quod antea cap.4. dixerant, *Chriſtum reſurrexiſſe propter iuſtificationem noſtram*, vocabulo iuſtificationis intelligens nouitatem vitæ quã reſurrectio Chriſti repreſentat. Quod etiã hoc eodem ca. facit ſubiungens paulò pòſt: *Liberati à peccato ſerui facti eſtis Iuſtitiæ, vbi Iuſtitiæ nomine intelligit* nouitatem vitæ.

Iuſtitiæ nomine quid intelligatur.

Rurſum, quum proteſtantes ipſi, fateantur modum iuſtificationis noſtræ ex fide eſſe, ipſamque fidem iuſtificare, certè vocabulo iuſtificationis aliud intelligere non poſſunt, quam inhærentem aliquam ex fide iuſtitiam. Neque enim iuſtificatio ex fide, eſt remiſſio peccatorum ex fide, quæ ex ſolo Chriſti ſanguine fit, ſed eſt interna quædam mentis renouatio, *per fidem purificãtem corda noſtra*, vt Petrus loquitur, cui renouationi, ſeu purificationi coniuncta eſt remiſſio peccatorum, & illam Paulus vocat iuſtificationem. Ergo in his locis omnibus, *credenti in eum qui iuſtificat impium, fides reputatur ad iuſtitiam. Arbitramur hominem iuſtificari per fidem. Iuſtificati ergo ex fide, pacem habeamus.* aliiſque locis ſimilibus per vocabulum iuſtificationis, non ſolum remiſſionem peccatorum, ſed inhærẽtem aliquam nouitatem & ſanctificationem quæ per fidem inchoatur Apoſtolus intelligit. E Vnde fit vt ipſi fidei, quæ certè virtus interna eſt, iuſtitiam tribuit quam ſæpiſſimè. *Corde creditur ad Iuſtitiam: Gentes apprehenderunt Iuſtitiam, quæ ex fide eſt*, & permulta ſimilia. Iuſtificatio ergo, & Iuſtitia apud Apoſtolum, etiam vbi ex propoſito de noſtra per Chriſtum iuſtificatione agit non ſolam remiſſ. peccatorum aut ſemper ſignicat, ſed quàm ſæpiſſimè inherentem ſanctitatem & renouationem internam.

Iuſtitiam quid appellarit D. Petrus.
Act.15.
Rom.4.
Rom.3.
Rom.5.
Rom.10.
Rom.9.

Iuſtificatio quid.

Atque hæc de ſecundo fundamento hactenus: quo quidem euerſo, facilè & eadem ferè opera euertitur & tertium, quo dicebatur, quòd inhærens aliqua rectitudo, ſanctificatio in ſcripturis vocetur, non autem Iuſtificatio, nec illius vlla pars ſit, ſed eam cõſequatur. Etenim planè contrarium Apoſtolica doctrina oſtendit. Nempe nouitatem vitæ quam Rom.4. vocauerat *Iuſtificationem* ad Rom.5. vocat *ſanctificationem*; & pro eodem vtrumque habet. *Exhibete membra veſtra ſeruire Iuſtitiæ in ſanctificationem.* Nec tanquam diſtincta, ſed tanquam ſynonyma, & vnicum baptiſmi fructum vtrũmque commemorat. 1. Cor. 6. *Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis.* Similiter ad Gall.3. quum dixiſſet, *in lege neminem iuſtificari apud Deum*, De interna & inhærente ſanctitate, ſe loqui oſtendens, paulò pòſt ſe explicat. *Si enim data eſſet lex, quæ poſſet viuificare*, (hoc eſt efficere, vt in nouitate vitæ ambularemus) *verè ex lege eſſet iuſtitia.* Iuſtificatio ergo quam lex non adfert, nõ eſt ſola remiſſio peccatorum, ſed etiam ipſa interna vitæ nouitas & ſanctificatio. Hoc eſt enim apud Paulum viuificare, quod in nouitate Spiritus ambulare. Sic ad Rom.6. *Mortuos peccato, viuentes autem Deo.* Sic ad Roman.8. gratia viuificans vocatur, *lex Spiritus vitæ liberans nos à lege peccati.* Et apertiſſimè paulò pòſt ibidem. *Spiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtum* F *à mortuis viuificat mortalia corpora veſtra*, & finem ſubdit *vt non ſecundum carnem viuamus ſed ſecundum ſpiritum.* Hoc autem totum quod diximus probat diligenter & copioſè Auguſtinus, in libro de Spiritu & lit. cap.16. & ſequent. vſque ad cap.21. incluſiuè.

Quòd ſanctificatio in ſcripturis eſt ipſa iuſtificatio.

Iam vero ad Patres quod attinet, vix alio vnquã in ſenſu iuſtificandi vocabulũ accipiunt, quàm pro eo quod eſt iuſtum fieri. Sed quoniam ex Auguſtino, loca quædam diligenter collegerunt proteſtantes, in quibus vocabulum Iuſtificationis pro abſolutione à peccatis accipit, etiam à nobis notanda ſunt diligenter loca illa, in quibus pro eo quod eſt iuſtum facere hoc vocabulum interpretatur. *Miſericordia* (inquit) *& gratia Dei, conuertit hominem vt iuſtificetur impius, hoc eſt, ex impio fiat iuſtus. Rurſum Credens in eum qui iuſtificat impium, id eſt, ex impio facit pium* Epiſto.120. cap.20. *Neceſſarium eſt homini, vt gratia Dei iuſtificetur impius, id eſt, ex impio fiat iuſtus:* De Grat. & lib. 1. arbi. cap.6. *Si iuſtificatur impius, ex impio fit iuſtus.* In præfat. enarr. in Pſalm.31. *Quod ait qui iuſtificat impium, hoc eſt de impio pium facit.* In expoſit. quarundam propoſitionum in Epiſto. ad Roma. *Iuſticia Dei eſt, non qua Deus iuſtus eſt, ſed quia induit hominem quum iuſtificat impium.* De Spiritu & lit. cap.9. Et iterum. *Hæc eſt illa iuſtitia Dei, nõ qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos ab eo facti.* Ibidem cap.18. & adhuc apertius. *Quid eſt aliud iuſtificati, quam iuſti facti ab illo qui iuſtificat impium, vt ex impio fiat iuſtus?*

Iuſtificare apud Auguſtinum ſignificat iuſtum facere.

Deus induit hominem iuſtitia.

Ibidem

A Ibidem cap.26. Rurſum. *Gratia Dei iuſtificamur*, id eſt, *iuſti efficimur*, Retract. lib.2. cap.33. *Gratia per Chriſtum eſt, in qua nos ſua, non noſtra iuſtitia iuſtos facit, vt ea ſit vera iuſtitia quæ nobis ab illo eſt.* De Gratia Chriſti, cap.47. Sic contra 2.epiſt. Pelagia.lib.3. cap.4. *Rei facti literæ confugiunt ad gratiæ Spiritum, non ſua iuſtitia iuſtificandi, ſed Dei: hoc eſt quæ illis eſſet ex Deo.* Et paulò pòſt. *Apparuit in nouo teſtamento iuſtitia Dei*, id eſt, *quæ hominibus ex Deo eſt.* Quam *Iuſtitia eſt in nobis ex Deo.* phraſim ſæpe repetit cap.7. eiuſdem lib. docens perpetuò nos iuſtificari, iuſtitia Dei, quę in nobis ex illo eſt.

Poſtremò, S. Auguſt. vt iuſtificationis quam ex Scripturis didicimus, plenam intelligentiam traderet, eam luculenter triplicem eſſe docuit. *Iuſtificatio* (inquit) *in hac vita ſecundum tria iſta nobis confertur, prius lauacro regenerationis, quo remittuntur cuncta peccata. Deinde cōgreſſione cum vitiis, à quorum reatu abſoluti ſumus*, quod eſt dicere in profectum virtutum, ſeu in nouitate vitæ, vbi ambulatur ſecundum Spiritum mortificando opera carnis. *Iuſtificatio triplex.* *Tertiò, quùm noſtra exaudietur oratio, qua dicimus: dimitte nobis debita noſtra.* id eſt, in remiſſione peccatorum venialium. Hæc ille contra Iulianũ, lib.2. cap.8. Et hæc eſt tota veritas circa ſenſum vocabuli Iuſtificationis. Proteſtantes vnam huius veritatis partem ſic rapiũt, & tuentur, vt duas reliquas, ideóque totam veritatem corrumpunt. Quibus ita oſtenſis, clarum eſt Auguſtinum & reliquos nec proprietatem linguarum ignoraſſe, nec vi paulinæ diſputationis coniunctos alterum ſenſum interdum agnouiſſe, ſed quia Paulinæ B diſputationis ſenſum optimè aſſequuti ſunt, vtrumque ſenſum tradidiſſe, ſed illum ſæpius quem Proteſtantes negant.

Deníque quoties Apoſtolus commendat gratiam iuſtificantem, toties eum intelligere non ſolum remiſſionem peccatorum, ſed inſpirationem fidei, aliarũmque virtutũ, diligenter docet Auguſt. epiſt.105. *vt iuſti* (inquit) *fierent homines merita non fuerant. Iuſti enim facti ſunt cum iuſtificati ſunt, ſed ſicut dicit Apoſtolus, iuſtificati gratis per gratiam ipſius. De huius gratiæ commendatione, maximè ad Rom. Apoſtolica epiſtola loquitur. Ea eſt enim qua iuſtificatur impius*, id eſt, *fit iuſtus qui prius erat impius:* Et paulò pòſt medium epiſt. *Nemo iuſtificatur niſi gratia Dei, non ſolum remiſſione peccatorum, ſed prius inſpiratione fidei, & timoris Dei.* Sic epiſtola 106. *Antequam gratia iuſtificetur*, id eſt, *iuſtus efficiatur impius, quid eſt niſi impius.* *Gratia iuſtificās eſt gratia internè ſanctificans.*

TERTIVM PROLEGOMENON.

Iuſtitia quotuplex ſit.

Prima iuſtitiæ diuiſio.
Iuſtitia vniuerſalis philoſophorum.

ATQVE hæc de vocabulo Iuſtificationis hactenus. Nunc ipſa Iuſtitia quotuplex ſit,& de qua tandem in hac controuerſia inquiritur, breuiter dicendum eſt;vt iuſtitia illa qua Deus nos iuſtificat, id eſt, iuſtos facit, quæ tandem & qualis ſit, accuratè inquiratur: vocabulum hoc Iuſtitiæ,in omnia ſua ſignificata, (quantum aſſequi poſſumus) partie- E
mur. Iuſtitia ergo largiſſimè accepta, diuiditur in vniuerſalem, quæ ad omnia virtutum præcepta ſe extẽdit,& virtutes complectitur omnes; atque in particularem, quæ virtus vna eſt, ex Cardinalibus à cæteris diſtincta, in cóque conſiſtit, vt ſuum vnicuíque tribuat. Iuſtitia vniuerſalis à Philoſophis conſiderata, quæ & legalis dicitur, nihil eſt aliud quam generale quoddam æquum & bonum in moralibus,& in ciuili vita. Differt enim à virtute vniuerſali, quia ad alterum refertur. Sed à theologis conſiderata Iuſtitia vniuerſalis, eſt illa totius naturæ rectitudo, quam originalem Iuſtitiam vocamus, qua mens Deo,& caro menti in omnibus omnino ſubiecta eſt. Et ad hanc iuſtitiam per iuſtificationem quæ in Chriſto fit renouamur; licet ad eam protſus & perfectè non reſtauramur. Iuſtitia verò particularis diuiditur in naturalem, quæ naturæ præcepta obſeruat; in moralem, ciuilem,& theologicam. Moralis iuſtitia virtutes morum quas tradunt Philoſophi complectitur, vocatúrque idcircò Philoſophica Iuſtitia. Ciuilis, ex legum præſcripto, ſuum cuíque tribuit, honeſtè viuit & neminem lædit. Diuiditur iſta in politicam & œconomicam: Rurſum in commutatiuam & diſtributiuam, aliáſque ſpecies, quæ huc non pertinent. Omnis enim hæc Iuſtitia, eſt humana tantum rectitudo,& vocatur ab Apoſt. *lex factorum* iuſtificans tantum apud homines, vel etiam *lex operum*, quia leges ſeruat tantummodo, ſecundum ſubſtantiam operum. Iuſtitia theoligica ſeu diuina & ſuper naturalis, quæ propria eorum eſt, qui ſeruiunt, verò Deo, vel eſt Moſayca ſiue legalis, vel chriſtiana, ſiue Euangelica: quia videlicet vel ni- F
titur præceptis per Moyſem in lege præſcriptis, vel ſequitur viuendi & colendi normã, à Chriſto in Euangelio reuelatam, reſtauratam,& inſtitutam. Vtraque verò iuſtitia diuidi poteſt in externam & internam, in ſimulatam & veram, in ſanctam & Phariſaicam, ſiue hypocriticam; quia vtriúſque præcepta, vel exterius tantum, & ſimulatè, vel intus in animo,& veraciter obſeruari potuerunt. Chriſtiana autem & Euangelica Iuſtitia varias habet nuncupationes, quia totidem habet perfectiones, ab omni alia vel falſa, vel imperfecta iuſtitia diſtinctas. Vocatur enim in Scripturis *Iuſtitia fidei* ſiue quæ ex fide eſt. *Iuſtitia Dei, & Iuſtitia quia Chriſtus eſt.*

Iuſtitia vniuerſalis theologica.
Iuſtitia particularis triplex.
Iuſtitia moralis quæ.
Iuſtitia Ciuilis duplex.
Iuſtitia Theologica diuiſio.
Iuſtitia euangelica tripliciter nuncupatur.

Primam illam nuncupationem,& quidem frequentiſſimam apud Apoſtolum, habet variis de cauſis. Prima eſt vt diſtinguatur à iuſtitia operum, aut ex operibus, vel à iuſtitia quæ ex lege, aut in lege eſt, vel denique à Iuſtitia noſtra: quæ tria rem eandẽ ſignificant. Ideò enim his tribus modis vocatur ea, quæ Iuſtitiæ fidei, vel ex fide opponitur, quia talis omnis Iuſtitia, ex propriis viribus præſumitur, ſine adiutorio gratiæ, quam fides confert, & quam fides ipſa iam collata neceſſariam eſſe in reliquis docet, ſedulò implorat,& efficaciter impetrat. Ideò quod Apoſtolus dicit, *ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, fides reputatur ad iuſtitiam.* ad Rom. 4. quale ſit in præcedentibus verbis, quodammodo explicuit, dicens; *Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiã ſed ſecundum debitum.* Intelligit enim, *ei qui operatur*, id eſt, (ait Auguſt. in præfat. in Pſal. 31.) *de ope-*

Iuſtitia fidei ſeu ex fide quot ex cauſis dicta.
Iuſtitia fidei quare opponitur iuſtitia operum.
Rom. 4.
Gratia dei vita æterna quo modo.

A *de operibus præſumit & eorum meritò ſibi dicit datam eſſe gratiam fidei.* Et hanc eandem ob cauſam vita æterna vocatur gratia Dei, non ſtipendium iuſtitiæ, quanquam reuera ſit Iuſtitiæ ſtipẽdium, quia iuſtitia noſtra non eſt quaſi ex operibus, id eſt noſtris abſq; gratia: vt luculenter docet Auguſt. in epiſt. 105. & in lib. de Gratia, & Libero arbitr. cap. 9. Quod Apoſtolus diſertè docuit ad Epheſ. 2. hanc oppoſitionem repetens, quaſique explicans. *Gratia Dei ſaluati eſtis,* (quòd idem eſt ac iuſtificati eſtis) *per fidem, & hoc non ex vobis: ſed Dei donum eſt: non ex operibus, ne quis glorietur.* id eſt. (ait Auguſt. *tanquam tuis ex teipſo tibi exiſtentibus. Nam ne homines putarent hoc ita dictum, quaſi neceſſaria non ſint bona opera credentibus, ſed eis fides ſola ſufficiat, adiecit: Ipſius enim ſumus creatura, creati in Chriſto IESV in operibus bonis,* &c. id eſt, *in quibus nos Deus creauit & formauit, iuxta illud. Cor mundum crea in me Deus.* Hæc Auguſt. de Gratia, & Lib. arbitr. cap. 8. Similiter illa oppoſitio intelligẽda eſt, qua Apoſtolus dixit *Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis,* ad Roman. 3. *Hoc enim ideò dixit,* (ait Auguſt.) *ne quaſi de operibus noſtris præſumere videremur, & meritò operum noſtrorum accepiſſe fidei gratiam, Deníque ne de operibus ante fidem preſumeremus.* Hæc ille in præfat. enarrat. in Pſal. 31. idem quóque repetens in lib. de Gratia, & Libero arbitr. cap. 7. hoc ergo ſenſu opponitur iuſtitia fidei, iuſtitiæ operum, vel Iuſtitiæ ex operibus.

De grat. & lib. arb. cap. 8. Non ex operibus ſed ex gratia quo ſenſu.

Per fidem ſine operibus legis quo modo.

Eodem in ſenſu, & eadem de cauſa opponitur iuſtitiæ ex lege vel in lege. Quod enim Apoſtolus ait ad Gall. 3. *In lege nemo iuſtificatur apud Deum, quia iuſtus ex fide viuit,* & quòd
B ibidem negat, *ex lege eſſe iuſtitiam,* ideò dicit quia iuſtitia ex lege vel in lege, eſt illa quæ ex obſeruatione legis ſine gratia per naturę vires pręſumitur. Quod ipſe Apoſtolus apertè inſinuauit ad Gallat. 5. dicens, *Qui in lege iuſtificamini à gratia excidiſtis:* manifeſtè opponẽs legem gratiæ. Quod quo ſenſu faciat, alibi clariſſimè docet; *peccatum* (inquit) *vobis non dominabitur. Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. Non quia lex mala eſt,* (ait Auguſt.) *ſed quia ſub illa ſunt, quos reos facit iubendo non adiuuando, oratio quippe adiuuat vt legis quiſque ſit factor, ſine qua gratia ſub lege poſitus, erit tantummodo legis auditor. Talibus Itáque dicit, qui in lege iuſtificamini excidiſtis à gratia.* Hæc Auguſt. in lib. de Gratia, & Libero arbitr. cap. 12. Ergo non eſt iuſtitia ex lege, quia lex non adiuuat, neque viuificat. Vnde ad Gallat. 3. *ſi data eſſet lex quæ poſſet verè viuificare, ex lege eſſet iuſtitia.* nempe notandum diligenter, quod aliud eſt iuſtitia legis ſiue iuſtificatio legis, aliud iuſtitia vel iuſtificatio ex lege, aut in lege. In priori lex materialiter tantum accipitur, pro eo quod iubetur per legem, tanquam materia circa quam verſatur. quod Apoſtolus diſertè nos docuit ad Rom. 8. *Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens,* &c. *Damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.* In poſteriori verò, vel cauſam & principium iuſtitiæ notat, quod non eſt ex lege, ſed ex gratia, vt Apoſtolus nos docuit ad Gallat. 3. vel modum implendi literalem tantum ſignificat, vt clarè diſtinguit Auguſt. lib. 3. cap. 7. contra 2. epiſt. Pelag. *Legis* (inquit) *iuſtitia eſt iubere quod Deo placet, vetare quod diſplicet. In lege autem iuſtitia eſt ſeruire literæ, & extra eam nullum Dei adiutorium ad rectè viuendum requirere.* Hæc ille. Et iterum ibidem. *Miro quodam malo, ſed tamen vero, iuſtitiam legis non implet iuſtitia quæ in lege eſt, ſed quæ in ſpiritu gratiæ* Hæc ille.

Iuſtitia fidei quare opponitur iuſtitiæ ex lege.

Rom. 6.

Aliud iuſtitia legis, aliud iuſtitia ex lege.

Eodem quoque in ſenſu, & eadem de cauſa diſtinguitur iuſtitia fidei, à iuſtitia no-
C ſtra. Ideò quod Apoſt. dicit Rom. 10. *ignorantes iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti,* ſuam vocat propriis viribus comparatam ſine adiutorio gratiæ. *Suam iuſtitiam dicit* (ait Auguſtinus) *quæ iuſtitia ex lege eſt, non quia lex ab ipſis conſtituta, ſed in lege quæ ex Deo eſt ſuam iuſtitiam conſtituerint, quando eandem legem ſuis viribus ſe implere poſſe credebant.* Hæc ille, de Gratia, & Libero arbitr. cap. 12. Hoc autem ex aliis Apoſtoli verbis, euidenter probat. *vt inueniar* (inquit Paulus) *non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed eam quæ eſt per fidem Chriſti, quæ eſt ex Deo.* Quæ verba explicans Auguſt. loco iam citato, ait; *Quid eſt non habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt, cum ſua non eſſet lex ipſa, ſed Dei; niſi quia ſuam dixit iuſtitiam, quamuis ex lege eſſet, quia ſua voluntate legem ſe poſſe putabant implere, ſine adiutorio gratiæ quæ eſt per fidem Chriſti?* Hæc ille. Hoc ergo ſenſu vocatur iuſtitia Euãgelica iuſtitia fidei, vno modo ſcilicet, quatenus opponitur iuſtitiæ operum, vel ex operibus iuſtitiæ in lege: Denique iuſtitiæ noſtræ quatenus ex nobis. Idcirco eam hoc modo Auguſt. quaſi definit epiſt. 106. *Iuſtitia ex fide eſt, quia credimus nos iuſtificari, hoc eſt iuſtos fieri gratia Dei, per Chriſtum, & qua credimus nobis iuſtitiam diuinitus dari, non à nobis in nobis noſtris viribus fieri:* Hæc ille. Et alia multa eodem in loco & in præcedenti epiſt. 105.

Iuſtitia fidei quo ſenſu opponitur iuſtitiæ noſtræ.

Philip. 3.

Rurſum iuſtitia Euangelica vocatur iuſtitia fidei, quia per fidem inchoatur, & ſic fun-

Iuſtitia fidei quia fundatur in fide.

datur in fide,vt ſine fide nulla ſit iuſtitia.Vnde Apoſtolus ait *gentes quidem apprehendiſſe iu-* D
Rom.9.
ſtitiam,quæ ex fide eſt: ſcilicet quia crediderunt in Chriſtum. *Iſrael vero in legem iuſtitiæ non perueniſſe quia nõ ex fide,ſed quaſi ex operibus:offenderunt enim in lapidem offenſionis*:id eſt nõ crediderunt in Chriſtum.
Hebr.11.
Sine fide autem impoſsibile eſt placere Deo.Quia ergo fides principium iuſtitiæ Euangelicæ eſt,& fundamentum, propterea vocatur iuſtitia fidei.Idem docuit Apoſtolus ad Epheſ.2.*Gratia ſaluati eſtis per fidem &c.non ex operibus.Dixit enim non ex operibus* (ait Auguſt.) *non quia negauit aut euacuauit opera bona, ſed quia opera ſunt ex fide,non ex operibus fides*.Hæc ille.De gratia.& lib.arb.cap.8.Hanc etiam ob cauſam:*Catholica fides* (ait Auguſt.(*iuſtos ab iniuſtis non operum,ſed ipſa fidei lege diſcernit,per quam diſcretionem fit, vt homo*
Opera quantũuis bona abſque fide in Chriſto damnationem inducunt.
ducens vitam ſine crimine,cum ſuis tamen velut laudabilibus moribus,ſi non in Deum fidem rectam & Catholicam teneat,de hac vita damnandus abſcedat.Hæc ille lib.3.cap.5.contra 2.epiſto.Pelag.eſt ergo iuſtitia fidei, quia ſine fide nulla eſt iuſtitia. Magnum opus fecit Abraham immolando filium ſuum.*Magnum opus*(ait Augu.)*ſed ex fide.Laudo ſuper ædificationem operis, ſed video fidei fundamentum*.Hęc ille in præfat.enar.in Pſal.31.Sic ergo in hoc ſecundo ſenſu vocatur iuſtitia fidei,non quia alia omnia pręter fidem à ratione iuſtitiæ excluduntur, ſed quia fides neceſſariò in ratione iuſtitiæ includitur.

Iuſtitia fidei quia bona futura non præſentia quærit.
Tertiò vocatur iuſtitia fidei,& *iuſtus ex fide viuit*, quia hęc iuſtitia nihil rerum præſentium ſpectat,ſed *bonum quod non videt credendo quærit*,ait Augu.de Ciuit.Dei lib.19.cap.4. *Neque enim eſſet iuſtitia fidei* (ait idem doctor)*ſi non eſſet abſconditum quod prædicatum crederemus*.Hæc ille enarr.in Pſal.109.Nempe quia *fides eſt argumentum rerum non apparentium*,vt
Hebr.11. Fides quid.
Apoſtolus definit iuſtitia quę futuram mercedem expectat, quæ non per ſpeciem ſed in ſpeculo & ænigmate videt illud ad quod tendit,iuſtitia fidei vocanda eſt.Hoc ſenſu Sal- E
Ioan.10.
uator dixit.*Spiritus S.arguet mundum de iuſtitia quia vado ad Patrem,& iam non videbitis me*. Id eſt;*Hæc erit iuſtitia veſtra,vt credatis in eum quem non videtis*.vt exponit Auguſtinus,loco poſterius citato.His ergo tribus de cauſis, iuſtitia Euangelica & chriſtiana vocatur in ſcripturis,iuſtitia fidei,vel ex fide.Addunt quidam iuſtitiam Euangelicam ideò vocari iuſtitiam fidei,quia in Euangelio plura,& pręcipua pręcepta data ſunt de fide.Sed nõ in hoc ſenſu Apoſtolus vnquam locutus fuiſſe videtur.

Iuſtitia euangelica iuſtitia Dei quo ſenſu. Rom.10.
Vocatur præterea iuſtitia Euangelica iuſtitia Dei. *Ignorantes Dei iuſtitiam & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Dei autem iuſtitiam vocat, *non qua iuſtitia Deus iuſtus eſt*, (ait Auguſtinus.) *ſed quæ iuſtitia eſt homini ex Deo, & vt ſciamus hanc illum dixiſſe Dei iuſtitiam quæ homini eſt ex Deo, alibi ſeipſum Apoſtolus explicuit, dicens: non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed eam quæ eſt per fidem Chriſti, quæ eſt ex Deo*. ad Phili. 3. hæc ex Apoſtolo Augu.in lib.De gra.& lib.arb.ca.12.moxque quod Apoſtolus dixit, *Iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti*,exponit ſic.*hoc eſt gratiæ Dei non ſunt ſubiecti*.Vt videlicet vocetur iuſtitia Chriſtiana,Dei iuſtitia per metonymiam vbi effectus ponitur pro cauſa efficiente,& dicatur eſſe Dei quod Deus in nobis facit.Sic multis aliis in locis,hanc Phraſin Apoſtolicam explicat Augu.vt lib.3.c.4.& 7.contra epiſt.Pelag. in expoſitione quarundã propoſitionum in in epiſto.ad Rom.in lib.de Spiritu & lit. copioſè cap.9.18.& 26.de gratia Chriſti cap.47.

Quare chriſtus vocatur iuſtitia noſtra.
Vocatur denique in Scripturis Chriſtus ipſe iuſtitia noſtra. *Qui factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia,& ſanctificatio,& redemptio*.1.Cor.1.quia videlicet per Chriſtum hæc omnia no- F
Infra lib.7.
bis facta & procurata ſunt, non quæ in ipſo erat inhabitans iuſtitia,nobis imputatur, vt poſtea probabitur.Poſtremo negatur eſſe noſtra, non quia in nobis iuſtitia non eſt, ſed quia ex nobis non eſt, vt in alia controuerſia de gratia ipſa (per quam iuſtificamur, vt poſtea oſtendetur)clarè probatum eſt.

Aliæ diuiſiones iuſtitiæ euangelicæ.
Sed alias adhuc diuiſiones habet iuſtitia Euangelica. Eſt enim vel habitualis (vt omnis alia virtus) in nobis permanens,etiam cum nihil agimus, qualis in paruulis baptiſatis eſt;vel actualis,cum eam de facto exequimur.Eſt etiam inchoatiua iuſtitia, vt in tota illa diſpoſitione,& præparatione ad habitualem gratiam,de qua ſupra egimus,& eſt formalis iuſtitia,quæ verè iuſtificat;& quam in hac controuerſia maximè inquirimus. Denique hæc ipſa formalis iuſtitia vel generalis quædam eſt animi rectitudo,qua voluntati Dei ſubiecti,ad eius legem & regulam,opera noſtra conformamus, & ad quam renouamur per gratiam, quę totum interiorem hominem in intellectu & voluntate ſanat; vel eſt particularis aliqua rectitudo,vt fides ipſa cor purificans.Acto.15.vel charitas diffuſa in cordibus noſtris, Roma.5.vel aliqua alia virtus Chriſtiana,aut virtutis operatio

iuxta

A iuxta quam iuſti ſumus. Sed prior illa rectitudo eſt propriè illa iuſtitia quã nobis adfert iuſtificatio illa de qua hic quæritur, vt ſcitè monuit S. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 1. ad 2. Notandũ poſtremò quod hæc ipſa rectitudo ſiue iuſtitia, quia nondum in hac vita tanta aut talis eſt, qualem originaliter primus parens ante peccatum accepit & habuit, vel qualem in altera vita ſancti habituri ſunt, *vbi nihil coinquinatum intrabit.* Propterea apud Patres, Auguſtinum maximè, adhuc diuiditur in iuſtitiam minorem, & quę viatorum ſit propria, id eſt quam Deus ab humana natura per peccatum corrupta exigit quæ etiam eſt vera iuſtitia, & in ſuo genere perfecta; atque in iuſtitiam maiorem, plenam, abſolutè perfectam, quæ compræhenſorum eſt, & futurę vitæ própria: quam etiam propterea angelicam vocat Auguſtinus lib. 3. cap. 7. contra epiſto. 2. Pelagian. quanquam etiam in ipſis Angelis, ſi Deo comparentur, vix perfectam eſſe iuſticiam idẽ doceat tract. 4. in epi. Ioan. hanc autem diſtinctionem diligenter tradit Auguſt. mulris in locis contra 2. epi. Pela. lib. & cap. citatis. in lib. de perfectione iuſtitiæ in reſponſ. ad ratiocinat. 8. & in lib. de ſpiritu & lite. cap. vlt. & de pecca. mer. & remiſſ. lib. 2. ca. 13. & 15. Denique huc pertinet illa triplex perfectio, quam ex varijs D. Auguſtini locis, in cõtrouerſia de concupiſcentia in renatis notauimus.

Apocal. 21.

Iuſtitia vera qua.

Ergo in hac tam multiplici iuſtitiæ acceptione, notandum eſt, iuſtitiam qua iuſtificari nos per Chriſtum aſſerimus, & quam in hac cõtrouerſia inquirimus, eſſe Iuſtitiam Euangelicam ſeu fidei, ſeu etiam iuſtitiam Dei in Euangelio reuelatam. Rom. 1. quatenus ſignificat totam illam rectitudinem minorem, & imperfectam, B ad quam in hac vita renouamur per Chriſtum iuſtificati, id eſt ex impijs iuſti facti. Atque hæc de Prolegomenis præſenti controuerſiæ neceſſariò præmittendis hactenus.

Iuſtitia de qua in hac controuerſia inquiritur.

Prolegomenorum Libr. quin. finis.

A æternam acceptare. Hæc eſt tota hodie doctorum Proteſtãtum ſaltem Lutheranorum: (nam Caluinus ab ea variis in rebus diſſentit, vt in progreſſu videbitur) poſt varias tandem moderationes de noſtra formali iuſtitia ſententia.

Orthodoxa verò, & Catholica ſententia, ex altera parte eſt, hominem ſic apud Deum in hac vita iuſtificari, vt non ſolum recipiatur in gratiam, & acceptetur ad vitam æternam, gratuito fauore Dei, propter Chriſti meritum obedientiam, iuſtitiam; ſed præterea, ſic recipiatur in gratiam, vt tum ante receptionem (ſi adultus eſt) intus operante ſpeciali auxilio gratiæ, ad iuſtitiam recipiendam *diſponatur, tum etiam pariter cum illa receptione in gratiam, (quæ propriè fit per remiſs. gratuitam peccatorum præcedentium,) accipiat à Deo gratiam inhærentem, per virtutes infuſas, quibus ornatus & renouatus, conformis fiat legi Dei, ideóque iuſtus; atque ita iuſtus, vt tum per bona opera in fide facta, magis ſemper ac magis iuſtificetur, tum vt illam iuſtitiam, formaliter illi inhærentem, ſuam quidem quia in illo verè eſt, ſed à gratia Chriſti acceptã, opponere poſſit iuſto iudicio Dei ne damnetur; non obſtante illa inchoatione, imperfectione, & immunditia prætenſa, coniuncta. Itáque Chriſti iuſtitiam, & obedientiam docent Catholici, eſſe ſanè illud præſtantiſſimũ & meritũ precium, propter quod iuſtificamur, & adoptionis gratiam accepimus, eſſe etiam cauſam exemplarẽ, ad cuius imaginem iuſtitia noſtra reformatur: eſſe denique cauſam inſtrumentaliter efficiẽtem omnem in nobis iuſtitiam, & gratiam. Illud autem, quo vel per quod iuſti ſumus, non eſſe
B illam Chriſti iuſtitiam, & obedientiam, quæ extra nos eſt, ſed eſſe illam rectitudinem, & conformitatem noſtram voluntati diuinæ, quam eius ſanctiſſima gratia, in nobis vel vt remouemur operatur, vel in iam renatis cooperatur. Itáque imputatiuam illam Chriſti iuſtitiam, & apprehenſionem illam per fidem, necnon & certitudinem circa apprehenſionem, & applicationem huiuſmodi, prorſus execratur & damnat Catholica Chriſti Eccleſia. Neque enim ſic eſſe hoc, per quod, & propter quod in iuſtificatione noſtra coniuncta, indicat, vt neceſſariò ſequatur illud, per quod vel quo iuſtificamur, eſſe pariter illud, propter quod iuſtificamur. Sanè in ſola remiſſione peccatorum, vnica cauſa efficiens propter quam illa remiſſio fiat, eſt miſericordia Dei, ſeu fauor Dei gratuitus, propter Chriſti meritũ; & nulla eſt in nobis cauſa ex qua vel propter quam fiat. Diſpoſitio enim tota præcedens, potius ad alteram iuſtificationis partem, quæ eſt interna renouatio, quàm ad remiſſionem peccatorũ propriè diſponit; & quum diſponit, cauſa tamen ipſius iuſtificationis efficiẽs non eſt, vt ſuprà in Prolegomenis diſertè monuimus. Sed quia iuſtificamur nõ ſolum per abſentem iniuſtitiam, & remiſſionem peccatorum, ſed etiam per præſentem aliquam in nobis iuſtitiam, tanquam nouam formã accedentem, euidenter iſta duo, per quod, & propter quod, in noſtra iuſtificatione ſeiunguntur, ſicuti in omni alia mutatione & alteratione fit; vbi aliud ſemper eſt cauſa mouens, atque efficiens, aliud verò rei motæ forma, vel terminus motus.

Sententia Catholica de eo unde formaliter coram Deo iuſti ſumus.

** Hoc in prolegomenis iam oſtenſum eſt.*

Sic ergo breuiter explicata vtráque ſententia, aduerſariorum & noſtra, ad diſputationem ipſam hoc ordine accedemus. Primum ad Catholicam ſententiam omni ex parte confirmandam, oſtendemus in hoc libro, Iuſtificationem quæ eſt per Chriſtum, ſic in nobis fieri, vt præter remiſſionem peccatorum, nouis virtutibus & qualitatibus
C donemur; iſtas autem virtutes, & qualitates, eſſe partem veræ iuſtitię coram Deo; adeóque ex illis nos verè, & formaliter iuſtos, coram Deo eſſe. Qua in parte illud aduerſariorum axioma, in ſola remiſſione peccatorum gratuita, noſtram iuſtificationẽ principem quam vocant, ſeu reconciliationem cum Deo conſiſtere, euertemus; paritérque quicquid contra inhærentem, veræ nouitatis inſtitiam, grauiter diſputarunt, diſſoluemus: denique bona opera, & mandatorum Dei obſeruationem, ad veram iuſtitiam coram Deo pertinere, nóſque per ea verè coram Deo, iuſtificari demonſtrabimus. Deinde verò, altero in libro oſtendemus, bonorum operum iuſtitiam, eſſe in ſuo genere perfectã, & Dei legem à iuſtis & renatis, per Chriſtum verè adimpleri. Quo in loco, illam aduerſariæ ſententiæ partem de imperfectione, & immũditia iuſtitiæ noſtræ, ſeu operum noſtrorum, pariter iugulabimus. His ita confirmatis, ad Proteſtantum ſententiam, omni quoque ex parte euertendam, primum imputatiuam illorum iuſtitiam, diſtincto libro confutabimus. Deinde ſolam fidem, & ſpecialem illam quam ponunt, partim vt imputatiuam (quam fingunt) iuſtitiam apprehendat, partim vt omnem bonorum operum iuſtitiam excludat, diligenter & copioſè, alio ſeorſim libro refutabimus. Et vt nulla poſitę

Argumentum præſentis. Lib.5. Lib.6. Lib.7. Lib.8.

iam illorum ſententiæ pars prætermittatur, contra certitudinem gratiæ, quam in ſua D
Lib.9. apprehendente fide ſtatuunt, alium quoque librum adiungemus. Iſtis enim omnibus ita explicatis, nihil opinor, vel ad orthodoxam ſententiam ſtabiliendam, vel ad Proteſtantum ſententiam deiiciẽdam, vel denique ad vniuerſam hanc de Iuſtificatione quæſtionem, penitus explicandam deſiderabitur. Nunc ergo, propitio Deo, rem rectà aggrediamur.

Quòd Renouatio interna iuſtificantis gratiæ perpetuus effectus eſt.

CAPVT II.

AD internam, atque inhærentem ſanctarum virtutũ iuſtitiam, ex Scripturis demonſtrandam, prima Cõcluſio erit. In hominibus per Chriſtum iuſtificatis, non ſolùm peccatorum remiſſionem, ſed & internam renouationem, tanquam opus & effectum perpetuum atque inſeparabilem, iuſtificãtis gratiæ docent Scripturæ. vnde fit, vt ex vtroque iuſtitia noſtra neceſſariò conſiſtat. Ac primum Apoſtolus Paulus quum E
cap.7. ad Rom. naturæ humanæ corruptionem demonſtraſſet, & in fine eiuſdem capitis, liberantem Chriſti gratiam commendaſſet, initio 8. capitis de illa
Non ambulare carnaliter liberat à damnatione. gratia concludit: *nihil damnationis*, id eſt nihil vnde damnentur; *eſſe in iis qui ſunt in Chriſto Ieſu*; addens præterea, *qui non ſecundum carnem ambulant.* Cuius rei videlicet non ambulare carnaliter, effectum & cauſam paulò pòſt explicans, quum prius de effectu eius
Eſt iuſtificatio legis. dixiſſet. *Iuſtificationem legis impleri in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum*
Rom. 8. *Spiritum.* Et iterum; *Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt*, id eſt, iuſtitiam Deo placitam & acceptam, eſſe vitæ ſanctitatem; mox de cauſa formali, ſeu modo ſubiungit; *Vos autem in carne non eſtis, ſed in Spiritu, ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt,* (id eſt morti obnoxium,) *propter peccatũ* (originale, ſcilicet cuius pœna manet reatu ſublato.) *Spiritus verò viuit propter iuſtificationem*; id eſt, Spiritus noſter ſeu mens noſtra, &
Eſt cauſa vitæ in Deo. pars illa animæ, qua intelligimus, & ratiocinamur, vt exponit Auguſtinus, viuit Deo,
De origi. animæ lib.4.ca. penul. propter iuſtitiam quæ in ipſo formaliter eſt per Dei Spiritum inhabitantem, non quæ extra illum eſt per Chriſti iuſtitiam imputatam, Hoc enim eſt quod dicit *propter iuſtifica-*
Sex notanda ex Apoſtolo verbis. *tionem*, vel vt alij codices iuxta græcum legunt, *propter iuſtitiam.*

Quæ tota diſputatio Apoſtolica manifeſtiſſimè oſtendit, primum non eſſe nos dam-
1. nationi obnoxios, id eſt acceptos & gratos Deo nos eſſe ad vitam æternam, ex parte no- F
2. ſtra, quia ſecundum ſpiritum non ſecundum carnem ambulamus. Deinde hac demum
3. ratione, *iuſtificationem legis impleri in nobis.* Contrà vero, *qui in carne ſunt Deo placere*, id eſt iu-
4. ſtos & acceptos coram Deo eſſe *non poſſe*. Quartò, nos omnes ideo nec ſecundum carnẽ
5. ambulare, nec in carne eſſe, *quia ſpiritus Dei habitat in nobis.* Quintò, hunc inhabitãtem no-
6. bis Spiritum Dei, *vitam dare ſpiritui noſtro propter iuſtificationem*, illi ſcilicet collatam. Sextò, denique ac poſtremò, etiam ipſa mortalia corpora noſtra, id eſt carnis corruptionẽ,
Rom.6. in renatis remanentem, (de qua ſuperius dixerant. *Non regnet peccatum in mortali corpore veſtro*,) ab hoc inhabitante Spiritu Dei viuificanda eſſe, id eſt ab omni corruptione libe-
1. Cor.15. randa, *quum abſorpta fuerit mors à victoria*; in altera ſcilicet vita.

Iuſtitia inhærens, Hæc autem iuſtificatio, quia veriſſimè nobis inhæret, vocatur ab Apoſtolo *circuncisio*
Rom.2. *cordis in ſpiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. Circuncisionem enim cordis,*
De ſpiritu & litera. cap 8. (ait Aug.) *puram ab omni illicita concupiſcentia voluntatem: quæ non fit litera docente & ſonante; ſed ſpiritu adiuuante atque ſanante.* Hæc ille. Eandem quoque ob cauſam, vocat Apoſtolus Corinthios (quos priore epiſtola cap.6. *ſanctificatos & iuſtificatos* dixerat) *epiſtolam Chriſti, ſcriptam non atramento, ſed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.*
Iuſtitia ſcribitur in interiore homine. 2. Cor.3. Quia videlicet (vt explicat Auguſt.) *In renouato interiore homine, iuſtitia ſcribitur.* Hæc ille lib. de ſpiritu & lit. cap.27. Quæ certè Apoſtolica phraſis, veriſſimam iuſtitiæ noſtræ inhęrentiam deſcribit. Imò adhuc explicatius, quaſique magis emphaticé deſcribitur ab Apoſtolo, ad Tit.3. quando modum reconciliationis noſtræ, cum Deo factæ de-

deſcri-

A deſcribens, ait, *non quidem ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſcilicet naturæ* viribus factis, & gratiam præcedentibus, *ſed ſecundum ſuam miſericordiam*, id eſt præuenientem gratiam, & gratuitum fauorem, *ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti*, (id eſt quam Spiritus S. effecit) & operatus eſt in nobis; addit enim, *quẽ affudit in nos abunde, per Ieſum Chriſtum*, quaſi per cauſam meritoriam & efficientem: Quare autem? *vt iuſtificati gratia ipſius*, ſcilicet qua nos renouauit, & quæ operatur in nobis nouam vitam, *hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ*. De qua ſpe ad Rom. 4. dicit. *quod non confundit*, id eſt nõ fallit nos, *quia Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis*: id eſt, quia verè inhærentem iuſtitiam per Spiritum gratiæ habemus, propter quam meritò ſperamus hæreditatem æternam. *Charitas enim Dei, diffuſa in cordibus noſtris*, (vt exponit Auguſtinus) *non eſt illa, qua nos Deus diligit*, ſeu fauor gratuitus (vt proteſtantes fingunt) *ſed qua nos facit dilectores ſuos*, in nobis videlicet operans. Propter hanc inhærentem iuſtitiam vocat Apoſtolus fideles iuſtos, *Templum Dei*. & adhuc ſignificantius, *figmentum vel facturã Dei, creatam in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus*, (vtique in nobis ſua operãte gratia,) *vt ambulemus in illis*. Denique *nouam in chriſto creaturam*. Quod explicatius cap. 5. præcedente appellauit *fidem, quæ per charitatem operatur*, ipſam inhærentem iuſtitiam magis ſpecificans, De qua re poſtea. Poſtremò D. Petrus, *tam magna & precioſa promiſſa nobis per Chriſtũ donata eſſe* ſcribit, vt per hæc *efficiamur diuinæ cõſortes naturæ*, (propter diuini Spiritus participatam efficaciam nobis imminentem,) *fugientes eam quæ in mundo eſt, concupiſ-*

Modus iuſtificationis noſtræ ab Apoſtolo deſcriptus. Tit. 3. *Iuſtificatio ex gratia regenerante & renouante interna.* *Spes hæreditatis nititur Charitate interna.* De Spir. & lit. Cap. 32. 1. Cor. 3. Ephef. 2. Gal. 6. *conſortium diuinæ naturæ propter dona interna accepta.*

B *centiæ corruptionem*. Hoc eſt, non ambulantes ſecundum carnem. Hîc enim inhabitantis gratiæ effectus eſt, vt ſupra Paulus docuit. Nec minus emphaticè alibi Paulus dixit: *quotquot in Chriſto baptizati ſumus, Chriſtum induiſſe* ad Gall. 3. Quia videlicet Chriſtum per Spiritum eius, qui vtique Spiritus Dei eſt, manẽtem in nobis ad iuſtitiam habemus. De quo alibi dixit, *quòd ſignauit nos Deus, & dedit nobis pignus ſpiritus in cordibus noſtris*: & idem alibi Paulo apertius repetens: *in quo* (inquit) *credentes ſignati ſumus*, id eſt quaſi inſculpto charactere imbuti, *ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ*, quia videlicet ſanctitas, quam in nobis ille ſpiritus Dei operatur, ſpem certam futuræ hæreditatis nobis facit. *Quæ autem ſpes eſt* (ait Auguſtinus) *niſi de aliqua conſcientiæ bonitate?*

2. Pet. 1. 2. Cor. 1. Ephef. 1. *De verbis Dom. ſerm. 16.*

Poſtremò, luculentiſſimè de hac inhęrente nobis per Spiritum Dei iuſtitia, Ioannes ſcribit. *In hoc cognoſcimus quod in eo manemus, & ipſe in nobis, quia de Spiritu ſuo dedit nobis*. Hoc enim eſt quod alibi dixit, quod *ſemen Dei manet in nobis*. id eſt gratia Dei, operans virtutes in nobis, ad vitam æternam, quod aliis verbis Chriſtus dixit, *aquam quam ipſe daturus eſſet* (vtí que ſitientibus iuſtitiam) *futuram eſſe in eis fontem aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam*.

1. Ioan. 4. 1. Ioan. 3. Ioan. 4.

Quum ergo (vt concludamus) hæc gratia per quam acceptamur à Deo ad vitam æternam, ſit habitans in nobis Spiritus Dei, ſit vita ipſa ſpiritus noſtri, ſit cordis circuncíſio in Spiritu, ſit ſcriptura cordium noſtrorum, ſit effuſa in nos abundè, & diffuſa in cordibus noſtris faciat nos templum Dei, nouam creaturam, ac demum diuinę conſortes naturę, ſit denique Chriſtum induere, ſit pignus in cordibus, ſit character inſcriptus, ſit ſemen manens in nobis, profectò non niſi impudentiſſimè negari poteſt, inhærentẽ quãdam nobis iuſtitiam in Scripturis deſcribi, propter quam, coram Deo acceptamur ad vitam æternam.

Recapitulatio omniũ præcedentium.

C

Quòd renouatio interna, non ad ſanctitatem tantum, ſed etiam ad iuſtificationem referenda eſt, quódque eius pars eſt.

CAP. III.

IAm verò, quia hoc totum de inhærente nobis Spiritu, & gratia Dei, ad ſanctitatem & iuſtificationem, quę iuſtificatos conſequitur, non ad ipſam iuſtitiam, & iuſtificationem pertinere, proteſtantes reſpondent; eſſe enim hanc renouationem à vera iuſtitia diſtinctam, (quanquam & hanc ipſam ſanctificationem, quando de meritis diſputant, ita minimè ſanctam conſtituunt, vt perpetuis peccatorũ ſordibus inquinari merámque eſſe immunditiam, & pannum menſtruatæ doceant) ſecunda concluſio erit,

quòd hæc interna renouatio,per Spiritum Dei in nobis,eſt veræ iuſtitiæ pars, & ad iu- D
ſtificationem noſtram neceſſariò pertinens. Et primum quidem, hoc ipſum ſuperius in
ſecundo prolegomeno, & in confutatione tertij fundamenti proteſtantum, obiter &
breuiter oſtendimus;ſed nunc loco ptoprio inculcatiùs demonſtrandum hoc eſt. Vt il-
la ergo omittamus quæ illic dicta ſunt,notãdum eſt primum,iſtam ſanctitatem quã Spi-
Sanctitas internaeſt iuſtitia. ritus Sãctus operatur in nobis,vocari diſertè in Scripturis iuſtitiam,& quidem ab Apo-
Rom.4. ſtolo expreſſiſſimè vbi dicit, *Chriſtum reſurrexiſſe propter iuſtificationem noſtram*: quod qualo
ſit Paulò poſtea exponens Apoſtolus, dicit: *Quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis,ita nos in*
Rom. 6. *nouitate vitæ ambulemus*.Ex quibus ſanè verbis, ſapienter colligit Auguſtin. quòd *ſicut in*
In Enchirid. Cap.52. *Chriſto fuit vera reſurrectio,ita & in nobis eſt vera iuſtificatio.* Rurſum clariſſimè idem Apo-
ſtolus dicit:*propter habitantem in nobis Spiritum Dei,ſpiritum noſtrum viuere propter iuſtificatio-*
Rom.8. *nem*,nempe,non quia ſanctificatur tantum.Sed maximè vrgens locus eſt ad Gall. 3. quẽ
vide in prolegomenis loco notato,quem etiam vrget contra Pelagianos Auguſt. in lib.
de gratia Chriſti cap.8.Quibus adiunge,quod ſcribitur,à Ioanne.*Qui facit iuſtitiam, iuſtus*
1.Ioan.3. *eſt,ſicut & ille iuſtus eſt*: ſcilicet Chriſtus non æqualitate iuſtitiæ, ſed qualitate & modo.
De qua re lege Auguſt.tract.4.in epiſt.Ioannis.

Sed luculentiſſima ex Scripturis probatio,quòd interna renouatio ad iuſtitiam noſtrã
pertinet,ex reparatione noſtra,ad primi parentis iuſtitiam, quam Apoſtolus docet peti
Iuſtitia noſtra ad iuſtitiam primi parentis reſtauranda eſt. poteſt.Nec id ſolum propter comparationem inobedientiæ Adæ, & obedientiæ Chri-
ſti,quam tractat Apoſtolus ad Rom.5.vt ſupra expoſuimus in 2.prolegomeno;ſed etiam
Epheſ 4. quia ad Adami iuſtitiam nos reperamur.Ait enim Apoſtolus.*Deponite ſecundum priſtinam* E
conuerſationem veterem hominem. Renouamini autem Spiritu mentis veſtræ, & induite nouum ho-
minem,qui ſecundum Deum creatus eſt,in iuſtitia,& ſanctitate veritatis. Hîc enim,renouatio no
ſtra interna & nouus homo quem induere, id eſt nobis inhærentem habere debemus,
vt interior homo noſter,non animalis,ſed ſpiritualis ſit,ſicuti ex his Apoſtoli verbis ra-
tiocinatur Auguſtinus de Geneſ.ad lit.lib.6.ca.28.vocatur iuſtitia non ſolum ſanctitas.
Nec ſolum quia ſic vocatur,ſed etiam quia cum Adami iuſtitia hæc noſtra renouatio cõ-
Primi parentis iuſtitia qualis. paratur,veri nominis eſſe iuſtitiã manifeſtè conuincitur.Quum enim *Adami iuſtitia eſſet*
obedire Deo,& legem concupiſcentiæ non habere,vt ſcribit Augu.lib.2.cap.23.de pecca.meri.&
remiſſ.quod etiam magis explicat,De Ciuitate Dei, lib.14.cap.10. vbi dicit quòd *amor*
Rom.8. *eius erat imperturbatus in Deum, & deuitatio tranquilla peccati*, noſtra iam iuſtitia eſt obedire
Deo,& legem concupiſcentiæ non ſequi,quod eſt,*ſecundum Spiritum, non ſecundum carnẽ*
ambulare.Quam ſanè ob cauſam,diſertè D.Auguſ.iuſtitiæ noſtræ hanc vnã partem eſſe,
Lib.2. cap 8. iuxta Apoſtoli doctrinam docet.Docens enim iuſtificationem nobis in hac vita per tria
Contra Iulianũ. conferri, ſecundum eſſe dicit *congreſſionem cum vitijs à quorum reatu abſoluti ſumus*. Sic il-
De verb. Apoſt. ſerm 16. lud Apoſtoli explicans,*predeſtinauit,vocauit,iuſtificauit*,ad Rom.8.*Hoc*, inquit, *tertium iam*
agitur in nobis.Iuſtificati ſumus;ſed ipſa iuſtitia quum proficimus creſcit. Denique illam *abundan-*
Rom.5. *tiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ* per Chriſtum nobis collatam (vt Apoſtolus agens de
De peccat. mer. & remiſſ. lib 1. cap. 13. comparatione delicti Adami,cum gratia Chriſti ſcribit) in hoc eſſe docet Auguſtinus.
Quod Chriſtianis hominibus tanta iuſtitia donatur,vt quum Adam conſenſerit ad peccatum ſuaden-
1.Petr.5. *ti,non cedant iſti etiam cogenti* ſcilicet diabolo qui importunius & callidius multò,ad pec-
catum nunc impellit, *tanquam leo rugiens*,&c.Quam etiam ob cauſam,vocat Aug. gratiã F
De corrept. & gratia,cap.11. Chriſti nobis conceſſam,*potentiorem gratiam,illam autem Adamo datam lætiorem.*

Sed hanc renouationem quæ per Dei Spiritum & gratiam in nobis fit,veram eſſe iu-
ſtitiam non tantum ſanctificationem,luculenter, & copioſè docet Augu. in lib. de ſpi-
ritu & lit.per multa capita,maximè cap.16.& aliquot ſequentibus. *Hic* (inquit) *Spiritus*
Gratia renouãs gratia iuſtificans. *Domini eſt,cuius dono iuſtificamur,quo fit in nobis,vt non peccare delectet:vbi libertas eſt.* Cap.16.
Rurſum cap.ſequenti, conferens legem extrinſecus in tabulis datam, cum lege gratiæ
intrinſecus in cordibus ſcripta,vt modo ex Apoſto. 2.Cor.3.citauimus.*Ibi* inquit,*lex ex-*
De Spir.& lit. cap.17. *trinſecus poſita eſt,quia iniuſti terrerentur.Hic intrinſecus data eſt,qua iuſtificarentur.* Et Paulò pòſt
ipſa Apoſtoli verba ſuperius citata exponens,*Ecce*(inquit)*quemadmodum oſtendit,quia illud*
extra hominem ſcribitur,vt eum forinſecus terrificet,hoc in ipſo homine, vt eum intrinſecus iuſtificet,
nihil potuit pro inhærente iuſtitia apertius dici.Habet autem multa illic plura in eandẽ
ſententiam.Ad Auguſtinum latinum accedit Cyrillus Alexandrinus Græcus, qui San-
ctificationem noſtram per Chriſtum his verbis deſcribit. *Sanctificari naturam hominis eſt*
reformari,& renouari ad imaginem primam Spiritus participatione:vt primam illam gratiam induti,

A *peccatum regnans ſuperare poſſimus, charitati diuinæ inhærentes, & virtuti toto animo ſtudentes, vt carnis lege ſuperata, pulchritudinem immiſſæ nobis imaginis inuiolatam ſeruemus.* Hæc illæ. in Ioan. lib. 11. cap. 25.

Quòd gratia Chriſti ab Apoſtolo condemnata, quòd noui teſtamenti gratia, quòd gratia contra Pelagianos defenſa, eſt gratia Spiritus S. internè iuſtificans per virtutes infuſas.

CAP. IIII.

SED vt attentiſſimè aduertas ipſum inhærentis iuſtitiæ noſtræ firmiſſimum fundamentum, & argumentum potentiſſimum, tertia Concluſio ſeu caput probationum erit, gratiam Chriſti ab Apoſtolo tantopere commendatam, gratiam noui teſtamenti qua à veteris teſtamenti filiis diſtinguimur, gratiam denique illam quam contra Pelagianos
B Auguſtinus, & tota Catholica Eccleſia defendit, nihil eſſe aliud quàm gratiam Spiritus Sancti, nos internè & verè iuſtificantem, per dona & virtutes nobis infuſas; quam hodiè gratiam ſceleratiſſimè proteſtãtes negant: & eius nomine vel quoad iuſtificationem, fauorem tantum gratuitum, quo acceptat nos Deus ad iuſtitiam, (quo ſolo ſenſu Lutherus olim primíque Lutherani & adhuc hodiè Caluinus gratiam hanc interpretati ſunt) vel iam tandem ad ſolam ſanctificationem, inchoatam tamen, imperfectam, & immundam in nobis efficiendam, operationem Dei intrinſecam intelligunt & exponunt.

Quod autem dicimus, Auguſtinus, optimus Pauli interpres, & gratiæ Chriſti defenſor maximus, hæreſiſque Pelagianæ oppugnator acerrimus, luculentiſſimè docet. nam gratia Chriſti, & noui teſtamenti, quam cõtra Pelagianos defendebat Auguſtinus cum tota Eccleſia, erat ipſamet gratia iuſtificationis, & per quam in Chriſto iuſtificamur. Sic
Patres in Conc. Mileuit. gratiam quam negauit Pelagius, definientes qualis eſſet; *qui-* Can. 3.
cunque (inquiunt) *dixerit gratiam Dei qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum ad* Gratia Chriſti
ſolam remiſſionem peccatorum valere quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium vt non com- contra Pelagiũ
mittantur, anathema ſit. Quæ verba repetit Cæleſtinus Papa in epiſt. ad Galliæ Epiſcopos defenſa fuit gra-
cap. 10. Sic cap. 5. eiuſdem Concilij, *gratia iuſtificationis* vocatur, quæ contra Pelagium tia iuſtificãs, ea-
defenditur. Ipſe quoque Auguſt. diſputans de gratia Chriſti cõtra Pelagium, quum Pe- demque internè
lagij ſententiam recitaſſet; *ecce* (inquit) *quomodo vult intelligi, adiuuari eos qui ſub lege peccant,* adiuuans ad be-
vt per gratiam Chriſti iuſtificati liberentur, tanquam eis non ſufficiat ſola lex, propter nimiam peccan- ne operandum.
di conſuetudinem, niſi Chriſti accedat non inſpiratio charitatis per Spiritum ſanctum, (quam etiam De gratia Chriſti cap. 36.
ad iuſtificantem gratiam pertinere, vna cum Pelagio negant Proteſtantes,) *ſed intuendũ,*
C *& imitandum, in doctrina Euangelica virtutis exemplum.* Hæc ille, in lib. de gratia Chriſti. Et in eodem lib. paulo ante (cap. 30.) conqueritur de Pelagiana ſententia, hunc in modum. *Iſtam quippe gratiam qua iuſtificamur,* id eſt, *qua charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris,* Charitas Dei
per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis, in Pelagij & Cœleſtij ſcriptis, quæcunque legere potui, nuſ- gratia iuſtificãs.
quam eos inueni quemadmodum confitenda eſt, confiteri. Hæc ille. Item alibi, hoc in Pelagianorum diſputationibus maximè ſe deteſtari, & horrere ait, *quod gratiam Dei, per quam ſo-* De natura & gratia cap. 10.
lam homo iuſtificari poteſt, negarent. Quomodo autem hanc iuſtificantem Chriſti gratiam, Pelagium confiteri, S. Auguſtinus voluerit, apertiſſimè circa finem lib. de gratia Chriſti, his verbis explicat. *Si conſenſerit Pelagius, ipſam voluntatem & actionem diuinitus adiuuari, vt* cap. 47.
ſine illo adiutorio nihil bene velimus & agamus, eámque eſſe gratiam Dei, per Ieſum Chriſtum Do- Gratia iuſtifi-
minum noſtrum, in qua nos ſua, non noſtra iuſtitia iuſtos facit, vt ea ſit noſtra iuſtitia quæ nobis ab cans à Pelagio
illo eſt, nihil de adiutorio Dei, quantum arbitror, inter nos controuerſiæ relinquetur. Hæc ille: manifeſtum eſt ergo gratiam Chriſti, ſiue *adiutorium gratiæ, quod propriè gratia nuncupatur* (ait Au- confitenda.
guſtinus) quam Pelagius negabat, fuiſſe gratiam iuſtificantem, & illam qua iuſti ſumus, De gratia Chriſti cap. 41.
internam videlicet inſpirationem charitatis, cæterarúmque virtutum per Spiritum ſan- Retractat. lib. 2.
ctum hac ſanè de cauſa, ſcribit ipſemet Auguſtinus, ſe in lib. ſuo de Spiritu & Litera, di- cap 37.

diſputaſſe *contra inimicos gratiæ Dei, qua iuſtificatur impius.* Item in lib. de natura & gratia,
ſe defendiſſe gratiam qua iuſtificatur impius. Retract. lib. 2. cap. 42.

Rurſum hæc inhabitatio Spiritus ſancti, ad renouationem internam in nobis operā-
Quid Renouatio interna eſt gratia noui teſtamenti.
dam, eſt propriè gratia noui teſtamenti. Docet hoc multis verbis Auguſtinus, ex propo-
ſito in epiſt. ad Honoratum; qui hoc argumentum tractat copioſè propter Pelagian. vt
Epiſt. 120.
in fine Epiſtolæ his verbis oſtendit. *Scio* (inquit) *quam non ſuperuacanea ſollicitudine per hanc*
occaſionem, quæſtionum à te propoſitarum, noui teſtamenti gratiam tibi copioſius voluerim cōmon-
ſtrare. Habet enim aduerſarios qui eius profunditate turbati, non Deo tribuere, ſed potius ſibi volunt
arrogare, quod boni ſunt. Hæc ille, dictæ Epiſtolæ cap. 37. In illa autem epiſtola, docet gra-
tiam noui teſtamenti, *eſſe in eo quod ex Deo nati ſumus.* Cap. 3. naſcimur autem ex Deo, *per*
Rom. 5.
lauacrum regenerationis, & renouationis, &c. ad Titum 3. Rurſum quòd *charitas Dei diffundi-*
Charitas gratia qua iuſtificamur.
tur in cordibus noſtris: Quam etiam charitatem in lib. de gratia Chriſti cap. 30. vocat *gra-*
tiam qua iuſtificamur. De qua ſanè interna iuſtitia, quam operatur intus in cordibus Spi-
ritus ſanctus quia ex ipſis ſcripturis multa ibi diſputat Auguſt. idque propter Pelagia-
nam hæreſim, ea hic ſummatim colligemus, vt clariſſimè conſtet, Proteſtantes hodiè
Proteſtantes Pelagianiſmum reſuſcitant.
internam hanc renouationis iuſtitiam negantes, verum Pelagianiſmum magna ex par-
te reſuſcitare. Primū ergo cap. 21. dictæ epiſt. oſtendit *accepiſſe nos Spiritum adoptionis filio-*
Anima fit iuſta participatione melioris.
rum Dei, (quæ propriè eſt gratia noui teſtamenti,) *vt fides in nobis ſit, quæ per dilectionem*
operatur; quia non fit anima iuſta niſi participatione melioris. eſſe nos autē participatione crea-
toris meliores, docet cap. 23. *quum ei coheremus puriſſima & ſanctiſſima charitate.* Deinde
Donum bonæ voluntatis eſt iuſtificatio impij.
cap. 22. Quod Deus operatur in nobis velle & operari pro bona voluntate, *Hæc eſt* (in-
quit) *iuſtitia Dei: hoc eſt quod Deus donat, quum iuſtificat impium. Hanc Dei iuſtitiam ignorantes* E
ſuperbi Iudæi, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Quæ verba paulo poſt
Iuſti ſumus & iuſtitia Dei quum iuſtè viuimus.
cap. 30. exponit. *Ignorantes Dei iuſtitiam, qua nos ex eius gratia iuſti ſumus, vt ipſa Dei iuſti-*
tia nos ſimus quum iuſtè viuimus, credentes in eum qui iuſtificat impium. Hæc autem iuſtitia qua Dei
munere iuſti ſumus, ſignificatur in pſal. 35. vbi dicitur: iuſtitia tua ſicut mōtes Dei. Montes quippe San-
cti Dei ſunt. Hæc ille probās ex ſcripturis, illos habere iuſtitiam Dei, id eſt à Deo datam,
qui ſancti ſunt. De qua etiam re in eodem pſalmo dictum eſſe ſcribit, *prætende miſeri-*
Pſal. 35.
cordiam tuam ſcientibus te, & iuſtitiam tuam iis qui recto ſunt corde. Quem etiam locum in lib.
de Spiritu & lit. cap. 7. tractans, exponit *iuſtitiam illam, quam vt recti corde ſint accipiunt ho-*
Iuſtitia vetiſi-ficans cor eſt iuſtificatio impij.
mines eſſe iuſtitiam Dei qua iuſtificat impium. Poſtremò cap. 33. dictæ epiſt. *In cordibus* (inquit)
noſtris, fit ipſa participatio, intimi atque ſuperni boni. Vnde in Pſal. 4. quum dictum eſſet, ſacrificate
ſacrificium iuſtitiæ, quod eſt operari iuſtitiam, cuius boni amore illud fieri debeat, oſtendit, dicens. Si-
Pſal. 4.
gnatum eſt in nobis lumen vultus tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo. Hæc & alia multa, de
gratia noui Teſtamenti, in illa epiſt. 120. diſputans Auguſtinus, docet iuſtitiā noſtram,
eſſe illam internam inſpirationem charitatis, & inſcriptionem Spiritus ſancti in cordi-
bus noſtris. Sic & in lib. de natura & gratia cap. 31. & 32. illud Pſalm.) *reducet quaſi lumen*
Pſal. 36.
iuſtitiam tuam,) de operum iuſtitia, quam facit in nobis gratia exponit. Móxque cap.
ſequent. illud Pſal. 2. *Apprehendite diſciplinam,* &c. *ne pereatis de via iuſta,* de eadem iuſtitia
exponit.

Sed ad hoc inuictè demonſtrandum, quòd renouatio interna eſt gratia noui F
Probatur ex Apoſtolo interprete Auguſt. internam renouationem eſſe gratiam Chriſti iuſtificātem. 2. Cor 3.
Teſtamenti, ſeu gratia Chriſti qua iuſtificamur, longa illa Diuus Auguſtinus ex Scri-
pturis diſputatio, in lib. de Spiritu & Litera ſufficere poteſt, volens enim in illo lib.
Diuus Auguſtinus, (vt cap. 3. commemorat) *contra Pelagianos, oſtendere humanam*
voluntatem ad faciendam iuſtitiam diuinitus adiuuari, non ſolum propter donum creationis, nec
ſolum propter doctrinam in lege datam, ſed etiam propter Spiritum ſanctum illi datum, infuſa chari-
tate, &c. illud ſibi diſcutiendum proponit cap. 5. quod Apoſtolus dicit. *Litera occidit,*
Spiritus autem viuificat. Móxque cap. 6. rem aggrediens, conatur ex Apoſtolo oſtendere,
gratiam quæ per Ieſum Chriſtum omnibus gentibus venit, eſſe hunc Spiritum viuificantem, hominibus
datum. Quoniam verò hunc Spiritum gratiæ viuificantem, multis toto libro ſparſis ſen-
tēriis, illud eſſe affirmat, quo iuſtificamur in hac vita, eas breuiter ſaltem præcipuas hoc
loco colligemus; vt euidenter pateat, operationem internam Spiritus ſancti in nobis
ad veram noſtram coram Deo iuſtificationem, non ſolum ad ſanctificationem pertine-
re. Primum ergo ca. 8. & 9. explicans verbum Pauli ad Rom. 3. *ex operibus legis nemo iuſti-*
ficabitur, docet verum id eſſe, non ſolum propter ſacramenta veteris legis, ſed etiam
propter doctrinam legis; imò & propter ipſum quoque liberū arb. qua ſequitur ſtatim.

Sine

A Sine lege, id eſt ſine adiutorio legis, *iuſtitia Dei manifeſtata eſt. Iuſtitia ſanè non hominis, nõ propriæ voluntatis, ſed Dei, non qua Deus iuſtus eſt,* (quam ſolam volunt nobis imputari proteſtãtes) *ſed qua Deus induit hominem, quum iuſtificat impium.* Hæc ille. Hic eſt ſpiritus gratiæ intus renouantis in ipſa prima conuerſione datus. Mox enim ibidem addit. *Hæc iuſtitia Dei teſtificata eſt per legem, quia lex iubendo & minando & neminem iuſtificando, ſatis indicat dono Dei iuſtificari hominem per adiutorium ſpiritus.* Et paulò pòſt; explicans quod apud Apoſtolum ibidem ſequitur, *iuſtificati gratis per gratiam ipſius*, explicat id fieri, *quia nec per legem nec per propriam voluntatem iuſtificamur, ſed per gratiam Chriſti, quia etſi ſine voluntate noſtra non fiat, tamen ſanat prius gratia voluntatem, vt ſanata voluntas impleat legem.* Hæc ille. Renouatio ergo noſtra interna, quæ eſt ſanatio voluntatis ad implendam legem, eſt proprius effectus gratiæ illius, per quam gratis iuſtificamur, & profectò quòd Augu. ſcripſit de pelagio in libro de natura & gratia cap. 23. *velut ſibi ad iuſtitiam ſufficientem. ſi voluntas ſua adſit defendendo naturam gratiæ Chriſti qua iuſtificamur, apertiſsime contradicit.* non verè dixiſſet, ſi gratia ſanans voluntatem ad implendam legem, quæ eſt renouatio interna, ad Chriſti gratiam qua iuſtificamur nihil pertineret, fruſtra quóque & falſo in eodem lib. cap. 40. exclamaſſet contra eoſdem: *Euacuati eſtis à Chriſto, qui in natura iuſtificamini, à gratia excidiſtis,* ſi renouatio gratiæ interna qua legem obſeruamus, nihil ad iuſtitiam faceret. Gratia enim ſanans naturam, eſt Renouationis gratia.

Deus iuſtitia induit hominem quando iuſtificat impium.

Iuſtificamur per gratiam Chriſti quæ ſanat voluntatem.

Pelagius contradixit gratiæ iuſtificanti, quia negauit gratiã renouantem.

Gratia naturã ſanans quæ.

B Sed pergamus in diſputatione Auguſtini, de ſpiritu viuificante in dicto libr. de ſpiritu & litera. Nempe cap. 10. explicans illud Apoſtoli, 1. Tim. 1. *iuſto lex nõ eſt poſita, quæ tamen bona eſt, ſiquis eo legitimè vtatur,* oſtendit primũ, iuſto non eſſe poſitam legem, ſed iniuſto, quia *iniuſtus vt iuſtus fiat, lege tanquam pædagogo* ſecurè imperante *vti debet, qua perducatur ad gratiam, per quam ſolam quod lex iubet poſſit implere.* Et quare hoc? *Quia* (inquit) *per ipſam gratiã iuſtificatur gratis, id eſt, nullis operum ſuorum præcedentibus meritis. Datur enim gratia* (vtique iuſtificans, de ea enim diſputat) *non quia legem impleuimus, ſed vt legẽ impleamus.* Deinde oſtendit ipſi iuſto legem eſſe neceſſariam, *non quidem qua ad iuſtificantẽ gratiam perducatur,* (quaſi lex primam iuſtificationem conferret,) *ſed qua legitimè vtatur.* Hoc autẽ fieri, quum *alijs adhuc iniuſtis* (ſcilicet à iuſtitia relapſis) ipſe *iuſtus legem ad terrorem imponit, qua territi confugiant per fidem* (nondum ſcilicet extinctam) *ad iuſtificantem gratiã: & per donum ſpiritus,* quæ eſt illa iuſtificans gratia) *ſuauitate iuſtitiæ delectati pœnam literæ minantis euadant.* Móxque cõcludit, impium *non ex lege factorum iuſtificari, ſed ex lege fidei: qua videlicet credidit nullo modo poſſe ſuæ infirmitati, ad implenda ea quæ lex factorum iuberet, niſi diuina gratia ſubueniri.* Hæc ille. Vbi ſemper docet ſubuenientem diuinam gratiam ad implendam legem eſſe gratiam iuſtificantem.

Per gratiã qua lex impletur, iuſtificamur gratis.

Quo modo ex lege fidei iuſtificatur impius.

Poſteà tractans illud Apoſtoli 2. Cor. 3. *Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas,* eiuſdem lib. cap. 16. Dicit *Spiritus Sancti dono nos iuſtificari,* & donum illud explicat eſſe, *quo fit vt non peccare delectet.* Moxque cap. ſeq. tractãns alia in eodem cap. Apoſtoli verba, quod fideles ſunt *epiſtola Chriſti ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui,* Docet ſic corda noſtra ab eodem ſpiritu S. inſcribi, *vt lex iam intrinſecus nobis ſit data, qua iuſtificemur, non extrinſecus, vt olim, qua*
C *terreamur.* Illam enim in tabulis olim ſcriptam, *extra hominem ſcriptam fuiſſe, vt foriſnecus terreretur, hanc vero in ipſo homine iam ſcribi vt eum intrinſecus iuſtificet.* Quibus verbis pro inhærẽte per renouationem iuſtitia, nihil potuit apertius dici.

Dono Spiritus S. quo peccatum auerſamur, iuſtificamur.

Lex nunc intrinſecus data qua iuſtificemur.

Poſtremò luculentiſſimè internam hanc veriſſimè nobis inhærentem iuſtitiam, eſſe Chriſti gratiam nos iuſtificantem, ex ipſo noui teſtamenti proprio dono, probat apertiſſimè in dicto lib. Auguſt. Tractans enim illa Ieremiæ verba. *Ecce dies venient dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael teſtamentum nouum &c. Et hoc eſt teſtamentum quod ordinabo, &c. Dabo leges meas in corde illorum, & in mente eorum ſcribam eas &c.* Primum oſtendit *teſtamentum nouum hoc, vocari propter nouitatem ſpiritus, quæ hominẽ nouum ſanat à vitio vetuſtatis,* cap. 20. Deinde leges Dei ab ipſo ſcriptas in cordibus noſtris, *eſſe præſentiam Spiritus Sancti quo præſente diffunditur charitas in cordibus noſtris, quæ eſt plenitudo legis,* &c. cap. 21. Poſtea multis interiectis, dicit: *in interiore homine Chriſti gratia renouato iuſtitiam ſcribi, quam culpa deleuerat, & hanc eſſe miſericordiam ſuper genus humanum per Ieſum Chriſtum Dominum, N.* Cap. 27. Mox verò hanc *inſcriptionem iuſtificationem noſtram* vocat, ſtatim eodem cap. cõcludens, *gratiam Dei promiſſam, Teſtamẽto nouo, in eo eſſe definitam, vt ſcribantur leges Dei in cordibus hominum; & hoc eſſe Donũ Spiritus Sancti quo diffunditur charitas &c.* quod ſtatim cap. ſeq. 29. ſic explicat. *Vt vnuſquiſque per ſpiritum incorporatus factúſque membrum Chriſti, poſſit*

Ierem. 3.

Nouum teſtamentum eſt iuſtitia ſcripta in corde.

illo incrementum intrinſecus dante, operari iuſtitiam. Hæc ille. Eſt ergo gratia Chriſti, qui noui Teſtamenti Author eſt, per internam renouationem, interna & inhærens nobis iuſtificatio. D

Teſtamentum nouum miniſtratio iuſtitiæ qua ſaluamur.

Et hoc ipſum Apoſtolus clariſsimè docet, vocans *nouum Teſtamentũ miniſtrationem Spiritus & miniſtrationem iuſtitiæ*, 2. Cor. 3. quia videlicet (ait Auguſt. *per donum Spiritus operamur iuſtitiam, & à præuaricationis damnatione, quam ſola lex ſine gratia facit, liberamur.* Hæc ille lib. de Spiritu & lit. cap. 18.

Recollectio præced. Script.

Quoties ergo (vt hunc locum concludam,) Apoſtolus Paulus docet nos *iuſtificari gratis per gratiam Chriſti*, vt ad Rom. 3. & ad Titum 3. quoties *iuſtitiam Dei nos eſſe in Chriſto, & iuſtitiæ Dei ſubiectos nos eſſe* affirmat, vt itidem ad Rom. 3. 6. 9. & .10. & ad Philip. 3. quoties *renouari* nos iubet *in iuſtitia & ſanctitate*, vt ad Epheſ. 4. quoties *ſeruire iuſtitiæ* monet, vt ad Rom. 6. quoties *nouum Teſtamentum eſſe miniſtrationem iuſtitiæ* aſſerit, vt 2. Cor. 3. quoties *ambulando ſecundum Spiritum, iuſtificationem legis impleri in nobis, & propter inhabitantem Spiritum Dei, viuere Spiritum noſtrum propter iuſtificationem* Docet, vt Rom. 8. quoties *Chriſti reſurrectionem noſtram eſſe iuſtificationem*, dicit, vt ad Rom. 4. & 6. Denique quoties aliæ ſcripturæ iuſtitiam Sanctorum prædicant vt apud Pſalmiſtam ſæpè in locis iam citatis; poſtremò, quoties *gratia noui Teſtamenti, vel gratia Chriſti* commendatur, toties iudicio & ſententia Auguſtini, qui vnus Chriſti gratiam, & maximè prædicauit, & ſapientiſsimè docuit, noſtra per operantem in nobis Dei gratiam renouatio, ad ipſam iuſtificationem hominis chriſtiani vel maximè pertinere euidenter oſtenditur. E

Gratia iuſtificãs eſt libertas per Chriſtum data.
Tit. 2. Epheſ. 5. Ioan. 8. Rom. 7. Rom. 8. 2. Cor. 3. Rom. 5. Rom. 6. Gal. 4. Rom. 8. De Spir. & lit. cap. 16. Tract. 41. in Ioannem. Ioan. 14. Luc. 1. Hebr. 2. Mich. 7.

Huc poſtremò pertinet, quòd Chriſti gratia iuſtificans, non ſolum fuit redemptio per expiationem peccatorum, ſed etiam liberatio à ſeruitute peccati: *vt mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operũ.* Sic enim Chriſtus *ſanctificat Eccleſiam ſuam mundans eam.* Hoc nomine Chriſtus non ſolum Redemptor & ſanctificator, ſed & liberator noſter eſſe in Scripturis ſanctis deſcribitur. Tunc *verè liberi eritis*, ait Chriſtus, *quũ filius vos liberauerit.* hoc quale ſit & quo modo fiat, explicaturus Apoſtolus, poſt longam corruptæ naturæ noſtræ deſcriptionem, exclamat. *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* id eſt de corpore peccatis obnoxio, quæ mortem adferunt? móxque reſpondet, *Gratia Dei per Ieſum Chriſtum.* Et ſeq. cap. apertius. *Lex ſpiritus vitæ*, id eſt Spiritus Chriſti viuificans, *liberauit me à lege peccati & mortis.* de hac libertate ſpirituali dixit alibi. *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas.* quia videlicet facit *Charitas Dei diffuſa in cordibus per Spiritum ſanctum*, vt liberè ſeruiamus iuſtitiæ: quia *liberati à peccato* (ait Apoſtolus) *ſerui facti ſumus iuſtitiæ.* Et hæc eſt, *libertas qua Chriſtus, nos donauit, quia non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: nec ſpiritum ſeruitutis in timore*, vt mandata legis tanquam ſerui ſub iugo audiamus, *ſed ſpiritum adoptionis filiorum Dei accepimus; in quo clamamus Abba Pater.* Vbi enim *dono Spiritus non peccare delectat, ibi libertas eſt: vbi autem ſine hoc Spiritu peccare delectat ibi ſeruitus eſt*: ait Auguſtinus. *Et tunc eſt voluntas noſtra libera, quando eſt pia*, ait alibi idem ſapientiſsimus doctor: vt tanquam filij liberaliter diligamus Deum, & diligendo *ſermonem eius faciamus.* Hanc liberationem clariſſimis verbis expreſſit Zacharias, dicens: Chriſtum Abrahæ promiſſum, ob hoc datum eſſe nobis, *vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia, coram ipſo omnibus diebus noſtris.* Quam etiam liberationẽ expreſſit Apoſtolus, dicens: ideò per mortem deſtructum à Chriſto diabolum, *vt liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erãt ſeruituti.* Obnoxios enim ſeruituti peccati fecerunt nos inimici noſtri, corruptæ naturæ affectiones improbæ, de quibus propheta; *Inimici hominis domeſtici eius*, à quibus nos Chriſtus ſua gratia ſanctificante liberauit, vt iuſti eſſemus coram illo. Ipſa ergo ſanctificatio per Chriſtum, Iuſtitiæ noſtræ in Chriſto pars eſt.

Quod charitas cæteraque virtutes, non ſolum fidei donum, ſint illa Spiritus ſancti dona quibus iuſtificatur impius.

CAPVT. V.

A ATQVE hæc quidem hactenus in genere oſtenderunt internam Spi-
ritus ſancti operationem in nobis, ipſamque interioris hominis re-
nouationem ad iuſtificationem noſtram pertinere: vnde neceſſariò
ſequitur, iuſtitiam noſtram eſſe rectitudinem quandam verè nobis in-
hærentem, vnde formaliter iuſti ſumus. Nunc, vt propius ad forma-
lem noſtram iuſtitiam deſcribendam accedamus; quarta Concluſio
ſeu quartum caput probationum erit, quòd charitas, cæteræque vir-
tutes, non ſolum fidei donum, ſunt illa Spiritus ſancti dona, quibus diuinitus datis ve-
rè iuſtificamur, & iuſti ſumus. Hoc autem in loco recolendum eſt, hominem iuſtificari
tripliciter. Primum diſpoſitiuè, ſeu inchoatiuè quòd non eſt vel accipere, vel habere *Iuſtificatur homo tripliciter.*
iuſtitiam, ſed tenderè & præparari ad iuſtitiam. De hac diſpoſitiua iuſtificatione, quæ 1.
non niſi in adultis locum habet, nec etiam in omnibus eodem modo in primo Prole-
gomeno copioſè diſputatum eſt. Secundò, iuſtificatur homo quando accipit iuſtitiam, 2.
& ex iniuſto fit iuſtus, quam primam iuſtificationem theologi vocant. Tertiò iuſtificari 3.
dicitur, qui habens iuſtitiam in eadem creſcit; & magis iuſtificatur: quam ſecundam iu-
ſtificationem theologi vocant: In hoc vtróque iuſtificationis genere, locum habet no-
ſtra concluſio. Proteſtantes hanc diſtinctionem primæ & 2. iuſtific. irrident ſed gratis,
nec vllo argumento quod ſcholæ conſpectum ferat. volunt autem ſemper nos iuſtifi-
cari, ſola & perpetua quadam peccatorum remiſſione, tam primo quam poſtea; adiun-
B cta Chriſti nobis imputata iuſtitia, & per ſolam fidem apprehenſa. De qua peſtilentiſſi- Lib. 7.
ma hæreſi poſtea. Nunc vt Catholica ſententia ordine confirmetur, primò oſtendemus
in hac concluſione, in ipſa prima iuſtificatione, qua ex impio aliquis fit iuſtus, præter re-
miſſionem peccatorum præteritorum, infundi & dari virtutes internas, per quas verè
nobis inhærentes, formaliter iuſti ſumus. Secundò loco, in alia poſtea concluſione, de
virtutibus iuſtitiam acceptam augentibus, dicemus.

Quod ad primum attinet, vt de fide nihil dicamus, quam nobiſcum Proteſtantes do-
cent, ad omnem iuſtificationem neceſſariam eſſe, reliquarum virtutum neceſſarij con-
curſus, iniuncta & conſpicua demonſtratio & comparatio iniuſtitiæ per Adam contra-
ctæ, & iuſtificationis per Chriſtum factæ, bene conſiderata. Ait enim Apoſt. ad Rom. 5.
Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes *Antitheſis Apoſtoli des Chriſti & Adam explicata.*
homines in iuſtificationem vitæ. Hanc enim comparationem diligenter & veriſſimè expo-
nit Auguſtinus, vt ſicuti ex Adam nos ſuo peccato inficiente contraximus iniuſtitiam,
omnium ſcilicet virtutum priuationem, non ſolos concupiſcentiæ motus, eámque pro-
priam ſingulorum & verè ſingulis inhærentem, propter quam ſumus formaliter, & *na-*
tura filij iræ; ſic ex Chriſto, nos ſua *gratia & dono*, (vtrúmque enim Apoſtolus ibidem ex- Ephe. 2.
preſsit,) iuſtificante, accepimus iuſtitiam quæ ex veris virtutibus conſiſtit, eámque pro- Rom. 5.
priam ſingulorum, & verè ſingulis inhærētem, propter quam ſumus formaliter filij Dei,
non natura iuſti. Docet hoc autem his verbis Auguſtinus. *ſicut ille in quo omnes viuifica-*
buntur dat ſui ſpiritus occultiſſimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis, ſic ille in
C *quo omnes moriuntur, occulta tabe carnalis concupiſcentiæ ſuæ, tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe*
venientes. Hæc ille de pecca. mer. & remiſſ. lib. 1. cap. 9. & paulo pòſt cap. 15. *Si propterea*
Chriſtus vnus eſt, in quo omnes iuſtificentur, quia non ſola eius imitatio iuſtos facit, (hoc enim de
imitatione dicebant Pelagiani, quòd hodie de imputatione dicunt Proteſtantes,) *ſed*
per Spiritum regenerans gratia, propterea & Adam, &c. Hæc autem regenerans per Spiritum
gratia, quæ iuſtos facit: id eſt, de nouo iuſtificat, eſt vel maximè *charitas diffuſa in cordibus*
noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Gratia enim ſeu donum ſpiritus, pro- Rom. 5.
priè & præcipuè eſt charitas Dei, qua facit nos dilectores ſui, quod nunc in ſequen-
tibus probabitur: nam propterea Auguſtinus in eodem libro primo, de peccat. mer. &
remiſſion. capit. 10. quùm dixiſſet; *legimus iuſtificari in Chriſto qui credunt in eum propter* *Iuſtificamur per occultā communicationem gratiæ.*
occultam communicationem & inſpirationem gratiæ ſpiritualis, adiecit ſtatim (explicans
qualis illa gratia eſſet) *qua quiſquis hæret Domino vnus ſpiritus eſt.* Adhæremus autem Deo
potiſſimum & propriè per charitatem. Sic enim de Spiritu & Lit. capite vigeſimotertio.
Dicit nos *cohærere Deo, ſanctiſſima & puriſſima charitate, qua ſi caruerimus, tenebreſcimus obdure-*
ſcimus quodammodo. Proinde(inquit)*infideles homines tenebræ ſunt, qui per fidem conuerſi ad deum*
quadam præmiſſa illuminatione lux fiunt. Hæc ille iuxta illud Apoſtoli. *Eratis tenebræ, nunc autē*
lux in domino: Hæc autem lux charitas eſt diffuſa in cordibus noſtris, quod hoc argumen-

to eodem in loco cap.præce.probat Aug.*Si Deus lux eſt,& Deus charitas eſt profectò charitas lux ipſa eſt,quæ diffunditur in cordibus noſtris.* Vnde alibi Aug.ait,quod Chriſtus *illuminationẽ iuſtificationemque noſtrã, intrinſecus operatur in nobis.* De pec.mer.& rem.li.1.c.9. per illuminationem charitatem intelligens,Quam etiam charitatẽ in lib.de gratia Chriſti cap. 30.apertè vocat *gratiam qua iuſtificamur.* Rurſum quum dixiſſet in lib. de ſpiritu & lit. ca. 10. quod per *gratiã Chriſti iuſtificamur gratis,id eſt nullis præcedentibus operum meritis,*(quod de prima iuſtificatione neceſſariò intelligitur)explicans quam gratiam intelligat,addit:*datur enim gratia qua lex impleatur.* Hæc autem eſt charitas quæ *eſt plenitudo legis* ad Roman.13. *Vbi enim hæc fidelis charitas inuenitur ſine dubio benè viuitur*, ait Auguſt. libro de fide & operibus cap.14.Sic de prima iuſtificatione in lib.de ſpiritu & lit.cap.14.Dicit.*Litera prohibens peccatum non iuſtificat hominem,ſed potius occidit niſi liberet gratia per legem fidei,quæ eſt in Chriſto, quum diffunditur charitas in cordibus noſtris &c.* Sic epiſto.120. cap. 21. dicit *non fieri animam iuſtam* quod eſt de nouo non iuſtificari, *niſi participatione melioris* (Dei ſcilicet Spiritus) *qui iuſtificat impium.* D

Ephe.5.
Lux iuſtitiæ Charitas eſt.
De Spir. & lit. cap.22.
Gratia Chriſti iuſtificat quando Charitas datur.
Philip.2.
1.Cor.6.
Rom.5.

Hæc ille. Móxque eodem cap. docens *timorem caſtum, quo timet anima ne amittat gratiam acceptam, non excludi à charitate, ſed cum timore & tremore ſuam ſalutem homines operari,quia Deus operatur in nobis velle & perficere.* Hoc eſt, infundit charitatem, qua velimus & perficiamus,cõcludit initio ſeq.cap.*hæc eſt iuſtitia Dei,quæ nos iuſtos facit:hoc eſt quod Deus donat homini quum iuſtificat impium.* Hæc ille. Manifeſtiſſimè docens quum iuſtificatur impius,donari illi charitatem,qua bene velit,& bene operetur. Quod etiam Apoſtolus clarè docet in priore ad Corinth. dicens. *Iuſtificati eſtis in nomine Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri.* Nomen Chriſti eſt gratia,& meritum Chriſti propter quem iuſtificamur. Spiritus Dei eſt,*charitas diffuſa in cordibus noſtris,per ſpiritum S.qui datus eſt nobis.* Ita cauſam & efficiẽtem & formalem iuſtificationis noſtræ pariter expreſſit. E

Idem ex verbis Apoſtolicis Luculentius demonſtratur.

CAPVT VI.

SED ad hoc demonſtrandum,quòd gratia qua iuſtificatur impius, ſiue totus actus apparẽtis in nobis gratiæ quo conuertimur ad Deum,non eſt ſola fides diuinitus data, ſed vel maximè charitas pariter infuſa, fides ipſa iuſtificans per Apoſtolum commendata ſufficere poteſt. Quũ enim Galatis,qui in lege factorum & in ſua iuſtitia,id eſt naturæ virib⁹ facta,non in operibus bonis ex fide factis, vt volunt proteſtantes) audita ſcilicet legis doctrina,iuſtificati volebant, dixiſſet:*euacuati eſtis à Chriſto,qui in lege iuſtificamini,à gratia excidiſtis*,cauſam ſubiungit: *Nos enim* (ſcilicet veri fideles & Chriſtiani) *Spiritu,ex fide,ſpem iuſtitiæ expectamus*: id eſt accepto Spiritu gratiæ, per quem diffuſa eſt charitas in cordibus noſtris, *ex fide expectamus*, (*iuſtus enim ex fide viuit* quæ eſt *ſubſtantia rerum ſperandarum,argumentum non apparentium*,expectans videl.futura præmia, nondum gaudens præſentibus)expectamus inquam *ſpem iuſtitiæ*,id eſt,(vt exponit Auguſtinus de ſpiritu & lit. c. 32.) *vel qua ſperatur iuſtitia* ſiue iuſta merces,*quoniam iuſtus ex fide viuens, ſperat vtique vitam æternam,vel qua ſperat ipſa iuſtitia noſtra,in plena tandem & perfectiſſima iuſtitia ſatiari*·idque ex fide quoque *fides enim eſuriens,ſitienſque iuſtitiam per renouationem,de die in diẽ interioris hominis,proficit in ea,& ſperat in ea ſatiari in vita æterna.* Hæc ibi Auguſtinus. Hoc autem quia obſcurius paulò dixerat Apoſtolus in verbis iam explicatis; idẽ ſtatim aliis verbis ſed clarius repetit,ſubiungens.*Nam in Chriſto Ieſu*(id eſt vt in Chriſto aliquis iuſtificetur,non in lege(*neque circumciſio aliquid valet neque præputium*, id eſt neque obſeruatio veteris legis ex ſola lege iubente, neque naturæ viribus facta aliqua iuſtitia, ſiue legis doctrina,qualis gentium & Philoſophorum prædicatur, *ſed fides quæ per dilectionem operatur*: id eſt fides quæ per donũ charitatis operandi iuſtè, vim accepit. Dilectio enim Dei *diffuſa in cordibus noſtris,per ſpiritum* S.*qui per* Chriſtum *datus eſt nobis*,facit operari iuſtè, & eſſe iuſtos,ſiue iuſtificari per gratiam Chriſti.hoc aliis verbis in eadem epiſtola ſeq.cap.Apo ſtolus F

Galat.5.
Ideo nomen legę quia Spiritu ex fide iuſtificamur
Rom.1.
Heb.11.
Quomodo Spiritu ex fide ſperatur iuſtitia.
Galat.5.
Galat.6.

A ſtolus dixit. *In Chriſto Ieſu neque circuncifio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura.* Noua enim creatura fit, qui ex impio fit iuſtus, accepta ſanè per Spiritum S. non ſolum fide, ſed etiam charitate, vt poſſit fides per charitatem ſalutem operari & non *ſine charitate mortua* & inutilis eſſe, ad ipſam ſcilicet iuſtificationem, de qua ibi Iacobus diſputat, & quæ ſine adiuncta charitate non fit. *Qui enim non diligit manet in morte*: id eſt, nondum facta eſt noua creatura vt viuat Deo. Quam etiam nouæ creaturæ rationem ſic alibi clariſſimè explicat Apoſtolus. *Gratia* inquit, *ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt. Non ex operibus tuis, videlicet ex temetipſo tibi exiſtentibus, & gratiam præcedentibus*, vt exponit Auguſtinus de gratia & lib. arb. cap. 8. Nam & ideò ſubiungit Apoſtolus, *vt ne quis glorietur*. Et cauſam manifeſtiſſimè addit. *Ipſius enim ſumus factura*, non illa creatione qua homines ſumus, ſed qua ille dicebat, *Cor mundum crea in me deus, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis* (id eſt ad facienda opera bona. Nam *opera Chriſti ex ipſius iuſtificatione operamur*: ait Auguſtinus epiſtol. 120. cap. 30. & *anima iuſti iuſtificatur ad facienda bona opera*, ait idē ibidem cap. 31.) *quæ præparauit Deus vt ambulemus in illis*. Quod adhuc idem Apoſtolus clariſſimis verbis expreſſit, 1. Cor. 7. dicens. *Circuncifio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei.* Hæc eſt noua creatura: ſic ex impio fit iuſtus, accipiēs fidem quæ per dilectionem fit operatiua virtutum; vel vt elegantiſſimè Roffenſis noſter loquitur, *quæ fœta bonorum operum per charitatem etiam antè partum iuſtificat*; id eſt, necdum enixa aliquod
B bonum opus, vt pote bene operandi occaſione nondum data, tamen propter voluntatē rectificatam & ad benè operandum promptam atque alacrem ex homine impio iuſtū facit.

Iacob. 2. 1. Ioan. 3 Ephe. 2.

Pſal. 50. Auguſtin. ad Honoratum.

Sed erunt iſta adhuc ſolidiora, ſi luculentiſſimas hac de re Auguſtini diſputationes afferamus. *Quærendum*, inquit, *eſt quam fidem tanta conflictione commendet Apoſtolus.* Commendat autem ſemper Apoſtolus fidem iuſtificantem, & ex qua iuſtus viuit, vel quæ iuſtificat impium. Hanc oſtenſurus Auguſtin. primum docet, *non quodlibet credere bonum eſſe, ſed eam fidem ab Apoſtolo commendari, qua creditur Deo*: ſcilicet dicenti aliquid vel reuelanti, ſiue promittat ſiue minetur ſiue iubeat, ſiue prohibeat, ſiue deníque ſimpliciter affirmet aut neget. Sed (inquit Auguſtinus) *adhuc eſt aliquid ad diſcernendum. Nam & illi qui ſub lege ſunt* (nondum ſub gratia) *& timore pœnæ, iuſtitiam facere conantur, credunt Deo. Sed non hanc fidem commendat Apoſtolus*: Móxque oſtendens, fidei amorem, iuſtitiæ (quæ charitas eſt, adiungendam eſſe, & *amore iuſtitiæ nos clamare Abba pater, petere & pulſare pro dono ſapientiæ, continentiæ, & aliarum virtutum*; ſubinfert. *Hæc eſt fides ex qua iuſtus viuit, hæc eſt fides qua creditur in eum qui iuſtificat impium. Hæc eſt fides per quam excluditur gloriatio; Hæc eſt fides qua impetratur largitas Spiritus. Hæc eſt fides qua ſalui fiunt, quibus dicitur: Gratia ſaluati eſtis per fidem &c.* ad Epheſ. 2. *Poſtremò hæc eſt fides quæ per dilectionem operatur, non per timorem, non eſſet autem in nobis hæc dilectio niſi diffunderetur in cordibus noſtris, &c. Illa videlicet non qua nos diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos.* Hæc omnia Auguſt. de Spiritu & lit. cap. 32. Habemus ergo clariſſimè explicatum quod fides iuſtificans ab Apoſtolo commēdata, non ſola iuſtificat, ſed cum alijs virtutibus maximè charitate quæ parit amorem iu-
C ſtitiæ, neceſſariò coniuncta eſt, vt iuſtificet.

Quod fides iuſtificans ab Apoſtolo commēdata abſque charitate non iuſtificat.

Auguſt. de ſpir. & lit. cap. 32.

Fidem habent etiam legem qui ſub lege ſunt.

Fides quæ habet adiunctum amorem iuſtitiæ iuſtificat & ab Apoſtolo commēdatur.

Eandem demonſtrationem longè pulcherrimè idem facit Auguſtinus ſerm. 16. de verbis Apoſtoli. Tractans enim illud Apoſtoli *quos vocauit, hos & iuſtificauit*; & docens qua tandem ratione iuſtificamur in hac vita; oſtendit nec totam nos & plenam iuſtitiā habere, nec nullam. *Si dixerimus* (inquit) *quòd iuſtitiæ nihil habemus, aduerſum Dei dona mentimur. Si enim iuſtitiæ nihil habemus, nec fidem habemus. Si autem fidem habemus iam aliquid iuſtitiæ habemus.* Vides vt fidem partem tantum iuſtitiæ aſſerat, non ſolam & totam iuſtitiam noſtram ex parte noſtra, vt proteſtantes docent: Deinde proſequens dicit: *vnuſquiſque veſtrum iam in ipſa iuſtificatione conſtitutus, accepta videlicet remiſſione peccatorum per lauacrum accepto ſpiritu Sancto* (Hoc eſt ex Auguſtini ſententia conſtitui in iuſtificatione ſeu accipere primam iuſtificationem; & obſerua præter remiſſionem peccatorum, accipi Spiritum Sanctum, hoc eſt dona & virtutes, quæ *fructus Spiritus* vocat Apoſtolus.) *proficiens de die in diem, videas vbi ſit, accedat, proficiat & creſcat, &c.* Hæc eſt ſecunda iuſtificatio, ſeu augmentum iuſtificationis acceptæ. Et vtramque alibi euidenter expreſſit dicens. *Spiritus S. aliter adiuuat, nondum inhabitans, aliter inhabitans. Nam nondum inhabitans adiuuat, vt ſint fideles: inhabitans adiuuat iam fideles.*

Fides eſt pars iuſtitiæ tantùm.

Galat. 5.

Epiſt. 105.

Hæc ille. Sed nunc prima illa quomodo fiat, proſequendo ſermonem citatum docet. D
Incipit homo iuſtificari à fide. Quid pertinet ad fidem credere? Sed ſi tantum credis, & ſine ſpe viuis, vel dilectionem non habes, & dæmones credunt & contremiſcunt Iacob. 2. & poſt pauca. *Adde ergo fidei ſpem: & quæ ſpes eſt, niſi de aliqua conſcientiæ bonitate? Spei ergo adde ipſam charitatem.* Móxque citato Apoſtoli loco. 1. Cor. 13. in laudem charitatis, concludit. *Diſcernit*, inquit, *diſtinguit, circuncidit fidem tuam Apoſtolus, dicens, fides quæ per dilectionem operatur. Fides ergo quæ per dilectionem operatur, ſi eſt in vobis, iam pertinetis ad prædeſtinatos, vocatos, iuſtificatos. Ergo creſcat in vobis.* Hæc Auguſt. manifeſtiſſimè ex Scripturis docens ad vtrámque iuſtificationem tam primam quam accepimus, quàm ſecundam quam habemus, & augemus, præter fidem, ſpem quóque & charitatem eſſe neceſſarias. Itáque Apoſtolus, quum iuſtificari, vel ſaluari nos ex fide docet, *non qualemlibet fidem, qua in Deum creditur.* (ait Auguſt.) *ſed eam ſalubrem planéque Euangelicam fidem definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt.* Hæc ille. Ex his ergo ſatis probatum eſt, primam iuſtificationem fieri, ſiue ex impio aliquem iuſtum effici, quando præmiſſa per ſpeciale auxilium Dei, diſpoſitione in Prolegomenis deſcripta, non ſolum remittuntur peccata, ſed etiam diuina gratia in nobis operante, (quòd qua ratione fiat in controuerſia de gratia, & lib. arb. oſtendimus) non ſolum fidei, ſed etiam charitatis & ſpei donum accipimus, vt ita verè iuſti ſimus, *fily Dei & hæredes ſecundum ſpem vitæ æternæ.* Plura adhuc magiſq; dilucidè hac de re dicemus quùm aduerſariorum cauillationes & argumenta diſſoluentur.

Prima iuſtificatio quo modo fiat.

Fides vt iuſtificet per Charitatē circumciditur.

De fide & operibus cap. 14.

1. Ioan. 4.
Rom. 8.

Quod bona opera in fide facta verè iuſtificant coram Deo, & acceptam iuſtitiam conſeruant atque augent. E

CAPVT VII.

NVNC ſententia orthodoxa breuiter ex ſcripturis hac in re demōſtrata, idem de ſecunda iuſtificatione ſeu augmento iuſtitiæ oſtendamus. Eſt ergo quinta Concluſio, ſeu caput probationum quintum, ad inhærentem iuſtitiam confirmandam, nos iuſtos in conſpectu Dei perſiſtere, & acceptam iuſtitiam conſeruare & augere, non per ſolam fidem ſed per charitatem quóque, aliáſque virtutes: denique ipſa bona opera in fide facta, noſtram veri nominis iuſtitiam eſſe.

Ad quam rem demonſtrandam præmittendum eſt in ſcripturis maximè Euangelicis, & Apoſtolicis, ſalutem, iuſtitiam, beatitudinem, & ſanctitatem, eatenus pro eodem accipi, vt quibus ſalui, beati, ſanctificati coram Deo pronunciamur, eiſdem quóque & iuſti coram Deo ſimus. Itáque apud Apoſtolum, quemadmodum fide iuſtificari ſæpè dicimur, ſic etiam & ſaluari, vt illud *Cuius gratia eſtis ſaluati*, quod idem eſt ac fide iuſtificati. Neque enim adhuc ſalutem æternam conſequuti erant. Itáque hoc deſcribens F
quomodo factum ſit, paulò pòſt dicit. *Gratia ſaluati eſtis per fidem ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum & in corde tuo credideris, &c. ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.* vbi clariſſimè cum in priori ſententia, & confeſſioni, & fidei ſalutem tribuiſſet, in poſteriori, fidei iuſtitiam, confeſſioni ſalutem promittit; diſtinctis verbis rem eādem repetens. Sic quod dicitur. ab Apoſtolo, *Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere*: idem eſt quòd in Euangelio dicitur, *Non veni vocare iuſtos ſed peccatores* ſcilicet ad pœnitentiam, vt iuſti fiant. Nec aliter quod Angelus dixit. *Hic ſaluum faciet populum ſuum* aliis verbis prædixit Eſaias *In ſcientia ſua, iuſtificabit iuſtus meus ſeruos multos.* Et alibi. vtrumque coniunxit, dicens. *nubes pluant iuſtum*: iuſtificatorem, *& germinet terra Saluatorem: & iuſtitia oriatur ſimul.* Sic ad Titum 3. dicitur, *per ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.* Móxque aliis verbis idem repetitur, *vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus*, &c. Nec alio ſenſu dixit Petrus, quòd *ſaluos nos fecit baptiſma per reſurrectionem Ieſu Chriſti à mortuis* quam dixerat Paulus, *Chriſtus reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Poſtremò apertiſsimè Iacobus cap. 2. volens docere quòd ſola fides ſine operibus non iuſtificat, inter cætera dicit, *Nunquid poterit fides ſaluare eum?* Eodem ſanè modo vt Chriſtus *Author & conſum-*

Salus, iuſtitia, Beatitudo, & Sanctitas pro eodem in Scripturis accepta.

Epheſ. 2.

Rom. 10.

1. Timo. 1.

Math. 9.
Matth. 1.
Eſa. cap. 53.
Cap. 45.
1. Petr. 3.
Rom. 4.

A *& conſummator fidei noſtræ* ad Hebr.12. ſic etiam *Author ſalutis noſtræ & cauſa ſalutis æternæ*,
in eadem ad hebr.epiſt.cap.2.& 5.vocatur. & quemadmodum à Paulo Rom.10.dicitur,
Chriſtus finis legis ad iuſtitiam omni credenti,ſic à Petro dicitur.*Reportantes finem fidei veſtræ ſa-
lutem animarum veſtrarum*.1.Pett.1.Ex quibus & aliis Scripturis edoctus D. Auguſt. *Inde*
inquit,*ſalui ſumus vnde iuſti*. epiſt.120.cap.30.Et rurſum. *intantum iuſtus quiſque eſt,inquan-
tum ſaluus*. de Spiritu & Lit.cap.29. Idem docet ſerm.15.de verbis Apoſt.

Idem de ſanctitate & beatitudine oſtendi poteſt. Quùm enim dixiſſet Apoſtolus
ad Rom.6.*ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem* (quæ
iuſtitiæ directè opponitur)addit : *ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctifica-
tionem*, id eſt in iuſtificationem, quæ iniquitati opponitur. Nam quod eodem in cap.
paulò poſt dixit, *habetis fructum veſtrum in ſanctificationem*, poſteà cap.8. aliis verbis re-
petit. *Spiritus viuit propter iuſtificationem*. Sic quod Paulus dixit, *mundantes nos ab omni in-
quinamēto carnis,& ſpiritus nos perficere ſanctificationē*. 2.Cor. 7. aliis verbis dixit Petrus, *eos
qui coinquinationibus mūdi implicati ſunt, deſerere viā iuſtitiæ*.2.Pet.2.Sic quod 1.Cor.1.*dixerat
Chriſtus factus eſt pro nobis iuſtitia , ſanctificatio, redemptio* , poſtea aliis verbis. 1. Cor.6. dicit:
abluti eſtis,ſanctificati eſtis,iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu Chriſti,vtrobiq; rem eandē va-
riis verbis repetens. Deniq; iam oſtenſum eſt renouationē per quā ſanctificamur ipſam
eſſe iuſtitiam. Nec diſſimiliter,quod Apoſtolus ex Dauide dicit ad Rom. 4. *beatitudinem
hominis eſſe cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus : & beatus cui non imputauit Dominus pec-
catum*, perinde eſt etiam Proteſtantium iudicio, ac ſi dixiſſet, Iuſtificationem hominis
eſſe cui Deus accepto fert iuſtitiam,& iuſtum illum eſſe, cui Deus non imputat pecca-
B tum. vnde ſanè D.Auguſt.his & aliis Scripturis edoctus,dicit. epiſt. 120. cap.31. *animam
rationalē ſine participatione incommutabilis boni, iuſtam, ſaluam, ſapientem,beatam eſſe non poſſe*;
Hæc ſcilicet omnia,tanquam eiuſdem rei ſynonyma,pro vna & eadem animæ humanæ
iuſtificatione accipiens.Ex quibus ergo rebus in ſcripturis, ſaluari ſanctificari, & bea-
ti eſſe pronunciamur, ex eiſdem quoque nos verè iuſtificari neceſſariò intelligen-
dum eſt.

Quo conſtituto iuſtitiæ Chriſtianæ & Euangelicæ poſſeſsio, conſeruatio, augmen-
tum,qua in re conſiſtat, facilius demonſtrabitur. Non enim ſemper iuſtitiæ vox in ſcri-
pturis exprimitur,vbi tamen de iuſtitia ſcripturæ loquuntur, & neceſſariò intelligūtur. *Iuſtitia incre-*
Scripturæ autem,quia iuſtitię incrementum,ex bonis operibus & aſsidua obſeruatione *mentum ex bo-*
mandatorum fieri docent, & multæ & manifeſtæ ſunt.Paulus ad Rom. 6. iubet iuſtifi- *nis operibus.*
catos *ſeruire iuſtitiæ ad ſanctificationem*,vt olim, *ſeruiebant iniquitati ad iniquitatem*. id eſt, ad
incrementum iniquitatis.Affirmat Corinthiis quod propter eleemoſynas factas, *auge-* 2.Cor.9.
bit Deus incrementa frugum iuſtitiæ ipſorum. In Apocalypſi monetur, *vt qui iuſtus eſt iuſtifi-* Apocal.22.
cetur adhuc, id eſt magis. Sic enim ex priori membro de eo qui ſordet, neceſſariò intelli-
gēdum eſſe colligitur.Et explicatius idem Eccleſiaſticus dixit. *Ne verearis iuſtificari vſque* Cap.18.
ad mortem. Addit enim, *Quoniam merces Dei manet in æternum*, haud dubiè bonorum ope-
rum.Sed apertiſsima eſt hac in parte B.Iacobi doctrina,quî *vnâ cum Petro & Ioanne con-
tra eorum opinionē qui ſolam fidem ſaluare etiam tunc aſſerebant, ſuam maximè in ſcribendo direxit*
C *intentionem*,vt notat diſertè Auguſt. in lib.de Fide & Operibus, cap.14. Ait enim cap.1.
Qui permanſerit in lege,non auditor obliuioſus factus ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit, id
eſt,iuſtificatus.Quaſi enim repetit illam Pauli ſententiam ad Rom. 2. *Non auditores legis
iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur*.Quod de ſecunda iuſtificatione,ſiue in-
cremento & progreſſu iuſtitiæ,neceſſariò intelligendum eſt,vt in lib.de Spiritu, & Lit.
cap.26. accuratè docet Auguſt. Hoc enim perinde eſſe ſcribit ac ſi dixiſſet Apoſtolus,
Iuſti iuſtificabuntur : factores enim legis vtique iuſti ſunt.Hæc ille. Iuſtos autem iuſtificari ali-
ter quàm per progreſſum & incrementum iuſtitiæ intelligibile non eſt.

Hoc autem D.Iacobus apertiùs adhuc pronunciat cap. 2. Quùm enim Abraham ex
operibus iuſtificatum eſſe docuiſſet,vt in oblationem filij Iſaac,infert.*vides quod fides coo-* *Fides cooperatur*
perabatur operibus illius : & ex operibus fides conſummata eſt. Vbi duo dicit Apoſtolus benè *bonis operibus,*
aduertenda : prius,quòd opera Abrahami facta ſunt ex fide, per quam prius erat iuſti- *quæ ſine fide ni-*
ficatus. Nam alioqui nihil profeciſſent opera. & hoc eſt quod dicit. *Fides cooperabatur* *hil valent.*
operibus illius. Quod & ipſe Paulus ad Hebr.11. ſatis clarè inſinuat, dicens: *Fide obtulit
Abraham Iſaac quùm tentaretur*. Alterum, quòd iuſtitia fidei, qua iam iuſtus erat Abra-
ham,facta eſt per opera conſummatior, perfectior,& auctior.Hoc eſt enim quod dicit.

Fides ex operibus conſummatur, id eſt, auctior efficitur.

Fides ex operibus conſummata eſt ἐτελειώθη. Et hanc ob cauſam addit Apoſtolus, *ſupple- tam eſſe ſcripturam, dicentem. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam.* Plenius enim verificata eſt illa Scriptura, per opus illud meritorum, & iuſtitiæ incrementum. Ideóque mox infert rectiſſimè Apoſtolus. *Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum.* Quod perinde eſt ac ſi diceret: non ſolum eſt quædam iuſtificatio à fide incipiens, quam Paulus commendauit, ſed etiam eſt quædam iuſtificatio ex operibus, ad priorem illam conſummandam, augendam, & perficiendam. Nam de hac ſecunda bonorum operum quæ ex fide fiunt iuſtificatione, D. Iacobum ex propoſito diſputaſſe, & hac ſola ratione Paulo dicenti hominem *per fidem iuſtificari ſine operibus legis*, contrarium Iacobum non eſſe, multis in locis diligenter Auguſt. docet. vt in lib. de fide & operibus, cap. 14. in lib. 83. quæſt. 76. & in præfatione Enarrat. in Pſal. 31. D

Quo ſenſu Iacobus non eſt Paulo contrarius.

Præterea, cũ per ea iuſtificemur, per quæ ſaluamur, vt ſuprà eſt oſtenſum, illæ Scripturæ quæ bonis operibus ſalutem promittunt, pariter ex operibus iuſtitiam augeri, manifeſtè docent. Tales autem ſcripturæ frequentiſſimæ ſunt, vt 2. Petr. 1. *Satagite per bona opera certam vocationem & electionem veſtram.* (ad hæreditatem ſcilicet æternam) *facere.* 1. Timoth. vltimo. *diuites fieri in operibus bonis, &c. vt apprehendant* (per illa) *veram vitam*: ad Philip. 3. *ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis in Chriſto.* 2. Cor. 4. *quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ.* (ſcilicet quam pro iuſtitia patimur,) *æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 1. Cor. 9. *Sic currite vt comprehendatis.* Et paulò pòſt. *Ego ſic curro, &c. caſtigans corpus meum, &c. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.* Clariſſimum verò in hoc genere teſtimonium, (& vt ait Auguſtinus de Fide & Operibus cap. 15. *quod obſcuritatem & ambiguitatem nullam habet*) eſt forma iudicij Matth. 25. deſcripta: vbi propter opera miſericordiæ datur vita æterna. Nec minus clara illa verba ſunt, vbi vocat Apoſtolus, *bonorum ſuorum operum mercedem, coronam iuſtitiæ à iuſto indice reddendam*; Ex his ergo, & aliis multis Scripturis edoctus S. Auguſt. clarè & confidenter ſcripſit hypognoſt. lib. 3. *ex bonis operibus Liberi arbitrij quæ vt fierent præparata ſunt per gratiæ præuentum, homines Dei iuſtificati ſunt, iuſtificantur, & iuſtificabuntur.* Similiter epiſt. 106. *Cum fides impetrat iuſtificationem non gratiam Dei* (ſcilicet adiuuantem & iuſtificantem) *aliquid meriti præcedit humani, ſed ipſa gratia* (ſcilicet, iuſtificans) *meretur augeri*, (*non in vacuum eam recipiendo*, 2. Cor. 6.) *vt aucta mereatur perfici* ſcilicet, in altera vita. Denique de charitate, quæ eſt Radix omnium bonorum operum, vt cupiditas eſt malorum, luculentiſsimè dicit. *Charitas inchoata, inchoata iuſtitia eſt; Charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt; Charitas magna, magna iuſtitia eſt. Charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt.* De Natura & gratia cap. vltim. E

Bona opera ſalutem adferunt.

Matth. 19.

2. Timot. 4.

Ex bonis operibus in gratia facti iuſtificamur.

Charitas & Iuſtitia noſtra.

Incrementum Iuſtitiæ.

Atque hac de cauſa, *Ambulare ſecundum Spiritum* Roman. 8. *renouari de die in diem*, 2. Cor. 4. *manere & fructum facere in vite quæ Chriſtus eſt*; Ioan. 15. (quod totum charitatis ſeu bonæ vt renouati voluntatis fructus eſt, dum *facti noua creatura ambulamus in bonis operibus*,) nihil eſt aliud quam proficere in iuſtitia, vel facere vt creſcat in nobis iuſtitia, vt multis in locis docet Auguſtinus: ſermo 15. & 16. De verbis Apoſtoli: tract. 20. in Ioan. de Spiritu & Litera. cap. 32. de Gratia, & Libeto arbitr. cap. 8. In præfatione Enarrat. in Pſal. 31. epiſt. 105. & 106. F

Epheſ. 2.

Doctrina S. Auguſtini de prima & ſecunda iuſtificatione.

Gratia Dei adiuuans & interna ad initiũ & progreſſum iuſtitiæ neceſſaria.

Poſtremò quoties Auguſtinus, tum in principio, tum in progreſſu iuſtitiæ, Dei gratiam ad benè operandum adiuuantem, adeſſe nobis perpetuò docet, toties tum vtrámque iuſtificationem, primam ac ſecundam, iuxta theologorum diuiſionem à Proteſtantibus ineptè deriſam, ſtatuit; tum ad vtrámque virtutes infuſas ſeu renouationem internam, neceſſariò pertinere docet. Hoc autem quam diligenter doceat, paucis annotabimus. *Deus* (inquit) *cum iuſtificat impium, & quùm ad perfectam vitam iuſtitiámque perduxerit, non deſerit, ſi non deſeratur, vt piè ſemper iuſtéque viuatur. Sicut enim corporis oculus etiam pleniſſimè ſanus, niſi candore lucis adiutus, cernere non poteſt, ſic homo etiam perfectiſſimè iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non poteſt viuere.* Hæc ille lib. de Natura & Gratia cap 26. manifeſtè docens adiuuantem Dei gratiam quæ interna eſt mentis renouatio tam in principio quàm progreſſu Iuſtitiæ neceſſariò requiri. Non requirerentur autem ſi nihil ad iuſtificationem facerent. Rurſum alibi. *Per gratiam Dei fit, vt homo bonæ ſit voluntatis qui prius fuit malæ. Per eandem etiam fit, vt ipſa bona voluntas, quæ iam eſſe cæpit augeatur, & tam magna fiat, vt poſsit implere diuina mandata quæ voluerit, cum valde perfectéque voluerit.* Hæc ille de Gratia, & Libero arbitr. cap 15. apertiſſimè operationem gratiæ Dei internam in vtráque iuſtificatione deſcribens.

Sed

A Sed multo hoc facit apertius in opere de Geneſi ad literam. *Tota hominis actio bona eſt,* *Iuſtificatio noſtra dependet à*
conuerti ad Deum à quo factus eſt, & ab eo iuſtus, pius, ſapiens, beatúſque ſemper fieri: non fieri & *perpetua Deo*
recedere, ſicut à corporis medico ſanari & abire. Et pauló pòſt. *Non ita ſe debet homo ad Dominum* *gratia intus ſa-*
conuertere, vt quùm ab eo factus fuerit iuſtus, abſcedat; ſed ita vt ab illo ſemper fiat. Eo quippe ipſo *nante & reno-*
quùm ab illo non diſcedit eius ipſe præſentia iuſtificatur, & illuminatur, & beatificatur, operante & *uante.*
cuſtodiente Deo, dum obedienti ſubiectóque dominatur. Neque enim ſicut operatur homo terram, vt
culta atque fœcunda ſit, qui cum fuerit operatus, abſcedit relinquens eam, vel aratam, vel ſatam, &c.
ita Deus operatur hominem iuſtum, id eſt, iuſtificando eum, vt ſi abſceſſerit, maneat in abſente quod
fecit: ſed potius ſicut aër præſente lumine non factus eſt lucidus, ſed fit. Hæc ille de Geneſi ad
lit. lib. 8. cap. 12. apertiſſimè docens quandam in nobis perpetuam iuſtificationem fie-
ti, Deo ſemper præſente, & intus illuminante, & nobis obedientibus dominante. *Præ-* *Dei præſentia*
ſentia autem Dei, eſt præſentia Spiritus S. à quo diffunditur charitas in cordibus noſtris, vt in lib. de *quæ.*
Spiritu & litera, cap. 21. ſupra Auguſtinus expoſuit. *Illuminatio quóque fit per charitatem,*
vt in lib. de Spiritu & Litera, cap. 22. & 23. idem docuit. Obedimus quoque Deo ſer-
uando mandata. Perpetua ergo obedientia eſt perpetua noſtra iuſtificatio: Hanc Pe-
trus apertè vocat *viam iuſtitiæ in qua ambulamus.* Quùm enim dixiſſet, *Si refugientes coinqui-* 2. Petr. 2.
nationes mundi, &c. Hi rurſus implicantur, facta ſunt eis poſteriora peiora prioribus, Hoc volens
probare, ſubiungit. *Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem* *Pia conuerſatio*
retrorſum conuerti ab eo, quod eis traditum eſt ſancto mandato. 2. Petr. 2. *Sanctum enim man-* *eſt via iuſtitiæ.*
B *datum hic vocat,* (vt monet Auguſtinus in lib. de fide & operibus, cap. vigeſimo quinto.)
non quo præceptum eſt vt in Deum credamus, ſed quo præceptum eſt, vt ab huius mundi inquina- *Mandatum ſan-*
tionibus recedentes, caſta conuerſatione viuamus. Denique in lib. de perfect. iuſtitiæ. *Hæc eſt* *ctum quid vel in*
(inquit) *noſtra in peregrinatione iuſtitia, vt ad illam perfectionem, plenitudinémque iuſtitiæ, vbi* *quibus conſiſtat*
plena & perfecta charitas erit, ipſius curſus rectitudine & perfectione tendamus, caſtigando cor- *eius obſeruatio.*
pus, eleemoſynas faciendo, orationibus inſiſtendo. Vnde & Dominus in Euangelio, cum dixiſſet, no- *Eleemoſyna &*
lite facere iuſtitiam veſtram coram hominibus, &c. in expoſitione iuſtitiæ ipſius non eſt executus *alia bona opera*
niſi tria iſta Ieiunium, Eleemoſynas, Orationes. Hæc ibi ille: manifeſtiſſimè oſtendens, *ſunt iuſtitia no-* *ſtra.*
operationem virtutum, & obſeruationem mandatorum, ſiue obedientiam legis, eſſe
iuſtitiam noſtram, vnde verè iuſti denominamur & ſumus. Sic quod Apoſtolus dixit
Roman. 6. *Obediſtis ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi eſtis,* exponit Chryſoſto-
mus, de nouitate vitæ, & obedientia mandatorũ, non de ipſa fide vt ſolent Lutherani,
Caluiniſtæ, & alij: *vita* (inquit) *recta, vita optimè & honeſtiſſimè inſtituta, eſt doctrinæ hu-*
ius forma. Quod & Apoſtolus ipſe in ſequentibus verbis magis explicat. *Liberati à pec-*
cato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Vbi *duo Dei dona* explicari notat Chryſoſtomus; quorum
vnum tantum agnoſcunt hæretici: liberationem à peccato. Seruire enim iuſtitiæ
(quod omni libertate præſtantius eſſe ibidem ait Chryſoſtomus) ad obedientiam de-
bitam & dona gratiæ pertinere nolunt.

C
Recollectio variarum Scripturarum, pro iuſtitia inhærente, & ſingulis eius partibus, cum variis quæſtiunculis propoſitis.

CAPVT VIII.

QVARE vt hanc priorem partem huius diſputationis concludamus, (quod ad probationes Orthodoxæ ſententiæ attinet,) ex Scripturis & luculenta Auguſtini doctrina, (quem vnum pro ſe facere aduerſarij ſolent dicere, alios Patres non ſecus ac nos pro iuſtitiariis (vt loquuntur) reiicientes) demonſtratum eſt, iuſtificari homines in Chriſto per gratiam eius, in principio quidem, quando ex impiis iuſti fiunt, (præmiſſa in adultis diſpoſitione debita) accepta remiſſione peccatorum gratuita, & Spiritu Chriſti inhabitante dato: hic enim inhabitans Spiritus ſanctus, ſeu potius virtutes ipſo inhabitante nobis

Virtutes inhærentes formalis iuſtitia noſtra. infuſæ & datæ, fides imprimis, ſpes, & charitas, ſunt ipſa formalis iuſtitia noſtra, in Scri- D
pturis reuelata. Id eſt: ſunt illa iuſtitia, *qua Chriſtus nos induit, quando iuſtificat impium*, vt lo-
Act 15. quitur Auguſtinus, de Spiritu & lit. cap. 9. Nempè (vt Scripturæ loquuntur) *per fidē Deus*
Epheſ 3. *purificat corda noſtra. Chriſtus habitat per fidem in cordibus noſtris. In charitate quoque radicati &*
Rom. 5. *fundati ſumus*; Quia *charitas diffunditur in cordibus noſtris*. Hoc autem dum fit, vel bonæ vo-
charitas eſt bona voluntas. luntatis efficimur qui malam habuimus, vel in bona voluntate promouemus, eſt enim
charitas *bona voluntas*: vt multis in locis docet Auguſtinus. De Ciuit. Dei lib. 14. cap. 7. ho
1. Pett 1. mi. 8. ex homilijs 50. De gratia Chriſti, cap. 21. De gratia & lib. arbitrio cap. 17. & contra
Rom. 4. ſecundam epiſt. Pelag. lib. 2. cap. 9. *Regeneramur quóque in ſpem viuam per reſurrectionem Ie-*
Rom. 6. *ſu Chriſti, ex mortuis. Reſurrexit enim propter iuſtificationē noſtram, vt in nouitate vitæ ambulemus.*
Rom. 8. *Hæc eſt enim* (ait Auguſtinus de Spiritu & lit. cap. 29.) *reſurrectio nobis congrua. Hæc eſt iuſtifi-*
catio qua nos Deus à mortuis excitat, quos etiam poſtea in carne ad mortalitatem reſurgere idem Spiri-
tus Dei inhabitans faciet, viuificans mortalia corpora noſtra. Sic enim *Spe ſalui facti ſumus*. Ibidē.
Prima iuſtificatio eſt renouatio interna. Quare iuſtificatur impius quādo fit *noua creatura in Chriſto*. ad Gal. 6. *creatus in illo in operi-*
bus bonis, ad Epheſ. 2. quia fides ei data eſt, *quæ per dilectionem operatur*, ad Gal. 5. & ſic *reno-*
uatus ſpiritu mentis ſuæ induit nouum hominem, qui creatus eſt in Iuſtitia, Epheſ. 4. Hæc eſt in ſcri
Coloſſ. 1. pturis reuelata prima hominis iuſtificatio. Videlicet vt deſcribit Apoſtolus, *trāſlatio de po-*
teſtate tenebrarum, ad regnum filij Dei, in quo habemus remiſſionem peccatorum, ſed qui ſic etiam re-
conciliauit nos, per mortem (ait ibidem Apoſtolus,) *vt exhiberet nos ſanctos & immaculatos, &* E
Rom. 5. *irreprehenſibiles coram ipſo, idque in charitate*, vt ad Epheſ. 1. legimus. *Elegit nos vt eſſemus ſancti*
& immaculati in conſpectu eius, in charitate. Nempe per Spiritum gratiæ *diffuſa charitate, faciēs*
in nobis cor nouum, & ſpiritum nouum &c. & faciens vt ambulemus in præceptis ſuis. Ezech. 36.
ſcribendo videlicet in mentibus noſtris leges ſuas: Ierem. 31. quæ *eſt gratia noui teſtamenti intrinſecus*
iuſtificans, vt ex Apoſtoli verbis 2. Cor. 3. colligit Auguſt. in lib. de ſpiritu & lit. cap. 17. vt
ſupra oſtendimus.

Secundam autem iuſtificationem, ſeu incrementum, & progreſſum continuum iuſti-
Secunda iuſtificatio eſt perpetua obedientia. tiæ noſtræ in hac vita, nihil aliud eſſe iam oſtenſum eſt, quam perpetuam obedientiam,
& obſeruationem mandatorum Dei, *vt ambulantes ſecundum ſpiritum, non ſecundum carnem,*
Rom. 8. & 7. *iuſtificationem legis impleamus ſoluti* ſcilicet à *lege mortis in qua detinebamur, ita vt ſeruiamus in*
Epheſ 3. *nouitate Spiritus*: Nempe *corroborati per Spiritum Dei in interiore homine, qui renouatur de die in*
2. Cor 4. *diem. Vt deponentes veterem hominem cum deſiderijs eius, renouemur magis* ac magis, *ſpiritu mentis*
Ephe[s] 4. *noſtræ*, fiátque in nobis *circumciſio cordis in ſpiritu, cuius laus ex Deo eſt, Dum abijcientes opera te-*
Rom 2. *nebrarum, induimus arma lucis, & ſpiritu facta carnis mortificantes viuimus Deo.* vita ſcilicet iu-
Rom. 13. ſtitiæ Deo acceptæ. Sic enim non ſecus atque *Abraham offerens filium ſuum, & Rhaab ſuſ-*
Rom 8. *cipiens nūtios, ex operibus iuſtificamur, & non ex fide tantum.* Sic (quod de Zacharia & Eliza-
Iacob. 2. beth legimus) *iuſti erimus ante Deum, incedentes in omnibus mādatis domini, ſine querela*: Sic pro-
Luc 1. pter veram obedientiam *iuſti erimus*, vt in Euangelio Ioſeph. B. Mariæ coniunx. Simeon
Matth. 1. ſenex Ioan. baptiſta, Ioſeph ab Arimathea, *iuſti & ſancti* vocantur. Denique nō ſecus quā
Luc 2. omnes illi iuſti & ſancti, quorum heroica facta recenſet Apoſtolus ad Heb. 11. & qui per
Mar. 6. præclara illa virtutum opera, in fide mediatoris facta, iuſtificati ſunt, vel (vt Apoſtolus
Luc. 23. ibi loquitur) *operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones*. Poſtremò, non aliter quam de il-
Hebr. 11. lis qui fidei rectæ opera miſericordiæ adiunxerunt, dictum eſt. *Iuſti ibunt in vitam æternā.*
Matth. 25. Hæc eſt perpetua hominis Iuſtitia, in Scripturis nobis reuelata.

Non multum autem attinet hoc loco minutiſſimè diſcutere, quid ſit illud propriè,
& preciſè, quo nobis inhærente, vel de nouo formaliter iuſtificamur, uel iuſti manemus
1. *An per habitus virtutum infuſos iuſtificemur.* & ſumus. Nempe, An illud ſit habitus certarum virtutum infuſi à Deo, & in nobis fixè
manentes, quibus imbuti, & induti tum Deo grati, accepti, & coram illo iuſti ſumus, tū
etiam ad iuſtitiæ opera facienda, ipſámque iuſtitiam conſeruandam, & augendam, po-
Rom. 5. tentes & habiles efficimur, vt ex Scripturis illis quæ docent, *charitatem diffundi in cordibus*
Tit 3. *noſtris, Spiritum S. effundi in nos abūde*, Nos quoque *induere hominem, & ſemen Dei*, (quod eſt
Ephe. 4. gratia) *manere in nobis*. Item ex Auguſtino, qui gratiam iuſtificantem *paruulis latenter infūdi*
1. Ioan. 3. ſcribit, de pecc. mer. & remiſſ. lib. 1. cap. 9. non malè colligunt ſcholaſtici: (hæc enim om-
nia, permanentes quoſdam habitus deſignare videntur:) an vero non habitus infuſi, ſed
motiones tantum animi rectæ, & quidem continuæ, quas Spiritus Dei operatur in no-
bis vt illæ Scripturæ docere videntur, quæ Dei actionem perpetuam in nobis deſcribūt.
vt: *faciam*

A vt:*faciam vobis cor nouum,faciam vt in præceptis meis ambuletis.Deus operatur in nobis velle & operari.Ipſius ſumus factura creati in operibus bonis &c.*item quod *ſumus palmites in Chriſto*, quorum eſt ex continuo influxu fructum facere.vnde & *corpus* vocamur *Chriſti compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis,ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri &c.& Spiritu Dei agi* dicimur.Nec alia de cauſa luci comparatur gratia, *erat lux vera quæ &c. & in ſingulis actibus dari gratiam*, contra Pelegianos definitum eſt, teſte Auguſtin.epiſtol.106.& denique,apertiſſimè Auguſtinus,(qui perpetuum quendam lucis diuinæ influxum, vt perpetuò iuſtificemur, accuratè docuit in verbis modo citatis ex lib.de nat.& gratia cap.26.& de gene.ad lit.lib.8.cap.12.) *Charitatem iuſtificantem quam quaſi ſolam præcipi à ſcriptura* docet, definit eſſe *motum animi*, (vtique ex diuina gratia agitatum,) *ad fruendum Deo propter ipſum,& ſe atque proximo propter Deum*. De doct.Chriſt.libr. 3.cap.10.& in lib. 83. q. 36. An denique horum neutrum preciſè,ſed rectitudo quædam ſuperiorum partium intellectus & voluntaris, vel ex uirtutum habitibus infuſis, vel ex animi motibus à Deo excitatis, reſultans ſicuti iuſtitia Originalis antè peccatum fuit, quæ erat quædam poſſibilitas ad bonum,facilis,& procliuis,à Deo, naturæ inſita, non ipſa virtutum poſſeſſio aut operatio, (vt in controuerſia de peccato originali oſtenſum eſt:) cuius ſanè ſententiæ videtur eſſe D.Thomas.1.2.q.113.art.1.ad 2.argum.quia vox ipſa iuſtitiæ generaliter importat totam rectitudinem ordinis ad Deum, quum cæterarum virtutum,puta fidei,charitatis,& aliarum,ſeu habitus ſeu operationes, ſpecialem tantũ rectitudinem denominent.

2. *An perpetua Dei motio & operatio in nobis ſit illud quo iuſtificamur.*
Ezech 36.
Philip 2.
Ephel 2.
Ioan.15.
Ephel.4.
Rom.8.
Ioan.1.
De doctr. chriſti lib.3. cap.10.
3. *An ipſa mentis rectitudo ex vtriſque reſultãs ſit formalis noſtra iuſtitia.*
Lib.1.cap 15.

B Rurſum, an infuſio gratiæ,ordine naturæ præcedat remiſſionem peccatorum, vt tradit Sanct.Thom.1.2.q.113.art.8.quia forma non excludit priuationem, niſi informando ſubiectum;ad quod accedit etiam ſententia Augu.epiſt.105. vbi dicit, *non ſolum remiſſione peccatorum nos iuſtificari,ſed prius inſpiratione fidei,& timoris Dei*,&c. an contrà; vt alij acerrimè diſputant.Item an magis propriè & principaliter,quaſique ex natura rei infuſio gratiæ,ſeu interna renouatio,& legis obedientia,ad veram iuſtitiam pertineat,quàm remiſſio peccatorum; quia illa ſine hac eſſe poteſt & illa propriè includit largitionem vitæ æternæ,& nouam formam altera verò euaſionem ſupplicij, & veteris peccati abolitionem ideóque tum vetus Adam antè lapſum, tum etiam nouus Adam ſemper, & ipſa quoque B.Virgo,ex plurimorum ſentẽtia,iuſti erant ſine remiſſione peccatorum, vt de Ieremia,& Ioanne baptiſta,ab vtero ſanctificatis taceamus.An contra, æquè ad iuſtitiã ſpectet remiſſio peccatorum,quia reputatur apud Deum pro iuſtitia, dum remouendo prohibens æquè ad vitam ducit æternam,ac vera obedientia:eſtque in ſtatu naturæ iam reparatæ(in qua ſine peccatis non viuitur,)prorſus neceſſaria iuſtitiæ pars. Denique an ipſa obſeruatio legis ex fide facta,& operatio virtutum, ſeu nouitas intus operans, ſit preciſè (nam ad veram iuſtitiam illam, neceſſariò pertinere iam copioſè oſtenſum eſt:) illa iuſtitia qua formaliter iuſti ſimus,An non.Nam & in ipſa prima iuſtificatione, quum ex fide creditur,opus iuſtitiæ nouitas inchoata operatur, (*hoc eſt enim opus Dei vt credatis*, &c.ait Chriſtus ad Iudæos) & illa fides ſine charitate non eſt, *quia qui non diligit, manet in morte*.Charitas autem *bona voluntas eſt*,ideóque ſine operatione iuſta non fit, & ſecunda iuſtificatio,(vt iam oſtenſum eſt,)vel maximè ex perpetua obedientia, & mandatorum

4. *An infuſio gratiæ præcedat remiſſ. peccatorũ.*
5. *An interna renouatio magis pertineat ad iuſtificationem quã remiſſio peccatorum.*
6. *An operatio virtutum ſit preciſè formalis iuſtitia noſtra.*
Ioan 6.
1.Ioan.3.

C obſeruatione conſiſtit,conſeruatur & augetur.De his ſanè quæſtionibus ad præſens inſtitutum non pertinet,accuratè aliquid determinare. Sunt enim magis ſcholaſticæ quã hodiè controuerſæ, & de quibus propterea quum nihil in alteram partem, vel olim vel nunc in Cõcilio Trident. Eccleſia definierit(nam quod *vnumquemque ſuam iuſtitiam in ſe recipere,ſecundum menſuram quæ etiam ſingulis inhæret, propter dona infuſa*, Patres Tridentini docent,)illud in quacunque prædictarum opinionum ſententia, aliquo modo verificari poteſt,) non eſt magnopere in controuerſiæ profeſſione,cum aduerſariis litigandum. A ſcholaſticæ doctrinæ & ipſius magiſtri ſuper lib.2.diſt.27. propriis interpretibus, iſta petenda ſunt.Ad Catholicam fidem in hac præſenti controuerſia explicandam ſatis eſt ex Scripturis & Auguſtino oſtendiſſe, Iuſtitiam noſtram non eſſe ſolam gratiam remiſſionis peccatorum,ſed præterea ex donis, Sancti S. ad renouationem internam, nobis datis & infuſis eam conſiſtere.Quod & nunc magis,ac magis, ex aduerſariorum pugna eluceſcet.

Seſſ.6.cap.7.

Hæc ergo hactenus, ad priores orthodoxæ ſententiæ in principio huius diſputationis deſcriptæ partes, breuiter ac ſolidè demonſtrandas, ſatis eſſe poſſunt. Nam

cætera quæ in illa ſententia ſequuntur, vt quòd hæc iuſtitia nobis inhærens, iuſto Dei D
Infra lib. 6. Infra lib. 7. iudicio opponi poſſit, ne damnemur; item quod Chriſti iuſtitia ſit noſtræ iuſtitiæ, quam Spiritus Dei operatur in nobis meritum, & efficiens, vel etiam exemplaris, non autem
Infra lib. 8. formalis cauſa; Denique quod illa nobis nō imputatur, vt iuſti ſimus; ac poſtremò quòd illam fide apprehendere noſtra nullo modo eſt iuſtitia, poſtea ſuis in locis ſigillatim & accuratè docebitur.

Argumenta Proteſtantum, quòd ſola remiſsio peccatorum, abſque vllo reſpectu Renouationis internæ ſit noſtra iuſtificatio, diſſoluuntur.

CAP. IX.

CONTRA iuſtitiam inhærentem quæ internam animi renouationem, & virtutes infuſas complectitur, multa & varia diſputant Proteſtantes. Quæ omnia vt in certa capita diſtribuamus, & vt fieri poteſt quam breuiſſimè diſſoluamus: primum obiectionum caput petetur ex Scripturis illis, quibus ſuadere volunt Proteſtantes, in ſola remiſſione peccatorum, noſtram iuſtificationem conſiſtere; vt renouationem internam, quæ in ipſa iuſtificatione impij, pariter cum ipſa remiſſione peccatorum fit, ab ipſa iuſtificatione excludant: eamque potius cōſequi, quam partem eius E

Primum argumentum Proteſtantum.

eſſe oſtendant. Hoc autem tribus potiſſimum argumentis conantur oſtendere. Paulus, inquiunt, ex dauide docet in peccatorum remiſſione iuſtitiam conſiſtere. Quum enim dixiſſet ad Rom. 4. *Beatū eum à Dauide dici, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus*, hoc probat ex illis verbis, *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & cui non imputauit Dominus peccatum* Pſalm. 31. Ergo in hoc pro iuſtis coram Deo habemur, quòd remiſſionem peccatorum

Remiſſio peccatorum eſt pars neceſſaria cuiuſque iuſtificationis.

conſecuti ſimus. Reſpondetur breuiter, ex hoc loco euinci peccatorum remiſſionem (vt nunc hominum ſtatus eſt,) ad iuſtificationem eſſe neceſſariam. Quod intelligi poteſt non ſolum in prima iuſtificatione, vbi manifeſtiſſimum hoc eſt, ſed etiam in progreſſu perpetuo ipſius iuſtitiæ, qua propter quotidianas culpas, quibus etiam iuſti non carent, quotidiana remiſſione indigemus: ideóque quotidie non ſolum humiliter, ſed & veraci-

Infra lib. 6. *Non ex ſola remiſs. peccat. ſumus beati.*

ter clamamus, *dimitte nobis debita noſtra*, de qua remiſſione poſtea plura. Sed non ex hoc loco colligitur, ex ſola remiſſione beatos vel iuſtos nos eſſe. Nam in eodē verſiculo Dauid adiunxit, *nec eſt in Spiritu eius dolus*, quæ verba internam & inhærentem animi puritatem, veraciter & ſyncere Deo adhærētis, ac Dei dona intus iuſtificantis, humiliter agnoſcentis ſignificāt: vt in hunc locum Pſalmi enarrat Auguſtinus: & præterea multis aliis

Ex interna nouitate vitæ beatos ſcriptura pronunciat.

in locis, beatos ſeu iuſtos Dauid illos pronunciat, qui in nouitate vitæ ambulant. *Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum &c. ſed in lege domini voluntas eius.* Pſal. 1. *Beati immaculati* F *in via, qui ambulant in lege domini*, Pſal. 110. & ſexcenta talia eodem ferè Pſalmo. Quoties autem Apoſtolus nouitati vitæ iuſtitiam tribuerit, antea eſt oſtenſum.

Quare Apoſtolus de ſola remiſſione peccat. loquutus eſt.

Cauſa autem quare Apoſtolus hoc loco de ſola remiſſ. pecc. loquutus eſt, ea eſſe videtur vt oſtendat non ſolum illos iuſtos dicendos eſſe, qui vel ſine vlla peccatorum remiſſione iuſti eſſe poſſunt, aut fortè fuerunt, vel accepta remiſſione pecc. poſtea in ma-
1. gnis multiſque virtutibus diu conuerſati, iuſtitiam auxerunt, ſed etiam illos qui recenter ad Deum conuerſi nulla hactenus bonorum operum in fide factorum iuſtitia illu-
2. luſtres ſunt. Præterea volens Apoſtolus oſtendere iuſtificationem hominis eſſe merè gratuitam, & non ex operibus præcedentibus tanquam ex debito, affert exempli cauſa remiſſionem peccatorum in iuſtificatione impij; quam ſine vlla dubitatione, manifeſtiſſimum eſt eſſe merè gratuitam. Non autem ideo illam ſolum profert, vt in illa ſola totam impij iuſtificationem ponendam eſſe doceret, vt ineptè colligunt proteſtantes. Ideò contra illos opponendus eſt illuſtris ille Apoſtoli locus, vbi vtrumque con-

A que coniunxit, dicens: *Chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra, reſurrexit autem propter iuſtificationem noſtram.* ad Roman. 4. Idcircò enim idem Apoſtolus ad Roman. 6. clarius hoc explicans, docet, *nos conſepeliri Chriſto per baptiſmum in mortem*, quia in baptiſmo moriuntur, id eſt, remittuntur peccata noſtra; *vt quomodo Chriſtus ſurrexit*, &c. *ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*: id eſt, *vera ſit iuſtitia noſtra dono Spiritus accepto*: vt exponit Auguſtinus in Enchyridio cap. 52. Quod & Magnus ille Baſilius explicaturus ait. *Quùm duo ſcopi propoſiti ſint in baptiſmo; videlicet vt aboleat corpus peccati, ne poſtea fructificet morti, tum vt viuat Spiritu, & fructum habeat in ſanctificatione; aqua mortis exhibet imaginem, corpus velut in ſepulchro recipiens, Spiritus verò vim viuificam immittit, à morte peccati renouans animas noſtras in nouam vitam.* Hæc ille de Spiritu ſancto, cap. 15. totam hominis in Chriſto iuſtificationem deſcribens. Idem tradit Chriſoſtomus docens duas mortes ab Apoſtolo commendari, vnam peccati remiſſionem, alteram perpetuam carnis mortificationẽ, & vtramque ad huius vitæ iuſtitiam eſſe neceſſariam. homil. 11. in cap. 6. ad Roman. 3.

Notandum poſtremò diligenter, quòd Apoſtolus pro exemplo illius beatitudinis, de qua ex dauide teſtimonium poſuerat, affert iuſtitiam Abrahæ adhuc in præputio. Statim enim ſubiungit. *Beatitudo ergo hæc in circunciſione tantum manet, an etiam in præputio? dicimus enim, quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam. Non in circunciſione ſed in præputio.* Id eſt, dum ante circunciſionẽ, credidit ſemen ſuum futurum ſicut arenam maris, aut quòd in ſemine ſuo benedicerentur omnes gentes, aut quód filium immolatum reuocare Deus

B in vitam poſſit. Hæc autem iuſtitia Abrahæ, non fuit peccatorum remiſſio. Quis enim dicat illa opera fidei in Abraham fuiſſe peccata? Non ergo docet ibi Apoſtolus, beatitudinem in ſola remiſſione peccatorum conſiſtere, quùm de tali beatitudine loquatur, qualis credentis Abrahæ fuit in præputio, quæ non erat remiſſio peccatorum, ſed obedientia verbo Dei præſtita. Verum volens oſtendere iuſtificationem eſſe gratuitã, proponit remiſſionem peccatorum, quæ neceſſaria eius pars eſt, & de qua nemo dubitat, quin ſit merè gratuita. *Iuſtitia Abrahæ ſeu beatitudo nõ fuit remiſſio peccatorum.*

Aliud argumentum inde petunt, quòd apud Apoſtolum idem ſit iuſtificatio, quod eſt reconciliatio noſtra cum Deo. Illam autem deſcribens dicit *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum.* Item in Actis, *per hunc remiſſio peccatorũ annunciatur, ab omnibus quibus non potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari.* Quùm ergo reconciliatio fiat per ſolam peccat. remiſs. etiam per illam ſolam fit iuſtificatio. Huc etiam referunt quòd quùm dixiſſet Apoſtolus *nos iuſtificari in ſanguine Chriſti*, idem aliis verbis proximo verſiculo repetens, dicit, *reconciliatos nos Deo per mortem filij eius.* Móxque opponens Adamo Chriſtum, ait: *iudicium quidem ex vno* (ſeu Adamo ſeu Adami peccato) *in condemnationem, gratiam autem*, ſiue remiſsionem, & veniam, *ex multis delictis in iuſtificationem.* Quibus verbis (aiunt illi,) apertiſsimè docet Paulus, ſolam remiſsionem delictorum, quam Chriſtus promeruit, eſſe noſtram iuſtificationem. Quod etiam hac entymemate cõfirmant, noſtra iniuſtitia coram Deo, eſt debitum peccatorum: ergo contrà, noſtra iuſtificatio eſt remiſsio ſeu condonatio debiti peccatorum, quam nemo ſanè mentis realem *Secundum Argumentum Proteſtantium. 2. Cor. 5. Act. 13. Rom. 5.*

C eſſe aliquam infuſionem virtutum poteſt dicere. Quùm autem ſit condonatio debiti, intelligitur nomine debiti, non ſolum pœna quæ peccato debetur, ſed & culpa. Eſt enim iniuſtitia noſtra, debitum culpæ ſeu neglectæ obedientiæ. Hanc per ſuam obediẽtiam in noſtra reconciliatione, Chriſtus pleniſsimè perſoluit. Eſt igitur illa recõciliatio per Chriſtum facta, illa perſolutio debiti vnde in Scripturis peccata noſtra vocantur debita Matth. 6. in Orat. Domin. Matth. 18. de peccatis mulieris peccatricis, Luc. 7. in parabola 1000. talentorum:) noſtra iuſtificatio, & tota iuſtitia noſtra. Si enim aliena perſolutio eſt debentis iuſtitia apud creditorem, ſine blaſphemia negari nõ poteſt, non eſſe noſtram coram Deo iuſtitiam, pleniſsimam illam Chriſti obedientiam, ac pœnam quam patri in cruce perſoluit; portans ibi peccata noſtra, & *factus pro nobis peccatum, vt eſſemus iuſtitia Dei in Chriſto.* 2. Cor. 5. non in nobis. Hæc ferè ad verbum Flaccus Illyricus contra Tiletanum, & alij. Et eſt hoc potentiſsimum eorum argumentum.

Ad hoc tamen argumenti genus, multis modis reſpondetur. Primùm ſi recõciliatio eſt tota noſtra iuſtificatio, id eſt, ſi perfecta eſt reconciliatio, (duplex enim eſt reconciliatio perfecta & imperfecta, ſeu conſummata & inchoata,) ſignificabit non ſolum remiſs. peccatorum, ſed etiam vt in priſtinum ſtatum reſtituatur is qui reconciliatur. Sic autem peccator reconciliatus, non ſolum à peccatis liberatur, ſed prætereà fit non am-

plius peccator,ſed iuſtus & rectus, ſicuti ante peccatum erat, vel in ſe,vt quum relapſus D
reconciliatur,vel in natura ſua,&primo parente,vt quùm impius de nouo regeneratur,
& iuſtificatur.Quòd ſi verò reconciliatio ſolum ſignificat remiſsionem peccatorum,in-
choata tantum illa eſt imperfecta,& partialis iuſtitiæ ratio, ſeu ſignificatio. Deinde in
ſcripturis citatis,perfecta reconciliatio commemoratur, ideóque neceſſariò non ſola
remiſsio peccatorum, ſed etiam renouatio interna data eſſe intelligitur.Nec iuuat hæ-
reticos,quòd in illis locis non exprimatur renouatio interna,ſed ſola remiſsio peccato-
rum. Nam in aliis Scripturæ locis, ſola renouatio interna & legis obedientia exprimi-
tur in iuſtitiæ deſcriptione,tacita peccatorum remiſsione,vt ad Hebr.11. *Sancti per fidem*
(id eſt opera fidei) *vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam.* 1. Ioan. 3. *qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt.*
Act.10. *qui operatur iuſtitiam acceptus eſt Deo*: Rom.8. *Iuſtificatio legis impletur in nobis, dum ſe-
cundum Spiritum ambulamus.* Rom.2. *Factores legis iuſtificabũtur.* Iac.2. *Beatus in facto ſuo erit.*
Vt ergo non ex his locis in ſola obedientia legis ponimus iuſtitiam, ſic nec ex aliis illis
in ſola remiſsione peccatorum ponenda eſt.Poſtremò, ipſa reconciliatio ſic deſcribi-
tur in ſcripturis,vt vel maximè adiunctam habeat renouationem internam. *Quùm eſſetis*
Reconciliatio in ſcripturis ſemper habet adiunctã renouationem internam. *aliquando alienati & inimici ſenſu in operibus malis. Nunc autem reconciliauit in corpore carnis
eius per mortem, exhibere vos ſanctos & immaculatos,& irreprehenſibiles coram ipſo. Gratia ſaluati
eſtis per fidem,* &c. *Ipſius enim ſumus factura, creati in operibus bonis,* &c. *propter quod memores
eſtote quòd aliquando vos,*&c.vbi totam eorum reconciliationem per Chriſtum factam,
Coloſſ.1. mox Apoſtolus deſcribit. Alibi quoque deſcribens Apoſtolus reconciliationem factã
Epheſ.2. Hebr.5. per Chriſtum,ait:*Factus eſt cauſa ſalutis* (ſiue iuſtitiæ) *omnibus obtemperantibus ſibi.* In qui- E
bus locis luculentiſſimè oſtenditur,non aliter per Chriſtum nos recõciliari Deo, quàm
vt intus renouati, ſeruiamus iuſtitiæ. Quod cecinit clarè Zacharias,dicens: *iuſiurandum*
Luc.2. *quod iurauit Dominus ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis,*(quod tunc impletum eſt,
quùm Chriſtus natus eſt, & *paruulus datus eſt nobis.*) Non aliud fuiſſe,nec alium effectum
Eſa.9. habuiſſe,quam *vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati,* id eſt, à poteſtate Dia-
boli facta peccatorum præteritorum remiſſ.erepti,*ſeruiamus illi in iuſtitia & ſanctitate om-
nibus diebus vitæ noſtræ.*Quod aliis verbis ad Hebr.2.dixit. *vt per mortem deſtrueret eum, qui
mortis habebat imperiũ diabolum,& liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant
ſeruituti,* Quod in renouatione noſtra factum eſt, quia per Chriſtum *accepimus non iam*
Rom.8.& 5. *amplius Spiritum ſeruitutis in timore, ſed Spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba
Pater*: Rom.8. quia videlicet, *charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,* &c. Rom. 5. Illa au-
tem *foras mittit timorem.* 1.Ioan.4. ſeruitutis ſcilicet. Talem reconciliationem nobis de-
ſcribunt Scripturæ, non quæ in ſola remiſſione peccatorum conſiſtat.

Loca ab aduerſariis prolata habent Renouationem adiunctam Reconciliationi. Quin & ipſa loca in argumento citata hoc ipſum non tacent. Quum enim 2.Cor.5.
dixiſſet Apoſtolus *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi non reputans illis delicta ipſorum,*
ſubiungit ſtatim. *Et poſuit in nobis verbum reconciliationis.* Móxque explicans quale illud
verbum ſit, addit. *Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos Obſe-*
2.Cor.5. *cramus pro Chriſto,reconciliamini Deo.* Ecce, iam reconciliatis & baptiſatis loquebatur: &
tamen dicit, *reconciliamini Deo,*apertiſſimè docens ipſam reconciliationẽ non in pec ca- F
torum remiſſione ſemel accepta eſſe, quaſique ſubſiſtere, ſed non ſecus ac ipſam iu ſtifi
cationem,in quodam perpetuò motu & progreſſu ſemper fieri.Sed ne in ſola perpetua
quadam remiſsione peccatorum illam fieri putaremus,(vt docent Proteſtantes) addit
2.Cor.6. ſtatim Apoſtolus initio ſequ. capitis: *Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gra-
tiam Dei recipiatis,* id eſt, vt in accepta iuſtitia & ſanctitate perſeuerent, quòd toto poſt-
ea capite proſequitur. concludens tandem reconciliatos eſſe *Templum Dei viui,* ſicut
dicit Deus. Leuit.26. *Quoniam inhabitabo in illis,* &c. poſt quod, & alia teſtimonia, Eſai.
52. & Ierem.31. ſubiungit initio ſequent. cap.7. *Has ergo habentes promiſsiones* (ſcilicet in-
habitantis Spiritus Dei) *mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficien-
tes ſanctificationem* (id eſt iuſtificationem noſtram, vt antea oſtenſum eſt.) *in timore Dei.*
Quod iterum alio in loco vrget dicens. *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini,* id
Philip.2. eſt,iuſtitiam conſeruate, augete, perficite. Hoc eſt verbum reconciliationis, talis eſt
prædicatio ac doctrina noſtræ iuſtificationis,a Deo in Paulo & poſt eum in aliis Eccle-
ſiæ Magiſtris poſita.

Similiter in Actis dicitur *per Chriſtum nos remiſſ.peccat.accipere, à quibus non potuimus in lege
Moyſis iuſtificari,* non ſolum quia lex Moſayca peccata remittere vi ſacrificiorum a ut ſa-
cram en-

A cramentorum ſuorum non potuit, niſi per fidem inmediatorem venturum; ſed etiam & multò magis, quia lex Moyſaica vi mādatorum dare gratiam non potuit, qua lex impleretur, atque ita iuſtificatio legis in nobis impleretur. Hoc enim *impoſsibile legi fuiſſe* Apoſtolus dixit ad Rom. 8. quia videlicet *paſsione peccatorum quæ per legem erant*, (id eſt occaſione datæ legis nitebantur magis in vetitum) *operabantur in membris eorum qui detinebantur in lege mortis*. Rom. 7. id eſt, in lege illis mortifera qui ſine fide & gratia mediatoris, ex ſola eius cognitione, ac naturæ ſuæ viribus, eam ſe præſtare & adimplere poſſe exiſtimabant. Et hoc iterum ad Gal. 3. repetit. *Si data eſſet lex quæ poſſet viuificare*, id eſt, intus renouare, *verè ex lege eſſet iuſtitia*. De hoc lege Auguſt. in lib. de Spiritu & Lit. cap. 14. & ſequen. Reconciliatio ergo per Chriſtum facta, quam lex Moyſis præſtare non potuit, non in ſola peccat. remiſſ. conſiſtit, ſed etiam in renouatione interna quam Chriſti gratia dato Spiritu ſancto in nobis operatur. Sed de hoc effectu gratiæ Chriſti quem lex non habuit, poſtea plura. verba Apoſtoli ad Rom. 5. in argumento poſita iam ſupra in Prolegemeno ſecundo, latè tractauimus; ideóque inde plenior ſolutio petenda eſt.

Lex Moſaica duobus modis nō potuit iuſtificare.

Infrà cap. 12.

Ad enthymema poſtremò loco poſitum, reſpondendum eſt perimendo antecedens. Neque enim debitum peccatorum eſt ipſa iniuſtitia noſtra coram Deo, ſed eſt eius effectus; propter peccata enim obnoxij ſumus ſupplicio diuinitus infligendo. Ipſa vero pec-

Non debitum peccati ſed ipſum peccatū eſt noſtra iniuſtitia.

B cata quæ committimus ſunt noſtra iniuſtitia, & per ea formaliter impij & iniuſti ſumus. vocātur autem peccata debita in Scripturis citatis, quia cauſæ ſunt pænarum quas perſoluere debemus. Quo etiam ſenſu Chriſtus *noſtra peccata pertulit in corpore ſuo, & iniquitates noſtras portauit*, quia pænas illis debitas perſoluit, & patri ſatisfecit. Non autem Chriſtus ſic peccata noſtra pertulit, vt per imputationem peccator eſſet, aut propriè loquēdo peccatum & iniuſtitia ipſa, vt impiè ſcripſit Illyricus, propter illud Eſaiæ quinquageſimo tertio *Deus poſuit in eo iniquitates omniū noſtrū*, & propter illa Pauli verba, *eum qui non nouit peccatū, pro nobis peccatum fecit*: hoc enim loco in poſteriori membro peccati nomine, hoſtia pro peccato intelligitur vt etiam alio in loco. *Deus mittens filium ſuum de peccato, damnauit peccatum in carne*, id eſt per victimam filij pro peccato redemit peccatum, id eſt, pænas peccato debitas. Et Eſaias iniquitatum nomine pænas illis debitas intelligit, vt verba ibidem præcedentia manifeſtiſſimè oſtendunt. *Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras*, &c. Lege hac de re Auguſt. contra Maximinū Arrianum lib. 2. cap. 2. tomo 6. In Enchyridio cap. 41. In quæſt. ſuper Num. quæſt. 12. Erit ergo Reconciliatio humani generis per Chriſtum facta, non ipſa formalis noſtra iuſtitia, obedientia, ſanctificatio, qua iuſti & ſancti ſumus, & qua obedientiam legis adimplemus, ſed cauſa & meritum eiuſdem nobis dato Spiritu ſancto conferendæ. Nec ipſa remiſſio debiti peccatorum per hanc reconciliationem facta, erit formalis noſtra iuſtificatio; quia nec ipſum debitum fuit formalis noſtra iuſtitia. Sed quemadmodum debitum peccatorum fuit ipſius iniuſtitiæ effectus & proles, non ipſa iniuſtitia, ſic perſolutio debiti peccatorum, erit huiuſmodi debiti liberatio, & expiatio, non ipſa noua iuſtitia. Remoto autem amicitiæ inter nos & Deum impedimento, cauſa efficiens & meritum erit illud precium, vt dato

Quare peccata vocātur debita.

1. Petr. 2.

Eſai. 53.

Illyrici blaſphemia.

2. Cor. 5.

Rom. 8.

Eſai. 53.

Perſolutio debiti per Chriſtum eſt expiatio debiti, non noua iuſtitia.

C nobis de nouo, (ſicuti naturæ noſtræ olim datus eſt,) ipſo Spiritu ſancto, legis obedientiam impleamus, vt ſic ſimus formaliter noua creatura, & induamus nouum hominem *qui creatus eſt in iuſtitia*, id eſt verè iuſti ſumus. Vt ergò *conformes* eſſemus *imagini filij Dei, & iuſti ſicut ille iuſtus eſt, faciendo iuſtitiam*, renouamus; & hanc renouationem per Spiritum ſanctum in nobis factum promeruit Chriſtus, perſoluens debitum peccatorum, *delens chirographum quod contra nos erat, interficiens inimicitias, Reconcilians nos Deo Patri*, vt capaces eſſemus beneficij gratiæ abolitis peccatis & veteri turpitudinis forma penitus deleta. Sicuti ergo quùm captiuus ex ſeruitute liberatur, perſolutio pretij ad liberandū captiuum, non eſt ipſe libertatis ſtatus, quem iam liberatus conſequenter habet, ſed eſt cauſa gratuita & meritum eius, ſic perſolutio precij pro peccatis noſtris (*empti enim ſumus pretio magno*. 1. Cor. 6.) non eſt ipſe ſtatus iuſtitiæ in quem reſtituimur, ſed eſt cauſa & meritū eiuſdem; vt ſic *iuſtificati per gratiā Chriſti, per redemptionē quæ eſt in Chriſto*, ad Rom. 3. *in nouitate vitæ ambulemus*: &c. Deniq; quemadmodū ipſa iniuſtitia noſtra, per quā inimici ſumus Deo, & damnationis æternæ rei, eſt propriè loquēdo ipſa auerſio mētis à Deo, vel inobedientia mandatorum, aut originaliter contracta, aut actualiter commiſſa, ſic

Epheſ. 5.

Rom. 9.

1. Ioan. 3.

Coloſſ. 2.

Epheſ. 2.

Rom. 5.

D

iuſtitia noſtra per quam grati & accepti ſumus Deo, ad vitam æternam, eſt cõuerſio mẽtis ad Deum, ſeu obedientia mandatorũ Dei. Sed illam voluntas noſtra perpetrauit, hãc Chriſti gratia reparauit, per eius mortem efficienter promerita, per eius Spiritum formaliter infuſa. Quod autem in argumento adiicitur, peccata noſtra dici debita, quia nõ pęnæ tantum, ſed & culpæ, ſcilicet neglectæ obedientiæ debita ſunt, (quam multum vrget Illyricus, in defenſione confeſſionis miniſtrorum Antuerp. contra confutationem Iudoci Tiletani) prorſus ineptiſſimè dicitur in ſenſu formali & recto. Peccatum enim non eſt debitum culpæ, vel neglectæ obedientiæ, quaſi deberet illam, ſed eſt debitũ pænæ propter culpam & neglectam obedientiam, per quam contraxit illud: ſicuti peccator ſanè ipſe debitor Deo eſt omnium pænarum, quas neglecta obedientia meretur. Ipſius autem inobedientiæ nullo modo eſt debitor; ſed contrà ipſius obedientiæ præſtandæ prorſus debitores omnes ſumus: quam qui non præſtamus debita contrahimus, pænarum ſcilicet quæ neglectæ obedientiæ debentur. Has pænas Chriſtus portauit, pertulit, perſoluit: paritérque gratiam nobis promeruit qua deinceps obedientes eſſemus. Illud in cruce perfecit, *mortuus peccato ſemel* vel (quod apertius alibi dicitur) *moriens propter delicta noſtra*: Hoc in reſurrectione ſignauit, *reſurgens propter iuſtificationem noſtram*: ad Rom. 4. id eſt (vt exponit Auguſt. in Enchiridio cap. 41.) *Noſtram ex morte peccatorum veteri reuiuiſcentem vitam, noua ſua reſurrectione ſignificans*: idque (vt in eodem lib. cap. 52. prolixè docet & dicit,) *vt quemadmodum in Chriſto fuit vera reſurrectio, ſic ſit in nobis vera iuſtificatio.* De hac porrò Chriſti iuſtitia, & obedientia, quo ſenſu ſit noſtra, & quo ſenſu non noſtra ſed Chriſti propria, alio loco explicatius dicetur.

Ineptia Flacii Illyrici.

Peccatum non eſt debitũ culpæ ſed pænæ.

Rom. 6.
Rom. 4.

Infra lib. 7.

Tertium & vltimum in hoc genere argumentum, ab exemplo Publicani petitur, Lucæ 18. Ille enim ſola remiſſione peccatorum, per humilem confeſſionem impetrata, iuſtificatus eſſe dicitur ab illo Phariſæo, qui in iuſtitia operum, etiam quam Deo tribuerat, (illi enim gratiam agebat) confidebat. vnde conſequi volunt, quod non in iuſtitia operum, etiam quę à Deo nobis donata agnoſcimus, ſed in ſola remiſſione peccatorum, dũ humiliter agnoſcimus peccata, iuſtificationem noſtram conſiſtere. Huic argumẽto breuiter reſpondetur. Publicanus hactenus impius, ſine præcedentibus operibus bonis, iuſtificatur, accepta remiſſione peccatorum, non ſola, ſed etiam interna renouatione per fidem, ſpem, & charitatem. Quorum omnium ante acceptam iuſtitiam manifeſta iudicia oſtendit, & actus exercuit. Nec enim abſque fide Deum inuocaſſet, nec ſine ſpe ſic oraſſet, nec ſine charitate qua & Deum ſibi propitium futurum ſperabat, ideóque viciſſim amantem redamaret, ſpem illam concepiſſet, vt tum in genere egregiè docet Auguſtin. tract. 9. in epiſto. Ioan. & epiſto. 105. & de gratia & lib. arb. cap. 18. tum in hoc facto Publicani, enarr. in Pſalm. 110. ſuper illa verba, *Confeſſio & magnificentia opus eius.* Reprobatur autem Phariſæus, non quòd in iuſtitia operũ à Deo accepta gloriabatur. Alioqui & B. virgo quæ ab Elizabeth beata prædicata, Deum in ſuis donis glorificabat. Luc. 1. & Ezechias rex qui dicebat, *memento domine quomodo ambulauerim coram te, in veritate & corde perfecto, &c.* reprobati fuiſſent. Similiter & Apoſtolus reprobaretur, quum diceret. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſynceritate Dei, &c. conuerſati ſumus in hoc mundo.* Sed ideò reprobatur Phariſæus, quia ſic in iuſtitia operum confidebat, *vt quaſi eius iam plenitudine ſaturatus*, (ait Auguſtinus) *nihil ſibi addi ad iuſtitiam peteret: imò & publicano iam eſurienti ac ſitienti iuſtitiam, ſe velut inſultans præferre geſtiret*: Hæc ille de peccat. mer. & remiſſ. lib. 2. cap. 5. Idem docet de ſpiritu & lit. cap. 13. Tertiam etiam cauſam addit Auguſtinus quia Deum *tãtum vſque ad ſe ditem eſſe volebat*, nec idem etiam, vt Publicano fieret, orabat. In lib. 50. homiliarum. homi. 2. Atque hæc de Proteſtantum argumentis.

E

Tertium Proteſtantum argumentum.

Publicani interna virtutes in ſua iuſtificatione.

Pſal. 110.

Quare Phariſæus in ſuis operibus reprobatus eſt.

4. Reg. 2.
2. Cor. 1.

F

Sed antequam hoc caput concludatur, diligenter recolendum eſt, Pelagianorum hanc expreſſam doctrinam, fuiſſe *gratiam Chriſti qua iuſtificamur & de qua dicitur quod venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, in ſola remiſſione peccatorum conſiſtere, nõ in adiutorio gratiæ, ad benè ſanctéque viuendum.* Lege Auguſt. cap. 34. de natu. & gratia: epiſt. 105. Paulò poſt medium; & de gratia Chriſti cap. 2. & 37. Vbi docet Pelegianorum ſententiam eſſe, *quòd naturam per Chriſtum in melius inſtauratam intelligunt remiſſ. peccatorum.* Addiderunt quidem Pelagiani alia ad gratiam iuſtificantem, vt Chriſti & Sanctorum exempla virtutum, legẽ & doctrinam, ſicuti addunt hodiè Proteſtantes ipſam Chriſti obedientiam nobis imputandam, & fide apprehendendã. Sed vtriq; in hoc cõueniunt quod & adiutorium gratiæ intus re-

Pelagiana hæreſis a Proteſtantibus defenſa.

A intus renouantis ad ipſam iuſtificationem noſtram vtrique negant, & in ſola remiſſione peccatorum illam vtrique conſtituunt. Sed contra vtróſque ſic ſcribit, Auguſt. de gratia & lib. arb. cap. 14. *Neque naturam, neque ſcientiam diuinæ legis, neque ſolam remiſſionem peccatorũ, eſſe eam gratiam, quæ per Chriſtum datur, ſed ipſam facere, vt natura liberetur, vt lex impleatur, & vt peccatum amplius non dominetur.* Hæc ille.

Reſponſio ad illas ſcripturas quæ omnia prorſus opera à iuſtificatione per Chriſtum excludere videntur, vbi & de renouatione interna exactius determinatur.

CAPVT X.

SECVNDVM obiectionum caput, ab illis Scripturis petitur, quæ prorſus excludunt, opera à prima iuſtificatione, ſeu à principio iuſtificationis noſtræ; eo videlicet ſenſu, vt interna renouatio (ſi qua pariter cum remiſſione peccatorum in nobis fiat,) nullo modo ad ipſam iuſtifica-
B tionem primam pertineat, nec vlla eius pars ſit, ſed eam tantummodo conſequatur. Itáque in hac obiectione (quod valdè notandum eſt) nõ ſolum excludunt opera ad iuſtitiam præparatoria, dicentes illa omnia eſſe peccata, quęcunque à nobis antè acceptam iuſtitiam fiunt, ſed etiam præterea ipſam internam nouitatem quam in nobis quando iuſtificat impium operatur Deus, ab officio iuſtificandi excludunt. Nouitatem dico, ſiue innouationem illam, quam Auguſt. vocat *occultiſſimam gratiam latenter infuſam*, in iuſtificatione paruulorum, de peccat. mer. & rem. libr. 1. cap. 9. vel *occultam communicationem & inſpirationem gratiæ*, in iuſtificatione per Chriſtũ. Ibidem cap. 10. vel *ineffabilis ſuauitatis infuſionem, impertiendo charitatem*. De gratia Chriſti cap. 13. vel etiam apertius *inſpirationem flagrantiſſimæ & luminoſiſſimæ charitatis per Spiritum* S. Ibidem cap. 35. Denique *ſanationem voluntatis ad implendam legem*. De ſpiritu & lit. ca. 9. Poſtremò, quam vocat *iuſtitiam illam*, ſeu rectitudinem internam, *qua induit hominem Deus quando iuſtificat impium*, vt ſupra multis in locis eum loqui oſtendimus. Hanc à prima iuſtificatione propter ſcripturas quas nunc citabimus, excludere volunt proteſtantes, non ſolum opera præparatoria. Exiſtimant enim Proteſtantes, quod ſi vel talia opera præparatoria ante iuſtificationem, vel talem renouationem pro ipſius iuſtitiæ noſtræ parte admitterent, cogerentur vel aliquod meritum primæ gratiæ ſeu iuſtitiæ agnoſcere (ſic enim nos hæc opera præparatoria aſſerere, tanquam primæ iuſtificationis noſtræ merita, & cauſas neceſſarias mentiuntur,) vel noſtras nouas qualitates noſtræ eſſe iuſtificationis cauſam, & illud propter quod in gratiã cum Deo redimus, & accepti Deo ſumus ad vitam ęter-
C nam, & miſericordiam primam ſeu remiſſionem peccatorum accipimus, pariter confiteri. Sed hac in re Catholicam ſententiam, vel ſtupidè non vident, vel fraudulenter diſſimulant, & ſceleratè traducunt. Nam opera illa præparatoria (vt in ptimo prolegomeno clarè docuimus) nec vlla ſunt merita primæ iuſtificationis, nec neceſſariò illam efficiunt, nec deníque ſine ſpeciali Dei gratia fiunt. Renouatio autem interna, quæ in iuſtificatione prima fit per qualitates infuſas, eſt gratia & iuſtitia illa, *qua nos Deus induit* (vt ſæpe Auguſtinus loquitur,) *quando nos iuſtificat*, non eſt illa gratia, ſeu miſericordia, & fauor gratuitus, propter quam nos iuſtificat. Itáq; cum noſtra iuſtificatio ſit alteratio per motum, ſiue motus quidam transferens nos à ſtatu iræ, peccati & mortis, ad ſtatum gratiæ, iuſtitiæ, & vitæ; gratia Dei ſeu Chriſti, vt ſignificat fauorem Dei gratuitum, vel meritum iuſtitiæ, obedientiæ, & mortis Chriſti, eſt cauſa mouens & efficiens huius motus, planéque extra perſonam iuſtificandam, quæ eſt materia ſeu ſubiectum motus huius: ſed eadem gratia, vt ſignificat *charitatem diffuſam in cordibus noſtris, donum fidei* nobis datum, ipſamque *renouationem per Spiritum S. effuſam in nobis*, Denique quatenus eſt operans in nobis gratia, *faciens in nobis cor nouum, operans in nobis velle & perficere*, ad Philip. 3. eſtque *lex Dei ſcripta in cordibus noſtris* Ezech. 36. & 2. Cor. 4. eatenus & in illo ſenſu (nam in vtróque ſenſu, gratia qua iuſtificamur gratis, in ſcripturis manifeſtè accipitur,) eſt huius motus

Renouatio interna in iuſtificatione impij.

De Spir. & lit. cap 9.

cauſa erroris Proteſtantium.

Renouatio interna non eſt cauſa ſed forma iuſtitiæ.

Gratia chriſti eſt cauſa & forma noſtræ iuſtitiæ.

Rom 5.
Epheſ. 2.
Tit. 3.
Ieremi. 31.

Renouatio interna pars conſtituens ipſius iuſtificationis. terminus,& ipſius rei motæ forma. Itáque renouatio interna iuſtificationis ipſius pars D
eſt,non ſecus ac remiſſio peccatorum,non autem aliquid eam conſequẽs, & rei iam cõ-
ſtitutæ adueniens,vt accidentia quædam propria ſpeciei.Imò ſanè principalior eſt iuſti-
tiæ ſeu factæ iuſtificationis pars,quatenus forma præſtantius eſt principium ad rem cõ-
ſtituendam,quam eſt priuatio.

Renouatio interna diſtinguitur ab obedientia mandatorũ. Notandum tamen,quod Renouatio illa interna,quæ in prima iuſtificatione fit, non
eſt ipſa obedientia mãdatorum,vel impletio legis,quæ haud dubiè eam ſequitur in toto
progreſſu iuſtitiæ,(vt nos ſentire mentiuntur proteſtantes, quaſi nõ gratuito per fidem
ſed propter ſequentem obedientiam mandatorum,nos primò iuſtificari à Deo,vel pri-
mam nobis iuſtificationem conferri diceremus)ſed eſt affectus ſeu propoſitum obediẽ-
di mandatis,& implendi legem,quòd propterea in baptiſmo fideles omnes ſolenni ſti-
pulatione profitentur, abrenunciando Sathanæ & mundo. Talis affectus eſt ipſa *charitas*
Supta cap.8. *qua iuſtificamur*,vt ait Auguſtinus lib.de gratia Chriſti cap.30.& epiſto.120.cap.5.& *quam*
Ioan.8. *Deus dat homini quando iuſtificat impium*. Ibidem cap.22.Eſt *autem charitas bona voluntas*, vt
ſupra ex multis Auguſtini locis docuimus:id eſt benè velle eum, qui antea malè voluit.
Ezechiel.18. De quo genere dixit Saluator.*Ecce iam ſanus factus es,noli amplius peccare*, id eſt, habe pro-
poſitum non peccandi.Quo etiam ſenſu dicitur apud prophetã. *Si impius egerit pœnitẽtiã,*
& cuſtodierit omnia præcepta mea,id eſt habuerit voluntatem cuſtodiendi.Iſtud bonũ velle,
hic bonus affectus,eſt radix,fundamentum, & exordium obedientiæ mandatorum, &
Aliud donum renouationis, aliud ipſa Renouatio. impletionis legis,& ipſius renouationis,vt ipſam nouitatem vitæ, vel nouã vitam ſigni- E
ficat. Aliud eſt enim donum renouationis,quod eſt charitas diffuſa in cordibus,per quã
renouamur.Aliud vero ipſa renouatio,ſiue nouitas vitæ,quæ conſequitur. Et hanc ob
cauſam rectiſſimè Auguſt. docuit in iuſtificatione noſtra remiſſ.peccatorum ſeu regene
rationem eſſe perfectam,renouationem autem ipſam inchoari tantum in baptiſmo,non
perfici.lib.2.cap.7.de pecc.mer.& remiſſ.quia noua illa voluntas,eſt principiũ obedien-
tiæ & obſeruationis mandatorum.

Scriptura a Proteſtantibus in hoc argumento prolata. Scripturæ autẽ quas hoc in genere proferunt,vel generaliter omnia opera excludunt,
vel ſpecialiter opera legis.Primi generis ſunt iſta. *Ei qui non operatur, credenti autem in eum*
qui iuſtificat impium,fides imputatur ad iuſtitiam.Sicut & Dauid dicit,beatitudinẽ hominis cui Deus
Rom.4. *accepto fert iuſtitiam ſine operibus*.Item *Gratia ſaluati eſtis per fidem &c.Non ex operibus*.Item *nõ*
Epheſ.2. *ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,ſed per miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit*: Sed ad has & ſimi-
Tit.3. les ſcripturas,ſolida reſponſio eſt.Apoſtolum excludere à iuſtificatione opera præcedẽ-
tia ſolis naturæ viribus facta;non autẽ præparatoria ex gratiæ auxilio profecta,vel ipſum
Quomodo iuſtificamur non ex operibus. renouationis donum.Et hæc reſponſio tum ex verbis ipſius Apoſtoli oſtenditur, tum
ex Auguſtino.Ex verbis Apoſtoli,quia expreſſè in loco ad Epheſ.2.pro eodem accepit,
1. *non ex operibus,& non ex vobis*.Quum enim dixiſſet *nõ ex vobis,Dei enim donum eſt*, ſubiecit,
non ex operibus ne quis glorietur:illa opera excludens quæ ex nob is ſunt,& noſtræ naturę vi-
ribus in quibus gloriari poſſemus.Idem inſinuauit in loco ad Tit. 3. dicens enim *non ex*
2. *operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos*,planè de noſtræ naturæ & noſtrarum facultatum operibus F
loquitur.Deinde illud(ex)oſtendit Apoſtolum cauſam excludere,& ab operibus remo-
uere.Donũ autẽ reuouationis internæ,vel etiã opera præparatoria,nõ ponũtur à nobis,
tanquã cauſæ per quas aut propter quas inſtificemur;ſed hæc vt diſpoſitiones tãtum,illa
vt forma denotãs,qualis ſit ipſa iuſtificatio,vel potius iuſtitia iuſtificato collata. Ex Augu
ſtino eadem reſpõſio firmatur, quia verba Pauli ad Ro.4.citata ſic diligenter exponit. *Ei*
3. *qui operatur,id eſt, de operibus præſumit,& eorũ merito ſibi dicit datã eſſe gratiam fidei*,(hæc eſt pri-
ma gratia iuſtificans)*merces non imputatur ſecundũ gratiã,ſed ſecũdum debitũ*. Et paulò pòſt. *Ei*
vero qui nõ operatur quid eſt?ecce pone aliquẽ impiũ peccatorẽ,nõ operatur:Quid autem credit?credidit
in eum qui iuſtificat impium.Deus accepto illi fert iuſtitiã ſine operibus.Iuſtitiã quam?fidei quam bona
opera non præceſſerunt,quã bona opera cõſequuntur.Hæc ille in præfat.enar.in Pſal.31.Illud er-
go,*Ei qui operatur*, &c.perinde valet,ac ſi dixiſſet.Si iuſtitiæ vitæ vel operis, excluſa gratia
& fide,debetur merces, ergo,*ſecundũ debitũ* &c.vt ex mẽte Augu.exponit Valdẽſis Tom.
3. c.8.Excluduntur ergo per Apoſtolũ non omnia opera,ſed præcedẽtia ipſam iuſtifica-
tionẽ;nec illa opera omnia,ſed de quibus præſumitur,& in quibus meritũ ponitur. Ta-
lia non ſunt opera præparatoria,nec tale aliquid eſt ipſa interna renouatio.Rurſum locũ
ex Apoſtolo ad Epheſ.2.citatũ,eodem modo exponit.*Audi*(inquit)*& intellige:non ex ope-*
ribus dictum tanquam tuis,ex teipſo tibi exiſtentibus,ſed tanquam his in quibus te Deus finxit, id eſt
formauit,

A *formauit, & creauit. Hoc enim ait ipſius ſumus figmentum &c. quæ ſequuntur.* Hæc ille in lib. de
gratia & lib. arbit. cap. 8.

Quo modo & ſenſu opera legis excludantur ab Apoſtolo à iuſtificatione per Chriſtum.

CAP. XI.

ALTERIVS generis loca ſunt iſta: *Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis. Item non iuſtificabitur homo ex operibus legis.* Rurſum Rom. 3.
ſi per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Aliáque his ſimilia. Qui- Galat. 2. & 3.
bus omnibus prior etiam reſponſio aptari poteſt: niſi quod Apoſto-
lus his verbis expreſſius legem Moyſaicam (de qua ita gloriabantur
Iudæi, vt ſine fide & gratia Chriſti, ex illa ſola ſe iuſtificari, & ſaluari
poſſe putarent) à iuſtificatione excludit. Excludit autem illam non ſo-
lum quod ad cæremonias attinet, aliáque propriè legalia, ſed etiã quod ad ipſum deca-
logum attinet, qui præcepta moralia, & naturæ humanæ perpetuò neceſſaria, comple-
ctitur. Declarat hoc copioſè & accurate Auguſtinus, in lib. de ſpiritu & lit. cap. 13. & ſeq. *Opera decalogi quomodo non*
Ideò autem excluduntur opera legis, quia per ſe ſola, ſine fide Chriſti, obſeruari nõ poſ- *iuſtificant.*
B ſunt, nec quomodocunque obſeruata iuſtificãt. Vnde ſic in capite citato concludit Au-
guſt. *Colligimus non iuſtificari hominem præceptis bonæ vitæ, niſi per fidem Ieſu Chriſti; hoc eſt, non
lege operum, ſed lege fidei, non litera ſed ſpiritu, non factorum meritis, ſed gratuita gratia.* Quo autẽ
ſenſu hoc totum verum ſit, explicatiſſimè cap. 14. oſtendit. Ait enim Apoſtolus hoc to-
tum de lege non iuſtificante, ſed iram operante ad Rom. 3. & 7. dixiſſe, *quia litera prohibẽs
peccatum, non iuſtificat hominem, ſed potius occidit augendo concupiſcentiam, niſi liberet gratia per le-
gem fidei quæ eſt in Chriſto quum diffunditur charitas &c.* Hæc ille. Itáque quod Apoſtolus hic
legi negat, Auguſt. ſimiliter naturæ negat dicens. *Si per naturam iuſtitia ergo gratis Chriſtus* *Non ex lege ſi-*
mortuus eſt. De gratia Chriſti cap. 40. vtramque enim, vt ſua gratia per Spiritum S. diffun- *cut non ex natu-ra iuſtitia.*
denda in cordibus noſtris perficeret, Chriſtus mori voluit. Moriendo enim hanc gratiã *Meritũ gratiæ.*
nobis promeruit. *Neque enim erat Spiritus datus antequam Ieſus eſſet glorificatus, & niſi ego ab-* Ioan. 7.
iero (ait Chriſtus) *paracletus non veniet ad vos,* contra: *ſi exaltatus fuero, omnia traham ad meip-* Ioan. 16.
ſum. Trahitur autem ad Chriſtum, qui gratia tractus venit; de qua dicit. *Nemo venit ad me* Ioan. 12.
niſi pater meus traxerit eum. Negatur ergo iuſtitia legi quatenus lex opponitur fidei, quate- Ioan. 6.
nus caret gratia Chriſti, ad quam fides in Chriſto confugere nos docet; quem ſenſum
etiam tradit lib. 2. cap. 24. & ſeq. de pecc. ori. non autem quatenus opera legis ſignificare *Opera legis non*
poſſunt opera bona in fide facta, vel ipſam renouationem internam, quæ à Spiritu S. gra *iuſtificant vt*
uidata bonis operibus eſt fœta, etiam antè partum iuſtificans. Hanc ſentẽtiam explicat *opponuntur operibus fidei.*
iterum Augu. in præfati. enarra. in Pſalm. 31. *propterea dixit Apoſtolus iuſtificari hominem ſine
operibus legis, ne quis exiſtimaret merito operum ſuorum accepiſſe fidei gratiam.*

Hanc autem diſtinctionem negant proteſtantes apoſtolum aliquando expreſſiſſe, &
vehementer vrgent eum in vniuerſum omnia opera excluſiſſe, nec de vna tantum ſpecie *Defenditur &*
C operum, nempe ſine gratia vel ſine fide factorum, ſed de toto genere operum ſimplici- *ex Scripturis cõ-*
ter hoc pronunciaſſe: itáque impium eſſe reſtringere oracula Dei, ad vnam tantum ſpe- *firmatur data diſtinctio.*
ciem. Sunt ergo notãda diligenter illa Apoſtoli loca, quæ hanc diſtinctionẽ diſertè tra-
dunt, & vnde illam Auguſtinus deduxit. Ait itáq; Apoſtolus. *Gentes quæ non ſectabantur iu-
ſtitiam apprehenderunt iuſtitiam, iuſtitiam autem quæ ex fide eſt. Iſrael vero ſectãdo legem iuſtitiæ, in* Rom. 9.
*legem iuſtitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus: offenderunt enim in lapidem
offenſionis,* id eſt, ideò ex operibus quia Chriſtum reſpuerunt, quia eius gratiam & fidem,
vt ſic opera ſalutaria eſſent, agnoſcere noluerunt. Sic accuratè hunc locum explicat Au-
guſtinus ſerm. 15. de verbis Apoſtoli circa medium. Hoc autem ſeq. cap. explicat magis
de eiſdem Iudæis ſubiũgens. *Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam volentes conſtituere, iuſti-* Rom. 10.
tiæ Dei non ſunt ſubiecti: finis enim legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credenti. Hic iuſtitiam Dei *Quo modo Chri-*
opponit iuſtitiæ humanæ; id eſt quam homines humano ſtudio operãtur: quã vt probet *ſtus eſt finis le-*
Apoſtolus nõ eſſe iuſtitiam Dei (id eſt eam quã Deus nobis dat, vel in nobis operatur) *gis.*
ſubiũxit. *Finis enim legis,* id eſt perfectio & cõſummatio legis, eſt Chriſtus, vt cõtra aduer.
leg. & prophet. lib. 2. c. 7. docet Auguſt. & de Spiritu & lit. cap. 29. vbi exponit Chriſtum

eſſe finem ad iuſtitiam omni credenti, *quare per ſpiritum ſanctum incorporatus factuſque membrum eius poteſt quiſque illo incrementum intrinſecus dante, iuſtitiam operari.* Qua etiam phraſi alibi dixit Apoſtolus, *finis præcepti charitas, finem præcepti dixit* (ait auguſtinus) *non quo præcepta pereant, ſed quo perficiuntur.* In præfat. enarr. in Pſal. 31. D

1. Tim. 1.

Hanc oppoſitionem hunc ſenſum habere, etiam ad Rom. 4. clarè docuit. *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram Deo: per legem enim cognitio peccati:* id eſt, lex eſt doctrina tantum, qua ſcitur quid ſit peccatum, non eſt adiutorium gratiæ quo vitari poſſit peccatum. Hoc eſt enim *requieſcere in lege, probare vtiliora instructum per legem,* vt ipſemet Apoſtolus ſeipſum exponit Rom. 2. *Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & prophetis. Iuſtitia Dei* (ait Auguſtinus) *non qua Deus iuſtus eſt, ſed qua induit hominem, quum iuſtificat impium: huic* (Iuſtitiæ Dei) *teſtimonium perhibent lex & prophetæ. Lex quidem hoc ipſo, quòd iubendo & minando, neminem tamen iuſtificando, ſatis indicat dono Dei iuſtificari hominem per adiutorium ſpiritus. Prophetæ autem, quia id quòd prædixerunt, Chriſti impleuit aduentus. Nam hinc ſequitur & adiungit Apoſtolus dicens. Iuſtitia autem Dei per fidem Chriſti, hoc eſt per fidem qua creditur in Chriſtum. Sicut autem iſta fides dicta eſt non qua credit Chriſtus, ſic & illa iuſtitia Dei, non qua iuſtus eſt Deus. Sed quo modo, inquies. Hæc Dei iuſtitia ſine lege manifeſtata eſt, & tamen per legem teſtificata eſt? Quia iuſtitia Dei ſine lege illa eſt, quam Deus per ſpiritum gratiæ credenti confert ſine adiutorio legis, hoc eſt non adiutus à lege. Quandoquidem per legem oſtendit Deus homini infirmitatem ſuã vt ad eius miſericordiam per fidem confugiens, ſanetur.* Hæc omnia Auguſt. Apoſtoli verba ad Rom. 3. ſtudioſè explicans, & iuſtitiam legis, quæ à iuſtificatione quam Chriſtus facit excluditur, qualis ſit ex ipſo Apoſtolo diligenter oſtendens: In lib. de ſpiritu & lit. c. 9. Eundem huius oppoſitionis ſenſum, clarè explicat tract. 26. in Ioannem: & de gratia Chriſti cap. 8. ſed clarius ſerm. 13. de verbis Apoſtoli. *Commendat hoc aſſiduè Apoſtolus* (ait Augu.) *commendans fidem gentibus, & ad hoc aſſiduè ducit, & commendat iſta Apoſtolus, propter Iudæos qui de lege gloriabantur, & libero ſuo arbitrio, legem ſufficere arbitrabantur &c.* Vide ibidẽ plura. E

Quo modo nunc iuſtitia euangely Iuſtitia Dei ſine lege manifeſtatur.

Iuſtitia Dei ſine lege qua ſit.

Rurſus hanc diſtinctionem expreſſit Apoſtolus quum diceret: *vt inueniar* (inquit) *in Chriſto, non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Ieſu Chriſti: quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide.* Hæc Apoſtolus: diſertè diſtinguens iuſtitiam ſuam, id eſt humanam, à iuſtitia ex fide, quia hæc ex Deo eſt, ex adiutorio gratiæ diuinæ; illa ex lege eſt, id eſt per doctrinam legis non per adiutorium gratiæ. Neq; enim alio in ſenſu opponi hæc duo poſſunt, *ex Deo, & ex lege.* Si quidem quum lex ipſa ex Deo ſit, quia Deus eam tulit, & Deus eius obedientiam mandauit, iuſtitia ex lege quatenus obedientiam legis ſignificat, eſt etiam ex Deo. Sed hæc obedientia legis non vocatur ab Apoſtolo *iuſtitia ex lege*, ſed *iuſtitia legis.* quoniam vt antea præmonui, illud (ex) cauſam denotat: vt iuſtitia ex lege ſit quã lex operatur, & efficit quatenus lex eſt, id eſt docẽdo & iubendo. Hæc enim propria ſunt officia legis. Quũ autẽ aliquid vocatur iuſtitia legis, vox legis materialiter tantũ accipitur, & denotat materiã circa quã verſatur iuſtitia. Itaq; acutè & iuxta Scripturas docuit Aug. iuſtitiam legis impleri in nobis, vel à nobis, nõ per iuſtitiã ex lege, ſed per iuſtitiã ex fide, ſeu ex Deo. *Miro* (inquit,) *quodam modo, ſed tamen vero iuſtitiã legis nõ implet iuſtitia quæ in lege vel ex lege eſt, ſed quæ in ſpiritu gratiæ.* Hæc ille contra duas epiſtolas Pela. lib. 3. c. 7. Quo etiam loco, prolixè & accuratè hæc Apoſtoli verba ad Phil. 3. iã citata tractat & exponit, hunc in modum concludens. *Intelligendum eſt igitur iuſtitiam legis non impleri ſecundũ iuſtitiam quæ in lege eſt, vel ex lege, id eſt ſecundum iuſtitiam hominis, ſed ſecundũ iuſtitiam quæ eſt in ſpiritu gratiæ: ergo ſecundum iuſtitiã Dei, hoc eſt quæ homini ex Deo eſt. Quod planius & breuius ita dici poteſt, iuſtitiam legis Dei non impleri, quum lex iubet, & homo quaſi ſuis viribus facit; ſed cum ſpiritus adiuuat, & hominis non libera, ſed Dei gratia liberata voluntas facit. Legis itaque iuſtitia eſt, iubere quod Deo placet, vitare quod diſplicet. In lege iuſtitia eſt ſeruire literæ, & extra eam nullum Dei adiutorium ad rectè viuendum requirere.* Hæc ibi ille, & adhuc paulò expreſſius in lib. de gratia & lib. arb. c. 12. *Quid eſt quod Apoſtolus dicit, non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, quũ ſua non eſſet lex ipſa, ſed Dei; niſi quia ſuam dixit iuſtitiam quamuis ex lege eſſet, quia ſua volũtate legem ſe poſſe putabant implere, ſine adiutorio gratiæ quæ eſt per fidem Chriſti?* Hæc ille: & alia multa ibidẽ. Colligitur autẽ hoc ipſum clariſſimè ex verbis Apoſtoli ad Rom. 2. *Si tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege & gloriaris in Deo, & noſti voluntatẽ eius, & probas vtiliora inſtructus per legem, confidis teipſum eſſe ducẽ cæcorũ &c. Qui ergo aliũ doces teipſum nõ doces.* & paulò pòſt. *Qui in lege gloriaris, per præuaricationẽ legis deũ inhonoras.* Nõ ergò vel à nobis cõficta, vel ab Aug. temerè tradita, (ſic enim proteſtãtũ aliqui incredibili temeritate dicere nõ verẽtur,) ſed F

Philip. 3. Iuſtitia ex lege & ex Deo quo modo opponuntur.

Obedientia legis eſt iuſtitia legis ſed non ex lege.

Iuſtitia legis impletur non per iuſtitiam ex lege ſed per iuſtitiam ex fide.

Iuſtitia legis eſt in lege.

ex ipſis

A ipſis Apoſtoli verbis,euidenter & neceſſariò collecta eſt, hæc diſtinctio de operibus le- Rom.6.
gis,quæ extra gratiam & fidem fiunt,ab operibus bonis quæ ex fide & ſub gratia opera-
mur.

Quam etiam oppoſitionem ſatis clarè Apoſtolus in illa formali diſtinctione expreſſit,
qua dixit.*Peccatum vobis non dominabitur,non enim ſub lege eſtis,ſed ſub gratia.* Sub lege enim
eſt qui ſeruiliter metu pœnæ ſubditur legi,& illi peccatum dominatur:ſiue quia non va-
lens ſuis viribus implere legem neceſſariò peccat,eo ſenſu quem in ſecunda controuer-
ſia de effectibus peccati Originalis docuimus,ſiue quia *non niſi ex terrena cupiditate vel car-
nali timore inuitus legis præcepta facit,ideóque in animo non facit* : ait Auguſtinus contra 2.epiſt.
Pelag. lib.3.cap.4. Sub gratia autem eſt qui *peccato liber ſeruus factus eſt iuſtitiæ*, vt Apo-
ſtolus eodem in loco loquitur,& pluribus verbis deſcribit,vſque ad finem capitis. Lege
hac de re Auguſt.in expoſitione quarundam propoſitionum in epiſt.ad Rom.Tract.3.in
Ioannem,de ſpiritu & lit.cap.13.& contra 3.epiſt.Pelag.lib.3.cap.4.vbi docetut ſub lege
eſſe filios omnes veteris teſtamenti,id eſt carnales,ſeu ante ſeu poſt Chriſtum natum le-
gi carnaliter ſubditos,& ex timore ſeruientes:ſub gratia autem eſſe filios noui teſtamẽti
tam ante Chriſtum natum quàm pòſt legem,ex amore iuſtitiæ liberè & ſincerè implen-
tes.Hæc certè manifeſtiſſima diſtinctio , apertè docet à iuſtificatione excludi legem &
opera eius,quatenus gratia & fide Chriſti carent,non ſimpliciter omnia vt proteſtantes
volunt.

B

Verum diſcrimen legis & Euangelij contra horum tempo-rum hæreticos accuratè explicatur.

CAPVT XII.

EX hac autem diſputatione , diſcrimen legis & euangelij de quo tam
multa inaniter garriunt,& perniciosè docent hodie hæretici,manife- *Diſcrimen legis & euangelij ex ſententia Proteſtantium.*
ſtè cognoſci poteſt.Enimuero volunt illi diſcrimen vtriuſq; hoc eſſe,
quod legis proprium & naturale officiũ erat,quum primum daretur,
ſaluos facere,& ad vitam ſalutis perducere eos, qui eã pleniſſimè ob- Leuit.18
ſeruaſſent;iuxta illud Moyſaicum à Paulo repetitum. *Qui fecerit ea ho-* Galat.3.
mo viuet in eis:Quod etiam Paulus ipſe docuit,quum diceret. *Inuẽtum* Rom.7.
eſt mihi mandatum quod erat ad vitam,hoc eſſe ad mortem.Ex quibus verbis colligunt propriũ
& principale legis officium fuiſſe olim , quum primo homini daretur , vitam & ſalutem
dare facientibus eam; idque per ſe & perfectione quadam ſua ; eandem verò legem per Rom.7.
accidens fuiſſe ad mortem;quia *peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit hominem,&
per illud occidit*.Itáque *legem quidem ſanctam,& mandatum ſanctum fuiſſe,ſed peccatum, vt appa-
reat peccatum*,id eſt peccandi libido vt quam proterua eſſet,manifeſtius oſtenderet,*per bo-*
C *num operata eſt mortem, vt ſit ſupra modum peccans peccatum per mandatũ*.Hoc ergo iuxta Apo-
ſtoli doctrinam primæuum fuiſſe legis officium volunt,vt per ſe ſaluos ipſa faceret, im-
plentes legem;per accidens autem damnaret præuaricatores legis.*Nunc autem* (ait flac-
cus Illyricus)[*amiſſo vero ac natiuo fine ac officio,iuſtificandi videlicet,& ſeruandi genus humanũ;
accidentario quodam defungitur quod ei iam mirabili myſterio attributum eſt. Nunc enim primarius* In Claue
legis vſus ac finis eſt vt damnet : ait idem Illyricus in eadem claue tract.1.pa. 28. Sic etiam Script. par.2. tract.1.pag.8.
alij proteſtantes exponunt illud ad Rom.6.*Non ſumus ſub lege id eſt, non damnamur ſententia* Schol. vatabli.
legis in conſcientia.Accidentarium autem legis miniſterium,& officium(ait idem Illyricus)*quo tã
quaſi ſolo defungitur,eſt reuelare & accuſare naturam noſtram corruptiſſimam eiuſque peccata;ac ſi-
mul iram Dei & æternum exitium denuntiare,atque ita cogere vt alium ſeruatorem quæramus. Hoc
enim ſenſu Pedagogus noſter eſt ad Chriſtum*.Hæc de legis officio ille. *Euangelium autem prorſus* *Euangeliũ legi contrarium iuxta Proteſtantes.*
legi contrarium(ait idem Illyricus) *contra illud,qui fecerit ea viuet in illis.fortiter clamat.Qui credi-
derit aut fide apprehenderit illum qui ſolus legem præſtare potuit , ac præſtitit pro toto genere humano
is ſeruabitur.Lex ergo & Euangeliũ per ſe ſunt ſuaque natura contraria:alterum enim non niſi dignis
ac iuſtis ſalutem affert;alterum vero tantum indigniſſimis.*]Hæc Illyricus. Idem quoque diſcri-
ſcrimen legis, & Euangelij reſpectu iuſtitiæ & ſalutis docet Caluinus. Ait enim,
[*Antitheſin legalis,& Euangelicæ iuſtitiæ apud Paulum hanc eſſe, quod per iuſtitiam legis ſalutem*

obtinet, qui præſtitit quod lex iubet : per iuſtitiam verò fidei ſaluari eum qui credit Chriſtum eſſe mortuum & reſurrexiſſe.]Hæc ille Inſtit.lib.3.cap.11. ſect.14. Hanc tamen diſtinctionem legis & Euangelij alio in loco vt in ſufficientem erroris coarguit : planéque negat *ita ſucceſſiſſe Euangelium toti legi, vt diuerſam ſalutis rationem afferret*, quod dixit Illyricus; *quin potius vt ſanciret ratúmque eſſe probaret quicquid illa promiſerat & corpus vmbris adiungeret*. Alibi quòque (lib.eodem cap.7.ſect.13.) diſertè taxat eos qui legem mandatorum ad Chriſtianos nihil amplius pertinere docent : Nihilo tamen cæteris ſanius ſed fraudulentius docet. fatetur enim quidem etiam apud Chriſtianos eſſe legis vſum : ſed eum ponit in ſola doctrina & exhortatione;quia & docet fideles quæ ſit Domini voluntas,& frequẽti eius meditatione excitat ad obſequium. Quare nec conuincit amplius lex, nec damnat vt prius, nec perterrefacit,nec imperioſè exigit, quaſi iam ad eam ſeruandam ſub pœna maledictionis obſtricti eſſemus; ſed præter inſtitutionem quam adfert, hortatur etiam ad ſui obſeruationem. Hæc eſt Caluini explicatio Inſt.lib.2.cap.7. ſect.12. & ſeq. cuius ſumma hæc eſt legem amplius non obligare filios Dei, quia perfectam obedientiam iubet, quæ in hac vita eſt impoſſibilis, (ſic enim eodem loco ſect.5. diſertè docet nihil moratus anathema hieronymi,vt dicit,) ſed partim docere partim hortari : complemẽtum autẽ legis Chriſtum eſſe, partim gratuita imputatione, partim Spiritu regenerationis,eodem loco ſect.2. quem ſpiritum poſtea exponit non eſſe adiuuantem gratiam, ſed obſignationem promiſſionum ad ſecuritatem cordis generandam.lib.3.cap.1. ſect.1.& ſeq. Nos autem dicimus totum diſcrimen hoc ab hæreticis hodiè inuentum & traditum, quòd videlicet lex docet merita operum & iuſtitiam ac ſalutem ex illis; Euangelium verò excludit illa, & eſt gratuita tantũ imputatio iuſtitiæ per Chriſtũ, quã ſola fides apprehendit; prophanũ & commentitiũ eſſe, à ſenſu Scripturarum, & veteris Eccleſiæ alieniſſimũ. Quod vt planum fiat, verum diſcrimen diligenter explicabimus.

Caluinus Illyrico aduerſus. Inſt lib.2. cap.9.ſect.3.

Lex & Euangelium non in eo ponuntur, vel diſtinguuntur potius, quòd lex veteri populo aut ſtatui ſit propria, Euangelium verò non ſit lex aliqua. Ipſum enim Euangelium lex quoque eſt, ſed lex noua (*facta eſt enim tranſlatio legis Teſtamentum nouum, lex ſcripta in cordibus, lex Spiritus vitæ, lex Chriſti & gratiæ*. Lex autem abſolutè accepta, & diſtincta ab Euangelio, ſignificat legem veterem, teſtamentum vetus, legem ſcriptam in tabulis, legem mortis, deníque legem Moyſi & mandatorum. Vt ergo legis & Euangelij vera diſtinctio teneatur, legis veteris ac nouæ, ſeu teſtamenti veteris ac noui vera diſtinctio inueſtiganda eſt. Hanc autem diſtinctionem apertè explicat Scriptura ſancta, diſertè etiam iuxta Scripturas explicuit Auguſt. Lex vetus, & teſtamentum vetus, quia pertinet ad hominẽ veterẽ, *à quo neceſſe eſt hominẽ incipere* (ait Auguſt.) *vt ſic ex vetuſtate ad nouum hominem tranſeat*, ita ſunt data, & ita promulgata, atque reuelata, vt tantũ veteris hominis ſtatui & conditioni ſubſeruirent. Hanc ob cauſam, quia vetus homo (id eſt in vetuſtate carnali à primo parente Adam accepta, adhuc permanens) eſt paulatim & rudius initio ad nouitatem manuducendus, propterea lex vetus *data eſt in tabulis lapideis forinſecus tantum ſcripta, vt veterem hominem*, id eſt peccatorem *terreret*, vt ex verbis Apoſtoli.2.Cor.3. explicat luculenter Auguſt.in lib. de Spiritu & Lit. Hanc enim ob cauſam vocatur ibidem ab Apoſtolo *litera occidens, & miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus*. Non quòd lex data eſſet vt occideret, *non quia quod bonum eſt, factum eſt mors, abſit*; ſed quia ſic data eſt lex, vt corruptæ hominum naturæ & veteris teſtamenti filiis, occaſio mortis futura eſſet : & tamen illa pædagogia atque inſtructio extrinſecus tantum facta neceſſaria tunc erat illíque tempori congruebat; vt videlicet natura humana ſolo externo mandato ſibi ad ſalutem non ſufficiens, diſceret confugere ad Chriſtum, ad mediatorem, & ad gratiam Spiritus ſancti quam ille mediator daturus erat quem etiam ex fide ille vetus populus expectabat & venturum credebat, etſi nondum illa fides reuelata & propalata erat. *Lex*, ait Apoſtolus, *propter tranſgreſſionem poſita erat, donec veniret ſemen cui promiſerat*. Et paulò pòſt. *Priuſquam veniret fides ſub lege, cuſtodiebamur concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat*. id eſt, priuſquam fides mediatoris reuelata mundo erat, priuſquam nouum Teſtamentum propalatum erat, ſed *manſit adhuc* (ait Auguſtinus) *in propheticis latebris occultatum donec veniret tempus quo reuelaretur in Chriſto*, cuſtodiebamur, id eſt præparabamur ſub cuſtodia legis; quę ſaltem timore nos in officio continebat, in fidem & gratiam adoptionis per Meſſiam accipiendam. Ideo enim ſequitur in Apoſtolo. *Itáque lex pædagogus noſter fuit in chriſto*. Lex docebat corruptum & veterem hominem, quæ

Euangelium eſt quædam lex. Heb.7. Ierem.31. Hebr.8.Rom. 8.Gal.5.

Cõtra 2.Epiſt. Pelag.lib. 3. cap.4. *Quare lex vetus data eſt.* Cap.17.

Rom.7.

Galat.3. *Quomodo lex ante fidem concluſit peccatorẽ.* Cõtra 2.Epiſt. Pelag lib.3. cap.4. Gal 3. *Quomodo lex erat pædagogus.*

eſſent

A eſſent facienda: *per legem enim cognitio peccati*. Lex etiam docuit ob quem finem mandata Rom.7.
eſſent facienda. *Qui fecerit homo ea viuet in illis: Mandatum enim erat ad vitam*, ait Apoſto- Leuit 18. Rom 7.
lus, id eſt in eum finem datum erat, vt viuerent Deo, qui facerent ea. Non eſt quidem
data lex, vt ipſa per ſe quatenus audita & cognita vitam daret. *Si enim data eſſet lex quæ* Gal.3.
poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia, id eſt lex ipſa per ſe, (hoc enim eſt *ex lege*) eſſet cau- *Non lex ſed obedientia legis viuificat.*
ſa efficiens iuſtitiæ. Nunc autem lex ipſa non viuificat, (nec vnquam data eſt, vt per ſe
viuificaret, ſicuti opinatus eſt Illyricus,) ſed obedientia legis viuificat. *Factores enim legis* Rom.2.
iuſtificantur. & circuncisio prodeſt ſi legem obſerues, ait Apoſtolus. Lex autem ipſa, quatenus 2.cor.3. Rom.7.
veteri populo data fuit, *in tabulis ſcripta in lapidibus deformata*, ſolum forinſecus data, non
vitæ, ſed *mortis miniſtratio* erat: in hoc tamen vtilis, quòd infirmitatem ſuam homini *Vtilitas legis*
demonſtrabat, & ſic ad Chriſtum (cuius gratia legem cuſtodire poſſet,) tanquam pæ- *propria.*
dagogus ducebat & inſtruebat, quaſi mouens, vt in Chriſtum crederet, quia fide in De Spir. & lit. cap.29.
Chriſtum omnia impetraret. Hoc explicaturus Auguſtinus ſic ſcribit. *Ideò proponitur iu-*
ſtitia legis, quòd qui fecerit eam viuet in illa, vt cum quiſque infirmitatem ſuam cognouerit non per
ſuas vires, neq; per literam ipſius legis (quod fieri non poteſt) ſed per fidem concilians iuſtificatorē, per-
ueniat, & faciat, & viuat in eo. Hæc ille. In lege ergo iuſtitia legis tantū proponebatur, vt
fides quæreretur. *Ideò enim iubet lex* (ait Auguſtinus) *vt admoneat quid faciat fides*: id eſt, *vt* Ibidem ca. 13.
cui iubetur ſi nondum poteſt ſciat quid petat: ſi autem cōtinuò poteſt, & obedienter facit, debet etiam
B *ſcire quo donāte poßit*. Hæc ille. Lex ergo vetus lex mortis eſt, à qua liberat lex noua quod
his verbis docet Apoſt. *Lex Spiritus vitæ liberauit me à lege peccati & mortis*. id eſt lex gra- *Lex vetus eſt lex mortis a qua liberat lex noua.*
tiæ Chriſti quæ verè viuificat, *diffuſa charitate* (quæ implet legem) *in cordibus noſtris per*
Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis, liberauit me renatum in Chriſto, *à lege peccati* quæ eſt
in membris meis ne conſentiam illi, & *à lege mortis*, ſiue à lege veteri; id eſt à iugo & ſer- Rom.8. & 5.
uili conditione, qua eram ſub lege concluſus; quæ mihi nondum renouato per Chriſti
gratiam, erat lex mortis & peccati.

His ergò ita breuiter expoſitis, ex ipſo nunc Apoſtolo legis & Euangelij diſcrimen
inueſtigemus. Apoſtolus ſanè hoc ipſo in loco quo dixit, *Lex Spiritus vitæ liberauit me à* Rom.8.
lege peccati & mortis, opponit legem Euangelio; id eſt legem veterem mandatorum, fidei *Diſcrimen legis & Euāgelij ex*
in Chriſtum quam Euangelium prædicauit; paritérque (ſi rectè aduertimus) ſatis clarum *Apoſtolo.*
vtriúſque diſcrimen manifeſtè oſtendit: non quale fingunt Proteſtantes, vt Euangeliū
ſit contrarium legi, deſtruens illam, & euacuans illam, vel deníque excludens illam à
neceſſitate & negotio ſalutis; ſed vt ipſa legem perficiat; ſalutarem faciat, & ad finem
ipſum ob quem data eſt perducat. Dicit enim in proximè ſubſequentibus verbis Apo-
ſtolus. *Nam quod impoßibile erat legi in quo infirmabatur per carnē*, id eſt quòd lex ſcripta in Rom.8.
tabulis efficere non potuit, quia homini carnali data infirma & inualida ad ſalutem fa-
cta eſt, nec impleri & cuſtodiri ad vitam potuit vt faciendo eam viueret homo in ea:
(quia *ſine beneficio promißionis præuaricatores lex facit*, ait Auguſtinus, *vel vſque ad effectum* De Spir. & lit cap.19.
mali operis, ſi etiam repagula timoris concupiſcentiæ flamma tranſcenderit, vel certè in ſola voluntate,
ſi timor pœnæ ſuauitatem libidinis vicerit: Hæc ille,) *Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem*
carnis peccati, id eſt in ſimilitudinem hominis peccatoris (*habitu enim inuentus eſt vt ho-* Philip.2.
C *mo*) *de peccato*, id eſt, per hoſtiam peccati, *damnauit peccatum* (hominum carnalium) *in car-*
ne ſua in ſacrificium oblata, *vt iuſtificatio legis*, id eſt quam lex præcipiebat, *impleretur in*
nobis, id eſt à nobis. Sequitur enim. *Qui non ſecundum carnem*, & veterem hominem *am-*
bulamus; ſed ſecundum Spiritum: id eſt ſecundum nouum hominem, quem Spiritus S. gra- *Ambulare ſecundum Spiritum quid.*
tia facit. Ambulare autem ſecundum Spiritum, eſt opera Legis ſanctè ex ductu Spiritus
ſancti facere. *Alia demōſtratio ex Apoſtolo diſcriminis legis & Euangelij*

Ruſum, Legis & Euangelij diſcrimen oſtendit Apoſtolus, quum dicit: *Non ſumus*
ſub lege, ſed ſub gratia. Hoc enim dixit, rationem reddens quare *peccatum nobis non domi-*
nabitur. Ideo enim non dominabitur, ſicut antè fidem & gratiam Chriſti dominabatur, Rom.6.
quia *non ſumus ſub lege*, id eſt, non ſumus in illo ſtatu & conditione, vt legis tantum lite- *Quid eſt eſſe ſub lege.*
ram audientes, ſeruiliter & carnaliter ſub eius iugo ſeruiamus; ſed ſumus in ſtatu gratiæ Tract. 3. in
Chriſti, nunc reuelatæ per Euangelicam prædicationem, qua adiuuante legem ſeruare Ioan. In Epiſt. quarundā pro
poſſumus, & peccato reſiſtere, atque in nouitate vitæ ambulare. Hunc ſenſum horum poſit. in Epiſt.
verborum tradit Auguſtinus variis in locis. Apoſtolus quoque mox in ſequent. cap. adRom. chriſ.
oſtendit, quare non ſumus ſub lege. *Vos* (inquit) *Fratres mortificati eſtis legi per corpus Chriſti* quoq homil. 12. in Epiſt. ad
(cui per baptiſmum incorporati eſtis,) *vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis* Rom. Rom.7.

Deo. Quùm enim eſſemus in carne (hoc eſt ſub lege carnaliter viuentes) *paſſiones peccatorum* D
quæ per legem erant (id eſt occaſione accepta per legem magis in nobis feruebant) *opera-*
bantur in membris noſtris, vt fructificarent morti: & nos occiderent. *Nunc autem* (in ſtatu
gratiæ) *ſoluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur*, id eſt à iugo & ſeruili obedientia legis
liberati ſumus, *ita vt ſeruiamus* (Deo) *in nouitate Spiritus*; id eſt in ea nouitate quã Spiritus
dilectionis operatur in nobis, & operari nos facit, *non in vetuſtate literæ*: id eſt non in ea
carnalitate veteris hominis, quam ſola litera legis occidens (ſaltem per occaſionem) au-
xit in nobis. Quare hanc occaſionem mortis per literam legis inuectam Apoſtolus in
eodem cap. prolixè deſcribit: dicens inter cætera, *peccatum per mandatum me ſeduxit & oc-*
Rom. 7. De Spir. & lit. cap. 14.
cidit. In quo docet interprete Auguſtino, quod *litera prohibens peccatum non iuſtificat homi-*
nem, ſed potius occidit augendo concupiſcentiam & iniquitatem, præuaricationem cumulando niſi li-
beret gratia per legem fidei quæ eſt in Chriſto; quum diffunditur charitas in cordibus noſtri per Spiritũ
In expoſit. Epiſt. ad Rom. Contra Fauſtum lib. 19. c. 7. & lib. 17. c. 6.
ſanctũ qui datus eſt nobis. hęc ille. Ibidem docet aliis multis in locis. Lex ergo vetus eſt lex
mortis, & miniſtratio mortis, *non quia lex ipſa malum eſt* (ait Auguſt. ibidem,) *ſed quia man-*
datum bonum habet in litera demonſtrante, (*non in ſpiritu adiuuante*) *quòd mandatum ſi fit timore*
pœnæ non amore iuſtitiæ, ſeruiliter fit non liberaliter, & ideò nec fit. Si autem adſit fides quæ per di-
lectionem operatur incipit condelectari legi Dei ſecundum interiorem hominem: quæ delectatio non
literæ ſed Spiritus donum eſt. Hæc iterum ille. Hic eſt apertum diſcrimen legis & Euangelii,
literæ & ſpiritus, legis mortis, & legis fidei, denique eſſe ſub lege & ſub gratia. Ad quod E
diſcrimen clarius aſſequendum retinenda eſt diſtinctio illa Auguſtini de quatuor ho-
minum gradibus; quam tradit in expoſit. quarundam propoſi. in epiſt. ad Rom. Primus
gradus eorum eſt, qui ſine vlla pugna aut cõſcientia peccati peccant, quos *ſine lege* iuxta
Apoſtolum ad Rom. 7. vocat. Secundus eſt *hominum ſub lege*, qui conſcientiam peccati
habentes ex doctrina legis, pugnant quidem contra peccatum ſed vincuntur cupidita-
te. Hi ſunt filij veteris teſtamenti & ſecundum veterem hominem viuentes. Tertius
gradus eſt *hominum ſub gratia*, qui gratia ſpiritus donati non iugo legis premuntur, ſed le-
gem liberaliter faciunt. Quartus eorũ eſt qui omni concupiſcentia carent, & ad alteram
vitam pertinent. Sub gratia igitur ſunt qui condelectati legi ſecundum inferiorem ho-
Cõtra 2. Epiſt. Pelag. lib. 3. cap. 4.
minem, faciunt eam & ſeruiunt ei. *Quis enim tam impius* (ait Auguſtinus) *qui dicat ideo ſe le-*
gis non cuſtodire præcepta, quia eſt ipſe Chriſtianus, nec ſub lege, ſed ſub gratia conſtitutus? verum hæc
planè magna diſtantia eſt, quòd faciunt iſta ſub lege poſiti quos litera occidit, terrenam fœlicitatem vel
cupiditate adipiſcendi, vel timore amittendi, & ideò non verè faciunt. Sub gratia verò poſiti quos vi-
nificat ſpiritus, ex fide iſta faciunt quæ per dilectionem operatur, in ſpe bonorum non carnalium ſed
ſpiritualium, non terrenorum ſed cæleſtium, non temporalium ſed æternorum: præcipuè credentes in
mediatorem; per quem ſibi non dubitant & ſpiritum gratiæ ſubminiſtrari, vt benè iſta faciant &
ignoſci poſſe cum peccant. Hæc Auguſtinus.

Tertius Apoſt. locus pro diſcrimine legis & Euangelij. Rom 3.
Idem diſcrimen & alio in loco Apoſtolus tradidit, quùm poſt infirmationem legis & F
operum eius, infert atque concludit. *Excluſa eſt igitur gloriatio tua. Per quam legem? facto-*
rum? non: ſed per legem fidei. In hac enim oppoſitione, lex factorum eſt lex vetus & man-
datorum; lex fidei eſt Euangelium & ſtatus gratiæ. Ait ergo, *ex operibus legis neminem iu-*
ſtificari. Imò, (quod plus eſt) ait, *ſine operibus legis hominem iuſtificari per fidem*. & probat hoc
ipſum, quia *per legem cognitio peccati*, non victoria aut remedium peccati. *Nunc autem* (re-
De ſpir. & lit. cap. 19.
uelata fide in Chriſtum) *ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & Prophetis*, id
eſt (vt exponit Auguſtinus) *iuſtitia Dei non qua Deus iuſtus eſt, ſed quia induit hominem cum*
iuſtificat impium, olim teſtificata à Lege & Prophetis, id eſt, *cui teſtimonium perhibent Lex &*
Prophetæ (*Lex quidem hoc ipſo, quòd iubendo, & minando, & neminem iuſtificando, ſatis indicat*
dono Dei iuſtificari hominem per adiutorium Spiritus; Prophetæ autem, quia id quod prædixerunt,
Idem docet Aug. Cont. 2. Epiſt. Pelag. lib. 3 cap. 4. *Iuſtificari gratis per gratiam Chriſti quid.*
Chriſti aduentus impleuit) *nunc ſine lege manifeſtata eſt*, quia ſine adiutorio legis credenti-
bus collata eſt. *Iuſtitia enim Dei ſine lege eſt, quam Deus per Spiritum gratiæ credenti confert,*
ſine adiutorio legis, id eſt non adiutus à lege. Hoc eſt enim iuſtificari gratis per gratiam Chriſti, quia
nec per legem nec per propriã voluntatẽ iuſtificamur, non quòd ſine voluntate noſtra fiat iuſtificatio
ſed voluntas noſtra oſtenditur infirma per legem, vt ſanet gratia voluntatem, & ſanata voluntas
impleat legem; non conſtituta ſub lege, nec indigens lege, iuſto enim lex non eſt poſita, quæ tamen bona
eſt, ſi quis ea legitimè vtatur: nõ enim ex lege iuſtificatus eſt qui iam iuſtus eſt, ſed ex lege fidei (ait pro-
1. Tim. 1.
ximo cap. Auguſt.) *qua ſcilicet credidit nullo modo poſſe ſuæ infirmitati adimplenda ea quæ lex fa-*
ctorum iuberet, niſi diuina gratia ſubueniri. Ideo ſtatim infert Apoſtolus *excluſam eſſe gloriatio-*
nem

A *nem* omnem humanam *non per legem factorum*, quæ per ſolam doctrinam legis externam,
& propriam voluntatem videtur impleri, *ſed per legem fidei: per quam quiſque cognoſcit, ſi quid*
bene viuit Dei gratia ſe habere, & vt perficiatur in dilectione iuſtitiæ, ſe non aliunde conſecuturum. *Diſcrimen legis factorum, & legis fidei.*
Hæc Auguſtinus. Deinde in ſubſequenti diſputatione, aperit magis Auguſtinus diſcri-
men hoc legis factorum, & legis fidei. Ne enim quis exiſtimaret legem factorum ſic op-
poni legi fidei, quaſi lex fidei non quærat opera, vel ad legem fidei adimplendam ope-
ra non requirerentur; (quæ eſt hodiè impia noſtrorum hæreticorum opinio, aiunt enim *Schol. Vatabli.*
legem operum eſſe quæ opera præcipit, legem fidei eſſe, quæ fidem præcipit; & hoc eſſe diſcrimẽ legis
& Euangelij, ſeu fidei & gratiæ, *quòd lex requirat opera ad ſalutem, fides autem non requirat*, imò Inſtit. lib. 3. ca. 11. ſect. 13.
[(ait Caluinus) *ſi fides omnem gloriationem excludit, cum iuſtitia fidei ſociari nullo pacto iuſtitia ope-*
rum poteſt: & iterum ſect. ſeq. *Antitheſis legalis & euangelicæ iuſtitiæ hoc habet, vt per iuſtitiam le-*
gis obtineat ſalutem qui præſtitit quod lex iubet, per iuſtitiã vero fidei ſaluetur qui credidit Chriſtum
eſſe mortuum & reſurrexiſſe. Hæc ille.)] Diſputat fortiter S. Auguſtin. contra tam inſanam De Spir. & lit. cap. 13.
ſententiam, & dicit. *Lex factorum ipſa eſt, quæ dicit non cõcupiſces; quia per illam cognitio eſt pecca-*
ti, volo igitur ſcire. ſi quis mihi dicere audeat, vtrum lex fidei non dicat, non concupiſces. Si enim non
dicit quid cauſæ eſt, cur non in ea poſiti, ſecuri atq; impunè peccemus? Hoc enim & illi putauerunt Apo- Rom. 3.
ſtolum dicere, de quibus ait: & ſicut dicunt nos quidam dicere, faciamus mala vt veniant bona, quorũ
iudicium iuſtum eſt. Si autem dicit etiam ipſa lex fidei, non concupiſces, ſicut tam multa præcepta euã-
gelica & Apoſtolica teſtificari & clamare non ceſſant, quare lex factorũ etiam ipſa non dicitur. Aut
B *quare per illam excluditur gloriatio, quum & per illam fiat peccati cognitio: quandoquidem & ipſa di-*
cit, non concupiſces? Quid intereſt breuiter dicam. Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex cre- Lex operũ & lex fidei.
dendo impetrat. Illa dicit, non concupiſces. Iſta dicit, cum ſcirem quia nemo poteſt eſſe continens niſi
Deus det, & hoc ipſum erat ſapiẽtiæ (pietatis ſcilicet, & fidei in Deum) *ſcire cuius eſſet hoc donum:*
adij dominum & deprecatus ſum. Ac per hoc: lege operum dicit Deus, fac quod iubeo. Lege fidei dicitur
Deo, da quod iubes. Ideo enim iubet lex vt admoneat quid faciat fides: id eſt, vt cui iubetur ſi nondum po-
teſt, ſciat quid petat: ſi autem continuò poteſt, & obedienter facit, debet etiam ſcire quo donante poſſit.
Hæc hactenus Auguſtinus. Hoc eſt ergo verum diſcrimẽ legis operum & legis fidei, hoc
eſt legis & Euangelij, non quòd lex operum iubet facere, & lex fidei non iubet facere,
ſed credere; ſed quòd lex operum quatenus talis tantũmodo iubet ſine gratia adiuuan-
te; lex fidei iubet quóque, ſed vt lex fidei ſic iubet, vt credendo impetret quod iubetur,
gratiam ſcilicet qua lex impleatur.

Quid quòd ipſemet Apoſtolus in ſubſequentibus verbis idem, hoc diſcrimen legis &
fidei docet, quaſique Spiritu Sancto præſentium hæreſum impietati proſpiciente, quum
excludi gloriationem non per legem factorum, ſed per legem fidei, & hominem iuſtificari per fidem ſine
operibus legis dixiſſet, ſubiũgit. *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit, ſed legem ſtatuimus.* Quod Rom. 3.
ſic exponit Auguſtinus. *Lex non euacuatur per fidem ſed ſtatuitur, quia fides impetrat gratiam qua* *Quomodo fides ſtatuit legem.*
lex impleatur. Hoc eſt ergo verum legis & fidei diſcrimen, quòd lex iubet bona opera; fi-
des implet ea, ſiue impleri facit. Sic enim fides non deſtruit legem, non corrigit legem,
& legales cõminationes vel iuſſiones quaſi abolens illas, vt vult flaccus Illyricus; ſed ſta-
tuit & in vigore atque virtute legis primæua, (quæ erat dare vitam facientibus eam, *mã-* *Mãdatum quare datum.*
datum enim iuſtum & ſanctum, & ad vitam datum erat, ait Apoſtolus) conſeruat, facitque vt Rom. 7.
C finem ſuum primum conſequatur lex, quod ipſa lex efficere non potuit. Quamuis enim
bona eſſet, & aliquid operaretur ad finem ſalutis conſequendum, (oſtendit enim pecca-
tum & conuincit naturam ſuæ infirmitatis,) tamen quia ad ipſum finem perducere non
potuit (*nihil enim ad perfectum adduxit lex*) acceſſit gratia Chriſti per fidem qua lex implea- Hebr. 7.
tur. Gratiæ enim Chriſti propicium hoc opus eſt: vt ſapienter deſcribit Auguſt. in lib. de Rom. 6.
grat. & lib. arbitr. cap. 14. vnde Apoſtolus. *Gratia Dei vita æterna.* Hanc gratiam Chriſtus Rom. 5.
noui teſtamenti mediator attulit, dedit, reuelauit, effudit, *diffuſa charitate in cordibus noſtris*
per Spiritum S. qui datus eſt nobis.

Idem autem diſcrimen ex aliis adhuc Apoſtoli verbis inueſtigemus. Prorſus idem *Quartus Apoſtoli locus pro diſcrimine legis & Euangelij.* 2. Cor. 3.
diſcrimen aſſignat quùm dicit. *Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata per nos ſcripta non atramento, ſed*
ſpiritu Dei viui, non in tabulis cordis carnalibus. Hanc autem miniſtrationem ſeu miniſterium
tam potens & efficax, vt non ex ſe, ſed ex Deo eſſe Corinthij intelligerent, ſubiungit:
Sufficientia noſtra ex Deo eſt, qui idoneos nos fecit miniſtros noui Teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu.
Litera enim occidit, Spiritus autem viuificat. Hoc in verbis diſertiſſimis, ipſam legem ſeu ve-
tus Teſtamentum vocat Apoſtolus, *Legem ſcriptam atramento & in tabulis lapideis*, miniſtra-

tam à Moyſe;legem autẽ noui teſtamenti cuius ipſe miniſter erat,vocat legem ſeu(quod D
idem hoc loco denotat)epiſtolam Chriſti ſcriptam *Spiritu Dei & in corde carnali*,hoc eſt,
molli,docili,ac flexili.Vocat legem veterem *literam occidentem*:legem nouam *ſpiritum viuificantem*,móxque in ſequentibus proximè verbis, vocat legem veterem *miniſtrationem mortis*,legem nouam *miniſtrationem ſpiritus*:Deníque illam,*miniſtrationem damnationis*,hãc *miniſterium iuſtitiæ*.His autem omnibus verbis,idem prorſus diſcrimen legis & euangelij

Veteris legis promulgatio.
veteris ac noui teſtamenti docet Apoſtolus,quale antea in epiſt.ad Rom.docuerat: atq; illud quidem hoc loco paulò clarius & luculentius.Eſt enim manifeſta comparatio eum

Exod.20.
lege decalogi data in monte Sina, & ſcripta in tabulis lapideis, ipſo quinquageſimo die poſt paſcha legale: ſed terribili cum apparatu, quum cæpiſſent *audiri tonitrua, micare*

Gal.4. Act.2.
fulgura, nubes quoque denſiſsima montem operire, clangórque buccinæ vehementius perſtrepebat: totus denique mons Sinai fumabat, ſpectante populo, vt aſcenderet fumus ex eo tanquam ex for-

Act.4.
nace, deſcendente domino deſuper eum in igne. Tali cum apparatu datus eſt veteri populo decalogus, data eſt lex, & vt Apoſtolus diſertè vocat, *teſtamentum vetus in ſeruitutem generans.*Contra nouo populo die etiam poſt Paſcha: verum quinquageſimo, die Pentecoſtes,datus eſt Spiritus ſanctus non cum terribili apparatu,ſed ſuauiſſimo afflatu; *facto de cælo ſonitu*, non de montè, & *in linguis igneis* non in fumo & caligine *loquentibus* ſtatim *Apoſtolis omnium gentium linguis magnalia Dei, & verbum Dei prædicantibus cum omni fiducia*,omni terrore,& timore rerum terrenarum excuſſo. Tunc enim promulgatum eſt

De fide & operibus cap.8.
Euangelium gratiæ Dei per Ieſum Chriſtum·nõ ſolum de remiſſione peccatorum præcedente pænitentia & baptiſmo,ſed etiam de nouitate vitæ:dicente Petro: *Eripite vos de* E

Act.2.
hoc ſeculo nequam,vt legit Auguſtinus,vel vt noſtra nunc lectio habet, *Saluamini à generatione iſta praua.*

De Spir. & lit. cap.17.
Quæ ad nouitatem vitæ ineundam exhortatio erat,vt exponit Auguſtinus ibidem, quam ibi *aliis plurimis verbis teſtificatus eſt Petrus*,ait Lucas. Sed ad vtriuſque comparatio-

Veteris & nouæ legis promulgata diſcrimen.
nem redeamus.*Quem non moueat iſta mirabilis congruentia temporis*, ait Auguſtinus, in promulgatione vtriuſque legis, cum tanta tamen in modo ipſo diuerſitate coniuncta,planéque edoceat verum vtriuſque diſcrimen? *Ibi* (ait Auguſtinus hanc diuerſitatem explicans, cuius verbis quam meis vti malo) *populus accedere ad locum vbi lex dabatur, hor-*

Rom.5. & 12.
rendo terrore prohibetur.hic in eos ſuperuenit Spiritus S. qui eum promiſſum expectantes, in vnum fuerant congregati. Ibi in tabulis lapideis digitus Dei operatus eſt, hic in cordibus humanis. Ibi ergo

Lex operum & lex fidei eſt ipſa Charitas.
*lex extrinſecus poſita eſt,qua iniuſti terrerentur,hic intrinſecus data eſt qua iuſtificarentur, Charitas enim quæ eſt plenitudo legis, non in tabulis conſcripta lapideis, ſed diffuſa eſt,in cordibus noſtris, per Spiritum Sanct. qui datus eſt nobis: Cum ergo in tabulis ſcribuntur opera charitatis,lex eſt operum, & litera occidens præuaricatorem.Cum autem ipſa charitas diffunditur in corde credentium, lex eſt fidei & ſpiritus viuificans dilectorem.Hoc oſtendit Apoſtolus quum dicit: Epiſtola eſtis Chriſti ſcripta, non atramento, ſed ſpiritu Dei viui non tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Prorſus oſtendit quia illud extra hominem ſcribitur, vt eum forinſecus terrificet, hoc in ipſo homine vt eum intrinſecus iuſtificet.*Hæc ibi Auguſt. Clarum ergo eſt ex his verbis legis & Euangelij diſcrimen,non quale hæretici hodiè excogitarunt,quòd lex damnat conſcientiam, præcipit opera,iubet facere; euangelium antem liberet conſcientiam, promittens gratui- F
tam omnium peccatorum remiſſionem, non requirit opera ad iuſtitiam, ſed tantum iubet credere in Chriſtum,vt ſic ſola fides iuſtificet;ſed quale iuxta Apoſtolum Auguſtinus docuit,& tam antè quam poſt Auguſtinum Eccleſia ſemper tenuit, quòd lex eſt doctrina tantum extrinſeca inſonans auribus, docens quid fieri debeat, forinſecus terrens propter comminationes præuaricatoribus adiunctas, & per occaſionem cor-

Lex quid.
ruptæ naturæ hominum lex mortis & miniſtratio mortis; euangelium vero ſeu lex fidei eſt operatio interna ſpiritus ſancti, eſt inſcriptio legis & voluntatis Dei in corde ipſo, eſt ſpiritus internè viuificans.Denique eſt ipſa charitas quæ facit impleri legem: ideóque adeo non deſtruit legem,aut excludit opera à negotio ſalutis & iuſtificationis, vt prorſus ſit illa diuina vis & digitus Dei in nobis, quo implemus ipſam legem, quo facimus opera ſalutaria, quo deníque id facimus quod lex iubet.Quam Euangelij,vim propriam aſſecutus magnus ille Baſilius;*Si quis* (inquit) *definiens dicat Euangelium eſſe formam vitæ, quæ eſt ex reſurrectione* (ſcilicet à peccato) *mihi nequaquam videretur à vero aberrare.*Hæc ille in lib. de Spiritu Sancto cap.15.

Et vt iſta explicatio ex ipſis Apoſtoli verbis,& optimo eius interprete,D.Auguſtino

deſumpta,

A deſumpta, magis adhuc irrefragabilis fiat, planéque Inuicta demonſtratio, recolat mecũ hoc loco Chriſtianus quiſque lector, quæ ſit propriè gratia noui teſtamenti, id eſt Euangelij, qua vna à veteri teſtamento & lege diſterminatur. Nõne diſſertiſſimis verbis Propheta Ieremias, tanto ante tempore illam prædixit, & poſt eum Apoſtolus in epiſto. ad Hebræos diligenter repetit? Dicit Ieremias: *Ecce dies venient dicit dominus, & feriam domui Iuda fœdus nouum. Non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti.* Hoc pactum erat decalogus ipſe, populo tũc temporis datus, eo modo & forma quo dictum eſt. Sed non ſecundum hoc pactum, nec tali modo ſe poſtea acturum cum vera domo Iuda, dicit Deus. Quare? *Quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamẽto meo, & ego neglexi eos*; vt legit Auguſtinus: vel vt noſtra lectio habet, *quia pactum meum irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorum. Vitio nempe eorum deputat* (ait Auguſtinus) *quòd in teſtamento Dei non permanſerunt, ne lex quam tunc acceperunt culpanda videatur. Ipſa eſt enim quam non venit Chriſtus ſoluere ſed implere.* Promittit ergo fœdus nouum ſeu teſtamentum nouum, manifeſtè oſtendens, quia illud aliud erat vetus teſtamẽtum. *Dicitur autem vetus teſtamentum* (ait Auguſtinus,) *propter veterꝭ hominꝭ noxam, quæ per literã iubentem & minantem minimè ſanabatur. Hoc autem dicitur teſtamentum nouum, propter nouitatẽ ſpiritus, quæ hominem nouum ſanat à vitio vetuſtatis.* Subiungit ergo propheta & diſcribit, quale ſit hoc teſtamentum, ſeu fædus, ſeu pactum nouum. *Hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos dicit dominus. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum*
B *ſcribam eas. Ecce* (ait Auguſtinus) *hoc eſt quod Apoſtolus dixit. Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis, non atramento ſed ſpiritu Dei viui. Nec ob aliud arbitror in eo loco Apoſtolum voluiſſe commemorare teſtamentum nouum, (quum diceret, fecit nos miniſtros noui teſtamenti;) niſi quia iſtam nominatim intuebatur Prophetiam, vbi nominatim promiſſum eſt teſtamentum nouũ. Quid ſunt ergo leges Dei ab ipſo Deo ſcriptæ in cordibus, niſi ipſa præſentia Spiritus Sancti, qui eſt digitus Dei, quo præſente diffunditur charitas in cordibus noſtris, quæ plenitudo legis eſt, & præcepti finis?* Hæc Auguſtinus.

Diſcrimen legis & Euãgelij ex Propheta Ieremiæ cap 31. Heb.8.
De Spir. & lit. cap.19.
Vetus teſtamentum & nouum vnde dicta.
Vbi ſuprà ca. 20.
Ibidem.
Cap.21.
Lex ſcripta in cordibus eſt præſentia Spiritus Sanctus.

Nouum ergo teſtamentum, lex noua, Euangelium ipſum, non eſt nuda promiſſio gratuitæ remiſſionis peccatorum (imò *ipſa promiſſio*, ait Auguſtinus, *eſt Dei beneficium, quo ipſa lex impletur, ſine qua promiſſione præuaricatores facit*) non eſt talis lex fidei quæ iubet tantum credere, & non requirit opera ad iuſtitiam, (vt ſceleratè docent hodiè hæretici) ſed eſt lex gratiæ, eſt virtus & adiutorium Spiritus Sancti, eſt ipſa lex operum & voluntas præcipientis Dei ſcripta in cordibus; id eſt ſic cordi inſpirata, vt facilè & hilariter præceptis legis obſequatur, ambulãdo ſecundum ſpiritum in nouitate vitæ. Deníque hoc nouum teſtamentum eſt perfectio veteris, vt ex verbo illo, *conſummabo*, quo hic vtitur propheta, rectè notauit Lactãtius, perfectio autem eſt tam reſpectu gratiæ qua lex mandatorũ impletur, quam reſpectu veritatis, quã vmbræ & figuræ veteres diſſipatæ ſunt; vt accuratè docet Auguſtinus contra fauſtum manichæum. Ergo horum temporum hæretici, Euangelium Saluatoris noſtri Dei euertunt, Euangelij propriam & præcipuam virtutẽ deſtruunt, euangelio & nouo teſtamento, propriam ſuam efficaciam detrahunt, quæ eſt
C ita corda credentium imbuere, excitare, accendere, vt legem & mandata Dei olim ad terrorem propoſita extrinſecus, nunc cum amore & dilectione accepta intrinſecus, verè cuſtodiat, obſeruet, impleat. Et tamen totius Euangelicæ virtutis & efficaciæ nefarij deſertores, propriè hodiè volunt *Euangelici* vocari. Sed ad rem redeamus.

Lib. eodem cap.19.
De vera ſapientia cap.20.
Lib.17. cap.6.
Magiſtri hodie Euãgelici euangeliũ deſtruunt.

Propter hanc rationem noui fæderis Dei cum nouo populo, non vt à legis vinculo liber ſit, ſed vt legis obedientiam libertimè præſtet, ſcripta lege in cordibus credentiũ, non quam ſcirent tantum, vt olim, ſed quam ex corde & animo implerent, vocatur ab Apoſtolo *teſtamentum melius & in melioribus repromiſſionibus ſancitum*; eo ſanè in loco, quo hanc ipſam prophetiam Ieremiæ prolixè repetit. Sed qua ratione hoc illo melius ſit, veramque vtriuſque differentiam & poſterioris excellentiam, ampliſſimis verbis in eadẽ epiſtola, hunc in modum deſcribit. *Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei, &c. Non enim acceſſiſtis ad tractabilem montem & accenſibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum, & vocem verborum, quã qui audiuerunt, excuſauerunt ſe ne eis fieret verbum, non enim portabant quod dicebatur: & ipſe Moyſes dixit, exterritus ſum & tremebundus. Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cæleſtem, &c. ad teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel. Videte ne recuſetis loquentẽ,* & paulò pòſt. *Itáque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam per quam ſeruiamus placentes Deo, cum metu*

Hebr.8.
Hebr.12.
Exod.19. & 20.

& reuerentia. Etenim Deus noſter ignu conſumens eſt. Hæc ibi Apoſtolus, deſcribens ſtatum D
Euangelij,& noui Teſtamenti,eſſe non terrentem foris legem, ſed gratiam Dei intus
operantem, qua ſeruiamus illi. Hæc ergo eſt vera differentia, hoc verum diſcrimen le-
gis & Euangelij, ex variis Apoſtoli verbis luculenter collectum & demonſtratum.

An veteres iuſti habuerint Euãgely gratiam. Sed ex hac explicatione ſuboriri poteſt quæſtio non leuis. Si legis & Euangelij hoc
diſcrimen eſt, quòd lex eſt doctrina tantum operum foris ſonans, & terrens audito-
2.Cor.3. rem, ac deníque *Litera occidens & miniſtratio mortu per occaſionem*; Euangelium autem
Rom.7. eſt lex operum *ſcripta in corde*, eſt ſpiritus viuificans,eſt *digitus Dei ſcribens Legem* non in li-
Ierem.31. teris, ſed *in mentibus credentium*, vt ſic Euangelium impleat legem, & *fides ſtatuat legem* nõ
Rom.3. Rom.7. deſtruat; atq; ita *mandatum ſanctum & bonum quod erat ad vitam*, non ſit amplius ad mor-
tem, ſed verè ad vitam; quæritur an nulli fuerint ante Chriſti aduentum in veteri Te-
ſtamento iuſti & ſancti viri, & ſalutem ac vitam æternam conſecuti? aut ſi fuerunt tales,
quomodo in lege ſaluari potuerint, nondum accepto Spiritn Sancto, nec Euangelij
gratia? Hanc dubitationem,(propter doctrinam Anguſtini ſuperius memoratam,)mo-
uerunt ipſi olim Pelagiani,& S.Auguſtino impoſuerunt,hoc eum docuiſſe; *Spiritum ſan-*
Cõtra 2.Epiſt. Pelag.lib.3 ca. 4 in principio cap. *ctum adiutorem virtutu in veteri Teſtamẽto non fuiſſe.* Sic enim hoc diſcrimen legis & Euan-
gelij hac ex parte præpoſterè intellexerunt, vt conſequi exiſtimarent, vel antiquos iu-
ſtos nullos fuiſſe, (quòd nimis eſt abſurdum dicere) vel ſine adiutorio Spiritus ſancti,
& gratiæ Chriſti, ſaluos illos fuiſſe. Sed vt aliis multis in locis docuerat contra Mani- E
chæos veteribus non defuiſſe gratiam Spiritus ſancti, ad meritorum gratiam, vt contra
aduerſariũ Legis & Prophetarũ lib.2.ca.3.&in quęſtionibus veteris& noui Teſtamenti.
q.123.ſic etiã hoc in loco Pelagianis reſpondet,diſcrimen hoc legis & Euangelij,veteris
Veteris & noui Teſtamenti diuerſitas quæ. Ibidem, circa medium cap. & noui Teſtamenti,non accipi à diuerſa vtriuſq; inſtitutione,ſed à diuerſa vtriuſque re-
uelatione. *In his*, inquit, *nominibus veteris & noui Teſtamenti reuelationes eorum conſideran-*
tur, non inſtitutiones: Imò quùm noui Teſtamenti filij, ſint filij promiſſionis non legis,fi-
lij liberæ non ancillæ, profectò quòd ad noui Teſtamenti inſtitutionem attinet, quæ
Gen. 22. 21. & 18. facta fuit Abrahæ, dicente Deo: *In ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes*; & rurſum; *In Iſaac*
Gal 4. *vocabitur tibi ſemen*, quia ille *filius promiſſionu erat* (promiſſus Abrahæ antequam concipe-
Vbi ſuprà. tetur à Sara) illa tanto tempore præceſſit legem, quanto ipſe Abraham Moyſen. *Reuela-*
tio autem veteris Teſtamenti per Moyſen facta eſt (ait Auguſtinus,) *per quem data eſt lex ſancta,*
& iuſta, & bona, per quam fieret non abolitio, ſed cognitio peccati, qua conuincerentur ſuperbi ſuam
iuſtitiam volentes conſtituere, quaſi diuino adiutorio non egentes, & rei facti literæ confugerent ad
Veteris & noui teſtamenti reuelatio diuerſa. *gratiæ Spiritum, non ſua iuſtitia iuſtificandi, ſed Dei, hoc eſt quæ illis eſſet ex Deo. Erat autem occulta*
iſta lex ab initio, cum homines iniquos natura ipſa conuinceret, aliis facientes quod ſibi ipſis fieri no-
luiſſent. Reuelatio autem noui Teſtamenti in Chriſto facta eſt, cum eſt manifeſtatus in carne, in quo
apparuit iuſtitia Dei, id eſt, quæ hominibus ex Deo eſt. Sic enim ait Apoſtolus. Nunc autem ſine lege
Rom.3. *iuſtitia Dei manifeſtata eſt. Ecce qua cauſa illud dicitur vetus Teſtamentum, quia priore; hoc autem*
nouum, quia poſteriore tempore reuelatum eſt. Hæc ibi Auguſtinus. Secundum ergo reuela- F
tionem, & propalationem diuerſam, lex & litera eſt vetus Teſtamentum; Euangelium,
& gratia eſt nouum Teſtamentum. Sed quod ad vtriuſque (legis ſcilicet & Euangelij,
literæ & Spiritus, Teſtamenti veteris & noui, operum & fidei, legis mortis, & legis ſpi-
ritus vitæ, deníque legis ſcriptæ & gratiæ) ipſam exiſtentiam attinet, tam ante Chriſti
Veteris & noui teſtamenti filij non temporum ſed morum diuerſitatẽ notãt. aduentum quam poſt vtrumque erat. Veteres iuſti non ſolum ex prophetis ſed etiam
ex populo, vt notat Auguſtinus enarrat. in Pſal.77. erant noui Teſtamenti filij, & pec-
catores hodiè impij Chriſtiani omnes ſunt filij veteris Teſtamenti, & filij ancillæ non
liberæ; Atque ita non temporum, ſed morum diuerſitate notant veteris & noui Teſta-
menti filij. Sed veteres iuſti ſic erant filij noui Teſtamenti, vt tamen ſacramenta geſta-
rent veteris Teſtamẽti, in quibus velabatur & figurabatur nouum. Sic enim totus eorũ
cultus, (quo etiam vetè & piè Deum colebant,) figuratiuus & prænunciatiuus erat fu-
turæ non ſolum veritatis ſed etiam gratiæ per Chriſtum. Sic promiſſa illis data terte-
na erant, ſed quæ *in illis ſecretu myſteriis occultabant tanquam in radice* (ait Auguſt. enarrat.
in Pſal.72.) & figurabant promiſſa cæleſtia, apertis verbis nouo populo data. Sic deni-
que lex ipſa mandatorum forinſecus tantum data eſt toti populo, ſeu toti cõgregationi
& Eccleſiæ illius temporis, abſque expreſſa & reuelata Spiritus S. operatione & gratia
per quam lex impleretur. Nihilominus tamen, quemadmodum iuſti illorũ temporum,
totum illum cultum figuratiuum intelligendo, non ſeruiliter, ſed liberè & ſpiritualiter
illum

A illum cultum exercebant, vt docet variis in locis Auguſtinus; & quemadmodum non De doctrin.
propter promiſſa terrena ſeruiliter legem ſeruabant, ſed ſub illis terrenis cæleſtia figu- Chriſt lib. 3. c.
rari intelligebant (vt docet Auguſt. in Pſal. 72. & expectabant etiã (quod de Abraham, 6. & ſeq. Contra Fauſtũ lib.
qui etiam promiſſiones terrenas acceperat notat Apoſtolus, *quòd expectabat fundamenta* 19. c. 13. & ſeq.
habentem ciuitatem cuius artifex & conditor Deus, idémque de aliis iuſtis commemorat,) ſic, Hebr. 11.
planè iuſti & ſpirituales illius temporis, ſic legem mandatorum foris datam accep erũt
vt etiam intelligerent fidem Chriſti, & gratiam Spiritus, fuiſſe etiam tunc illis neceſſa-
riam, ad legem implendam & obſeruandam, ſine cuius obſeruatione ſalui eſſe non po-
terant; ſed *mandatum quod erat ad vitam* fiebat illis ad mortem. Ideóque ex fide Chriſti Aug. de nupt.
viuebant veteres iuſti & per illam fidem *occultam quidem adhuc munere tamen pietatis intelle-* & concupiſ. lib. 2. cap. 11.
ctam, ait Auguſtinus, gratiam Spiritûs S. qua lex impleretur, implorabant & impetra- & cõtra Fauſtum lib. 19.
bant. Talis erat vox Dauidis. *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in vi-* cap. 14.
ſceribus meis. Et iterum. *poſuit ſupra petram* (id eſt ſuper Chriſtum) *pedes meos, & direxit greſ-* Pſal. 50.
ſus meos, id eſt, opera mea, *& immiſit in os meum canticum nouum*: canticũ lætitiæ & exul- Pſal. 39.
tationis, quam facit dilectio diffuſa in cordibus noſtris. Denique *canticum Domini* ſeu Pſal. 95.
Meſſiæ *quod cantat illi omnis terra*, id eſt Eccleſia Catholica. *Sub veteri Teſtamento* (ait Au- Cõtra 2. epiſt.
guſtinus,) *quia in eo præfigurabatur nouum, qui hoc intelligebant tunc homines Dei ſecundum di-* Pelag. lib. 3. cap. 4.
ſtributionem temporum, veteris quidem Teſtamenti diſpenſatores & geſtatores, ſed noui demonſtran-
tur hæredes. Et rurſum alibi. *Gratia Chriſti liberans nos à corpore mortis huius, & à lege peccati, in*
Teſtamento veteri latitabat velata, quæ in Chriſti Euangelio reuelata eſt, diſpenſatione temporum or- De Spir. & lit. cap. 15.
dinatiſſima, ſicut Deus nouit cuncta diſponere. Antiquos autem iuſtos ex eadem fide qua nos,
B & operante atque legem ſeruante, ſicut noſtra eſſe debet, ſaluatos fuiſſe his verbis do-
cet. *Huius generis*, videlicet, *ſub gratia poſiti quos viuificat ſpiritus, & qui faciunt præcepta legis* Cõtra 2. epiſt.
ex fide quæ per dilectionem operatur, in ſpe bonorum non carnalium, ſed ſpiritualium, præcipuè cre- Pelag. lib. 3. cap. 4.
dentes in mediatorem per quem non dubitant & ſpiritum gratiæ dari, vt benè iſta faciant, & ignoſci
poſſe cum peccant, qui omnes pertinent ad Teſtamentum nouum, ſuntq́ue filij promiſſionis & regene-
rati à Deo Patre, & libera matre. (hoc enim totum promiſerat) *fuerunt antiqui iuſti omnes, &*
ipſe Moyſes Teſtamenti miniſter veteris, hæres noui; quia ex fide qua nos viuimus vna eadémque vi-
xerunt, &c. Hæc Auguſt. Hoc deníque apertis verbis Scriptura Euangelica docet. *Per*
gratiam Chriſti (ait Petrus) *Credimus ſaluari quemadmodum & illi.* Act. 15. *Omnes eandem eſcam*
ſpiritualem manducauerunt, & eundem potum ſpiritualem biberunt de conſequẽti eos petra, quæ erat
Chriſtus. 1. Cor. 10. Poſtremò hoc eſt quod dicitur Act. 4. *Non eſt aliud nomen datum ſub*
cœlo hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri: ſicuti luculenter explicat Auguſtin. epiſt. 157.
Hæc autem omnia eò pertinent, vt oſtendamus noui & veteris Teſtamenti, ſeu legis
& Euangelij diſcrimen, etſi in eo ſit poſitum, quòd lex & vetus Teſtamentum ſignificat
legem forinſecus tantum in tabulis lapideis ſcriptam, per quam fit cognitio peccati
non abolitio, ſub quo qui viuũnt aut non ſeruant legem, aut carnaliter & ſeruiliter ſer-
uant, ideóque eſt illis *Litera occidens, lex mortis & miniſtratio damnationis*; Euangelium au- 2. Cor. 3.
tem, & vetus Teſtamentum ſignificat eandem legem mandatotum Dei, ſcriptam in Rom. 7.
cordibus per Spititum Dei viuificantem, & adiutorium gratiæ impartientem, qua lex
C impleatur, & impleta iuſtificet; tamen hoc totum intelligendum eſſe non de ipſa vel in-
ſtitutione vel exiſtentia vtriuſque, ſed tantum de reuelatione & manifeſtatione vtriuſ-
que, vel vt aliis verbis dicit D. Th. *De principalitate vtriuſque.* Lex enim vetus, principali- 1. 2. q. 106. art.
ter & iuxta ſtatum illius temporis, terrebat magis quam ſanabat, ſacramenta habuit 1. & q. 107. art.
promiſſa terrena. Contra, lex noua principaliter, & vt talis ſanat interiorem hôminem 1. ad 2. & 3.
impartiendo gratiam Spiritus ſancti. Lex enim & vetus Teſtamentum per Moyſen re-
uelatum & promulgatum eſt: Euangelium & nouum Teſtamentum, id eſt gratia viuifi-
cans, & *iuſtitia Dei per fidem*, id eſt iuſtitia *quam dat homini Deus vt ſit iuſtus*, ait Auguſt. & Rom. 3.
quia Deus credentes induit, in Chriſto Ieſu reuelata, manifeſtata, & abundè diffuſa Tract. 26. in
eſt. Ioan.

Opus autem erat iſta diſtincta reuelatione vtriuſque, ídque *diſpoſitione temporum ordi-* De Spir. & lit.
natiſſima (ait Auguſt.) quamuis quoad exiſtentiam, connexa omni ſemper tempore & cap. 15.
coniuncta currerent & currant, lex & gratia: vetus & nouus homo, ciuitas diaboli & Rom. 2.
ciuitas Dei; Nam & ante legem erat *lex ſcripta in cordibus naturaliter*; & tam ante legem
quam pòſt, fides mediatoris erat cum gratia S. Spiritus:) quia quùm poſt peccatum pri- *Cauſa diuerſæ*
mi parentis duobus modis genus humanum ſuperbiret; de ſcientia ex parte intellectus, *Reuelationis veteris & noui Teſtamenti,*

Tho.1.2.q.98. art.6. Rom.1. Rom 10. Status legis naturæ. Rom.7. Cauſa datæ legis Contra Fauſtum lib. 16.c.19. Rom.3. Gal.4. Rom.5. De Catechiſan. rudib. cap.4. Rom.3. Tit.3.

quòd putaret ſe ſolo rationis ſuæ iudicio poſſe ad beatitudinem pertingere; quo morbo laborabant omnes philoſophi & gentiles (*dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt & euanuerunt in cogitationibus ſuis*) de potentia ex parte voluntatis, quaſi ſaltem cognita lege ſolo ſuo arbitrio poſſet eam perficere, (qui erat proprius morbus carnalium Iudæorum, qui *ignorantes Dei iuſtitiam & ſuam volentes conſtituere, legi Dei non ſunt ſubiecti*, quem morbum Pelagius reſuſcitare voluit ad priorem ſuperbiæ modum conuincendum, promiſſus eſt homo regimini ſuæ rationis, in ſola lege naturæ, in qua ad craſſiſſimam tandem idololatriam prolapſus, ipſaque propemodum conſcientia peccati carens, experimento didicit, quòd eſſet lex neceſſaria; clamante Apoſtolo in perſona talium, *Ergo viuebant ſine lege aliquando. Sine lege enim peccatum mortuum erat*, id eſt latebat. Propterea addit, *Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret Non concupiſces.* Data eſt igitur lex, *per quam eſſet cognitio peccati*, peculio Dei. Sed vt ſuæ quóque impotentiæ & infirmitatis conuinceretur, forinſecus tantũ illa data eſt, non intrinſecus: *data enim eſt ad conuincendum peccatorem non ad ſanandum*, ait Auguſtinus, donec ſatis etiam de hoc morbo conuicto homine, *vt omne os obſtrueretur, & ſubditus fieret omnis mundus* Deo; venit perfectus medicus humani generis, *in plenitudine temporis*: id eſt, completa iam experientia corruptæ hominum naturæ ex vtraque animæ ſuæ parte *vbi enim abundauit delictum, abundauit & gratia.* Quod innuere volens Auguſt. dixit, *In nouo Teſtamento eſt manifeſtatio veteris.* Quare per abundantiam delicti homine ſufficienter conuicto, ſtatum gratiæ erexit Deus, *iuſtitiam Dei ex fide manifeſtauit*, & ipſam *gratiam abunde effudit* qua edoctus iam in lege homo (nam & propterea pars catechiſmi & inſtitutionis Chriſtianus decalogus eſt) ipſam legem impleret. D E

Abundantia gratiæ propter reuelationem noui teſtamenti. Vbi ſuprà. Tract. 15. in Ioan. & de Trinit. lib. 15. cap.26. Auguſt. cont. Fauſtum lib. 19 ca.31 Hieron. lib.3. contra Pelagianos. Chryſoſt. in Ioan homil.13. Actor.2. Rom.5. Tit.3.

Hæc enim effuſionis abundantia etiam ad reuelationem gratiæ mediatoris & ad ſtatum Euangelij ſpectat. Quemadmodum enim in veteribus ſacramentis, in promiſſis, in lege, velata, occultata, præfigurata erat hæc gratia; (*In veteri enim Teſtamento eſt occultatio noui*, ait Auguſtinus) ſic in nouis ac noſtris ſacramentis, in promiſſis Euangelicis, in promulgatione legis gratiæ, propalata, manifeſtata, & exhibita erat eadem gratia: ipſo mediatore iam in carne poſito & manifeſtato, eius ſanguine ſacratiſſimo effuſo, qui vim ſacramentis nouis daret (*ex latere enim eius fluxerunt ſacramenta noſtra*, ait Auguſtinus) eius cæleſti doctrina Euangelizata, in qua non ſolum remiſſionis peccatorum, ſed venturi paracleti ſeu Spiritus ſancti, & ipſius regni cælorum, apertę clarę, frequentes, & iteratæ promiſſiones exiſtunt. Quas regni cælorum apertas promiſſiones Euangelio proprias eſſe SS. Patres notarunt. Nunc igitur quum *effuſus ſit in Eccleſiam Spiritus S.* iuxta Ioëlis Prophetiam, primo ipſo die quo cæpit in Chriſti nomine congregari Eccleſia, & fieri conuerſio Iudæorum primò, poſteáque omnium gentium, ad Chriſti crucifixi nomen ac fidem amplectendam; quum *abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ per Chriſtum & in Chriſto accepimus* quum *per lauachrum regenerationis renouati ſumus renouatione Spiritus S. quem effudit in nos Deus abunde*; verè reuelata, & exuberanter manifeſtata, effuſa, communicata eſt hæc gratia mediatoris, alio & excellentiori modo, quam ſub velamine veteris Teſtamenti. F

Tho. 1. 2. q. 106, art.3. Eſaiæ 59. Epheſ 2. Coloſſ. 2. Ioan. 7. Rom.8.

Non potuit autem hæc abundantia, & effuſio gratiæ, fieri ante mortem mediatoris, quia impedimentum peccati quod *diuiſit inter Deum & nos*, non fuit adhuc ſublatum, per redemptionem in Chriſto, nec *interfectæ inimicitiæ*, nec *deletum chyrographum quod aduerſum nos erat*. Hanc cauſam aſignat Ioannes. *Nondum erat Spiritus datus quia Ieſus nondum erat glorificatus.* Expreſſit quoque Apoſtolus, quum diceret, *de peccato damnauit peccatum in carne*, id eſt ſuſtulit per mortem carnis ſuæ, *vt iuſtificatio legis impleretur*, id eſt abũdè compleretur, in nobis ambulantibus ſecundum ſpiritum, &c. Clarius autem ad Hebr. 9. hoc expreſsit his verbis. *Ideò noui Teſtamenti mediator eſt, emundans conſcientiam noſtrã ab operibus mortuis, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum quæ erant ſub priori teſtamento*, (id eſt quæ veteri homini & veteris Teſtamenti filiis ſolent ineſſe) *repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.*

In hoc ergo eſt rotum diſcrimen, (vt vno verbo abſoluam) legis atq; Euangelij, quòd lex ſtatum denotat veteris populi, & reuelationem veteris tantum fœderis ac Teſtamenti, vbi omnia in quantum legalia erant, non tantum ſacramenta, ſed & mandata ipſa decalogi, externa tantum erant velamina, vmbracula, & quædam pædagogia ad futuram tum veritatem, tum gratiam per Chriſtum; ita vt ipſa lex, quatenus talis, vel aliquid

A quid legale quatenus tale, ad ſalutem non potuerit valere quicquam, niſi ex adiuncto fidei, & medianre fide mediatoris: quæ tunc quidem iuſtis non deerat; apertis tamen iudicijs, manifeſtis ſignis ac ſacramentis, claris & proprijs promiſſis, nondum manifeſtata erat. Euangelium vero ſtatum denotat noui populi, & reuelationem ipſius noui teſtamenti, ipſius videlicet gratiæ, ſeu legis ſcriptæ in cordibus, ſeu præſentiæ Spiritus ſancti, per fidem id eſt credentibus in Chriſtũ impartiendæ; vt quod lex mandatorum præcepit tantum & docuit, ipſa impleret. In quo etiam ſtatu ipſa ſacramenta, & ipſa promiſſa Euangelica, eandem gratiam Chriſti iuſtificantem, id eſt non ſolum ignoſcentem peccata, ſed etiam intus renouantem, expreſsè continerent, ſignificarent, conferrent.

Plenum diſcrimen legis & Euangelij.

Quibus omnibus ita explicatis, manifeſta eſt Illyrici, Caluini, & aliorum hodiè Proteſtantum impietas, qui legis nomine, obedientiam mandatorum, & iuſtitiam operum, Euangelij autem nomine legem fidei, hoc eſt tantum credere gratuitis promiſſionibus, intelligi volunt; quaſi nunc ab omni legis obedientia liberi quoad negotium & cauſam iuſtificationis, ſola fide, id eſt ſolo actu crededi, promiſſioni gratuitæ de remiſſione peccatorum, iuſtificaremur: & quaſi Euangelium eſſet *contrarium legi*, (ſic enim ſcribit Illyricus) *planè corrigens illam & contradicens ei. Dicente enim lege qui fecerit eam viuet in ea: occurrit Euangelium* (ait Illyricus) *& contra excipit Proteſtatúrque dicens. vera quidem dicit lex ſalua tamen mea correctione & exceptione. Nam ſi mala opera gratu cõdonata fuerint nemo propter ea damnabitur; contrà de bonis licet ea ſunt indicia & notæ ſaluandorum, nemo tamen propriè propter illa, ſed propter Chriſtũ tantũ ſaluabitur.* Hęc impurus ille. Sed tota hæc prophana & phanatica nouitas, ex diſcrimine legis & Euangelij ex Apoſt. verbis & S. Auguſtino ſuperius explicata validiſſimè confutatur. Oſtendit enim prædicta explicatio, quòd Euangelium non corrigit legem ſed implet illam: non excipit contra illam quaſi iam non obligaret, aut ad ſalutem nihil faceret, ſed requirit illam, perficit illam, & vt ſit ſalutifera eius obſeruatio, per gratiam ſibi propriam efficit. Denique oſtendit, quòd non eſt legi contrarium Euangeliũ nec in præceptis, nec in vlla doctrina magis quam Chriſtus Moyſi, vt impius voluit Manichæus contra quem lege Auguſtinum contra Fauſtum lib. 9. cap. 16. 18. & 26.

B (marginal letter at "nabitur")

Proteſtantum ſententia de diſcrimine legis & Euãgelij explodetur.

In Claue Scrip. par. 2. tit. de varia prædicat operum.

(vtriuſque enim legis & Euãgelij vnus eſt finis, hominẽ ſubijcere Deo, vt ſic perueniat ad Deum; itémque vnus eſt Author: *vnus enim Deus eſt qui iuſtificat circuncisionem ex fide & præputium per fidem*) Sed quod lex infirma per ſe quum eſſet, meráq; pædagogia ad Chriſtum ducens, fit iam per Chriſti gratiam, & *Spiritum quem miſit in corda noſtra*, per legem ſcriptam in cordibus, quæ eſt propriè nouum Teſtamentum ſeu Euangelium, firma, valida, ſalutaris, & efficax ad ſalutem. Hoc eſt, perficitur & impletur vt non ſit amplius *lex mortis & miniſtratio damnationis per occaſionem*, non conuincat non damnet amplius, non denique per terrorem impetioſè exigat ſed ſit (ad quod primitus inſtituta erat) *mãdatum ad vitam, ſanctum, bonum, cuius factores iuſtificantur.*

Th. 1. 2. q. 107. art. 1.
Rom. 3.
Gal. 4.
Rom. 7. & 2. Cor. 3.
Rom. 7. & 2.
Lex nõ damnat ſed iuſtificat pios.

Denique nõ amiſſo (vt blaſphemat Illyricus) ſed retẽto ſemper vero ac natiuo fine iuſtificandi eos qui cuſtodiunt eam, quod etiam contra Illyricũ docet ipſe Caluinus Inſtit. lib. 2. cap. 7. ſect. 13. Filios quidem noui Teſtamenti non damnat, aut iræ Dei obnoxios demonſtrat, nec etiam eorum corruptam naturam accuſat, vt cogat eos ad Chriſtũ

C confugere, (iam enim cum Chriſto vnum ſunt) ſed iuſtificat, (*beatus enim erit*, vnuſquiſq; *in facto ſuo*; *& in ipſis viuificaſti me*, ait Dauid de iuſtificationibus & mandatis Dei) ad ſalutem perducit (*bonis enim operibus apprehendi vitam æternam* docet Apoſtolus) & ab ira Dei liberatos eſſe docet: (*ira enim & indignatio Dei omni operanti malum, gloria autem, honor, & pax omni operanti bonum.*) Denique cum Chriſto iam coniunctos, non amplius terret, vel imperioſè exigit ſed delectat. *Condelectatur enim legi Dei, ſecundum interiorem hominem*, omnis filius noui Teſtamenti Iuſto enim non eſt lex poſita, ſed ſibimet ipſe lex eſt. Quare nihil horum facit lex in hoc ſtatu gratiæ filiis gratiæ, vt impius Illyricus docet. Sed filiis ſanè veteris Teſtamenti, etiam tempore præſentis gratiæ exiſtentibus, & *formam quidem pietatis habentibus virtutem autem eius abnegantibus*, hoc totum facit lex, ſicuti olim in ſtatu & reuelatione veteris Teſtamenti fecit.

Iacob. 2.
Pſal. 118.
1. Timo. 6.
Rom. 2.
Rom. 7.
1. Timo. 1.
2. Timo. 3.

Poſtremò, lex eſt *ſanctum mandatum & ad vitam*, Id eſt ad ſalutem & iuſtitiam datum omnibus noui Teſtamẽti filiis, ſiue nũc, ſiue olim ante Chriſtũ exiſtentibus, qui nec tũc fuerunt, nec nunc ſunt ſub lege, id eſt ſub iugo legis ſeruiliter & carnaliter ſeruientes, ſed ſub gratia facientes ea quæ ſunt legis per gratiam; nec permittentes ſibi domina-

Rom. 7.
Lege hac de re Auguſt. Enchiridio cap. 118 & ſeq. de pecc.

Orig. lib. 2. cap. 26. de catechiſandis rudib. cap. 4. Super epiſt. ad Rom. & ad Gal. cap. 6. Hebr. 6. 2. Petr. 2.

Impietas Proteſtantum.

ri peccatum, ſed potiùs dominantes illi: filiis autem veteris teſtamenti, id eſt ſecundum D veterem hominem viuentibus, carnalibus, & impiis, lex eſt hodiè vt olim fuit, *lex mortis, & miniſtratio damnationis, & litera occidens per occaſionem*, & vitio vetuſtatis ipſorum qui renouari in Chriſto nolunt, vel ſemel *renouati & illuminati iterum prolapſi ſunt, redeuntes quaſi canes ad vomitum, aut ſus ad volutabrum.* Hoc in luto peccati, & volutabro carnis, vt hæreant audacter horum temporum ſectarij, finxerunt legem mandatorum vel eſſe omnino, & per omnia, & omnibus legem mortis, & literam occidentem prorſuſq; ad ſalutem nec neceſſariam, nec vtilem; vel doctrinæ tantum & exhortationis locum habere, non autem quemquam amplius obligare, vtpotè quæ obſeruari à quoquam non poſſit: euangelium autem eſſe meram remiſſionem peccatorum gratuitam; cum imputatione iuſtitiæ Chriſti quùm non minus propriè, & principaliter ſit renouatio interna, & noua creatura per ſpiritũ gratiæ, & legem Dei ſcriptam in cordibus: quam tamen illi ad iuſtitiam coram Deo & cauſam ſalutis nihil prorſus pertinere ſimili impietate docuerint. Quam fœdam & teterrimã nouitatẽ, doctrinæq; Euangelicæ ex diametro cõtrariam, vt nõnihil aperirem, & refutarem, in hoc diſcrimine legis & Euangelij explicando, paulò prolixius & operoſius immoratus fui.

Quo ſenſu bona opera ſequantur iuſtificatum, non præcedant iuſtificandum: nec factoribus legis accedat iuſtificatio, ſed hæc illos præcedat: quæ vtraque eſt Auguſtini ſententia.

CAPVT XII. E

AD LOCA Scripturæ iam prolata adiiciunt Proteſtantes, vnam aut alteram ex Auguſtino ſententiam, vt vel opera præparatoria ante iuſtificationem vel renouationem internam, in ipſa iuſtificatione excludant. *Cum dicit Apoſtolus* (ait Auguſtinus) *arbitrari ſe hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis, non hoc agit vt præcepta ac profeſſa fidei opera iuſtitiæ contemnantur, ſed vt ſciat ſe quiſque per fidem poſſe iuſtificari, etiamſi legis opera non præceſſerint. Sequuntur enim iuſtificatum, non præcedunt iuſtificandum.* Hæc ille de fide & operibus cap. 14. Quæ poſtrema verba ſic vrgent Proteſtantes, vt inde concludant, bona opera ſeu renouationem internam ſequi quidem ipſam iuſtificationem noſtram, tãquam ſanctificationem filiorum Dei, & beneficium Chriſti iam iuſtificatis impartitum; non autem vel ipſam iuſtitiam bona opera poſſe præcedere, vel in ipſa iuſtificatione, vt partes eius poſſe concurrere. Hinc etiam aliam Auguſtini ſententiam adferunt qua dicit. *Sic intelligendum eſt quod Apoſtolus dicit, factores legis iuſtificabuntur, vt ſciamus aliter eos non eſſe factores legis niſi iuſtificentur; vt non iuſtificatio factoribus accedat, ſed factores legis iuſtificatio præcedat*: Et paulò pòſt cõcludit: *Ac per hoc tantundem eſt* F *ac ſi diceretur, factores legis creabuntur: non quia erant, ſed vt ſint: ſicuti dicitur: homines creabuntur, vbi non intelligimus eos creari qui iam erant, ſed ipſa creatione homines fieri.* Hæc ille de Spiritu & Litt. cap. 26. Quo in loco, iterum apertè docere videtur, ad iuſtificationem iam conſummatam accedere bona opera, & obſeruationem legis; non autem vel illam præcedere, vel in illa eſſe, vel partem eius eſſe. Hæc duo loca potiſſimum vrgent Proteſtantes, vt doceant etiam ex Auguſtini ſententia, nec opera præparatoria ponenda eſſe, nec internam illam renouationem ipſius iuſtificationis partem eſſe: ſed benè illam conſequi, poſteáque iam iuſtificatis accedere.

Prima reſponſio iuſtificatus propter inchoatam iuſtitiã.

Reſpondent his locis Catholici ſcriptores bifariam. Primùm quòd quum dicitur, bona opera ſequuntur iuſtificatum, vocatur iuſtificatus in quo eſt inchoatio iuſtitiæ per fidem, pœnitentiam, timorem, aliáſque illas præparationes, de quibus in primo Prolegomeno dictum eſt. Nam vt ante hanc primam conuerſionẽ vſque ad ipſam iuſtificationẽ impij ad Deum nulla ſunt bona opera hominis Deo grata, ſic poſt illam primã cõuerſionẽ vſq; ad ipſam iuſtificationẽ, multa præcedũt opera bona, vt ipſemet docet Auguſt. apertiſſime quũ dicit, *iuſtificari hominẽ in Chriſto nõ ſola remiſſione peccatorũ ſed prius inſpiratione fidei, & timoris Dei, impartito ſalubriter orationis affectu & effectu*. Hęc ille epi. 105. paulò pòſt medium

A medium. Imò tantum his operibus ipſam formalem iuſtificationem præcedentibus tribuit Auguſtinus, vt dicat. *Fidem mereri iuſtificationem. Nec ipſa*, inquit, *remiſſio peccatorum ſine aliquo merito eſt, fides hanc impetrat. Neque enim nullum eſt meritum fidei; qua fide ille dicebat. Deus, propitius eſto mihi peccatori, & deſcendit iuſtificatus merito fidelis humilitatis, quoniam qui ſe humiliat exaltabitur.* Hæc ille eadem epiſt. aliquanto poſt principium epiſtolæ. Et adhuc paulò pôſt. *Ipſam*, inquit, *fidem vnde omnis iuſtitia ſumit initium nullis præcedentibus meritis tribuere debemus, quoniam inde incipiunt bona, quæcunque ſunt merita, ſed gratuitum Dei donum eſſe fateri oportet.* Senſus ergo Auguſtini eſt. Ipſum iuſtitiæ initium nulla præcedunt bona opera, quia nulla præcedunt fidem, vnde incipit iuſtitia, hoc aliis verbis dixit. *Nulla præcedunt bona opera iuſtificatum.* Sed apertius & cautius hoc dixit lib. 1. q. 2. ad Simplicianum. *opera non eſſe præcedentia gratiam ſed conſequentia.* vbi quod alias *de iuſtificatione* dixerat, hic *de gratia* dixit: quæ apertius ſignificat iuſtificationis principium. De quo etiam eodem in loco ſubiecit: *Incipit autem homo percipere gratiam ex quo incipit credere.* Quo autem ſenſu Auguſtinus in 105. epiſtola & fidem ipſam antè iuſtitiam acceptum meritum iuſtificationis vocet, & humilitatem Publicani iuſtitiam meruiſſe. Denique aliàs fidem impetrare & mereri iuſtificationẽ dixerat epiſt. 106. & Retract. li. 1. cap. 23. ſuprà in primo Prolegomeno, in ipſo fine docuimus.

Quantum tribuat Auguſtinus bonis operibus ante iuſtificationē ſed poſt primam conuerſionem.

Altera reſpõſio.

Alia reſponſio eſt, nec minus ſecundum mentem Auguſtini ſed magis tamen explicata & plenior, quòd quum dicitur *bona opera ſequi iuſtificatum, non autem præcedere iuſtificandum*, intelliguntur illa bona opera quæ accepta ſunt Deo ad vitam æternam, id eſt,
B quæ rationem meriti habeant coram Deo. Talia enim non ſunt niſi iuſtorum, ſiue eorum qui iam iuſtificati ſunt, non ſolum inchoatiuè, ſed etiam plenè & perfectè, quatenus huius vitæ iuſtitia exigit. De iis enim dicit Auguſtinus. *Nulla ne ſunt merita iuſtorum? Sunt planè quia iuſti ſunt. Sed vt iuſti fierent merita non fuerunt.* epiſt. 105. & iterum alibi. *Non ſolum nullis bonis, ſed etiam multis malis meritis præcedentibus gratiam dari* (intelligit autem iuſtificantem gratiam) *quotidie videmus. Sed planè cum data fuerit, incipiunt eſſe etiam merita noſtra bona.* De Gratia & lib. arbitr. cap. 6. Et iterum alibi clarius, *percipientis gratiam conſequenter ſunt opera bona, non quæ gratiam pariant, ſed quæ gratia pariantur. Non enim vt ferueat calefacit ignis, ſed quia feruet. Nec idò benè currit rota vt rotunda ſit, ſed quia rotunda eſt. Sic nemo propterea benè operatur vt accipiat gratiam, ſed quare accepit.* Hæc ille lib. 1. q. 2. ad Simplicianū, diſputans de illa gratia quæ producit opera mercede digna. Itáque opera virtutum, quę præcedunt ipſam iuſtificationem completam, quæ ideò prima rectè dicitur, & non ſolum principium iuſtificationis, (nam in ipſa prima ad Deum conuerſione, quæ fit per actum fidei, fit ſanè inchoatio aliqua & principium iuſtitiæ, ſed non eſt adhuc ipſa formalis iuſtificatio quæ prima vocatur quia ex impio fit iuſtus) ſi ipſam quóque primam conuerſionem quæ per fidem inchoatur præcedunt, ſunt opera tantum moraliter bona, ſi tamen bona, nec vllo modo ad iuſtitiam quæ ex Deo eſt cõducentia: Si verò primam conuerſionem ſequuntur ſed ipſam remiſſionem peccatorum & donum renouationis completæ præcedunt, (eſt enim duplex iuſtificationis progreſſus, vnus à fide ad remiſſionem peccatorum, & donum renouationis infuſum, alter ab hoc ad vitam æternam) ſunt (licet imperfectè) opera bona, & Deo grata; quia ſunt opera gratiæ, & per ſpe-
C ciale Dei auxilium facta, ideóque præparant & diſponunt ad ipſam iuſtificationẽ conſequendam, ſeu potius ſuſcipiendam. Non tamen ſunt talia opera bona vt merita ſint, nec etiam opera iuſtitiæ propriè vocari debent, quia adhuc opera peccatoris ſunt, hoc eſt eius qui adhuc in peccatis ſuis eſt. Sic de Publicano illo iuſtificato luculẽter ſcribit Auguſtinus. *vt iuſtificaretur* (inquit) *publicanus, peccator orabat, & peccator confitebatur*, (ecce duo bona opera orare & confiteri, ſed adhuc hominis peccatoris:) *& exauditus iuſtificatus eſt, vt deſineret eſſet peccator.* Contra epiſt. Parmeniani lib. 2. cap. 8. Hanc vero Publicani adhuc peccatoris, id eſt, nondum iuſtificati confeſſionem, negat Auguſtinus fuiſſe opus iuſtitiæ. *Iuſtitiam* (inquit) *homo non operatur niſi iuſtificatus. Credens autem in eum qui iuſtificat impium; à fide incipit: vt bona opera non precedentia quod meruit, ſed conſequẽtia quòd accepit oſtendunt. Vnde illa confeſſio? Nondum quidem eſt opus iuſtitiæ, ſed delicti improbatio. Quæ quidem & ipſa quia à Deo eſt, non ſola magnificentia quia iuſtificatur impius, ſed & ipſa confeſſio & magnificentia opus eius.* Hæc ille in enarr. in Pſalm. 110. ſuper illum verſiculum *Confeſſio & magnificentia operibus eius eodem planè modo de bonis operibus.* Cornelij Act. 10.

Bona opera quæ ſint merita ſequuntur iuſtificatum.

Prima Iuſtificatio cur rectè dicatur.

Duplex iuſtificationis progreſſus.

Opera præparatoria non ſunt propriè opera iuſtitiæ ſed bona.

Luc. 18.

de pænitentia ad quam hortabatur peccatores Petrus Act. 2. & 8. & denique de ipſis D Cathecumenorũ ante baptiſmum actionibus bonis dicendum eſt. Dicuntur enim bona opera non quidem perfectæ iuſtitiæ opera quæ *proprie opera nuncupari* vult Auguſtinus *in lib. de prædeſt. ſanctorum*, vel merita vitæ æternæ, (quia talia ſequuntur tantum iuſtificatum) ſed quia à Deo ſunt & à Deo acceptãtur, non quidem ad vitam æternam, ſed ad primam tamen ſalutem conſequendam (quatenus eò diſponunt,) denique quia inchoationes iuſtitiæ ſunt, bona opera eſſe ab Auguſtino illo in ſenſu non negantur. Sic fidem vocat *aliquid iuſtitiæ* de verbis Apoſtoli ſerm. 16. & eum *qui cæpit non defendere peccata ſua*, docet *inchoaſſe iuſtitiam*: tract. 4. in Ioannem. & Cornelij *opera ipſam iuſtitiam* vocat, *quamuis non ſufficientem ad capeſſendum regnum cælorum*. de baptiſmo contra donatiſtas lib. 4. cap. 21. & apertius, atque diſtinctius lib. 1. queſt. 2. ad Simplicianum. Diligenter ergo retinenda eſt hac in re Auguſtini doctrina de bonis operibus, quæ vel vt inchoantia iuſtitiam iuſtificatum precedunt, vel vt merita vitæ æternæ iuſtificatum ſequuntur.

Cap. 7. Opera præparatoria quo ſenſu bona.

Quod autem ad domum renouationis attinet, in ipſo puncto iuſtificationis, quod per verba Auguſtini in argumento citata excludi volunt proteſtantes, quia bona opera ſequuntur iuſtificatum, non autem precedunt iuſtificandum, reſpondendum vt prius, bona opera vt merita vitæ æternæ non niſi iam iuſtificatos ſequi & iuſtificandos quidem non præcedere, vt cauſam efficientem ſequentis iuſtitiæ, tamen in ipſa iuſtificatione vnâ cum remiſſione peccatorum & fide, ipſam quoque bonam voluntatem quæ E eſt charitas, concurrere vt fiat homo iuſtus, ipſumque iuſtificationis terminum præcedere in generæ cauſæ materialis; idque vt parte quæ ipſam iuſtitiam conſtituit non ſecus quàm fides. Quod quia de charitate negant proteſtantes hoc breui argumento oſtenditur. fides quæ iuſtificat eſt illa *quæ per dilectionem operatur ad* Gall. 5. vnde hoc inuictũ argumentum deducitur. fides quæ iuſtificat eſt operatiua, ſeu bonorum operum, ſeu ſalutis: ſed non niſi per dilectionem, vel bona opera, vel ſalutem noſtram operatur: ergo non niſi per dilectionem iuſtificat. Proteſtantes vt hoc argumentũ ſoluant, cõcedunt fidem quæ iuſtificat non eſſe ſolam, & abſque charitate, ipſam tamen charitatem etſi adſit cum fide iuſtificante, non eſſe iuſtitiæ partem ſed comitem, ideóque ſolam fidem iuſtificare. Sed vis argumenti Catholici plus concludit. Nempe non ſolum adeſſe fidei charitatem, ſed (quod diligenter aduertendum eſt) ipſam *fidem per charitatem iuſtificare*, quia per charitatem operatur ſeu bona opera in iuſtificato, ſeu ſalutem credentis vt iuſtificetur, quam ſine charitate non operaretur. Quod his verbis luculenter docet Auguſtinus. *Fidem non facit vtilem niſi charitas. Sine charitate quippe fides poteſt quidem eſſe, ſed non poteſt prodeſſe*. De Trinit. lib. 15. cap. 18. Et rurſum: *Sine amore nihil fides prodeſt*. In enchiridio cap. 8. Et alibi. *Quis ſalubriter fidelis, niſi ea fide* quæ per *dilectionem operatur*? Denique adeo ipſa charitas non ſecus ac fides iuſtificat, vt de illa dicat Auguſt. *Hac vna verè iuſtus eſt quicunque iuſtus eſt*. Et in eodem lib. cap. vlt. *Inchoata charitas, inchoata iuſtitia eſt, charitas prouecta, prouecta iuſtitia eſt, charitas magna, magna iuſtitia eſt. Charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt.* F Hæc ille. Vt planè ex Auguſtini ſententia ſiue in inchoatione, ſiue in incremento, ſiue deníque in perfectione iuſtitiæ, nõ ſolũ adeſſe debeat vnâ cũ fide charitas, ſed præterea adeo ipſi charitati iuſtificatio tribui debeat, vt tota ipſa iuſtitia, ſeu incipiens, ſeu creſcens, ſeu prima, ſeu ſecunda, ab ipſa maximè charitate dependeat, & ipſi charitati tribuenda ſit. Ad hunc locum refer etiam omnia illa illuſtria Auguſtini loca, quæ ſuperius in quarta concluſione ſeu quarto probationum capite pro Catholica ſententia confirmanda produximus. Item illa loca in quibus docet *primum diſcrimen filiorũ Dei, à filiis Diaboli eſſe charitatem*, vt de Trinit. lib. 15. ca. 18. tract. 7. in Ioan. Epiſt. de ciui. dei lib. 14. ca. 28. De fide autem iuſtificante erit poſtea ſeorſum diſputandi locus. Atque hæc hactenus, pro ſolutione eorum quæ contra vel præparatoria opera, vel donum renouationis in ipſa iuſtificatione infuſum ab aduerſariis diſputantur.

Quòd Charitas non ſecus iuſtificat quàm fides.

Tract. 98. in Ioan.

De nat. & gratia cap. 38.

Charitatis & iuſtitia comparatio.

Suprà cap. 5. & 6.

Infra lib. 8.

Argumenta Proteſtantum, contra veram iuſtitiam bonorum operum, quæ in fide fiunt proponuntur & refutantur.

CAPVT XIIII.

Nunc illa

A NVNC illa argumenta ex Scripturis petita videamus, quæ magno numero coaceruant proteſtantes, vt oſtendant nouitatem vitæ in qua ambulant renati, obedientiam legis & mãdatorum obſeruationem, deniq; bona opera in fide facta, ad ipſam iuſtificationem renatorũ nihil facere, neque renatos intuitu talium operum coram Deo iuſtos haberi, aut acceptos ad vitam æternam. Hoc enim peſtilentiſſimum dogma, (vt ſunt hodierni hæretici omnium peſtilentiſſimi) vnanimi conſenſu omnes omni ſtudio & diligentia ſtabilire cõtendunt. Et primùm quidẽ (quod erit tertium obiectionum caput) illas etiam ſcripturas quibus opera excluduntur, etiam huc referũt, vt opera bona in fide facta, & obedientiam legis à iuſtificatis præſtitam, ad hominis iuſtitiam nihil pertinere oſtendant. *In Antitheſi legalis & Euangelicæ iuſtitiæ* (ait Caluinus inſtit. lib. 3. cap. 11. ſect. 14.) *excludit Paulus quælibet opera, & quocunque ornentur titulo. Docet enim iuſtitiam legis hanc eſſe, vt ſalutem obtineat, qui præſtitit quod lex iubet. Iuſtitiam verò fidei eſſe, ſi credimus Chriſtum eſſe mortuum & reſurrexiſſe.* Hæc ille. Probare autem hanc Antitheſim vult ex duobus Apoſtoli locis, quæ ille inuicta vocat. Prior locus eſt ad Rom. 10. *Iuſtitia ex lege* inquit, *Apoſtolus, ſic habet. Qui fecerit hæc homo, viuet in ipſis. Quæ autem ex fide eſt iuſtitia ſic dicit. Si confitearis in ore tuo dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum ſuſcitauit ex mortuis, ſaluus eris.* Inſignis locus (ait Caluinus,) [& qui nos à multis difficultatibus extricare queat, ſi intelligamus eam quæ nobis per Euangelium datur iuſti-

Argumentum Caluini contra bonorum operũ iuſtitiam.

Rom. 10.
Duo loca Pauli quæ Caluinus putat inuicta contra bonorum operũ iuſtitiã.
Gal. 3.

B tiam, legis conditionibus ſolutam eſſe.] Hæc ille vbi ſupra ſect. 17. Secundus locus eſt ad Gall. 3. *Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt quia iuſtus ex fide viuit lex autem non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea viuet in illis.* [Quomodo, ait Caluinus, cõſtaret Apoſtoli argumentum, niſi planè conueniat in calculum fidei non venire opera ſed prorſus ſeparanda eſſe? lex, inquit Apoſtolus, à fide eſt diuerſa. Quare autem? propterea quod ad legis iuſtitiam opera requiruntur. Ergo ad fidei iuſtitiam ſequitur illa non requiri.] Hæc Caluinus vbi ſupra ſect. 18.

Ex his ergo duobus locis inuictè demonſtrari volunt hodiè hæretici iuſtitiã legis & fidei ſic opponi, vt cum iuſtitia fidei opera conſiſtere nequeãt, ſed ſic differre neceſſario debeant, *vt* (ait Caluinus dicto cap. ſect. 13.) *altera ſtante neceſſariò altera euertatur.* Itáque ex iſtis locis diſtinctionem illam de operibus fidei, & poſt regenerationem factis, prorſus euerti, quia ex natura rei, prorſus & omni modo ac ſenſu, opponitur iuſtitia legis iuſtitiæ fidei.

Sed huic argumento & his locis firmiſſima reſponſio eſt, Apoſtolum Paulum non opponere hoc in loco iuſtitiam legis cum iuſtitia fidei, ſed opponere iuſtitiam ex lege vel in lege cum iuſtitia fidei. Vtróque enim in loco ſic diſertè loquitur. In priore loco. *Iuſtitia*, inquit, *ex lege ſic habet* &c. ſimiliter in ſecundo loco. *In lege nemo iuſtificatur*, &c. Quantum autem, differat iuſtitia legis à iuſtitia ex lege vel in lege ſuprà ex Auguſtino ſatis declaratum eſt. Itáque inſignis eſt Caluini fraus & dolus malus; illud cõcludere de iuſtitia legis quod Apoſtolus affirmat de iuſtitia ex lege. Hoc ergo in loco benè eſt aduertendum iuxta diſcrimen legis & euangelij ſuprà explicatum (quale etiam in his locis

Non iuſtitia legis ſed iuſtitia ex lege opponitur iuſtitia fidei.

Caluini dolus malus.

C Apoſtolus inſinuat) quòd iuſtitia fidei ſiue ex fide, non excludit iuſtitiam legis, ſed verſatur circa illam, & implet illam. Nam & Apoſtolus quum dixit *iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis*, ne prorſus legem à iuſtitia fidei excludere videretur, quod hæretici hodiè volunt; vigilanter adiecit (quod aduertere hæreticos oportebat) *legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit. Sed legem ſtatuimus.* Rom. 3. Quód ſic exponit Auguſtinus. *Lex non euacuatur, ſed ſtatuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam qua lex impleatur.* De Spiritu & lit. cap. 30. Fides ergo vel iuſtitia fidei, vel lex fidei (hæc enim omnia idem apud Apoſtolum ſignificant) non opponitur legi, vel iuſtitiæ legis, vel legi operum, quatenus obedientiam mandatorum illa ſignificant, quia fides implet ipſam legem, facit & perficit legem, impetrãdo gratiam illam iuſtificantem, gratiam renouationis Spiritus S. qua *iuſtificatio legis impleatur in nobis*, ad Rom. 8.

Iuſtitia fidei nõ excludit aut euertit ſed implet & ſtatuit iuſtitiam legis.

Alioqui & lex fidei docet quoque obediẽtiam mandatorum. *Volo ſcire* (ait Auguſtin.) *ſi quis mihi dicere audeat, vtrum lex fidei non dicat. Non concupiſces. Si enim non dicit, ergo impunè peccemus?* De Spiritu & lit. ca. 13. Totus nẽpe decalogus eſt lex fidei, quatenus illi obedire tenemur. Itáque hac in parte, & hoc in ſenſu, lex & fides nõ opponuntur: nec altera per alterã deſtruitur, vt Caluin⁹ impiè nugatur, ſed altera per alterã ſtatuitur vt Apoſt. dixit.

Fides docet obedientiam legis.

Rom. 3.
Fides & lex nõ aliter opponuntur quàm Chriſtus & lex.
Matth. 5.

Denique non aliter opponuntur quam Chriſtus & lex: *qui venit adimplere legem non ſoluere, adimplere autem* (ait Auguſtinus contra fauſtum lib. 19. cap. 27.) *non adiectione verborum, ſed opere factorum; non vt quaſi ſemiplena alijs verbis integraretur, ſed vt quod litera iubẽte propter ſuperborum præſumptionem non poterat, ſuadente gratia propter humilium confeßionem impleretur.* Quod ergo diſcrimen legis & fidei? Diſcrimẽ eſt quòd lex, vt opponitur fidei, eſt lex factorum. Sic enim ea opponit *Apoſtolus. Excluſa eſt gloriatio non per legem factorum, ſed per legem fidei.* Rom. 3. & aliis in locis legem operum legi fidei. Sed quæ eſt huius diſcriminis ratio? An illa quam hæretici excogitarunt hodiè, vt vbi eſt fides iuſtificans, ibi non ſint opera iuſtitiæ? diſcriminis cauſam dat Auguſtinus. *Quid intereſt breuiter dicam. Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. Illa dicit non concupiſces. Hæc dicit. Cum ſcirem quia nemo poteſt eſſe continens niſi Deus det, adij dominum & deprecatus ſum.* cap. 8. *lege operum dicit Deus fac quòd iubeo. Lege fidei dicitur Deo, da quod iubes.* Hæc ille de Spiritu & lit. cap. 13. D

Diſcrimen legis & fidei quale.

Lex fidei excludit legem operũ ſed non ipſa opera.

Ergo lex fidei eſt obſeruatio legis, quam facit fides impetrando gratiam, qua lex impleatur: & hæc excludit legem operum, nõ autem ipſa opera: quia vocatur lex operum, quæ caret fide Chriſti, per quam docemur implorare auxilium gratiæ Chriſti, Itáque *lex operum*, ait Auguſtinus, *eſt ſcripta in tabulis lapideis in charta & atramento: lex fidei eſt ſcripta in cordibus ſpiritu Dei viui per præſentiam Spiritus Sancti.* Hæc ille de Spiritu & lit. c. 20. 21. & 24.

Iuſtitia operum, ex lege, vel in lege, eſt iuſtitia humana, non ex Deo.

Similiter iuſtitia operum, iuſtitia ex lege, vel in lege, vocatur ab Apoſtolo quatenus hominis eſt, & non ex Deo, quatenus humanis viribus audita lege præſtatur, non autem ex adiutorio Dei quod fides implorat. Cuius diſtinctionis ſenſum ex ipſis Apoſtoli verbis antea demonſtratum dedimus, qui ſemper in iſta oppoſitione legis & fidei apud Apoſtolum diligẽtiſſimè aduertendus, & retinendus eſt: ſicuti ex D. Auguſtin. contra 2. epiſto. Pelag. lib. 3. cap. 7. prolixè & accuratiſſimè explicatum habes, vt ex parte ſupra nos produximus. E

Suprà cap. 11.
Iuſtitia fidei quare iuſtitia ex Deo & non ex lege.
Philip. 3.

Rurſum, obſerua non alia de cauſa apud Apoſtolum iuſtitiam fidei ſemper vocari iuſtitiam Dei vel iuſtitiam ex Deo, & non ex lege, quàm quia talis eſt iuſtitia quam Dei gratia in nobis operatur, incipiens à fide, & impetrata per fidem, ſine qua gratia & fide, quicquid iuſte agitur, aut agi videtúr, iubente lege, iuſtitiæ laudem apud Deum non habet. Sic Apoſtolus ſeipſum explicuit. Cum enim dixiſſet Apoſtolus, *non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed eam quæ eſt per fidem Chriſti*, addit, *quæ ex Deo eſt. Ipſa eſt ergo iuſtitia quam ſuperbi ignorantes ſuam volunt conſtituere, iuſtitia inquam Dei, quia homini ex Deo eſt.* Hæc Auguſtinus contra 2. epiſt. Pela. lib. 3. cap. 7.

Verum diſcrimẽ inter legem & euangelium.

Iuſtitia ex lege unde dicta.

Ex quo ſenſu Apoſtolico colligit orthodoxè Auguſtinus verum diſcrimen inter legẽ & gratiam, vel legem & euãgelium, vel iuſtitiam legis, & iuſtitiam fidei: non qualẽ proteſtantes colligunt, quod fides vel iuſtitia fidei ſit conditionibus legis ſoluta, ſed quod vt legem poſſet implere babet adiutorium gratiæ à Deo; quod adiurorium lex non habet. *Tantum*, inquit, *inter legem diſtat & gratiam, vt quum lex eſſe non dubitetur à Deo, iuſtitia tamen quæ ex lege eſt non ſit ex Deo, ſed iuſtitia quæ per gratiam conſummatur ex Deo. Quia ex lege iuſtitia dicitur, quæ fit propter legis mandatum. Iuſtitia ex Deo dicitur, quæ datur per gratiæ beneficium, vt non ſit terribile ſed ſuaue mandatum.* Hæc ille de gratia Chriſti cap. 13. Rurſum idem diſcrimen luculenter his verbis explicat. *Qui ſecundum iuſtitiam quæ in lege eſt ſine fide gratiæ Chriſti viuit, nullam veram putandus eſt habere iuſtitiam: nõ quia lex vera & ſancta non eſt ſed quia obedire velle literæ iubenti, ſine viuificante ſpiritu Dei, quaſi ex viribus liberi arbitrij iuſtitia vera non eſt. Iuſtitia verò ſecundum quam iuſtus ex fide viuit, quoniam per Spiritum gratiæ homini ex Deo eſt, vera iuſtitia eſt*, Hæc ille contra 2. epiſt. Pela. lib. 3. cap. 7. ferè in fine capitis. F

Quare nemo iuſtificatur in lege.

Iuſtitia ex fide quare ſic dicta.

Quæ Auguſtini explicatio dilucidè oſtendit mentem Apoſtoli, in verbis eius ad Gall. 3. à Caluino obiectis, vbi dicit Apoſtolus, *ideo in lege neminem iuſtificari apud Deum, quia iuſtus ex fide viuit. Iuſtitia enim ex fide*, (vt adhuc alio in loco explicat Auguſtinus) *eſt qua credimus nos iuſtificari, hoc eſt iuſtos fieri gratia Dei per Chriſtum, vt inueniamur in illo non habentes iuſtitiam noſtram, quæ ex lege eſt, ſed eam quæ eſt per fidem Chriſti, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide. Vtique in fide qua credimus nobis iuſtitiam diuinitus dari, non à nobis in nobis noſtris viribus fieri. Nam cur illam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſuam dicit Apoſtolus non ex Deo, quaſi lex non ſit ex Deo? Quis hoc niſi impius ſenſerit? Sed quia lex per literam iubet, non per Spiritum iuuat quicunque ſic audit, literam legis, vt ei ſufficere videatur cognouiſſe quid iubeat aut prohibeat, quo id ſe arbitrij ſui virtute impleturum eſſe confidat, nec fide confugiat adiuuandus ad ſpiritum viuificantem, ne reum factũ litera occidat, is profe-*

cto zelum

A *ſto zelum Dei habet, ſed non ſecundum ſcientiam. Ignorans enim Dei Iuſtitiam, id eſt, eam quæ datur ex Deo, & ſuam volens conſtituere, vt tantummodo ex lege ſit, iuſtitiæ Dei non eſt ſubiectus.* Hæc Auguſt. epiſt. 106. Ex qua dilucida tanti Doctoris explicatione manifeſtè iam intelligimus, quare, & quo ſenſu, iuſtitiam ex lege opponit Apoſtolus in locis citatis & aliis, iuſtitiæ fidei. Nouitium autem hunc Proteſtantum ſenſum, quòd iuſtitia fidei opponitur iuſtitiæ ex lege, quia ſoluta eſt conditionibus legis, aut quia opera non requirit iuſtitia fidei, nec Apoſtolus inſinuauit, nec ſancti Doctores aliquando tradiderunt.

Explicatio duorum difficilium locorum D. Pauli, quæ inuicta putat Caluinus, ad bonorum operum Iuſtitiam à Iuſtitia fidei excludendam

CAPVT XV.

SED nunc ipſa illa duo loca à Caluino citata, per ſe ipſa diligenter expendemus, & ſenſum hæreticum ex illis nullo modo colligi poſſe oſtendemus. In priori loco, quùm de Iudæis dixiſſet Apoſtolus, B *Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Finis enim legis. Chriſtus ad Iuſtitiam omni credenti*, ſubiungit: verba à Caluino citata. *Moyſes enim ſcripſit, quoniam iuſtitia quæ ex lege eſt, qui fecerit homo viuet in ea. Quæ autem ex fide eſt iuſtitia ſic dicit. Ne dixeris in corde tuo, quis aſcendet in cælum*, &c. *Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc eſt verbum fidei quod prædicamus: Quia ſi confiſearis in ore tuo D. I. & corde credideris quòd Deus ſuſcitauit illum à mortuis, ſaluus eris.* Hic totus locus diligenter inſpectus, ad oculum oſtendit, quam ſit deprauatus ille ſenſus, quem Caluinus inde deduxit. Nam cum in priore parte ſententiæ (in illis verbis, *Ignorantes* Dei *iuſtitiam*, &c.) opponat iuſtitiam hominum iuſtitiæ Dei, id eſt, eam quæ humanis viribus fit, tãtummodo audita lege, illi iuſtitiæ quæ ex Deo eſt per ſpiritum gratiæ, ideóque mox addat, *quòd legis finis*, id eſt, perfectio legis, ſeu via & ratio qua lex perficiatur, hoc eſt impleatur, *eſt Chriſtus omni credenti*; id eſt gratia ſeu adiutorium gratiæ Chriſti quod datur credentibus, hoc eſt, per fidem tale adiutorium implorantibus; (quem ſenſum ex multis Auguſtini locis aliiſque ipſius Apoſtoli verbis, ſupra comprobauimus,) mox in ſequentibus verbis eandem oppoſitionem aliis verbis repetit, & clarius explicat, dicens: *Moyſes enim ſcripſit quoniam iuſtitiam quæ ex lege eſt, qui fecerit homo viuet in ea.* Id eſt, illa iuſtitia quam facit lex, tantummodo iubet & mandat, dicens, *Fac hoc, & viues.* Quæ vox non eſt mala, aut ad iuſtitiam impertinens, ſed inſufficiens ad veram iuſtitiam in hac humana infirmitate.

Rom. 10.

Vox legis, fac hoc & viues, eſt inſufficiẽs ad iuſtitiam.

Hanc ipſam vocem Chriſtus in Euangelio, cuidam legis perito ſuperbo reſpondit, apertè docens, ſuperbis & de ſeſe preſumentibus, legem vt Pædagogum tantum præ- C ſcribere quid ſit agendum. Iſte enim legis peritus *tentans Chriſtum, dixit: Magiſter quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Cui Chriſtus reſpondit: in lege quid ſcriptum eſt, quomodo legis?* Quaſi dicens, ad quæſtionem de factis ipſis aut de eo quod faciendum eſt, reſpondendum ex lege, quæ docet facienda. Aliter verò ad quæſtionem de modo faciendi, & de virtute qua fiat lex reſpondendum. Ad hanc ergo quæſtionem, quùm legis peritus reſpondiſſet, Duplex illud mandatum de diligendo Deo & proximo, intulit Chriſtus: *rectè reſpondiſti, hoc fac & viues.* Quaſi dicens. Hæc eſt vox legis tibi datæ. Quid à me requiris amplius? Sequitur in Euangelio. *Ille autem volens iuſtificare ſeipſum*, id eſt non confugere ad fidem Meſſiæ, vt ab eo Spiritum gratiæ acciperet, ſed contentus cognitione legis, ſuam iuſtitiam volens conſtituere, quæ propriæ libertatis arbitrio fit, *Dixit ad Ieſum; & quis meus proximus?* Id eſt in doctrina legis perſcrutanda ſemper pergit, nec vt diſceret, ſed vt tentaret, (*acceſſit enim tentans eum*, ait textus, & ipſius legis iam peritus habebatur,) quaſi hoc ſatis eſſet ad iuſtitiam ſcire quid eſſet faciendum; fidem autem & gratiam iuſtificantem non quærit. Hic legis peritus in Euangelio exemplum eſt omnium veteris Teſtamenti filiorum, & maximè illorum Iudæorum de quibus Paulus

Illuſtre exemplũ ex Euangelio de iuſtitia ex lege.

Luc. 10.

Rom.10. hoc loco dixit. *Ignorantes Dei iuſtitiam, ſuam volentes conſtituere.* Chriſti quoque ad eum D
reſponſio exemplum eſt iuſtitiæ, quæ ex lege eſt, cuius vox eſt, *qui facit eam viuet in ea;*
quam iuſtitiam quia ille legis peritus ſolam & non aliam quæſiuit, de illa ſola & non alia
iuſtitia, Chriſtus reſpondit.

Præterea notandum eſt, quod in verbis Moyſaicis, Leuit.18.ſcriptis, & ab Apoſtolo
hoc loco repetitis, non reiicitur, nõ eneruatur lex illa mandatorũ, quaſi prorſus inutilis
ad vitam eternam conſequendam; ſed oſtenditur eſſe diſtincta ab illa iuſtitia quæ ex
fide eſt. Nam non ironicè, ſed verè dixit filiis Iſraël Dominus per Moyſen. *Cuſtodite le-*
Verè viuit in lege qui cuſtodit eam. *ges meas atque iudicia quæ faciens homo viuet in eis. Ego Dominus.* Quod Moyſes ipſe luculenter
expreſſit dicens: *Non incaſſum præcepta ſunt vobis, ſed vt ſinguli in eis viuerent.* Hoc & Eze-
Deuteron.32. chiel Propheta multoties repetit & inculcat Iudæis præuaricantibus legem cap. 20.
Leuit.18. oſtendens eos ideo non viuere, ſed à Deo reprobari, *quia irritauerunt eum in præceptis eius,*
non ambulantes, &c. Cæterum in eodem capite, Propheta Ezechiel vocat hæc eadem
præcepta etſi in ſe bona ac ſancta, illis tamen non bona; quia audierunt tantum, & non
Ezech.20. fecerunt legem. *Ego*, inquit in perſona Dei, *dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus*
non viuent. Ergo vt non faciendo præcepta, non vixerunt, Deo; ita haud dubiè illa fa-
Rom 7. ciẽdo, vixiſſent Deo. Quam ob cauſam diſertè vocat Apoſtolus, ipſam legem ſcriptam,
mandatum ad vitam, etſi non per ſe, ſed per peccans peccatum, id eſt naturam hominum
deprauatam *operatum eſt mortem.* Sed quia lex quatenus lex tantum iubet facere, ideo
qui ſiſtunt in lege non implorato Dei auxilio per fidem Meſſiæ, nec viuunt faciendo,
nec ad iuſtitiam quæ ex Deo eſt perueniunt. Et hunc ſenſum ſequutus Auguſt. iam ſe- E
nex & Epiſcopus. in lib. de Spiritu & Lit.c.29. (etſi in prioribus ſcriptis vt in expoſitio-
ne epiſt. ad Gal. cap.3. quem ſcripſit adhuc Præsbyter exponat illud, *viuet in eis*, de vita
temporali, quòd non occidetur, &c.) ait. *Ideo proponitur iuſtitia legis quòd qui fecerit eam vi-*
Matth. 12. & 19. *uet in illa, vt cum quiſque infirmitatem ſuam cognouerit, non per ſuas vires, neque per literam ipſius*
legis, quod fieri non poteſt, ſed per fidem concilians iuſtificatorem faciat & viuat in ea. Opus enim
quod qui fecerit viuet in eo non fit niſi à iuſtificato. Hæc ille. Rurſus querentibus in Euange-
lio, *quid faciendo vitam æternam poſſiderent*, de conceptis legis reſpondet Chriſtus manife-
ſtiſſimè docens, *faciendo mandata* vitam æternam conſequendam eſſe. Non ergo oſten-
Lex mandatorũ vtilis eſt ad vitam æternam, ſed non ſola. ditur per hæc verba, mandatorum lex, inutilis eſſe ad vitam æternam conſequendam.
Oſtenditur tamen eſſe diſtincta à iuſtitia fidei, ſeu Dei, quia conducit quidem ad vitam
æternam lex mandatorum, ſed tunc demum ſi accedat iuſtitia fidei, per quam lex im-
pleatur, non autem ex ſe ſola ad hoc ſufficit.

Oſtendens ergo Apoſtolus, Iudæos ineptè de ſola lege gloriari, & impiè Chriſtum, fi-
Intentio Apoſtoli ad Rom. 10. cap. démque, & gratiam Chriſti negligere, docet legem quidem rectè præcepiſſe, ſed præ-
terea nihil feciſſe. Chriſtum autem eſſe finem, & perfectionem, ſeu adimpletionem le-
gis omnibus credentibus, & per fidem acceptam, (qua & ſuã miſeriam, & Chriſti miſe-
ricordiam didicerunt,) gratiæ adiutorium implorantibus: ideóque iuſtitiam quæ ex fide
Iuſtitia fidei intus in corde clamat. eſt, non tantum forinſecus clamare, *hoc fac, & viues*, vel *fac quòd iubeo*, ſed præterea intrin-
ſecus eſſe in corde ipſo, qua fit vt *corde credendo, & ore confitendo Chriſtum*, ſic demum ſa- F
lui ſumus, & verè viuamus. Non quod ſolummodo credendo hoc fiat excludendo
legis opera, mandata, & obedientiam; ſed quod quicunque credimus, & ore confite-
mur Chriſtum, pariter cum hoc verbo fidei agnoſcimus nos ex nobis ipſis legem præ-
ſtare non poſſe Chriſtum autem ſpiritum gratiæ nobis promeruiſſe, ideóque ad adiuto-
rium illud gratiæ, ducente nos & incitante fide, confugimus, clamantes. *Da quod iu-*
bes. Hoc in ſenſu diſtincta eſt iuſtitia ex fide, à mandatorum lege, tanquam excellentius
medium; & immediatius ad vitam æternam conſequendam, à minus perfecto & re-
motiore medio; neceſſariò tamen: quia & in Euangelio Chriſtus dicit. *Si vis ad vitam*
ingredi ſerua mandata. Matth.19. Et rurſum. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum,*
& Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorũ. Matth.5. Excellentiorem iuſtitiam operum
poſtulat, non omnem iuſtitiam operum deſtruit Sinceram ex corde vult eſſe, & non
hypocriticam verbo tenus; Denique perfectiorem deſiderat, non omnem abiicit, vt
Caluinus ex hoc Apoſtoli loco colligit. Poſtremò, iuſtitiam fidei, à iuſtitia operum, vt
perfectum ab imperfecto, non vt bonum à malo in illo loco diſtinguit Apoſtolus. Per-
fecta iuſtitia eſt fidei iuſtitia, quæ filialis eſt, non ſeruilis, tum ratione principij, quia ex
charitate, & gratia non ex timore & conatu ſolo humano proficiſcitur, tum ratione fi-
nis non carnale, ſed ſpirituale præmium vitæ æternæ reſpicit.

A Quare, illa coram hominibus, hæc coram Deo iuſtitia eſt. Diſertè, & pulchrè Augu-
ſtinus hoc explicat. *Aliud* (inquit) *eſt non iuſtificari, aliud non iuſtificari apud Deum. Qui om-
nino non iuſtificatur nec illa ſeruat quæ temporale habent præmium, nec illa quæ æternum; qui autem
in operibus legis iuſtificatur, non apud Deum iuſtificatur, vt de Abraham dictum eſt.* Rom. 4. *quia
temporalem inde expectat mercedem. Sed tamen etiam iſta quædam, vt ſic dicam, terrena eſt carna-
liſq; iuſtitia.* Vnde Apoſtol. *Secundum iuſtitiam quæ in lege eſt, conuerſatus ſum ſine querela,* &c.
Philip. 3. Hæc ille in expoſit. epiſt. ad Galat. c. 3. Hic eſt ergo illius loci clariſſimus ſenſus,
iuxta conſtantem illam, & perpetuam Auguſtini doctrinam, ſuperius copioſè citatam;
quem locum dicit Caluinus, ex multis difficultatibus, ſe ſuóſque extricare, planéque
oſtendere iuſtitiam Euangelicam legis conditionibus eſſe ſolutam. Quod quam falsò
ſibi ille, aliíque Proteſtantes perſuaſerint, iam ſatis opinor intelligitis.

Nunc alium locum ad Gall. 3. diſcutiamus, ſed breuius. Dixerat Apoſtolus. *Quod non* *Explicatio loci*
ex operibus legis Moſaicæ, ſed ex auditu fidei in Chriſtum, Spiritum qui etiam operatus eſt in illis, vir- *ad Gal. 3.*
tutes acceperant Galatæ. Rurſum. *quòd non qui carnaliter ex Abraham propagati ſunt, ſed qui fidem
Abrahæ imitati ſunt, veri ſunt filij Abrahæ & iuſtificati.* Ideòque probat etiam ipſi Abrahæ
prædictum fuiſſe, quòd *Deus ex fide gentes olim iuſtificare vellet.* Dum ei diceretur, *benedicen-
tur in te omnes gentes.* Gen. 12. Qua facta demonſtratione, concludit Apoſtolus. *Igitur qui
ex fide ſunt benedicentur cum fideli Abraham. Quicunque enim ex operibus legis ſunt ſub maledicto
ſunt. Scriptum eſt enim. Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro*
B *legis vt faciat ea.* Deut. 27. Hæc enim omnia dicit Apoſtolus, vt probet primam illam pro- *Intétio Apoſtoli*
poſitionem, Galatas ſpiritum Dei accepiſſe, non ex operibus legis, ſed ex auditu fidei. *ad Gal. 3. quid*
Hoc enim docet non ſolum in illis, ſed in omnibus Chriſtianis verum eſſe, ſeu Iudæis *ex fide Chriſti*
ſeu gentibus conuerſis, quia per fidem in Chriſtũ, omnes tam illi quã iſti iuſtificati ſunt. *non ex lege eſſet ſalus.*
Quod ſanè vt euidentiſſimè probaret, non contentus affirmantem propoſitionem de-
monſtraſſe, quòd ex fide ſeu auditu fidei iuſtificaremur, (quam propoſitionem confir-
mat per fidem Abrahæ, quam gentes imitãdo ſpiritum Dei acceperunt,) deſtruit etiam
propoſitionem contrariam; nimirum quod ex operibus legis Moyſaicæ vel Spiritum
Dei vel iuſtitiam accepimus. Quam propoſitionem vt deſtruat, dicit tantum abeſſe vt *Ex lege non iu-*
ex operibus legis vel Spiritum Dei, vel iuſtitiam accepimus, vt è contra ex lege nõ niſi *ſtitiam ſed ma-*
maledictum incurramus. *Maledictus enim* pronunciatur *omnis, qui non permanſerit in vni-* *ledictum acce-*
uerſa lege, obſeruans eam. Quaſi diceret, lex operum nihil aliud poteſt facere niſi iubere *pimus.*
quid ſit faciendum, & comminari non facientibus. Moxque eandem propoſitionem,
quòd ex operibus legis ſit iuſtitia, ex alio capite iterum deſtruit; ſubiungens: *Quoniam* *Alia probatio*
autẽ in lege nemo iuſtificatur apud Deũ, manifeſtũ eſt, quia iuſtus ex fide viuit. Lex autẽ non eſt ex fide *quòd non ex le-*
id eſt, lex non implorat gratiam & adiutorium faciendi, ſicuti fides implorat: vel (vt ex- *ge eſt iuſtitia.*
ponit Auguſtus ſerm. 15. de verbis Apoſtoli) *lex non ſperat in Deum, non petit iuſtitiam à Deo,*
non credit in eum qui iuſtificat impium, ſed qui fecerit ea, viuet in illis, id eſt, nihil aliud dicit lex, *Quo modo lex*
quàm fac quòd iubeo, vel, Fac hoc, & viues. Nam (vt paulò pòſt dicit) *ſi poſſet lex viuifi-* *non eſt ex fide.*
care, id eſt Spiritum gratiæ viuificantem dare, *verè ex lege eſſet iuſtitia.* Lex ergo iubere po-
teſt, maledicere, & cõminari poteſt, Adiuuare vt fiat quòd iubetur nõ poteſt. vnde Aug.
Dicimus lege fieri vt Deus quid fieri velit audiatur, gratia vero fieri vt legi obediatur, Contra 2.
C epiſt. Pelag. li. 3. c. 1. Non ergo ex lege iubente, ſed ex fide adiuuantem gratiam implo-
rante, iuſtus viuet. Ideóque, ſtatim ſubiungit Apoſt. *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, fa-
ctus pro nobis maledictum, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, vt pollicitatio-*
nem Spiritus accipiamus per fidem. Id eſt, Chriſtus factus pro nobis maledictum in cruce, *Quo modo Chri-*
portans iniquitates noſtras, & abluẽs illas in cruce, redemit nos à maledicto legis; id eſt, *ſtus liberauit*
non ſolum à peccatis præteritis, per quæ propter violationem legis iam maledicti era- *nos de maledicto legis.*
mus, ſeu originaliter, ſeu actualiter; nos purgat & abſoluit; nec ſolùm ab auſtera & in-
feſta exactione, quæ ex ſummo iure nihil remittit, vt putat Caluinus Inſti. lib. 2. cap. 7.
ſect. 15. quaſi amplius non obligaret, ſed hortaretur tantum, & quaſi terrore tãtum con-
ſcientias liberaret, (quia non amplius ſeruiliter eius iugo premuntur veri filij Dei:) an-
xietate mortis compreſſas ſed præterea conferens nobis gratiam Spiritus inhabitantis
corda noſtra, (hoc enim in cruce promeruit) liberat nos à maledicto legis, id eſt facit vt
alacriter & liberè impleamus legem, ne ſit nobis maledictum ſicut illis eſt qui eam non
implent: & quorum propterea conſcientias terrore & anxietate pœnæ cõſtrictas tenet.
Hæc enim duo Apoſtolus expreſſit ſubiungens. De primo quidem hæc verba: *vt in gen-*

tibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto. Id eſt, vt omnes gẽtes (non ſolum Iudæi) fidẽ Abra- D
hæ imitantes benedictionem Abrahę conſequerẽtur, iuſtificati gratis per gratiam Chri-
ſti: de poſteriori. Hæc verba: *vt pollicitationem Spiritus*, id eſt promiſſum nobis Spiritũ S.
Supra cap. 12. 14. & præf. Ioel. 2. Act. 1. & 2. *accipiamus per fidem*: fides enim impetrat hunc ſpiritum, ſicut implorat
gratiam & iuſtificationem, ſenſu iam ſuperius explicato. Hic eſt totus loci illius Apo-
ſtolici manifeſtus & genuinus ſenſus.

Verba ergo illa à Caluino citata, (*In lege nemo iuſtificatur, quia iuſtus ex fide viuit, lex
autem non eſt ex fide*, ſed facere iubet vt viuas,) non faciunt tale argumentum quale
Paralogiſmus Caluini. fingit Caluinus, vt lex ideò ſit diuerſa à fide, quia lex requirit opera, fides non requi-
rit, ſed hoc argumentum faciunt, quòd ideo lex eſt à fide diuerſa, quia lex tantum
iubet facere, minatur, maledicit non facienti, fides autem implorat gratiam qua lex
Quare ex fide viuit iuſtus. fiat: vt ideò reuera ex fide viuat iuſtus, non ex lege, quia fides per Chriſtum, liberat
nos à maledicto legis, non à conditione & obedientia legis: Chriſtus enim liberauit
nos à maledicto legis, vt Spiritum Sanctum acciperemus, quo accepto legem implere-
Matth. 5. mus: ideóque veriſſimè *venit non ſoluere legem*, nec abſoluere nos à vinculo, & obedientia
legis, *ſed adimplere legem*: id eſt, *dare gratiam qua adimpleri à nobis lex poſſet*, vt docet Auguſti-
nus lib. 19. cap. 22. contra fauſtum. In his duobus locis explicandis diutius immorati
ſumus, quia reuera in ſpeciem maximè ſunt probabilia, pro ſola fide iuſtificante, & con-
tra iuſtitiam operum; nec ſine cauſa tanti ea Caluinus fecit.

E

Explicantur illæ Scripturæ quæ iuſtitiam bonorum operum etiam quæ in fide & gratia fiunt penitus tollere, iudicio Proteſtantum, videntur.

CAPVT XVI.

QVARTVM caput obiectionum, eſt ex illis ſcripturis quæ etiam San-
ctorum opera bona videntur expreſſè à ratione iuſtitiæ excludere.
In quo genere præcipuus locus, & quem maximè vrgent proteſtan-
Rom. 4. *Primum argumentum, cum confirmatione multiplici.* tes eſt ille de operibus Abrahæ. *Si Abraham ex operibus legis iuſtificatus
eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum. Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abra-
ham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam*. Ex hoc enim, loco argumen-
tantur, Abrahamum iam Deo charum, & renouatum, ex bonis ope-
1. ribus quæ fecit, non fuiſſe iuſtificatum apud Deum. Primum, quia dicit apertè Apo-
ſtolus, quod ſi hoc ita eſſet, *haberet gloriam, ſed non apud Deum*: id eſt apud homines vide-
2. retur iuſtus, ſed non in conſpectu & iudicio Dei. Deinde, quia probat hoc Apoſtolus
ex ſcriptura Moyſaica. Gen. 15. vbi dicitur, quòd *fides Abrahæ reputata eſt ei ad iuſtitiam*. F
3. Tertiò, quia probat idem Apoſtolus ex Dauide dicente, *beatitudinem hominis eſſe cũ Deus
4. fert iuſtitiam ſine operibus*. Quartò quia probat idem Apoſtolus ex natura gratuitæ iuſtitiæ,
quæ excludit opera. Ait enim. *Si qui operatur merces non imputatur ſecundum gratiam*, (id eſt
non accipit mercedẽ ex gratuita iuſtitia,) *ſed ſecundum debitum. Ei verò qui non operatur, cre-
denti autem in die qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ
Dei*, id eſt, habet iuſtitiam verè gratuitam, à Deo ſcilicet pro huiuſmodi gratioſè acce-
ptam ſine bonis operibus propter fidem. Concludunt ergo ex hoc loco, vbi Apoſtolus
vniuerſale exemplum iuſtificationis in Abrahami perſona proponit, inuictè demon-
ſtrari, ne quidem renouatorum bona opera iuſtitiæ laudem apud Deum habere, aut ex
illis quemquam iuſtificari.

Reſponſio firma. Sed huic loco tã illuſtri, & vt illi arbitrantur inuicto, breuiter & ſolide reſpõdetur,
Apoſtolum quum negat ex operibus legis Abrahamum fuiſſe iuſtificatum, propterea
hoc negare, quia Abrahami opera bona non erant opera legis ſed opera fidei. i. in fide.
facta. Nam per opera legis intelligit Apoſtolus opera ſine fide facta, ex ſolo vel legis vel
Cõfirmatio varia. naturæ dictamine: non autẽ intelligit per opera legis eo in loco, opera Abrahami bona
in fide facta. Ad hunc ſenſum probandum in quo firmæ reſponſionis punctum conſi-
ſtit

A ſtit, multa faciunt. Primum quia mox probat Abrahami opera non fuiſſe ſine fide, ſed in fide quadam excellenti facta, dicente ſcriptura. *Credidit Abraham Deo, &c.* Propterea enim Apoſtolus hoc teſtimonium adducit, vt oſtendat in Abrahami operibus affuiſſe fidem, vt accuratè docet Auguſtinus in præfat. enarr. in Pſal. 31. Deinde, quia facit op- 2.
poſitionem *inter operantem cui debetur merces, & inter non operantem, ſed credẽtem.* In hac enim *Oppoſitio Apoſtoli inter operantem & non operantem quali ...*
oppoſitione, non opponit ſolam fidem bonis operibus in fide factis, vt opinantur hæretici; ſed opponit fidem operibus ſine recta fide & gratia Chriſti, vt eodem in loco diligenter idem Auguſtinus docet, vt ſuprà ex eo commemorauimus. Idcircò autem hanc oppoſitionem facit, *vt oſtendat Abrahami opera habuiſſe rectam fidem adiunctam*, ait ibi- Suprà cap. 10.
dem Auguſtinus: ideóque eius iuſtitiam habuiſſe laudem apud Deum, & verè fuiſſe gratuitam, ex gratia adiuuante quæ à fide incipit, & quam fides impetrat, non autem debitam ex mercede operum propriis viribus factorum. Tertiò, probatur hic ſenſus, 3.
quia Dauidis teſtimonium Dei iuſtitia gratuita adducit Apoſtolus, hoc enim teſtimonium oſtendit veram iuſtitiam non eſſe ex operibus vi naturæ factis, ſed eſſe in illis *quibus Deus accepto fert iuſtitiam*, id eſt, quos ex impiis iuſtos facit, vel ſine vllis præcedentibus bonis operibus, vel ſine operibus propriæ naturæ aut propriarum virium, vt anteà quoque eſt demonſtratum. Hoc autem ideò adducit Apoſtolus quia Abrahami opera non erant talia, ſed habebant fidem bonis eius operibus cooperantem. Quartò, proba- 4.
tur hic ſenſus quia infert Apoſtolus, quòd ſi ex operibus iuſtificaretur Abraham, *haberet* *Suprà cap. præcedente: ex expoſit. epiſt. ad Gal. 3.*
gloriam, ſed non apud Deum. Hoc enim neceſſario intelligendum eſt de operibus vel extra rectam fidem, vel naturæ ſeu legis, hoc eſt ex ſola doctrina legis factis vt antea expli-
B cantem Auguſtinum audiuimus, non autem de operibus gratiæ aut fidei. Nam de huiuſmodi bonis operibus in fide factis idem Apoſtolus in eadem ad Rom. epiſtola cap. 2. dixerat: *Gloria & honor & pax omni operanti bonum.* Et iterum ibidem: *factores legis iuſtificabuntur apud Deum.* Quintò (quòd valdè notandum eſt,) quia paulò obſcurior Apoſtoli 5.
hæc diſputatio videbatur, vt etiam primi chriſtiani inde colligerent, ex ſola fide Abrahamum iuſtificatum fuiſſe, & non ex bonis illius operibus, quæ tot ac tanta ſanctus ille Patriarcha fecerat, propterea (vt notat S. Auguſtinus in lib. de fide & operibus cap. 14. & in præfat. enarr. in Pſal. 31.) beatus Iacobus rectiſſimè intelligens meritum Pauli, docet disertè Abrahamum fuiſſe iuſtificatum ex bonis ſuis operibus, idque propterea quia in fide facta fuerant. Ait enim. *Abraham nonne ex operibus iuſtificatus eſt offerens Iſaac filium* Iacob. 2.
ſuum? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt. quaſi *Fides cooperabatur operibus Abrahæ.*
apertè dicens ideo ex operibus iuſtificatus eſt, quia fides cooperabatur in illis operibus, quia non ex auditu legis aut naturæ viribus, id eſt, non erant opera legis aut naturæ, ſed ex gratia Dei quam fides impetrabat, illa opera præceſſerunt. Moxque ad hoc probandum, eandem ſcripturam adfert quam antea Paulus: dicens: *& ſuppleta eſt ſcriptura dicens. Credidit Abraham Deo, &c.* Sexto, probatur hic idem ſenſus, ex deſcriptione illa iuſtitiæ 6.
veterum patrum. Ad Hebr. 11. de quibus dicitur: *quòd per fidem operati ſunt iuſtitiam, &c.* Hebr. 11.
quia opera illa bona quæ fecerant ſine fide non placuiſſẽt. Itaque de omnibus illis dicitur, quod fide hæc & illa fecerunt. Atque inter alia de Abrahamo dicitur. *Fide Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit neſciens quo iret. Fide demoratus eſt in terra, &c.* Abrahã ergo non eſt iuſtificatus ex operibus legis, ſine fide in Deum,
C ſine gratia perueniente factis: ſed per opera *ex fide* facta, *operatus eſt iuſtitiã* ait Paulus ipſe, *& iuſtificatus eſt*, ait Iacobus. Septimò & poſtremò, probatur hic idem ſenſus ex inten- 7.
tione tota diſputationis Paulinæ illo in loco. Intendit enim probare nec Iudæos nec *Intentio Pauli cap. 4. ad Rom.*
gentes, maximè autem Iudæos qui de lege gloriabantur, ſine fide iuſtificari vnquam potuiſſe. Hoc enim, quum toto ferè 3. cap. præcedenti probaſſet, concludit. *Quoniam* Rom. 3.
quidem vnus eſt Deus qui iuſtificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Mox pro exemplo adfert Abrahamum, qui iuſtificatus eſt, *non ex operibus legis*, quam nunquam acceperat, nec ex operibus moralibus ſine fide, ſed ex operibus bonis per fidem. Ideóque hoc exemplo declarato, & quatuor illis modis prædictis comprobato, poſtea infert & concludit hunc locum. *Beatitudo ergo hæc in circunciſione tantum manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam, Quomodo ergo reputata eſt? in circunciſione,* Rom. 4.
An in præputio? Non in circunciſione, ſed in præputio. Hæc ibidem Paulus oſtendens Abra- *Iuſtificatus ex*
hami iuſtitiam non ex operibus legis, aut circunciſione fuiſſe, qui ante legem datam aut *fide, id eſt, ex o-*
circunciſionem acceptam, per fidem iuſtificatus eſt, ſed *ex fide* fuiſſe, id eſt (vt tam ipſe, *peribus fidei.*

quam Iacobus interpreratur locis iam citatis) *ex operibus fidei* , vel ex operibus in fide fa- D
ctis, & *quibus fides cooperabatur iuſtificatus eſt.*

Ex his ergo perſpicuum eſt , Apoſtolum in hoc loco , non excludete à iuſtificatione
bona opera Abrahami in fide facta, neque oſtendere Abrahamum ex ſola fide eſſe iuſti-
Infr.lib.8 ficatum,(de qua tamen re alio in loco diſputabitur,) ſed excludere opera legis ſine fide
facta : qualia opera quia Abrahami non erant , propterea illum verè coram Deo iuſtifi-
catum, ex ſuis operibus fuiſſe : Ideóque Abrahami iuſtitiam, pro exemplo iuſtificatio-
nis hic ab Apoſtolo proponi, vt diſcamus veram iuſtitiam,ſine fide & graria Chriſti nul-
lam eſſe poſſe. Ex his quoque perſpicuum eſt illa quaruor ad confirmationem obiectio-
nis ex Apoſtolo collecta, non id ptobate quòd Abrahæ renouati & iuſti opera bona e-
tiam in fide facta non iuſtificarent , vt aduerſarij colligunt atque concludunt , ſed illud
probare, quòd ex ſolis operibus ſine fide, Abraham non eſt iuſtificatus, & quòd hoc il-
luſtri exemplo Abrahæ docetur , nec in circuncisione , nec extra circuncisionem vllam
fieri per bona opera ſine fide & gratia Chriſti iuſtificationem : qui fuit ſcopus & inten-
tio Apoſtoli in illa tota diſputatione,lege autem hac de re Auguſtinum in prefat.enarr.
in Pſal.31.& in lib. 83. quæſt. 76.tomo. 4.

Alia tria ſcripturæ loca , ex quibus bonorum operum Iu-ſtitiam euertere volunt Proteſtantes, explicantur. E

CAPVT VXII.

TRIA ſunt alia loca , quæ in hoc genete obiectionum multum vrgent
Luc. 17. proteſtantes. Primus locus eſt. *Quum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vo-
bis, dicite ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus.* Ecce inquiunt,
in perfecta adimpletione mãdatorum Dei, & in maximo profectu re-
Chemnitius in Examine par. 1. nouationis, ſumus *ſerui inutiles.* De huiuſmodi autem quando Deus
Math. 25. in iudicium cum ipſis intrat , ait Scriptura. *Inutilem ſeruum eiicite in te-
nebras exteriores, &c.* Hæc hodie proteſtantes. Reſpondetur breuiter,
fideles qui omnia mandata fecerunt eſſe ſeruos inutiles Domino Deo. Primum quia
Quo ſenſu iuſti ſunt ſerui inutiles. *bonorum noſtrorum non indiget.* Pſal. 15. quod adeo verum eſt , *vt neque ipſa hominis iuſtitia
Deum egere credendum* ſit, vt egregie explicar Auguſt. de ciuita. Dei lib. 10. cap. 5. Neque
enim fonti ſe profuiſſe quis dixerit , ſi ex eo biberit , nec luci ſi viderit. Deinde quia in
1. vniuerſa mandarorum impletione , nihil adhuc quaſi in gratiam Domini fecimus , aut
2. vnde nobis gratiam aliquam Deus referre teneatur , quia in toto illo genere (vr ibidem F
Chriſtus adiecit) *quod debuimus facere fecimus.* Tertiò quicquid in rei veritate opera gra-
3. tiæ vel iuſtitiæ vel meriti habeant, tamen de nobis ipſis humiliter ſentiendum eſt , vt in
hunc locum docet Ambroſius & Chriſoſto. Homil. 3. ſuper illud Eſaiæ. *Vidi Dominũ, &c.
Ideoque non dixit Chriſtus ſerui inutiles eſtis , ſed ait. Dicite , ſerui inutiles ſumus , Nam ſi tu te dixeris
inutilem, ego te vt vtilem coronabo.* Hæc Chryſoſtomus. Iam verò inutilis ille ſeruus eiicien-
dus in tenebras exteriores, Math. 25. Non eſt ille ſeruus qui omnia precepta fecit , (vt
ineptè colligit Chemnitius) ſed qui præceptum Domini non fecit , *abſcondens talentum*
2. Cor. 6. ſibi commiſſum, id eſt malè vtens Dei gratia accepta ; vel (vt Apoſtolus loquitur) in *va-
Math. 25. cuum gratiam Dei recipiens.* Quin & in eadem parabola , qui talentis acceptis bene vſus eſt,
vocatur *ſeruus bonus & fidelis.* Moxque ei dicitur. *Intra in gaudium Domini tui.*

Alius locus eſt, quem illi pro manifeſtiſſimo iactant, vbi Apoſtolus Dicit. *Nihil mihi
1. Cor. 4. conſcius ſum , ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Sic enim argumenrãtur. Illud , *Nihil mihi conſcius
Act. 23. ſum*, idem eſt quod alibi dicitur. *Ego in omni bona conſcientia conuerſatus ſum ante Deum, &c.*
Tamen de illa ſua bona conſcientia pronunciat Paulus, quòd non in illa, hoc eſt non in
operibus bonis quorum ſibi conſcius erat , iuſtificaretur. Reſpondetur Paulum hoc di-
cere non quia bona conſcientia non iuſtificat , ſed quia ſuam quiſque conſcientiã bona
ne ſit an mala certò non cognoſcit : verùm huius rei ſolus Deus iudex eſt. Nam idcircò
tum in verbis immediatè præcedẽtibus dixerat. *Sed neque meipſum iudico*: tum in ſequen-
tibus

A tibus immediate ſubiungit. *Qui autem iudicat me Dominus eſt.* Et hunc ſenſum confirmant Græci omnes interpretes in hunc locum, propter multa videlicet peccatā iuſtorum, quæ ignorātur. *Quantalibet enim iuſtitia* (ait Auguſt.) *ſit præditus homo, cogitare debet ne aliquid in illo quod ipſe non videt inueniatur eſſe culpandum, quum rex iuſtus ſederit in throno, &c.* Hæc ille in lib. de Perfectione iuſtitiæ lege eundem enarr. in Pſal. 41. ſuper illa verba, *abyſſus abyſſum inuocat.* Bernardum Epiſt. 42. & Hieronymum lib. 2. contra Pelagianos.

Bona conſcientia iuſtificat, ſed nemo de illa certus eſt.

Tertius locus magis vrgens, eſt illud Apoſtoli ad Philippenſes. *Secundum iuſtitiam quæ in lege eſt conuerſatus ſine querela.* Et paulò pòſt. *Omnia propter Chriſtum detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam*: Vrgent enim hic proteſtantes, quia Apoſtolus vtitur verbo præſentis temporis, dicens *arbitror vt ſtercora*, illum non ſolum opera ſua in Phariſaiſmo ante conuerſionem facta, ſed etiam opera bona poſt conuerſionem facta, à iuſtitiæ laude excludere, imò pro ſtercoribus reputare. Ideóque adiecisse, etiam de futura adhuc ſua iuſtitia, *vt inueniar in Chriſto non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu, quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide.* Hunc locū Caluinus, Illyricus, Chemnitius, vehementer vrgent, vt doceant Apoſtolum ſimpliciter omnē ſuam iuſtitiam in conſpectu Dei abiecisse, tam in Chriſtianiſmo quam in Iudaiſmo, & ſoli Chriſti iuſtitiæ niti atque confidere. Sed manifeſtiſſima hæc eſt ſenſus Apoſtolici deprauatio. Iuſtitia enim ex lege, vel in lege, quam pro ſtercore habet Apoſtolus, eſt iuſtitia propriis viribus facta audita lege, ſine fide, & gratia Chriſti, vt luculenter docet Auguſtinus contra duas

Philip. 3.

Qualis iuſtitia ſit quã pro ſtercore habet Apoſtolus.

B Epiſt. Pelag. lib. 3. cap. 7. & de gratia & lib. arb. cap. 12. & de verbis Apoſtoli Serm. 15. verba Auguſtini ſuperius citata ſunt. Neque verò verbum præſens quo Apoſtolus vtitur, ad opera præſentia ipſius Apoſtoli, ſed ad iudicium & ſententiam præſentem Apoſtoli pertinebat. Ait enim ſe iam conuerſum ad Chriſtum, ſic exiſtimare de operibus iuſtitiæ, in lege, vel ex lege. Cōtra verò de bonis operibus in fide Chriſti factis, ait diſertiſſimè idē Apoſtolus eadem Epiſtola, quòd *ſunt hoſtiæ Deo acceptæ, & placentes, cū odore ſuauitatis.* Item alibi quod *ſunt accepta coram Deo.* Denique mandata Dei facere, *placitum eſſe coram Deo* ait alia ſcriptura, Tantum abeſt vt bona opera ſint ſtercora graueolentia in conſpectu Dei, vt ex hoc loco blaſphemè docent hæretici.

Bona opera ex fide placēt Deo. Philip. 4. 1. Timo 5. 1. Ioan. 3.

Præterea ſi per iuſtitiam in lege hoc in loco, iuſtitiam etiam Iuſtorum in veteri lege, id eſt, obſeruationem veram non ſimulatam mandatorum Dei intelligamus, qualis Zachariæ & Elizabethæ in Euangelio Luc. 1. commendatur ſicuti re vera intelligit Auguſt. lib. 2. cap. 13. de pecc. mer. & remiſſ. tamen non ſic hoc intelligendum eſt, vt illa veterum iuſtitia planè pro ſtercoribus habenda ſit, ſed quod illa iuſtitia, vtcunque ſine fide Chriſti venturi non erat, tamen in comparatione illius perfectæ iuſtitiæ quam in altera vita ſine vllo peccato habituri ſunt iuſti, pro ſtercoribus habenda ſit: nec illa tantū, ſed & noſtra hodiè Euangelica iuſtitia, in hac plenitudine gratiæ, & reuelata fide Chriſti. Quod in loco iam citato, clarè docet Auguſt. Idem quóque confirmat in lib. de gratia

Alia reſponſio.

Quo ſenſu etiã vera iuſtitia pro ſtercoribus habenda ſit.

C Chriſti, cap. 48. *Sicut* (inquit) *iuſtitiam Apoſtolus in ſtercoribus & detrimētis reputauit, in comparatione iuſtitiæ quam ſperamus, & quā nunc eſurire ac ſitire debemus.* Hæc ille: & hunc ſenſum tum priora illa verba, *propter eminentem ſcientiam Chriſti, &c.* Tum etiam ſequentia apud Apoſtolum verba confirmant. Sequitur enim: *Ad cognoſcendum illum, & virtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſionis illius, configuratus morti eius.* Hæc enim omnia, ait Auguſtinus, *nondum plena & perfecta in Apoſtolo erant, ſed tanquam in via poſitus ad eorum plenitudinem perfectionémque currebat,* Hæc ille contra 2. epiſt. Pelag. lib. 3. cap. 7. Sic enim apud Apoſtolū adhuc ſequitur. *Si quo modo occurram ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis; non quod iam acceperim aut iam perfectus ſim; ſequor autem ſi quo modo comprehendam, &c.* In comparatione ergo huius iuſtitiæ, putat Aug. in locis citatis, omnem iuſtitiam, tam legalem, quam Euangelicā, ſtercora & detrimenta vocari. Neque tamen propter hanc comparationem, verè & ſimpliciter eiuſmodi ſunt. *Angelica enim ipſa iuſtitia in comparatione diuinæ, perfecta non eſt,* vt idem docet Auguſt. tract. 4. in epiſt. Ioan. Et poſt eum D. Bernardus ſerm. 5. de verbis Eſaiæ. Lucerna ſplendente ſole nihil lucis emittit, non tamen nullā habet. Omnia quoque quæ creata ſunt, quamuis ea Deus *bona fecerit valde.* Gen. 1. *Creatori tamen comparata* (ait Auguſtinus lib. de perfect. iuſtitiæ) *nec bona ſunt.* Sed de hac comparatione latius poſtea. Et hæc poſterior Reſponſio magis ex ſenſu Apoſtoli eſſe videtur, ſicuti in lib. 3. cap. 7. contra 2. epiſt. Pelag. accuratè docet Auguſtinus.

Philip. 3.

Infra lib. 6. cap. 17.

Quomodo gloriatio excludenda cum iuſtitia bonorum operum conſiſtat. D

CAPVT XVIII.

QVINTVM Caput obiectionum illa loca complectitur, in quibus docet ſcriptura, omnem gloriationem noſtram, à vera iuſtificatione excludendam eſſe. In bonorum autem operum iuſtitia, materiam gloriandi eſſet; non ergo ex bonis operibus iuſtitiam veram poſſe conſi-
Rom.3. 1. Cor. 1. Epheſ. 2. ſtere. Nam & ideo Apoſtolus clara voce dicit. *Vbi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt. Per quam legem? factorum? Non, ſed per legem fidei.* Rurſum. *Chriſtus factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, &c. vt qui gloriatur in Domino glorietur.* Denique *gratia ſaluati eſtis per fidem: non ex operibus ne quis glorietur.* Ex quibus locis inferunt proteſtantes, operum iuſtitiam etiam bonorum, & quæ à fidelibus in gratia fiunt, ab Apoſtolo à tota ratione iuſtitiæ excludi, vt ſola Christi iuſtitia nobis imputata
Chemnitius in Examine. ſit tota gloria noſtra. Itáque & blaſphemum eſſe hanc gloriam Chriſto detrahere, noſtræque obedientiæ mandatorum tribuere; & contumelioſum in Chriſtum eſſe, eius perfectiſſimæ iuſtitiæ atque obedientiæ, tanquam inutilæ & imperfectæ, noſtram obedientiam & iuſtitiam aſſuere. Sed huic argumento valdè ſanè populari, & ad decipiendum aptiſſimo, breuiter Reſpõdetur. E Gloriatio omnis excluditur ex parte noſtra, quum
Quomodo gloriatio excluditur in bonorum operum iuſtitia. profitemur opera bona noſtra non niſi à Deo proficiſci: quando *ſcientes quia nihil habemus quod non accepimus, non ſic gloriamur quaſi non acceperimus*, id eſt, ait Auguſtinus, *quia opera ex gratia, non ex operibus gratia*: Epiſt. 106. Denique quando *non nos ipſos commendamus*,
1.Cor.4. 2.Cor.10. quaſi viribus noſtris rectè fecerimus, *ſed à Deo commendati in Domino gloriamur.* Sic omnes fideles iuſtificati ex fide per gratiam Chriſti, *gloriantur in ſpe gloriæ filiorum Dei*, quam olim
Rom.5. accipient, *non ſolum autem ſed & gloriantur nunc in tribulationibus quas pro iuſtitia patiuntur.*
Rom.2. 2. Cor.1. *Imo gloria, honor, & pax eſt omni operanti bonum*, ait idem Apoſtolus, & de ſeipſo Paulus dicit. *Gloriatio noſtra hæc, eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.*

Qualis eſt gloriatio quam lex fidei excludit. Gloriatio autem quam lex fidei excludit, & non lex factorum, eſt gloriatio in lege, qualis Iudæorum erat ſicut multis verbis cap. præcedenti deſcribit Apoſtolus: eſt illa
Rom.2. Rom.10. 2.Cor 3. gloriatio *quæ Dei iuſtitiam ignorans, ſuam vult conſtituere*, vt alio in loco deſcripſit Apoſtolus: ſiue fiducia qua putamus nos *ſufficientes cogitare aliquid pium à nobis quaſi ex nobis.* Vt alibi docet. Denique eſt illa gloriatio gentibus & Iudæis communis, qua ſe medicina Chriſti non carere, qua ſe ſine Chriſto ſanos & ſaluos eſſe poſſe exiſtimabant Vt in Epi-
Rom.3. ſtola ad Roman. deſcribit Apoſtolus, docens *vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo, Omnes peccaſſe, & egere gloria Dei*: id eſt, gratia Chriſti, de qua re lege Auguſtinum accurratè diſputantem de ſpiritu & litera cap.13. & de corrept. & gratia cap.
De Spir. & lit. cap.10. 12. *Per legem* (inquit) *fidei excluſa eſt gloriatio, quia per legem fidei quiſque cognoſcit, ſi quid bene viuit Dei gratiã ſe habere.* Et hoc ſenſu Chriſtus eſt iuſtitia noſtra, & ſanctificatio noſtra, quia per gratiã Chriſti nobis impartitam, dato nobis Spirit. ſancto iuſtitiam operamur, & *in* F
Epheſ.2. *ſanctitate vitæ ambulamus coram ipſo, creati* videlicet, *in ipſo*, id eſt, per ipſum, *in operibus bonis quæ præparauit* in cordibus noſtris *Deus, vt ambulemus in illis.* Non autem eo ſenſu, quod Chriſti iuſtitia nobis imputatur, de qua re poſtea dicetur. Denique ideo *nõ ex operibus, ne quis glorietur ſaluati ſumus*, quia opera propria, & ſolius naturæ, aut lib. arb. viribus facta ſaluare nos non poſſunt, niſi gratia per fidem naturam liberet, ſanet, & adiuuet, ne-
In noſtra obedientia Chriſtus eſt iuſtitia noſtra. Rom.5. que propterea detrahitur Chriſto noſtræ iuſtificationis laus, & gloria, noſtræque obedientiæ tribuitur, ſed in Chriſti merito cauſa efficiente conſtituta, agnoſcitur præterea beneficium gratiæ intrinſecus datæ, *diffuſa charitate in cordibus noſtris*, Et omnem iuſtitiam in nobis operantis, vt noſtra obedientia ſit Chriſti donum & gratia, ideóque in ipſa obedientia noſtra Chriſtus ſit iuſtitia noſtra, & ſanctificatio noſtra operans illam in nobis.

Alioqui ſicuti iuſtitiã in ſolo Chriſto, extra nos propter hæc verba Pauli. 1.Cor.1. ponunt Proteſtantes, eadẽ ratione etiã ſanctificationẽ omnẽ extra nos in ſolo Chriſto ponere debebãt, quod tamẽ non faciũt. Fatentur enim in fidelibus renouatis eſſe verã ſanctificationẽ, & vitæ ſanctitatẽ, quam Chriſti gratia operatur in membris ſuis. Poſtremò,

non

A non aſſuimus Chriſti iuſtitiæ noſtram iuſtitiam, quaſi ſupplementum quoddam imperfectæ eius iuſtitiæ, ſed iuxta ſcripturas & Chriſti voluntatem agnoſcimus nos iuſtificari, non ſolo Chriſti merito, ſed etiam inhærente nobis iuſtitia *propter inhabitãtem Spiritum Dei in nobis vt iuſtificatio legis impleatur in nobis* vt Apoſtolus docet. Sed & de hac re alius erit dicendi locus. Hæc autem proteſtantum doctrina & blaſphemia contumelioſa eſt Matth. 5.
in Chriſtum, qua detrahunt gratiæ Chriſti, operanti in nobis obedientiam mandatorum, & Spirit. S. inhabitanti in nobis, vt iuſtificationem legis impleamus. Negatur Pſal. 70.
enim Chriſto illa gloria, de qua in Euangelio de operibus iuſtorum dicit. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videantur opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, &c.* In quo gloriatur Dauid. *Tu es patientia mea Domine, &c.* Et ſimilia permulta.

Epilogus Libri Quinti.

De iuſtitia vera, & verè nobis inhærente, ſic hactenus à nobis diſputatum eſt, vt oſtenderimus præter opera præparatoria à nobis requiſita, quaſi viam ad primam iuſtificationem in adultis neceſſariam, etiam in ipſa prima iuſtificatione, & reconciliatione impij, ſic vnumquenque reconciliari Deo per Chriſtum, & iuſtificari gratis per gratiam Chriſti, vt præter remiſſionem peccatorum prorſus gratuitam, etiam donum renouationis internæ ſimiliter gratuitum, id eſt virtutes diuinitus infuſas per Spiritum S. fidem, ſpem, charitatem, vnuſquiſque accipiat. Quibus donatus, & factus, iam noua creatura, ita demum iuſtus ſit, & perſona Deo grata, atque ad vitam æternam accepta: ipſámque iuſtificationem noſtram, primam, ſeu reconciliationem, non ſecus in hoc renouationis internæ dono, quàm in remiſſione peccatorum conſiſtere. Quin & demonſtratum præterea eſt, nouam obedientiam, ſeu bona opera hominis iuſtificati, veram eſſe coram Deo iuſtitiam, & ex huiuſmodi noua obedientia, nos verè iuſtificari coram Deo, id eſt, haberi & eſſe iuſtos, acceptámque in reconciliatione iuſtitiam, per eandem conſeruari & augeri. Quæ quidem omnia, ſic ex ſcripturis & D. Auguſtino optimo illarum in hac maximè quæſtione interprete, confirmauimus, vt quicquid præterea ex ſcripturis, vel Auguſtino ab hæreticis horum temporum grauiter diſputatum, fuit pariter refutatum dederimus. Quibus ita confectis, huic diſputationi hunc terminum ponemus; vt aliunde ſumpto exordio, aliam auſpicemur.

B

Finis quinti libri.

DE PERFECTIONE IVSTITIÆ.

LIBER SEXTVS.

Aduerſariorum fundamenta contra perfectionem Iuſtitiæ proponuntur, & hæreſes illis ſuperextructæ explicantur.

CAPVT PRIMVM.

RENOVATIONEM internam,& nouam obedientiam conſequentem,veram eſſe Iuſtitiam in ſuperioribus demõſtratum eſt.Sed quia vt veritatem huius Iuſtitiæ deſtruant, imperfectionem eius,imò & immunditiam multis verbis & argumẽtis horum temporũ hæretici redarguunt, de iuſtitiæ ex bonis operibus in fide factis perfectione,aliam diſputationẽ ordiemur,vt tum iuſtitiam antedictam,nõ ſolum veram,ſed etiã in ſuo genere perfectam,& plenam eſſe,ideóq; huiuſmodi, quæ in iuſto Dei iudicio ſtare queat,oſtendamus,tum vt quicquid contra eius vel perfectionem,vel munditiam diſputant hodiè hæretici,ſtudioſè,& ſolidè conuellamus. Perfectam enim in nobis aliquam bonorum operũm iuſtitiam eſſe,aut talem quæ in iudicio Dei conſiſtere queat,ne damnemur,pernegant hodiè ad vnum omnes Proteſtãtes propter perfectionem iuſtitiæ quàm legem Dei à nobis exigere aiunt.Hanc enim tantam eſſe ſibi perſuadent vt illi ſatisfacere in hac vita nemo queat.Huius autem perſuaſionis tria habẽt fundamenta.Primum,quia exiſtimant legem diuinam à nobis exigere pleniſſimam in hac vita omnium mãdatorum obedientiam,vt nullum prorſus ne minimum quidem mandatum præteriri debeat,ſi iuxta legis iuſtitiam iuſtificari volumus. Secundum quia neminem in hac vita perfectè,& plenè legi poſſe ſatisfacere iudicant, propter inchoatam tantummodo,nondum perfectam iuſtorum in hac vita renouationem. Tertium, quia omnem noſtram iuſtitiam immundam eſſe arbitrantur,& aliquo ſemper peccato contaminatam.

Tria Proteſtantium fundamẽta contra perfectionẽ iuſtitiæ.

E F

His autem fundamẽtis ſuperextruxit Lutherus(qui primus ea hodiè propalauit)multas alias hæreſes:vt,*obſeruationem mandatorum eſſe in hac vita impoſſibilem*. Item quæ ex iſta ſequitur; *Ad decalogum ſub pœna damnationis non obligari Chriſtianos,ſed ſolos Iudæos.* Ac rurſum, quæ mox conſequitur,*nullis planè legibus hominem chriſtianum inuitum teneri,non ſolùm Eccleſiaſticis,ſed nec ciuilibus*. Has enim nefandas hæreſes docuit Lutherus in lib. de Libertate Chriſtiana in libello contra duo mandata Cæſaris,& in lib.de capt.Babyl. Præterea eiſdem fundamẽtis adhuc ſuperextruxit Lutherus,*iuſtum in omni opere bono peccare*: Item,*bona opera ad ſalutem non eſſe neceſſaria*,Imò vt alij poſtea adiecerũt rigidiores Lutherani,*etiam pernicioſa eſſe*, quod etiam de contritione docuit Lutherus;aſſerens *eam quanto maior eſſet,tãto maiorem peccatorem facere*. Has ergo omnes hæreſes, aliáſq. affines hoc tempore enatas,vel certè renatas,prædictis illis fundamentis euerſis,pariter quoq; euertemus,& ſub hoc vno capite,varias Controuerſias expediemus. Primum itáque qualem lex Dei perfectionem,& huius vitæ iuſtitia requirat,diligenter explicandũ eſt.Secundo loco,quæ pro ſingulis illis fundamẽtis ſtabiliẽdis,ex ſcripturis,& Patribus afferre ſolẽt aduerſarij,proponemus:vt ita demum 3.loco propoſitis argumẽtis,ordine reſpõdeatur.

Hæreſes dictis fundamentis ſuperextructæ.

Ordo præſentis libri.

Ad

A

Ad perfectionem iuſtitiæ chriſtianæ demonſtrandam, prima propoſitio eſt, iuſtificatos in Chriſto gratiam Spiritus S. accipere qua legem impleant

CAPVT II.

QVOD ad primum itáque attinet, id firmum & certum habet Catholica doctrina, *homines iuſtificatos per bona opera quæ in Deo fiunt, diuinæ legi pro huius vitæ ſtatu plene ſatisfacere.* His enim verbis Conc. Trid. Seſſ. 6. cap. 16. Hanc rem tradidit. Quo tamen ſenſu hoc intelligendum ſit, explicatione opus habet. Ad quod rectiſſimè aſſequendum, *Prima propoſitio*, hæc erit. *Renouati & iuſtificati in chriſto, gratiam Spiritus ſancti accipiunt, qua legem impleant.* Hanc propoſitionem Apoſtolus euidenter confirmat, dicens. *Quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur per carnem* (id eſt impleri non poterat per homines carnales: *Deus filium ſuum miſit*, &c. *vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus*, &c. Quæ verba explicans Auguſt. *In prudentia*, inquit, *carnali quæ temporalia bona appetit, mala reformidat, implere legis præcepta non poterant. Hac autem prudentia carnis per Chriſtum ablata, & extincta, iuſtitia legis impletur; quùm non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum ambulamus.* Hæc ille in expoſitione quarundam propoſit. in epiſt. ad Rom. Eodem modo hunc locum explicat in lib. de Spiritu, & Lit. cap.

Lex Dei à iuſtis impletur.

Rom. 8.

B 19. Impletur autem iuſtitia legis ab iis qui ſecundum Spiritum ambulant, quia huiuſmodi *Spiritu Dei aguntur*, quia *circumciſionem cordis in Spiritu habent*: quia *lex Spiritus vitæ liberat eos à lege peccati.* quia *Spiritu ambulantes deſideria carnis non perficiunt*, quia Spiritu quùm ducuntur *non ſunt ſub lege*; Ibidē quaſi iugo ſcilicet legis ſeruiliter ſubiecti, ſed *ſunt ſub gratia*, quaſi filij Dei, & *diligentes Deum, ſermonem eius ſeruant*, & leges cuſtodiūt. Hoc autē totum de Spiritu ideo verum eſt, quia per Spiritum ſanctum nobis datur gratia qua impletur lex, *vt iam non ſimus ſub lege, ſed cum lege*, vt exponit Auguſt. tract. 3. in Ioan. Quam etiam gratiam multis verbis explicat Auguſt. *Lex* (inquit) *data eſt, vt gratia quæreretur, Gratia data eſt vt lex impleretur*: & in eodem lib. cap. 9. *Voluntas oſtenditur infirma per legem, vt ſanet gratia voluntatem, & voluntas ſanata impleat legem, non conſtituta ſub lege, nec indigens lege.* Hęc ille. Item. *lex non euacuatur per fidem, ſed ſtatuitur, quia fides impetrat gratiam qua lex impleatur.* Ibidem cap. 30.

Spiritus Dei inhabitans facit implere legem.

Rom. 2. & 8. Gal. 5. Rom. 6. Ioan. 14.

Per Spiritum Dei datur gratia.

De Spiritu & lit. cap. 19.

Hæc autem gratia eſt charitas. Illa enim *diffunditur in cordibus noſtris per Spiritū ſanctum qui datus eſt nobis*, & *fructus Spiritus eſt charitas.* Nam *lex ſcripta in cordibus noſtris*, quæ eſt gratia noui Teſtamenti, vt ſuprà cap. 12. explicatum ſatis dedimus, *eſt charitas* vt accuratè exponit Auguſtinus in lib. de Spiritu, & Littera, cap. 19. vſque ad 21. incluſiuè. Item cap. 28. *In eo*, inquit, *definita eſt gratia noui Teſtamenti, vt ſcribantur leges Dei in cordibus hominū. Hoc donum Spiritus S. eſt quo diffunditur charitas in cordibus noſtris.* Hæc ille. Hac autem charitate impleri legem, eiſdem in locis non minus accuratè docet. *Lex*, inquit, *impletur per Teſtamentum nouum, quæ dixit in veteri non concupiſces.* Hæc ille cap. 20. dicti libri. Nec minus apertè contra Fauſtum diſputans. *Iſtam*, inquit, *charitatem, quia veniens Chriſtus per Spirit. S. quē promiſſum miſit, in manifeſtatione donauit, qua ſola charitate iuſtitia legis poſſet impleri; propterea dixit. non veni ſoluere legem, ſed adimplere hoc eſt nouum Teſtamentū, quia huic dilectioni hæreditas regni cælorum promittitur*, &c. Hæc ille lib. 19. c. 27. cōtra Fauſt. móxq; oſtendens cap. ſeq. omnia excellentia virtutū præcepta, in Euangelio præſcripta, etiam veteri populo data fuiſſe, concludit c. 30. *Vnde ergo venit Dominus legem non ſoluere, ſed adimplere, niſi vt præceptis promiſſorum figuris, quæ redditâ veritate adimpletæ ſunt, atque ſublatæ, ipſa quoq; præcepta per nouitatem Spiritus implerētur in nobis*: Hæc ille. Ac deinde in fine proximi capitis hoc ſenſu docet, Chriſtum vocari *plenum gratiæ, & veritate*: quia *ad præcepta facienda adiuuat per gratiam, ſicut promiſſa implenda curat per veritatē* Hæc ille: Deníq;, non alio ſenſu *Lex per Moyſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*, quam quia quod lex promiſit & figurauit, Chriſtus totum adimpleuit, & quæ lex præcepit Chriſti gratia impleri facit. Sic luculenter Auguſtinus docet. *Impletur*, inquit, *lex vel cum fiunt quæ ibi præſcripta ſunt, vel cum exhibentur quæ ibi prophetata ſunt. Lex enim per Moyſem*, &c. *Ipſa lex cum impleta eſt gratia, & veritas facta eſt. Gratia pertinet ad charitatis plenitudinem, veritas ad Prophetiarum impletionem, & quia vtrumque per Chriſtum, ideò non venit ſoluere legem, aut Prophetas, ſed adimplere.*

Gratia qua lex impletur eſt charitas.

Rom 5. Gal. 5. Ierem. 31. 2. Cor. 3.

Propter donum Charitatis Chriſtus adimpleuit legem.

Ioan. 1.

Quomodo per Chriſtum facta eſt gratia.

Hæc ille lib.17. cap.6.contra Fauſtum.Idem docet in expoſit. quarundam propoſit. in epiſt.ad Rom..Atque hoc totum ex Apoſtolo didicit, qui vna charitate impleri legem multis in locis docuit. *Qui diligit proximum legem impleuit.* Rom.12.id eſt qui ſic affectus eſt facilè omnem legem implet.Quod etiã inſinuat Apoſtolus ſubiungẽs *in illo verbo ſingula mandata inſtaurari*;móxque concludẽs. *Plenitudo ergo legis eſt dilectio.* Et rurſum ad Gal.5. *Omnis lex in vno ſermone impletur. Diliges proximum tuum, ſicut teipſum* Hæc enim omnia non ſolum ideo vera ſunt,quia hoc Charitatis præcepto adimpleto, omnia alia quia ad charitatem reducuntur implentur,vt etiam Saluator docuit Matth. 22. & exponit Auguſt. lib.decem chordarum cap.9. ſed etiam quia ipſum Charitatis donum eſt illi gratia, per quam lex omnis impletur,iuxta illud Apoſtoli: *finis præcepti charitas*, 1. Tim.1. ſcilicet *quo præcepta perficiantur*, vt exponit Auguſt.in præfatione enarrationis in Pſalmum 31.Ex his ergo omnibus ſatis euidenter conſtat,prima iſta propoſitio; per gratiam Spiritus ſancti, quam omnes iuſtificati accipiunt,id eſt, per charitatem *per quam fides operatur iuſtitiam*, (ad Galat.5.) legem impleri. D

Adimpletio legis in hac vita non eſt ex omni eius parte & ſemper, ſed pro modo fragilitatis humanæ.

CAPVT III.

SEcunda propoſitio. Hæc tamen impletio legis non intelligitur neceſſariò & præcisè in omnibus mandatis legis,toto tempore & curſu iuſtitiæ humanæ; ſed ille cenſetur implere legem,ſatis facere legi, & in cõſpectu Dei iuſtus habetur,qui voluntatem & affectum habens implendi vniuerſa legis,eatenus implet, quatenus humana fragilitas, in reliquiis naturæ corruptæ per gratiam adiuta, implere in hac vita vel poteſt vel ſolet. Hæc propoſitio manifeſtè confirmatur,per celeberrimam illam Eccleſiæ doctrinam,contra Pelagianos olim definitam: *neminem etiam iuſtorum in hac vita ſine peccato viuere.* Conc.Milleuitano can.6.7.& 8. quòd repetitum eſt in Conc.Africano cap. 81.& ſeq.Quam etiam copiosè tuetur Auguſtinus in libris de pecc.mer.& remiſſ.maximè lib.2.in lib.de Spiritu,& Lit.lib.4.contra epiſt.Pelag.in lib.de perfect iuſtitiæ.aliiſque multis in locis.Ex Scriptura autem confirmatur hoc modo.Quùm multis in locis doceat Scriptura neminem ſine peccato in hac vita eſſe,(quæ loca mox in aduerſariorũ argumentis expendemus,) affirmat tamen præterea, multos iuſtos in *omnibus Dei mandatis ambulaſſe*, ſequitur neceſſariò,aliquem eſſe modum omnia mandata faciendi ſiue totam legem implendi, quamuis præcisè vniuerſalis,& omnimoda adimpletio non ſit. E

Perfecta quorundam iuſtitia in Scripturis.

Luc.1. *Actor. 13.* *3 Reg.15.*

Sanè de Zacharia,& Elizabeth in Euangelio dicitur, quòd *ambo iuſti eſſent apud Deum incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela.* De Dauide dicitur,quòd fuerit *vir ſecundum cor Dei,faciens omnes voluntates eius*: De Aza rege ſcribitur, *quòd fecerit rectum ante conſpectum Domini ſicut Dauid pater eius*: imò etiã quòd *cor eius perfectum fuerat corã Domino,omnibus diebus ſuis.* Similiter de Ioſaphat, & de Ezechia, & de Ioſia Regibus ſcribitur 2.Paralip.17.& 4.Reg. 18.& 2.Paralip.34.Et tamen horum omnium peccata in Scripturis commemorantur. F

Iuſtorũ peccata in ſcripturis. Luc.1. 2.Reg 11. 2.Paralip. 19. 32.34.& 35.

Zacharias incredulus Deo, mutus factus eſt. Dauidis adulterium & homicidium nota ſunt. Ioſaphat reprehenditur à Propheta *opem ferens impio Achab.* Ezechias *cecidit in elatione cordis ſui.* 2.Paral.32.Ioſias quóque grauiter peccauit,mittens ad Oldam Prophetiſſam,& non acquieſcens ſermonibus Nechao Prophetæ 2.paral.34. & 35. Ergo iſti omnes & implebant mandata Domini, & iuſti ex hoc ipſo erant, ſine peccatis tamen non erant. Vnde ſequitur,vt aliquis iuſtus coram Deo ex impletione legis habeatur,non neceſſariò requiri perpetuam, & vniuerſalem omniũ præcisè mandatorum obſeruationem.

Perpetuitas impeccantiæ ſoli Deo propria.

Hanc autem propoſitionem confirmat D.Hieronymus toto ferè lib.2.& 3.contra Pelagianos,quorum ſententia erat,hominem ſic iuſtum in hac vita eſſe poſſe, & eſſe permultos,vt omni prorſus peccato careãt: docétque in vtróq; libro, perpetuitatem illam impeccantiæ ad iuſtitiam neceſſario non requiri. *Poſitum*, inquit, *eſt in noſtra poteſtate non peccare,ſed hoc pro modo, & tempore, & cõditione fragilitatis humanæ; perpetuitas autem impeccãtiæ ſoli Deo reſeruatur. Nec quia ad breue à peccato abſtinere poſſum, coges me vt poſſim iugiter.*

Notat

A Notat quoque Dauidem electum quidem vt faceret omnes volũtates Domini, ſed non dixiſſe ſcripturam, dauidem omnes in perpetuum diuinæ iuſſionis voluntates feciſſe. *Dicimus enim hominem non poſſe peccare ſi velit, ſed hoc pro tempore, pro loco, pro imbecilitate corporea; quamdiu intentus eſt animus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur in cithara.* Hæc ille lib. 2. Iuſtus tamen nihilominus cenſetur coram Deo, quamdiu habeat affectum non peccandi, & voluntatem omnia adimplendi, vtcumque per fragilitatem in multis offendat. Vnde Auguſtinus: *Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato, nec tamen ex hoc deſinit eſſe iuſtus vel ſanctus, cum affectum teneat ſanctitatem.* In lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 86. Idem docet lib. 2. cap. 7. contra 2. epiſt. Pelag. Sed etiam ex ſcripturis idem probat S. Ieronymus lib. 2. contra Pelagianos. *Iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermonis.* Et iterum. *Septies in die cadit iuſtus: & iterum reſurget.* Prouerb. 24. Et rurſum Pſalmiſta. *Tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore oportuno. Si ſanctus eſt quo modo orat pro iniquitate? Si iniquitatem habet qua ratione ſanctus appellatur?* Hæc S. Ieronymus. Quomodo autem, & qua ratione fiat, vt verè iuſtus ſit, qui tamen peccato nunquam careat, mox explicabitur.

Prouer. 18. & 24. Pſal. 31.

Circa hanc autem propoſitionem, obſerua, longe aliud eſſe ad iuſtitiam requiri, vt vniuerſa lex ab homine iuſto per totam eius vitam, vel certè poſt primam eius conuerſionem perpetuò adimpleatur, aliud verò dicere iuſtificatum in Chriſto poſſe aliqua bona opera facere, quæ ita legem Dei impleant, ſeu legi ſatisfaciant, vt in conſpectu &

Impletur lex duplici ſenſu.

B iudicio Dei illa opera ſint verè bona, laudabilis, & iuſta; ipſéque homo ea faciens, verè propterea iuſtus coram Deo habeatur. Nam primam hanc diſtinctionis partem Catholica doctrina contra Pelagianos iam olim damnauit, & hæc ſecunda propoſitio euertit. Poſterior diſtinctionis pars Orthodoxa ſententia eſt, partim iam in prima propoſitione confirmata, partim in ſequentibus magis adhuc confirmanda.

Iuſtum illum eſſe coram Deo qui plures habet veras virtutes quam vitia.

CAPVT IIII.

TErtia propoſitio. Qui mandata legis obſeruat, vtcunque in multis offendat iuſtus tamen coram Deo eſſe poteſt. Si plures habet virtutes quam vitia. Hoc ſanè modo iuſti illi ſupra ex ſcripturis nominati, Dauid, Aza, Ioſaphat, Ezechias, Ioſias, Reges, Zacharias, & Elizabeth in Euangelio iuſti coram Deo habiti ſunt. Sic de Dauide ait S. Ieronymus: *multis aliis bonis ſua vitia compenſauit: Neque enim iniuſtus eſt Dominus vt tantum peccata condemnet, & bonorum operum non meminerit.* Hæc ille lib. 2. contra Pelagianos. Sic Ambroſius de eodem Dauide. *Nunc* inquit, *conſideremus opera eius, quibus potuit tegere peccatum.*

Dauid perfectè iuſtus cũ multis peccatis. Hieronimus. Ambroſius in Apologia Dauid cap. 6.

C *Etenim quia ſine peccato eſſe non poteſt humana fragilitas, cauendum ne plura ſint peccata quam opera virtutum.* Et paulò pòſt. *Omnia noſtra quaſi in trutina ponderãtur. Si bonis factis peccata præponderant præcedunt ad iudicium. Contrà vero ſi bona præponderant.* Moxque de Dauide concludit. *Sic dilexit Dominum vt nimia charitate peccatum omne tegeret atque abſconderet.* Hæc ille in Apologia Dauid. cap. 6. Idẽ quoque de Dauidis iuſtitiã quæ excellenter nobis in ſcriptura commendatur docet S. Baſilius. *Dauid videns vulnus confugit ad medicum. Peccaui* inquit, *& mox adhibita eſt medicina. Et Dominus,* inquit, *tranſtulit peccatum tuum, verum enim vis ſanctis imputare, vnum ne peccatum? an multam iuſtitiam? peccatum fecit? at multas quóque iuſtitias fecit. Quid iuſtum eſt apud iuſtum Deum? An vt paucorum memor ſit, An vt multorum obliuiſcatur? Sit æquilibrium; Si peccata plura fuerint, cenſeatur peccator: ſi vero plures iuſtitiæ eſtimetur iuſtus. Noſtra enim omnia ex eo quod ſuperat æſtimantur. Itáque iuſti ſumus tãquam homines. Iuſtitiæ ratio non eſt eadem quæ peccati. Vnde filius Dei iuſtitia dicitur. Nos vero ex iuſtitiæ participatione iuſti ſumus.* Hæc magnus ille Baſilius, in Homilia de penitentia, aliáque ibidem in hanc ſentẽtiam multa. Nempe hoc illud eſt quòd de Balthaſar Rege impio terribilis illa manus ſcripſit in pariete. *Apprehenſus es in ſtatere, & inuentus es minus habens.* Docet autem hoc ipſum non obſcurè Apoſtolus ad Hebr. Quum enim grauiſſimis verbis relapſum. poſt baptiſmum taxaſſet, dicens, *impoſſibile eſſe*, hoc eſt per quam difficile

Baſilius in Homilia de penitentia. Daniel. 5. Hebr. 6.

eos qui prolapſi ſunt rurſus renouari ad pœnitentiam, & ſimili rem declaraſſet, quòd *terra ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem proferens tamen ſpinas, maledicto eſt proxima*, ſubiecit: *Confidimus autem de vobis meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur.* Cauſam autem huius ſuæ confidentiæ & ſpei, ſubnectit dicens: *Non enim iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtratis ſanctis & miniſtratis.* Hæc Apoſtolus manifeſtè docens etiam relapſos poſt iuſtitiam acceptam in noua peccata, tamen propter bona opera (maximè miſericordiæ) iuſtitiam non amittere; modo tamen excedat vitiorum maculas, virtutum magnitudo. D

Quo ſenſu data propoſitio ſit vera.

1.

Attamen circa hanc tertiam propoſitionem dextrè intelligendam, tria ſunt notanda. Primùm non ex ſenſu iuſtum illum eſſe, qui pauciora habet peccata quàm virtutes, vt ſimpliciter numeri ad numerum, ſiue rei ad rem, Arithmetica comparatio fiat, quum certum ſit neminem eſſe iuſtum, qui nō plura habeat peccata venalia, (quæ ideò quotidiana à patribus vocātur,) quā virtutum opera: ſed vt fiat comparatio magnitudinis ad magnitudinē, & æqualis ad æquale in æquali, quæ geometrica vocatur: & vt loquuntur patres ac ſcripturæ citatæ, *ponderis ad pondus.* Infinita autem venialia, magnitudine, pondere, & grauitate peccati, non æquiparat vni mortali, licet quidem quoad occaſionē & diſpoſitionem, multa venalia faciant mortale, quo in ſenſu intelligendus eſt Auguſtinus tract.12. in Euang. Ioā. tract.1. in Epiſt. Ioā. Epiſt.108. ſerm.88. de tempore. Serm. 41. de Sanctis, & Homilia 50. cap.8. ex Homiliis 50. quum dicit, *Multa venialia nanſecus occidere animam quàm vnum mortale*, vt rectè illum exponit S. Thom. 1.2. q. 88. ar. 4. Ille ergo iuxta ſenſum Patrum iuſtus habebitur, qui poſt primam conuerſionē in toto progreſſu iuſtitiæ ſuæ, in toto curſu & conflictu præſentis vitæ, plures habet præclaras virtutes quàm grauia & læthifera peccata, vel qui multò frequentius magiſque aſſiduè, pietatis & charitatis operibus incumbit, quàm in graue aliquod flagitium delabitur; denique qui ſæpius vincit quam vincitur. Secundò notandum, non eo ſenſu plures virtutes iuſtū facere quaſi cum vno peccato læthifero nondum per pænitentiam expiato, vel multorum annorum virtutes coniunctæ iuſtum poſſint efficere. Nam de eo qui poſt multas egregias virtutes in peccatum læthiferum recidit, vnde per pænitentiam nondum emerſerit, dicit ſcriptura. *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius quas fecerit non recordabuntur: in præuaricatione qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur.* Sed ſenſus patrum eſt, eum qui in magno profectum virtutum interdum in graue aliquod peccatum decidit, facilius à Deo gratiam accipere qua reſurgat & pænitentiam agat, atque iniquitatem commiſſam tegat, propter alia eius bona opera vel præcedentia, vel etiam ſubſequentia, quæ per fidem adiunctam veniam faciliorem impetrant, vel certè ſatisfaciunt. Sic Ambroſius Dauidis delictum *nimia charitate qua Deum dilexit, tectum fuiſſe ſcribit.* Moxque multa eius præclara facta commemoraturus, *quis*, inquit, *tantarum laude virtutum vnius criminis non obumbraret inuidiam.* In Apologia Dauid. cap.8. Nec diſſimiliter Baſilius, celetem illam valdè Dei ignoſcentiam, Dauidi factam (quam primum enim dixit peccaui, reſpondit Propheta, *& Dominus tranſtulit peccatum tuum*) Huic diuinæ iuſtitiæ attribuit, qua propter multas iuſtitias vni iniuſtitiæ interueniente pænitentia, facile ignoſcit. *Mox* (inquit Baſilius) *adhibita eſt medicina: & Dominus* (inquit Propheta) *tranſtulit peccatum tuum? Vtrum enim vis ſanctis imputare, vnum ne peccatum, An multam iuſtitiam?* Aliáque quæ ſequuntur vt ſuprà citauimus, ex Homilia de Pænitentia. Eandem cauſam tam celeris veniæ & conuerſionis, S. Ieronimus loco & verbis prællegatis notauit. Eſt ergo coram Deo iuſtus, qui plores habet virtutes quam peccata etiam grauia atque lætifera, quia citius intercedente pœnitentia, facilius huiuſmodi Deo reconciliatur; & ampliorem iuſtitiæ laudem apud Deum conſequitur. E F

Nulla venialia pondere æquiparant mortale peccatum.

2.

Multorum annorum virtutes nō faciunt iuſtum vnius mortalis peccati reum. Ezechiel. 18.

Iuſtus cadens citius reſurgit.

3.

Qui plures habet virtutes propius accedit ad perfectam iuſtitiā ideoque iuſtus eſt. 1. Timo.2.

Tertiò notandum idcircò iuſtum coram Deo haberi, qui plures habet virtutes quam peccata, quia huiuſmodi propius ad perfectam illam iuſtitiam, quæ omni prorſus peccato caret accedit. Quum enim *omnes in agone quodam iuſtitiæ in hac vita conſtituimur.* Vt docet Apoſtolus, primo Corinth. nono. *Nec coronabitur niſi qui legitimè certauit*, ille haud dubiè palmam victoriæ reportabit, qui etſi multum & ſæpè vulneratus, hoſtem tamen ſæpius proſtrauerit, & frequentius in pugna vitia debellauerit. Hoc ſenſu ſcripſit Auguſtinus, *poſſe dici hominem iuſtum, qui perfectioni iuſtitiæ plurimum acceſſit, ita vt ei proximus fieret.* In libro de Perfectione iuſtitiæ. Quod etiam ex loco Apoſtoli iam

A iam citato, eodem in libro accuratè oſtendit, dicens inter cætera, *perfectos illos eſſe qui perfectè currunt, quamuis ſine peccato non ſunt. Illos autem perfectè currere*, id eſt, *ſic currere vt comprehendant, qui caſtigationi corporis, eleemoſynis, orationibus, aliiſque bonis operibus incumbunt.* *Perfectus eſt quiuis qui perfectè currit in agone iuſtitiæ.* Idem docet Auguſtinus de pecc. mer. & remiſſ. lib. 2. cap. 15. vbi dicit. *In hoc poteſt aliquis dici perfectus, vt non quia iam non ſupereſt quo amplius proficiat, ſed quia ex maxima parte profecit, hoc nomine dignus habeatur.* Hæc ille. Eandem doctrinam tradit contra 2. epiſt. Pelag. lib. 3. cap. 5. & 7. & de natura & gratia cap. 12. quæ loca aptius poſtea proferentur. In hoc ergo ſenſu alij patres intelligendi ſunt, quum dicunt eum eſſe iuſtum qui plures habet virtutes quam vitia: hoc enim eſt dicere, qui magis profecit in via iuſtitiæ.

Sic perfecta iuſtitia eſt, & ſic impletur lex mandatorum Dei in hac vita, vt ſine peccatis mortalibus viuere renati poſſint, ac debeant.

CAP. V.

B QVarta Propoſitio. Omnimoda mandatorum impletio etſi talis in hac vita ad veram iuſtitiam non requiritur, vt omni prorſus peccato careat: tamen talis & tanta eſt, vt grauibus illis, & lætiferis peccatis omnino carere poſſit, & debeat, vtrunque lenioribus illis & venialibus non careat. Quamuis enim etiam iuſti ipſi interdum etiam lætaliter peccent vt ſupra eſt demonſtratũ; tamen in tali peccato cõſtituti, iuſti non ſunt: nec vera iuſtitia cum tali peccato nondum per penitentiam deleto, conſiſtit. Cum aliis autem leuioribus peccatis, etiam actu quotidiè commiſſis, vera huius vitæ iuſtitia conſiſtit. Et de huiuſmodi peccatis loquuti ſunt patres, qui contra Pelagianos olim definierunt, *neminẽ iuſtorum ſine peccato viuere.* Vnde diſertè ſic ſcribit Auguſtinus. *Sicut ſine minutis peccatis nemo vnquam aut fuit, aut eſſe poterit, ita ſine capitalibus criminibus dante & auxiliante Deo, omnimodis eſſe poſſumus & debemus.* Hæc ille ſerm. 56. de tempore. Idem docet in Enchyr. cap. 64. & 78. & Homil. 19. ex Homil. 50. Itáque hoc in loco, quam diligentiſſimè notanda illa Auguſtini manifeſta diſtinctio, in libro de perfectione iuſtitiæ, qua dicit. *Aliud eſt eſſe ſine peccato, quod de ſolo in hac vita vnigenito dictum eſt, aliud eſſe ſine quærela, quod de multis iuſtis etiam in hac vita dici potuit.* Quærelæ autem nomine peccatum mortale ſeu crimen intelligit. Sic Zacharias & Elizabeth iuſti *incedebant ſine quærela* Et Apoſtolus de ſeipſo ſcribit, *quòd conuerſatus eſt ſecundum iuſtitiam quæ ex lege eſt ſine quærela.* Quæ duo loca eundem planè ſenſum habere docet Auguſtinus. lib. 2. cap. 13. de pecc. mer. & remiſſ. Eodem ſenſu hortatur Apoſtolus, *vt ſimus ſine quærela & ſimplices filij Dei ſine reprehenſione, &c.* Et iterum ad Theſſalonicenſes. *Vos teſtes eſtis & Deus quam ſanctè & iuſtè & ſine quærela vobis qui credidiſtis fuimus.* Et paulò pòſt cap. 5. *Deus pacis*

Aliud eſſe ſine peccato, aliud ſine quærela.

Luc. 1.

Philipp. 3.

Philipp. 2.

1. Theſſal. 2.

C *ſanctificet vos per omnia, vt integrè ſpiritus veſter, & anima, & corpus, ſine quærela in aduentu Domini ſeruetur.* In his enim omnibus locis ſine quærela ſignificat ſine peccato mortali, vel ſine crimine vt Auguſtinus ſemper loquitur, non autem ſine peccato veniali. Sic in eodem libro de perfectione iuſtitiæ, exponit illud Apoſtoli, *vt ſimus ſancti & immaculati in conſpectu Dei*, eo ſenſu dici, vt ſimus ſine crimine in hac vita. *Non autem ideo* (inquit) *ſine peccato eſt aliquis, quia non habet maculam criminis.* Quam diſtinctionem mox etiam ex Apoſtolo demonſtrat. *Vnde Apoſtolus cum miniſtros eligeret ordinandos, non ait, ſi quis ſine peccato (quod inuenire non poſſet) ſed ait ſi quis ſine crimine eſt* (quod aliis verbis 1. ad Timo. 3. dixit *irreprehenſibilis*) *quod vtique poſſet inuenire.* Secundum hanc diſtinctionem iuſtitia huius vitæ crimine omni carere debet, & poteſt, & ſi peccato carere non poteſt. *Hæc eſt* (inquit Auguſtinus) *prima libertas carere criminibus.* Et paulò pòſt. *Multi iuſti dicti ſunt ſine quærela, quod intelligitur ſine crimine. Nulla enim quærela iuſta eſt de his in rebus humanis qui non habent crimen. Crimen enim eſt peccatum graue, accuſatione & damnatione digniſſimum.* Hæc ille tract. 41. in Ioan. concludens poſtea, quod *huiuſmodi peccata debet non habere omnis Chriſtianus.*

Epheſ. 1.

Tit. 1.

1. Timo. 3.

Hanc quoque diſtinctionem licet aliis verbis tradit, S. Ieronymus. *Iuſtos* (inquit) *eſſe*

A *ſiſtendo, & benefacienda in doctrina ſana.* Hæc ille in lib. de Perfect. iuſtitiæ.

Hic ipſe tamen curſus, hic profectus iuſtitiæ ſuam habet rectitudinem ſuámque perfectionem, propter quam iuſtitia noſtra dicitur, quamuis cum aliquo ſemper peccato & imperfectione coniuncta, tamen ſuo modo & verè perfecta. Et propterea Apoſtolus in loco iam allegato vbi ſe perfectum eſſe negauerat ſubiungit tamen. *Quicunque ergo perfecti ſumus hoc ſapiamus. Tanquam diceret* (ait Auguſtinus) *Si ſecundum hominis mortalis capacitatem pro huius vitæ modulo perfecti ſumus, ad ipſam perfectionem hoc quoque pertinere intelligamus, vt angelica illa quæ in Chriſti manifeſtatione nobis erit iuſtitia, nondum nos perfectos eſſe, ſapiamus.* Hæc ille lib. 3. cap. 7. contra 2. epiſt. Pelag. Mox tamen eodem loco paulò pòſt, veram nihilominus hanc eſſe iuſtitiam & veram perfectionem oſtendit. *Qui ſecundum iuſtitiam* (inquit) *quæ in lege eſt ſine fide gratiæ Chriſti viuit, nullam veram putandus eſt habere iuſtitiam. Iuſtitia vero ſecundum quam iuſtus ex fide viuit, quoniam per ſpiritum gratiæ homini ex Deo eſt, vera iuſtitia eſt. Quæ licet non immerito in aliquibus iuſtis pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur, parua tamen eſt ad illam magnam quam æqualitas capit Angelorum. Quam qui nondum habebat, & propter illam quæ iam inerat perfectum & propter iſtam quæ adhuc deerat, imperfectum ſe eſſe dicebat. Sed planè minor iſta iuſtitia facit meritum, maior illa fit præmium.* Hæc ille, oſtendens ex hoc Apoſtoli loco, iuſtitiam huius vitæ etſi reſpectu alterius illius in futura vita perfectiſſimæ iuſtitiæ imperfecta ſit, tamen quia ſemper proficit & tendit in melius, veram & perfectam eſſe iuſtitiam. Nempe quia in vnoquóque genere, aliquid ratione ſubiecti in quo eſt, perfectum eſſe poteſt, quod alterius ſubiecti reſpectu imperfectũ erit. vt bonus dici grã-
B maticus diſcipulus aliquis poteſt inquantum diſcipulus eſt, qui reſpectu magiſtri alphabetarius cenſeretur. Sic peregrinationis huius iuſtitia pro peregrinantis & militantis ſtatu perfecta eſt, quæ reſpectu non ſolum diuinæ, ſed etiam angelicæ valdè eſt imperfecta. Vnde iterum Auguſtinus: *Apoſtolus & perfectum & imperfectum ſe eſſe dicit. Imperfectum ſcilicet, cogitando quantum illi ad iuſtitiam deſit, cuius plenitudinẽ adhuc eſurit ac ſitit. Perfectũ autem quòd & ſuam imperfectionem confiteri non erubeſcit, & vt perueniat benè procedit. Sicut poſſumus dicere perfectum eſſe viatorem, cuius benè promouetur acceſſio, quamuis non perficiatur intentio niſi fuerit facta peruentio.* Hæc ille loco iam citato li. 3. c. 7. cõtr. 2. epiſt. Pelag. paulo ante medium capitis. Nec diſſimiliter in lib. de Nat. & Gratia cap. 12. *Proficiẽtium eſt via, quamuis benè proficientes dicantur perfecti viatores. Illa autem eſt ſumma perfectio, cui nihil addatur, cum id quo tenditur cœpit poſſideri.* Hæc ille. Itáque *illum ingredi ſine macula* ait Aug. *non qui iam perfectus eſt, ſed qui ad ipſam perfectionem irreprehẽſibiliter currit.* de perfect. iuſtitiæ, Quod etiam adhuc alibi alio ſimili explicat, eundémApoſt. locũ ad Philip. 3. diligenter exponens. *Ipſe* (inquit) *Apoſtolus fatetur ſe nondum eſſe perfectum in plenitudine iuſtitiæ, &c. ſed ad hæc præterita obliuiſcentem in ea quæ ſunt antè extendi, quamuis iam eſſet perfectus viator, etſi nondũ erat ipſius itineris perfectione peruentor.* Et paulò pòſt explicans illud; *veruntamen in quod peruenimus, in eo ambulemus, ait. Ambulatio iſta non pedibus ſed affectibus geritur, vt poſſint eſſe perfecti iuſtitiæ poſſeſſores, qui recto itinere fidei, de die in diẽ ſua renouatione proficientes iam perfecti facti ſunt eiuſdem iuſtitiæ viatores.* Hæc ille de pecc. mer. & remiſ. lib. 2. c. 13. Sed & paulò pòſt ca. 15. rem paulò explicatius repetens ait: *Poteſt fieri vt iam ſit aliquis ſapientiæ perfectus auditor* quales illi erant quibus dixit Apoſtolus, *loquimur ſapiẽtiam inter perfectos*, & quales non erant quibus
C proximo cap. dicit *lac, potum vobis dedi, non eſcam, (nondum enim poteratis) cuius nondum ſit perfectus & doctor. poteſt perfectus eſſe iuſtitiæ cognitor, nondum perfectus effector. poteſt perfectus eſſe vt diligat inimicos, qui nondum eſt perfectus vt ſufferat. Quin & in eo qui iam omnes homines diligit, quæri poteſt vtrum iam ſit in ipſa quoque dilectione perfectus, id eſt, vtrũ quos diligit, tantum diligat quantum illa incommutabilis regula veritatis diligendos eſſe præſcripſit. Cum ergo legitur in ſcripturis cuiuſque hominis perfectio qua in re dicatur non negligenter intuendum eſt: quoniam non ideo quiſque prorſus ſine peccato eſſe intelligitur, quia in aliqua re dicitur eſſe perfectus: quanquam & in hoc, ita poſſit dici, vt non quia iam non eſt quo proficiat, ſed quia ex maxima parte profecit, hoc nomine dignus habeatur. Sic perfectos dicit Apoſtolus, quibus tamen ait, & ſi quid aliter ſapitis id quoque vobis Deus reuelabit. Veruntamen in quod peruenimus, in eo ambulemus.* Hæc ille. In quibus verbis ſi rectè aduertimus, quatuor in hac vita perfectionis rationes, ac modos deſcribit. vnum, quia in vno aliquo genere virtutis perfectus aliquis eſſe poteſt qui in alio genere non ſit, quales varias perfectiones beatitudinum nomine expoſuit Saluator Matth. 5. cap. Alterum quia etiam ſi ſingulas virtutes aliquis haberet non tamen in ſummo perfectionis gradu eas exerceret. Sic in vno gradu ſimpliciter mandata ſeruantes. In alio

Iuſtitia noſtra quomodo ſuo modo eſt perfecta. Philip. 3.

Paulus perfectus & imperfectus in iuſtitia.

Aliquid eſt perfectum & imperfectũ reſpectu diuerſi ſubiecti.

Perfecti viatores iuſti in hac vita.

Pſal. 14.

Perfecti viatores perfecti ſunt iuſtitiæ poſſeſſores.

1. Cor. 2.
1. Cor. 3.

Philipp. 3.

Quatuor in hac vita perfectionis modi.

gradu perfecti ſunt qui ad Apoſtolicam charitatem peruenerunt, quos propterea Chriſtus non iam ſeruos, ſed amicos vocat 1 Ioan. 15. D Tertium quia vtcunque perfectus quiſque eſt, tamen non caret aliquo peccato. Quartum quia in aliqua vel omni virtute aliquis egregios progreſſus fecit. Quorum duo poſtrema, ad præſentem propoſitionem confirmandam faciunt. Secundum ſequenti propoſitioni ſubſeruit. Vide autem de variis perfectionum in hac vita gradibus egregiè diſputantem Caſſianum Collat. 11. cap. 12.

Profectus iuſtitia in quo maxime conſiſtat. 2. Cor. 4. Rom. 8. Gal. 5. Rom. 8. *Secundum Spiritum ambulare in quo conſiſtat.*

Notandum autem adhuc, profectum hunc quotidianum quem iuſtitiam huius vitæ eſſe oſtendimus, maximè propriè conſiſtere in perpetuo illo conflictu, contra vetuſtatis reliquias, poſt baptiſmum manentes. Sic enim iuſtus aliquis fit, dum *qui intus eſt homo renouatur de die in diem. Iuſtificatio enim legis impletur in nobis dum ambulamus ſecundum Spiritum. Spiritu ante ambulamus, carnis deſideria non perficiendo*: vel quod idem eſt, *ſpiritu facta carnis mortificando. In iſto conflictu* (ait Auguſtinus) *induimur ea iuſtitia qua hic ex fide viuitur, & ea quodammodo loricamur*. In lib. de Perfect. iuſtitiæ. Et alio in loco docēs iuſtificationem nobis tribus modis in hac vita conferri, ſecundum modum eſſe dicit *in congreſſione cum vitiis, à quorum reatu abſoluti ſumus*. lib. 2. cap. 8. contra Iulianum. vbi etiam *hanc eſſe noſtram in renouatione iuſtitiam* docet, *qua iuſtum eſt vt aduerſus carnem ſpiritus concupiſcat, vt ſpiritu ambulemus*. Hunc iuſtificationis modum multis verbis diſcribit ſerm. 16. de verbis Apoſtoli; & ſerm. 43. de verbis Domini. & de veterum iuſtorum iuſtitia ſcribit. *hunc vitioſæ affectionis appetitum qui magna ex parte frenarunt, vt non obedirent deſideriis eius, &c. etiam iuſti appellari meruerunt*. E de Nat. & gra. ca. 38. Poſtremò in hoc profectu conſiſtere iuſtitiam, perpetuæ illæ Scripturæ phraſes oſtendunt. *qui ambulant in lege Domini*. Pſal. 118. *qui ambulant ſecundum Spiritum* Rom. 8. *In quod peruenimus in eo ambulamus*. Philip. 3. *Ambula coram me & eſto perfectus*. Geneſ. 17. *In nouitate vitæ ambulemus*. Rom. 6. *Spiritu ambulate*. Gal. 5. *Ambulate in dilectione, & vt filij lucis ambulate*. Epheſ. 5. aliáque ſexcenta. Oſtendunt hæc omnia noſtram iuſtitiam ſemper in motu fieri & eſſe, tenderéque ad perfectionem, non eſſe abſolutè perfectam, ſic vt nihil addi queat.

Vitæ ambulandi in Scripturis docet in perpetuo progreſſu conſiſtere iuſtitiæ perfectionem.

Diſtinctio Auguſt. de inchoata & plena renouatione nō tollit perfectionem iuſtitiæ.

In hac ergo propoſitione, notandum eſt diligentiſſimè contra ſingularem hodiè hæreticorum fraudem, Auguſtini doctrinam de imperfecta & perfecta iuſtitia, ſiue de inchoata & plena renouatione ac ſanitate, ſeu denique de prima & poſtrema libertate, quarum altera, huius vitæ, altera futuræ vitæ eſt, non eum ſenſum habere, qualem illi fingunt, videlicet ſic eſſe imperfectam iuſtitiam vel inchoatam obedientiam in hac vita, vt non ſit vera iuſtitia, vera obedientia, adeóque plena obſeruatio mandatorum, & denique perfecta obedientia atque iuſtitia. Iam enim audiuimus Auguſtinum dicere ac docere, ideo dici imperfectam, non quòd perfecta nō ſit in ſuo genere, ſed quia in comparatione illius pleniſſimè, & perfectiſſimæ iuſtitiæ, quæ in altera vita erit, adhuc imperfecta eſt. Illa enim ſic dicitur perfecta, vt nihil ei addi poſſit, vt multis in locis docet Auguſtinus, vt contra Iulianum lib. 2. cap. 8. de Nat. & Gratia. cap. 12. 42. 59. 62. 63. & 70. & F de Spiritu, & Lit. cap. vltimo. Hæc dicitur perfecta quia ſemper aliquid addendo, & ad ea quæ ſunt ante extendendo, id agit, id conatur, vt ſit perfecta; & eius perfectio eſt perfectus curſus non perfecta peruentio, eſt perfecta ambulatio, non perfecta comprehenſio. Et hoc ſenſu omnes iuſtos & perfectos in Scripturis laudatos, iuſtos & perfectos fuiſſe accuratè docet Auguſt. lib. 2. de peccat. mer. & remiſs. à cap. 10. vſque ad 16. incluſiuè.

Calumnia Pelagiana propter diſtinctionem præcedentem

Et notandum eſt, quod propter hanc doctrinam D. Auguſtini calumniati ſunt Pelagiani eum docere, homines in cælo ea mandata implere, quæ hic implere vel non poterant, vel omiſerant, quibus reſpondet, *putare tantam* (& non maiorem) *futuram eſſe iuſtitiam poſt reſurrectionem in corpore vitæ illius, quanta eſſe poteſt in corpore mortis huius, demētiæ ſingularis eſſe. Sed erit ibi perfectiſſima plenitudo iuſtitiæ, non tamen hominum mandata ſectantium, & ad eam plenitudinem proficiendo nitentium, ſed in nictu oculi ſicuti ipſa reſurrectio*. Hæc ille lib. 3. cap. 7. contra 2. epiſt. Pelag. eandem calumniam eodem modo repellit eiuſdem operis lib. 4. cap. 7.

Alia calūnia.

Ruſum, propter hanc ipſam doctrinam calumniati ſunt Pelagiani docuiſſe Auguſtinum, *Iuſtos in hac vita non regula virtutum iuſtos fuiſſe, ſed tantum in comparatione ſceleratorum, tanquam minus malos*. vt commemorat lib. 3. cap. 5. contra 2. epiſt. Pelag. Quibus mox reſpondens, *Catholicam fidem iuſtos ab iniuſtis non lege operum, ſed lege fidei diſcernere*, id eſt, non ex ſub-

A ex ſubſtantia actus, ſed ex fide in qua virtutum actus fiant; poſtea eiuſdem operis lib. 4. cap. 7. *Antiquos*, inquit, *iuſtos, quibus Deus teſtimonium perhibet in Scripturis, non in comparatione ſceleratorum, ſed regula virtutum iuſtos fuiſſe, dubium non eſt, quamuis ſine peccato nemo eorum fuerit*. Et paulo pòſt cap. 10. Eiuſdem libri eandem calumniam repetẽs, ex Cypriani verbis illam confutat, docens etiam *ipſos Apoſtolos iuſtos & ſanctos fuiſſe, regula virtutum*, id eſt tali obedientia mandatorum Dei, qualem veræ virtutis regula exigit, *quamuis nonnullos nexus ſecularium laqueorum eorum vita fuerit perpeſſa, nonnullis peccatis & vitiis carnis fuerit obnoxia*. Hæc ille. Idem ex verbis Hilarij docet lib. 2. contra Iulianum.

Tertiò propter hanc ipſam doctrinam calumniati ſunt docuiſſe Auguſt. *Legem veterem non ob hoc datam fuiſſe vt iuſtificaret obediẽtes, ſed vt grauior eſſet cauſa peccati*. Quibus reſpõdet Auguſt. *Quis dicat non iuſtificari eos qui ſunt legi obedientes, quando ſi non iuſtificarentur non eſſent obedientes? Sed dicimus lege fieri, vt Deus quid fieri velit audiatur: gratia vero fieri vt legi obediatur*. Hæc ille lib. 3. cap. 2. contra 2. epiſt. Pelag. Et notandum, quòd hanc calumniã Pelag. imitati hodiè Proteſtãtes, id dixerint à Pelag. fuiſſe contr. Aug. & Cathol. tũc Eccl. aſſertũ, quòd fuit ab ipſo Auguſt. & Cathol. Eccl. contr. Pelag. tunc defenſum. *Pelagius damnatus eſt* (ait Chemnitius) *quod iuſtificationem tribuebant obſeruationi legis diuinæ*. Sed ex calumnia Pelagiana iam proximè citata conſtat, non Pelagiũ ob talem doctrinam damnatum
B fuiſſe, ſed Auguſtinum ab ipſo Pelagio hoc nomine reprehenſum, quòd talem doctrinã ipſe damnaſſet: quam tamen non damnauit ſed ſeriò & conſtanter docuit.

Tertia calũnia, propter eandem doctrinam.

Calumnia Pelagiana eſt doctrina proteſtãtum.

Quamuis in profectu conſiſtat iuſtitia, non in perfectione virtutum: tamen virtutes quas facit iuſtus vera ſunt mandatorum adimpletio, & nullo eſt permixta peccato ipſarum operatio.

CAPVT VII.

SExta propoſitio. Quamuis iuſtitia huius vitæ, non ſic adimpleat omnia mandata, quin ſæpius offendat, ſitq; potius in profectu quam in perfectione, id eſt, perfecta operatione aut poſſeſſione virtutũ; tamen in eorum mandatorum quæ facit iuſtus obſeruatione ſeu adimpletione, iuſtus non peccat; vtcunque mandatũ ipſum perfectiſſimè non impleat, quo ad modum ſeu gradum adimplendi. Hæc propoſitio duas habet partes: vnam de ipſa operum iuſtorũ iuſtitia vera, & ſine peccato in ipſo obediẽtiæ opere, etſi non in toto curſu operum ſeu iuſtitiæ. Alteram, de ipſius iuſtitiæ imperfectione & defectu: quæ tamen rectitudinem, & iuſtitiam boni operis coram Deo non tollunt. Vtrámque partem negant hodiè Proteſtantes pertinaciter, & ex hac vtráque negata, nullam eſſe coram Deo iuſtitiam operum, ſeu ex operibus, inuictè ſeſe concludere arbitrantur. Duæ tamen propoſitiones cum ſint, ita vna ab altera dependet, atque conſequitur vt in ratione doctrinæ vnicam tantum conſtituant. Ideò enim Proteſtãtum ho-
C diè iudicio nullum opus bonum, etiam hominis renouati coram Deo iuſtũ eſſe, vel veræ iuſtitiæ laudem conſequi poteſt; quia nemo tam perfectè legem obſeruat, quam debet: ſiue quia nemo abſque aliquo defectu mandatum facit: quem defectum à ſumma illa perfectione quam lex deſiderat, peccatum eſſe volũt; & huiuſmodi peccatum quod ex natura ſua, etiam in renatis eos poſſit damnare, niſi Chriſti iuſtitia illis imputata, illos defectus, atque peccata tegeret. Hoc ipſum quoque (videlicet nullum opus bonũ, abſq; peccato fieri, ſeu vt 31. artic. Lutheri habet, *iuſtum in omni opere bono peccare*) ex alio quóque principio probare conãtur Proteſtãtes; nẽpe ex cõcupiſcẽtiæ motibus in nobis relictis, quos ſanè motus etiam inuolũtarios, peccata eſſe etiã in renatis per Chriſtũ volũt. Sed de hoc erroris principio, in hac propoſitione nihil agetur. In altera iam controuerſia de eo diſputatũ eſt. Oſtendamus nunc ergo non requiri ad huius vitæ iuſtitiã perfectiſſimã obedientiã, quoad modũ implẽdi; ideóq propter imperfectã in hoc ſenſu adimpletionẽ hominis renouati bona opera veræ iuſtitiæ laudẽ, atq; mercedẽ corã Deo nõ amittere. Nẽpe quũ *plenitudo legis* ſit *charitas*. Ad Rom. 12. Ideóq; perfecta plenitudo, ſeu adimpletio legis ſit perfecta charitas, & vt loquitur Aug. *charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt*. in li. de Nat. & Grat. c. vlt. ſequitur perfectiſſimam adimpletionem legis, quoad modũ implendi tũc fieri quùm perfectiſſima charitate in Deũ & proximũ mandata fiant. Quanto enim ma-

Iuſtitiã operum coram Deo nullã eſſe aſſerunt Proteſtantes.

Iuſtum in omni bono opere peccare aſſerit Lutherus.

Lib. 1. Perfectiſſima obedientia quo ad modũ obediendi non requiritur ad iuſtitia in hac vita perfectionem.

Q

iori charitate bonum opus fit,tanto perfectius illud eſt, quia tanto maiore animi contentione paritérque & intentione fit. D De hac animi intentione dixit Saluator. *Si oculus tuus ſimplex fuerit,totum corpus tuum lucidum erit*, id eſt recta intentio facit totum opus rectum ſeu nullo peccato offuſcatum. Eſt autem recta & ſimplex aliqua intentio quamuis non intenſiſſima & perfectiſſima. Vnde ſequitur verè iuſtum & ſine peccato eſſe illud opus, quod ex pura & recta intentione, id eſt ex ſincera charitate proceſſit; etſi non ſinceriſſima & perfectiſſima. Imò etiam docet nos Scriptura in ipſa mandati obſeruatione, rectam eſſe quoque & perfectam charitatem. Scribitur enim. *Qui ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt*. Scilicet *quæ non eſt carnalis, ſed vera*, vt hæc verba exponit Auguſtinus tract.1.in epiſto. Ioan. Quo etiam ſenſu dicit Dauid: *perfecto odio id eſt vero oderam illos*, vt ibidem exponit Auguſt.in Pſal.138. Quare autē perfectiſſima charitas cui nihil addi poteſt, non ſit huius vitæ, docet Auguſt.his verbis. *Tunc erit plena iuſtitia, quādo plena ſanitas: tunc plena ſanitas, quādo plena charitas: plenitudo enim legis charitas. Tunc autem plena charitas, quando videbimus eum ſicut eſt. Neque enim erit quod addatur ad dilectionem, cum fides peruenerit ad viſionem*. Hæc ille in lib. de Perfect.iuſtit. Idem etiam alio adhuc loco repetit. *Si*, inquit, *quanto maior notitia, tanto maior dilectio, profecto nunc quantum deeſt notitiæ (videmus autem nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem) tantum tunc perficiendæ dilectioni deeſſe credendum eſt*. Hæc ille in lib. de Spiritu, & Lit. vlt.

Matth.6.

1.Ioan.2.

Quare perfectiſſima Charitas non ſit huius vitæ.

Veruntamen hic defectus perfectæ charitatis peccatum non eſt, ex eiuſdem ſententia Auguſt. qui eodem in loco paulo pòſt ſic ſcribit. E *Dici* (inquit) *poteſt quædam iuſtitia minor huic vitæ competens; de qua non abſurdè dicitur ad eam etiam pertinere ne peccet. Neque enim ſi eſſe nondum poteſt tanta dilectio Dei, quanta illi cognitioni plenè perfectéq; debetur, iam culpæ deputandum eſt. Aliud eſt enim totam nondum aſſequi charitatem, aliud nullam ſequi cupiditatem. Quamobrem debet homo, quamuis longè minus amet Deum, quam eum poteſt amare cōſpectum, nihil tamen appetere illicitum: ſicut etiam in rebus ſenſibilibus poteſt oculus nullis tenebris delectari, quamuis non poſſit in fulgentiſſima luce defigi*. Hæc ille loco ſupra citato: manifeſtè docēs non propterea peccatum eſſe, ſi non tanta dilectione mandata fiant, quāta prorſus fieri poſſunt. Aliud eſt enim à tota latitudine charitatis exorbitare, quod fit, quùm aliquid charitati repugnans facimus, id eſt quum illicita appetimus; aliud verò ab aliquo gradu & menſura charitatis deficere, quod fit quùm per fragilitatem, aut negligentiam non intenditur opus bonum, ad ſummam bonitatis perfectionem; nec ille conatus adhibetur qui poſſet adhiberi, ſumma adhibita diligentia. Sicuti ſanè aliud eſt nihil videre, quia clauſis peruerſè oculis tenebris delectaris, aliud ſolem ſplendentem defixis oculis contueri nō poſſe. Hic enim defectus in hac humana fragilitate, & propemodū neceſſaria diſtractione, peccatum cenſeri ex natura ſua non debet. Itáque defectum & imperfectionem in ipſo bono opere, à peccatis leuioribus quę inter bona opera identidem fiunt, ſic diſtinguit Auguſt. vt *hæc quidem à Deo clementer ignoſci illos liberaliter ſuppleri* doceat, His verbis. *Sic operatur Deus iuſtificationem in ſanctis ſuis in huius vitæ tentatione laborantibus, vt tamen ſit quod in petentibus largiter adiiciat, & quod confitentibus clemēter ignoſcat*. Hæc ille in lib. de Spiritu & Lit. propè finem. Itáque propter defectus clamatur: *Domine adauge nobis fidem*. Luc.17. & illud. *Hoc oro vt charitas magis ac magis abūdet in vobis*: ad Philip.1. aliáque ſimilia permulta. F Propter peccata verò oratur quotidie, *Dimitte nobis debita noſtra.*

Defectus perfectiſſimæ Charitatis peccatum non eſt.

Aliud à tota latitudine charitatis exorbitare, aliud ab aliquo eius gradu deficere.

Leuiora peccata ignoſcuntur, defectus ſupplētur.

Itáque in hac propoſitione notandum eſt diligenter, catholicam Eccleſiam non docere perfectiſſimam mandatorum obedientiam, eſſe ad ſalutem & iuſtitiam neceſſariā, ſed veram obediētiam, & huiuſmodi qualem lex diuina in hac vita à nobis exigit, vt habeamus. Aliud eſt enim verè, & plenè ſatisfacere legis mandato, vt illius ſcilicet tranſgreſſor non ſis; ſed illud verè, & plenè cuſtodias, ita vt nec lex ipſa, nec Deus propter legem, quicquam in tuo opere iuſtè damnet; aliud vero pleniſsimè, & perfectiſsimè legi diuinæ ſatisfacere; ita ſanè vt nec lex ipſa, nec Deus propter legem aliquid in tuo opere amplius deſideret. Illud enim in omni opere iuſto verū eſt. Iſtud in hac vita ſititur & eſuritur, non autē cōprehenditur, non habetur. De qua re ſic iterū luculēter ſcribit Auguſt. *Nimis inſipiēter dicitur tantū amari Deū antequā videatur, quantū cū videbitur. Porrò ſi in hac vita pio nemine dubitante, quanto amplius diligimus Deum, tanto ſumus vtiq; iuſtiores, quis dubitet piam verámque iuſtitiam, quum fuerit dilectio Dei perfecta, tunc perfici? Tunc ergo lex ita vt nihil omnino deſit implebitur, cuius legis plenitudo dilectio eſt*. Hæc Auguſt. lib. 3. cap. 7. contra 2. epiſt. Pelag. Quo etiam in loco de hac imperfecta dilectione, ideóque iuſtitia Apoſtolum loquutum

A quutum eſſe docet Auguſtinus quùm diceret; *non quod iam acceperim aut iam perfectus ſum.* Philip. 3. Apoſtoli tamen iuſtitiam verã nihilominus fuiſſe,ita vt dilectio quæ in illo erat, quamuis imperfecta,tamen hoc reſpectu ſine peccato eſſet,nemo ſanè negaturus eſt. Hac ſanè de cauſa Auguſtinus, *iuſtitiam huius vitæ, & veram eſſe* dicit, *& tamen non conſtare perfectione virtutum.* id eſt perfecta operatione virtutum,lib.19.cap.27. de Ciuit. Dei. Et notandum,quod non propter imperfectam in hac vita charitatem,ideóque imperfectam mandatorum adimpletionem quoad modum implendi, ſed propter peccata illa quæ in quotidiano cum tentationibus conflictu ſuccumbentes, interdum venialiter committimos,oratio illa quotidiana fit, *dimitte nobis debita noſtra,* vt eodem in loco docet Auguſtinus multiſq; aliis in locis poſtea ſuo loco citandis. Nempe hæc imperfectio charitatis,hic defectus à perfectiſſima obedientia legis,etſi talis ſit, vt poſſit ſemper etiam in hac vita augeri, maiori adhibita intentione,tamen peccatum ideo non cenſebitur,quia non eſt ſemper affectata,& ſtudioſa(quæ certè peccatum eſt,)ſed ex fragilitate nata, dũ non ſemper animus intenditur,quantum intendi poteſt.Et hoc eſt quod S. Ieron. ſcribit: *poſſe hominẽ non peccare, ſi velit pro loco, pro tempore, pro imbecillitate corporea:* addit enim huius imbecillitatis cauſam. *quandiu intentus eſt animus, quandiu chorda nullo vitio laxatur in cithara. Quod ſi paululum ſe remiſerit, Quomodo qui aduerſo flumine lembũ trahit, ſi remiſerit manus ſtatim retro trahitur, & fluentibus aquis quo non vult ducitur: ſic humana conditio, ſi paululum ſe*

Quare defectus à perfectiſſima obedĩtia non eſt peccatum.

B *remiſerit, diſcit fragilitatem ſuam, & multa ſe non poſſe cognoſcit.* Hæc ille lib. 3. contra Pelag. Móxque varia ex Apoſtolo exempla adfert,quibus oſtendit eius animum non ſemper tota intentione in Deum tetendiſſe,aut extẽſum fuiſſe,non tamen propterea peccaſſe. Exemplũ eſt in oratione,cuius attẽtio tantũ ex fragilitate remiſſa, non per negligẽtiam voluntariam prætermiſſa peccatum non eſt. Vt docent S.Patres Auguſt. enarr. in Pſal. 85.& in regula Monachorum,regula 3.S.Baſilius in oratione de orando Deum, & conſtitit.Monaſtic.cap.2.Idem docet S.Thom.22.q.83.ar.13.ad 3. argum. & Cajetanus ibidem in ſcholiis.Ad huius rei rationem notandum eſt, quod cum corruptæ naturæ ſecundum aliquos tria ſint mala,ignorantia,infirmitas,& concupiſcentia, vel vt Auguſtinus diſtinguit,ignorantia,& carnalis infirmitas,quia *propter concupiſcentiam infirma eſt voluntas.* vt docet Auguſtinus lib.1.cap.13.contra 2.epiſt.Pelag.& homil. 50. cap.8. profectò ſicuti ſolus concupiſcentiæ motus inuoluntarius,ignorantia quoque inuicta peccata non ſunt,ſic infirmitas ipſa,vbi nulla accedit affectata negligẽtia peccatum non eſt. de quibus lege S.Thom.1.2.q.76.ar.2.& q.77.ar.3.

Perfectio iuſtitiæ etiam ex eo oſtendetur,quòd quicquid ad perfectiſsimam adimpletionem mandatorum deeſt, Chriſti gratia ignoſcitur.

CAPVT VIII.

C S*Eptima propoſitio.* Iuſtitia bonorũ operum in fide, eſt vera corã Deo iu- *Iuſtitia vera quæ.*
ſtitia,vtcunq; iuxta peccatis & imperfecta,tũ quoad vniuerſa mãdata
implẽda,tum quoad modũ implẽdi, vt ſecũda & ſexta iam propoſitio
oſtẽderunt,veréq; & plenè legi Dei ſatisfacit non ſolum quia quã pro- 1.
ximè accedit ad plenã & perfectã iuſtitiã,aut quia grauioribus ſaltem 2.
criminibus caret,aut etiã quia id agit proficiẽdo de die in diẽ,vt omni 3.
prorſus peccato careat,& plenè ſatisfaciat quemadmodũ iam 3.4.& 5.propoſit.manife- 4.
ſtum fecerũt,ſed adhuc præterea quia quicquid ad plenã,& perfectã adimpletionẽ mãdata prætermittendo,& frequẽter venialiter peccãdo,ſiue propter imperfectionem in modo & ratione implẽdi,id totũ Chriſti miſericordia & gratia indulget, atq; ignoſcit, facitq; indulgendo vt perinde ſimus coram Deo iuſti, ac ſi vniuerſa adamuſſim omnia mãdata,eademq; perfectiſſimè feciſſemus. Hæc propoſitio vt eſt cognitu digniſſima,& conſolatione pleniſſima, ita ab aduerſariis hodiè nõ negatur quidẽ, ſed perperã tamen intellecta in ſenſum & conſequentiam peſtilentem pertrahitur. Illam ergo & breuiter confirmabimus & quo ſenſu vera ſit, paucis aperiemus. Ac primum cum ex duabus potiſsimum partibus conſtare iuſtificationem noſtram ſuperius demonſtratum eſt, ex remiſſione peccatorum & in prima quidem iuſtificatione, ex infuſione gratiæ atque

Quomodo gloriatio excludenda cum iuſtitia bonorum operum conſiſtat. D

CAPVT XVIII.

QVINTVM Caput obiectionum illa loca complectitur, in quibus docet ſcriptura, omnem gloriationem noſtram, à vera iuſtificatione excludendam eſſe. In bonorum autem operum iuſtitia, materiam gloriandi eſſet; non ergo ex bonis operibus iuſtitiam veram poſſe conſiſtere. Nam & ideo Apoſtolus clara voce dicit. *Vbi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt. Per quam legem? factorum? Non, ſed per legem fidei.* Rurſum. *Chriſtus factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, &c. vt qui gloriatur in Domino glorietur.* Denique *gratia ſaluati eſtis per fidem: non ex operibus ne quis glorietur.* Ex quibus locis inferunt proteſtantes, operum iuſtitiam etiam bonorum, & quæ à fidelibus in gratia fiunt, ab Apoſtolo à tota ratione iuſtitiæ excludi, vt ſola Chriſti iuſtitia nobis imputata ſit tota gloria noſtra. Itáque & blaſphemum eſſe hanc gloriam Chriſto detrahere, noſtræque obedientiæ mandatorum tribuere; & contumelioſum in Chriſtum eſſe, eius perfectiſſimæ iuſtitiæ atque obedientiæ, tanquam inutilæ & imperfectæ, noſtram obedientiam & iuſtitiam aſſuere. Sed huic argumento valdè ſanè populari, & ad decipiendum aptiſſimo, breuiter Reſpõdetur. E Gloriatio omnis excluditur ex parte noſtra, quum profitemur opera bona noſtra non niſi à Deo proficiſci: quando *ſcientes quia nihil habemus quod non accepimus, non ſic gloriamur quaſi non acceperimus*, id eſt, ait Auguſtinus, *quia opera ex gratia, non ex operibus gratia*: Epiſt. 106. Denique quando *non nos ipſos commendamus*, quaſi viribus noſtris rectè fecerimus, *ſed à Deo commendati in Domino gloriamur*. Sic omnes fideles iuſtificati ex fide per gratiam Chriſti, *gloriantur in ſpe gloriæ filiorum Dei*, quam olim accipient, *non ſolum autem ſed & gloriantur nunc in tribulationibus quas pro iuſtitia patiuntur. Imo gloria, honor, & pax eſt omni operanti bonum*, ait idem Apoſtolus, & de ſeipſo Paulus dicit. *Gloriatio noſtra hæc, eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.*

Rom. 3. 1. Cor. 1. Epheſ. 2.

Chemnitius in Examine.

Quomodo gloriatio excluditur in bonorum operum iuſtitia. 1. Cor. 4. 2. Cor. 10. Rom. 5. Rom. 2. 2. Cor. 1.

Gloriatio autem quam lex fidei excludit, & non lex factorum, eſt gloriatio in lege, qualis Iudæorum erat ſicut multis verbis cap. præcedenti deſcribit Apoſtolus: eſt illa gloriatio *quæ Dei iuſtitiam ignorans, ſuam vult conſtituere*, vt alio in loco deſcripſit Apoſtolus: ſiue fiducia qua putamus nos *ſufficientes cogitare aliquid pium à nobis quaſi ex nobis*. Vt alibi docet. Denique eſt illa gloriatio gentibus & Iudæis communis, qua ſe medicina Chriſti non carere, qua ſe ſine Chriſto ſanos & ſaluos eſſe poſſe exiſtimabant Vt in Epiſtola ad Roman. deſcribit Apoſtolus, docens *vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo, Omnes peccaſſe, & egere gloria Dei*: id eſt, gratia Chriſti, de qua re lege Auguſtinum accuratè diſputantem de ſpiritu & litera cap. 13. & de corrept. & gratia cap. 12. *Per legem* (inquit) *fidei excluſa eſt gloriatio, quia per legem fidei quiſque cognoſcit, ſi quid bene viuit Dei gratiã ſe habere.* Et hoc ſenſu Chriſtus eſt iuſtitia noſtra, & ſanctificatio noſtra, quia per gratiã Chriſti nobis impartitam, dato nobis Spirit. ſancto iuſtitiam operamur, & *in* F *ſanctitate vitæ ambulamus coram ipſo, creati* videlicet, *in ipſo*, id eſt, per ipſum, *in operibus bonis quæ præparauit* in cordibus noſtris *Deus, vt ambulemus in illis.* Non autem eo ſenſu, quod Chriſti iuſtitia nobis imputatur, de qua re poſtea dicetur. Denique ideo *nõ ex operibus, ne quis glorietur ſaluati ſumus*, quia opera propria, & ſolius naturæ, aut lib. arb. viribus facta ſaluare nos non poſſunt, niſi gratia per fidem naturam liberet, ſanet, & adiuuet, neque propterea detrahitur Chriſto noſtræ iuſtificationis laus, & gloria, noſtræque obedientiæ tribuitur, ſed in Chriſti merito cauſa efficiente conſtituta, agnoſcitur præterea beneficium gratiæ intrinſecus datæ, *diffuſa charitate in cordibus noſtris*, Et omnem iuſtitiam in nobis operantis, vt noſtra obedientia ſit Chriſti donum & gratia, idcóque in ipſa obedientia noſtra Chriſtus ſit iuſtitia noſtra, & ſanctificatio noſtra operans illam in nobis.

Qualis eſt gloriatio quam lex fidei excludit. Rom. 2. Rom. 10. 2. Cor. 3. Rom. 3. De Spir. & lit. cap. 10. Epheſ. 2. *In noſtra obedientia Chriſtus eſt iuſtitia noſtra.* Rom. 5.

Alioqui ſicuti iuſtitiã in ſolo Chriſto, extra nos propter hæc verba Pauli. 1. Cor. 1. ponunt Proteſtantes, eadẽ ratione etiã ſanctificationẽ omnẽ extra nos in ſolo Chriſto ponere debebãt, quod tamẽ non faciũt. Fatentur enim in fidelibus renouatis eſſe verã ſanctificationẽ, & vitæ ſanctitatẽ, quam Chriſti gratia operatur in membris ſuis. Poſtremò,

non

A non aſſuimus Chriſti iuſtitiæ noſtram iuſtitiam, quaſi ſupplementum quoddam imperfectæ eius iuſtitiæ, ſed iuxta ſcripturas & Chriſti voluntatem agnoſcimus nos iuſtificari, non ſolo Chriſti merito, ſed etiam inhærente nobis iuſtitia *propter inhabitãtem Spiritum Dei in nobis vt iuſtificatio legis impleatur in nobis* vt Apoſtolus docet. Sed & de hac te alius erit dicendi locus. Hæc autem proteſtantum doctrina & blaſphemia contumelioſa eſt in Chriſtum, qua detrahunt gratiæ Chriſti, operanti in nobis obedientiam mandatorum, & Spirit. S. inhabitanti in nobis, vt iuſtificationem legis impleamus. Negatur enim Chriſto illa gloria, de qua in Euangelio de operibus iuſtorum dicit. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videantur opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, &c.* In quo gloriatur Dauid. *Tu es patientia mea Domine, &c.* Et ſimilia permulta.

Matth. 5.

Pſal. 70.

Epilogus Libri Quinti.

De iuſtitia vera, & verè nobis inhærente, ſic hactenus à nobis diſputatum eſt, vt oſtenderimus præter opera præparatoria à nobis requiſita, quaſi viam ad primam iuſtificationem in adultis neceſſariam, etiam in ipſa prima iuſtificatione, & reconciliatione impij, ſic vnumquenque reconciliari Deo per Chriſtum, & iuſtificari gratis per gratiam Chriſti, vt præter remiſſionem peccatorum prorſus gratuitam, etiam donum renouationis internæ ſimiliter gratuitum, id eſt virtutes diuinitus infuſas per Spiritum S. fidem, ſpem, charitatem, vnuſquiſque accipiat. Quibus donatus, & factus, iam noua creatura, ita demum iuſtus ſit, & perſona Deo grata, atque ad vitam æternam accepta: ipſámque iuſtificationem noſtram, primam, ſeu reconciliationem, non ſecus in hoc renouationis internæ dono, quàm in remiſſione peccatorum conſiſtere. Quin & demonſtratum præterea eſt, nouam obedientiam, ſeu bona opera hominis iuſtificati, veram eſſe coram Deo iuſtitiam, & ex huiuſmodi noua obedientia, nos verè iuſtificari coram Deo, id eſt, haberi & eſſe iuſtos, acceptámque in reconciliatione iuſtitiam, per eandem conſeruari & augeri. Quæ quidem omnia, ſic ex ſcripturis & D. Auguſtino optimo illarum in hac maximè quæſtione interprete, confirmauimus, vt quicquid præterea ex ſcripturis, vel Auguſtino ab hæreticis horum temporum grauiter diſputatum, fuit pariter refutatum dederimus. Quibus ita confectis, huic diſputationi hunc terminum ponemus, vt aliunde ſumpto exordio, aliam auſpicemur.

B

Finis quinti libri.

DE PERFECTIONE IVSTITIÆ.

LIBER SEXTVS.

Aduerſariorum fundamenta contra perfectionem Iuſtitiæ proponuntur, & hæreſes illis ſuperextructæ explicantur.

CAPVT PRIMVM.

RENOVATIONEM internam, & nouam obedientiam conſequentem, veram eſſe Iuſtitiam, in ſuperioribus demõſtratum eſt. Sed quia vt veritatem huius Iuſtitiæ deſtruant, imperfectionem eius, imò & immunditiam multis verbis & argumẽtis horum temporũ hæretici redarguunt, de iuſtitiæ ex bonis operibus in fide factis perfectione, aliam diſputationẽ ordiemur, vt tum iuſtitiam antedictam, nõ ſolum veram, ſed etiã in ſuo genere perfectam, & plenam eſſe, ideóq; huiuſmodi, quæ in iuſto Dei iudicio ſtare queat, oſtendamus, tum vt quicquid contra eius vel perfectionem, vel munditiam diſputant hodiè hæretici, ſtudioſè, & ſolidè conuellamus. Perfectam enim in nobis aliquam bonorum operum iuſtitiam eſſe, aut talem quæ in iudicio Dei conſiſtere queat, ne damnemur, pernegant hodiè ad vnum omnes Proteſtãtes propter perfectionem iuſtitiæ quàm legem Dei à nobis exigere aiunt. Hanc enim tantam eſſe ſibi perſuadent vt illi ſatisfacere in hac vita nemo queat. Huius autem perſuaſionis tria habẽt fundamenta. Primum, quia exiſtimant legem diuinam à nobis exigere pleniſſimam in hac vita omnium mãdatorum obedientiam, vt nullum prorſus ne minimum quidem mandatum præteriti debeat, ſi iuxta legis iuſtitiam iuſtificari volumus. Secundum quia neminem in hac vita perfectè, & plenè legi poſſe ſatisfacere iudicant, propter inchoatam tantummodo, nondum perfectam iuſtorum in hac vita renouationem. Tertium, quia F omnem noſtram iuſtitiam immundam eſſe arbitrantur, & aliquo ſemper peccato contaminatam.

Tria Proteſtantum fundamẽta contra perfectionẽ iuſtitiæ.

His autem fundamẽtis ſuperextruxit Lutherus (qui primus ea hodiè propalauit) multas alias hæreſes: vt, *obſeruationem mandatorum eſſe in hac vita impoſsibilem*. Item quæ ex iſta ſequitur; *Ad decalogum ſub pœna damnationis non obligari Chriſtianos, ſed ſolos Iudæos*. Ac rurſum, quæ mox conſequitur, *nullis planè legibus hominem chriſtianum inuitum teneri, non ſolùm Eccleſiaſticis, ſed nec ciuilibus*. Has enim nefandas hæreſes docuit Lutherus in lib. de Libertate Chriſtiana in libello contra duo mandata Cæſaris, & in lib. de capt. Babyl. Præterea eiſdem fundamẽtis adhuc ſuperextruxit Lutherus, *iuſtum in omni opere bono peccare*: Item, *bona opera ad ſalutem non eſſe neceſſaria*, Imò vt alij poſtea adiecerũt rigidiores Lutherani, *etiam pernicioſa eſſe*, quod etiam de contritione docuit Lutherus; aſſerens *eam quanto maior eſſet, tãto maiorem peccatorem facere*. Has ergo omnes hæreſes, aliáſq; affines hoc tempore enatas, vel certè renatas, prædictis illis fundamentis euerſis, pariter quoq; euertemus, & ſub hoc vno capite, varias Controuerſias expediemus. Primum itáque qualem lex Dei perfectionem, & huius vitæ iuſtitia requirat, diligenter explicandũ eſt. Secundo loco, quæ pro ſingulis illis fundamẽtis ſtabiliẽdis, ex ſcripturis, & Patribus afferre ſolẽt aduerſarij, proponemus: vt ita demum 3. loco propoſitis argumẽtis, ordine reſpõdeatur.

Hæreſes dictis fundamentis ſuperextructæ.

Ordo præſentis libri.

Ad

A *Ad perfectionem iuſtitiæ chriſtianæ demonſtrandam, prima propoſitio eſt, iuſtificatos in Chriſto gratiam Spiritus S. accipere qua legem impleant*

CAPVT II.

QVOD ad primum itáque attinet, id firmum & certum habet Catholica doctrina, *homines iuſtificatos per bona opera quæ in Deo fiunt, diuinæ legi pro huius vitæ ſtatu plene ſatisfacere.* His enim verbis Conc. Trid. Seſſ. 6. cap. 16. Hanc rem tradidit. Quo tamen ſenſu hoc intelligendum ſit, explicatione opus habet. Ad quod rectiſſimè aſſequendum, *Prima propoſitio*, hæc erit. *Renouati & iuſtificati in chriſto, gratiam Spiritus ſancti accipiunt, qua legem impleant.* Hanc propoſitionem Apoſtolus euidenter cònfirmat, dicens. *Quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur per carnem* (id eſt impleri non poterat per homines carnales: *Deus filium ſuum miſit*, &c. *vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus*, &c. Quæ verba explicans Auguſt. *In prudentia*, inquit, *carnali quæ temporalia bona appetit, mala reformidat, implere legis præcepta non poterant. Hac autem prudentia carnis per Chriſtum ablata, & extincta, iuſtitia legis impletur; quùm non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum ambulamus.* Hæc ille in expoſitione quarundam propoſit. in epiſt. ad Rom. Eodem modo hunc locum explicat in lib. de Spiritu, & Lit. cap.
B 19. Impletur autem iuſtitia legis ab iis qui ſecundum Spiritum ambulant, quia huiuſmodi *Spiritu Dei aguntur*, quia *circumciſionem cordis in Spiritu habent*: quia *lex Spiritus vitæ liberat eos à lege peccati.* quia *Spiritu ambulantes deſideria carnis non perficiunt*, quia Spiritu quùm ducuntur *non ſunt ſub lege*; Ibidē quaſi iugo ſcilicet legis ſeruiliter ſubiecti, ſed *ſunt ſub gratia*, quaſi filij Dei, & *diligentes Deum, ſermonem eius ſeruant*, & leges cuſtodiūt. Hoc autē totum de Spiritu ideo verum eſt, quia per Spiritum ſanctum nobis datur gratia qua impletur lex, *vt iam non ſimus ſub lege, ſed cum lege*, vt exponit Auguſt. tract. 3. in Ioan. Quam etiam gratiam multis verbis explicat Auguſt. *Lex* (inquit) *data eſt, vt gratia quæreretur, Gratia data eſt vt lex impleretur*: & in eodem lib. cap. 9. *Voluntas oſtenditur infirma per legem, vt ſanet gratia voluntatem, & voluntas ſanata impleat legem, non conſtituta ſub lege, nec indigens lege.* Hęc ille. Item. *lex non euacuatur per fidem, ſed ſtatuitur, quia fides impetrat gratiam qua lex impleatur.* Ibidem cap. 30.

Lex Dei a iuſtis impletur.
Rom. 8.
Spiritus Dei inhabitans facit implere legem.
Rom. 2. & 8.
Gal. 5.
Rom. 6.
Ioan. 14.
Per Spiritum Dei datur gratia.
De Spiritu & lit. cap. 19.

Hæc autem gratia eſt charitas. Illa enim *diffunditur in cordibus noſtris per Spiritū ſanctum qui datus eſt nobis, & fructus Spiritus eſt charitas.* Nam *lex ſcripta in cordibus noſtris*, quæ eſt gratia noui Teſtamenti, vt ſuprà cap. 12. explicatum ſatis dedimus, *eſt charitas* vt accuratè exponit Auguſtinus in lib. de Spiritu, & Littera, cap. 19. vſque ad 21. incluſiuè. Item cap. 28. *In eo*, inquit, *definita eſt gratia noui Teſtamenti, vt ſcribantur leges Dei in cordibus hominū. Hoc donum Spiritus S. eſt quo diffunditur charitas in cordibus noſtris.* Hæc ille. Hac autem charitate impleri legem, eiſdem in locis non minus accuratè docet. *Lex*, inquit, *impletur per Teſtamentum nouum, quæ dixit in veteri non concupiſces.* Hæc ille cap. 20. dicti libri. Nec minus apertè contra Fauſtum diſputans. *Iſtam*, inquit, *charitatem, quia veniens Chriſtus per Spirit. S. quē promiſſum miſit, in manifeſtatione donauit, qua ſola charitate iuſtitia legis poſſet impleri; propterea dixit. non veni ſoluere legem, ſed adimplere: hoc eſt nouum Teſtamentū, quia huic dilectioni hæreditas regni cælorum promittitur*, &c. Hæc ille lib. 19. c. 27. cōtra Fauſt. móxq; oſtendens cap. ſeq. omnia excellentia virtutū præcepta, in Euangelio præſcripta, etiam veteri populo data fuiſſe, concludit c. 30. *Vnde ergo venit Dominus legem non ſoluere, ſed adimplere, niſi vt præceptis promiſſorum figuris, quæ reddita veritate adimpletæ ſunt, atque ſublatæ ipſa quoq; præcepta per nouitatem Spiritus implerētur in nobis:* Hæc ille. Ac deinde in fine proximi capitis hoc ſenſu docet, Chriſtum vocari *plenum gratiæ, & veritate*: quia *ad præcepta facienda adiuuat per gratiam, ſicut promiſſa implenda curat per veritatē* Hæc ille: Deniq;, non alio ſenſu *Lex per Moyſen data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*, quam quia quod lex promiſit & figurauit, Chriſtus totum adimpleuit, & quæ lex præcepit Chriſti gratia impleri facit. Sic luculenter Auguſtinus docet. *Impletur*, inquit, *lex vel cum fiunt quæ ibi præſcripta ſunt, vel cum exhibentur quæ ibi prophetata ſunt. Lex enim per Moyſem*, &c. *Ipſa lex cum impleta eſt gratia, & veritas facta eſt. Gratia pertinet ad charitatis plenitudinem, veritas ad Prophetiarum impletionem, & quia vtrumque per Chriſtum, ideò non venit ſoluere legem, aut Prophetas, ſed adimplere.*

Gratia qua lex impletur eſt charitas.
Rom. 5.
Gal. 5.
Ierem. 31.
2. Cor 3.
Propter donum Charitatis Chriſtus adimplet legem.
Ioan. 1.
Quomodo per Chriſtum facta eſt gratia.

Hæc ille lib.17. cap.6.contra Fauſtum.Idem docet in expoſit. quarundam propoſit. in epiſt.ad Rom..Atque hoc totum ex Apoſtolo didicit, qui vna charitate impleri legem multis in locis docuit.*Qui diligit proximum legem impleuit.* Rom.12.id eſt qui ſic affectus eſt facilè omnem legem implet.Quod etiã inſinuat Apoſtolus ſubiungẽs *in illo verbo ſingula mandata inſtaurari*;móxque concludẽs. *Plenitudo ergo legis eſt dilectio*.Et rurſum ad Gal.5. *Omnis lex in vno ſermone impletur.Diliges proximum tuum,ſicut teipſum* Hæc enim omnia non ſolum ideo vera ſunt,quia hoc Charitatis præcepto adimpleto, omnia alia quia ad charitatem reducuntur implentur,vt etiam Saluator docuit Matth. 22. & exponit Auguſt. lib.decem chordarum cap.9. ſed etiam quia ipſum Charitatis donum eſt illi gratia, per quam lex omnis impletur,iuxta illud Apoſtoli : *finis præcepti charitas*, 1. Tim.1. ſcilicet *quo præcepta perficiantur*, vt exponit Auguſt.in præfatione enarrationis in Pſalmum 31.Ex his ergo omnibus ſatis euidenter conſtat,prima iſta propoſitio; per gratiam Spiritus ſancti, quam omnes iuſtificati accipiunt,id eſt, per charitatem *per quam fides operatur iuſtitiam*, (ad Galat.5.) legem impleri. D

Adimpletio legis in hac vita non eſt ex omni eius parte & ſemper, ſed pro modo fragilitatis humanæ.

CAPVT III.

S*Ecunda propoſitio*. Hæc tamen impletio legis non intelligitur neceſſariò & præcisè in omnibus mandatis legis,toto tempore & curſu iuſtitiæ humanæ; ſed ille cenſetur implere legem,ſatis facere legi, & in cõſpectu Dei iuſtus habetur;qui voluntatem & affectum habens implendi vniuerſa legis,eatenus implet , quatenus humana fragilitas, in reliquiis naturæ corruptæ per gratiam adiuta, implere in hac vita vel poteſt vel ſolet. Hæc propoſitio manifeſtè confirmatur,per celeberrimam illam Eccleſiæ doctrinam,contra Pelagianos olim definitam : *neminem etiam iuſtorum in hac vita ſine peccato viuere.* Conc.Milleuitano can.6.7.& 8. quòd repetitum eſt in Conc.Africano cap. 81.& ſeq.Quam etiam copioſè tuetur Auguſtinus in libris de pecc.mer.& remiſſ.maximè lib.2.in lib.de Spiritu,& Lit. lib.4.contra epiſt.Pelag.in lib.de perfect iuſtitiæ.aliiſque multis in locis.Ex Scriptura autem confirmatur hoc modo.Quùm multis in locis doceat Scriptura neminem ſine peccato in hac vita eſſe,(quæ loca mox in aduerſariorũ argumentis expendemus,) affirmat tamen præterea , multos iuſtos in *omnibus Dei mandatis ambulaſſe*, ſequitur neceſſariò,aliquem eſſe modum omnia mandata faciendi ſiue totam legem implendi, quamuis præcisè vniuerſalis,& omnimoda adimpletio non ſit. Sanè de Zacharia,& Elizabeth in Euangelio dicitur, quòd *ambo iuſti eſſent apud Deum incedentes in omnibus mandatis,& iuſtificationibus Domini ſine quærela.* De Dauide dicitur,quòd fuerit *vir ſecundum cor Dei,faciens omnes voluntates eius* : De Aza rege ſcribitur , *quòd fecerit rectum ante conſpectum Domini ſicut Dauid pater eius* : imò etiã quòd *cor eius perfectum fuerat corã Domino,omnibus diebus ſuis.* Similiter de Ioſaphat, & de Ezechia, & de Ioſia Regibus ſcribitur 2.Paralip.17.& 4.Reg. 18.& 2.Paralip.34.Et tamen horum omnium peccata in Scripturis commemorantur. Zacharias incredulus Deo, mutus factus eſt. Dauidis adulterium & homicidium nota ſunt. Ioſaphat reprehenditur à Propheta *opem ferens impio Achab.* Ezechias *cecidit in elatione cordis ſui.* 2.Paral.32.Ioſias quóque grauiter peccauit,mittens ad Oldam Prophetiſſam,& non acquieſcens ſermonibus Nechao Prophetæ 2.paral.34. & 35. Ergo iſti omnes & implebant mandata Domini, & iuſti ex hoc ipſo erant, ſine peccatis tamen non erant.Vnde ſequitur,vt aliquis iuſtus coram Deo ex impletione legis habeatur,non neceſſariò requiri perpetuam,& vniuerſalem omniũ præcisè mandatorum obſeruationem. E F

Perfecta quorundam iuſtitia in Scripturis.

Luc.1.
Actor. 13.
3 Reg.15.

Iuſtorũ peccata in Scripturis.

Luc.1.
2.Reg 11.
2. Paralip. 19. 32.34.& 35.

Hanc autem propoſitionem confirmat D.Hieronymus toto ferè lib.2.& 3.contra Pelagianos,quorum ſententia erat,hominem ſic iuſtum in hac vita eſſe poſſe , & eſſe permultos,vt omni prorſus peccato careãt: docétque in vtróq; libro , perpetuitatem illam impeccantiæ ad iuſtitiam neceſſariò non requiri.*Poſitum*, inquit, *eſt in noſtra poteſtate non peccare,ſed hoc pro modo,& tempore,& cõditione fragilitatis humanæ;perpetuitas autem impeccãtiæ ſoli Deo reſeruatur. Nec quia ad breue à peccato abſtinere poſſum , coges me vt poſſim iugiter.*

Perpetuitas impeccantiæ ſoli Deo propria.

Notat

A Notat quoque Dauidem electum quidem vt faceret omnes volũtates Domini, ſed non
dixiſſe ſcripturam, dauidem omnes in perpetuum diuinæ iuſſionis voluntates feciſſe.
Dicimus enim hominem non poſſe peccare ſi velit, ſed hoc pro tempore, pro loco, pro imbecilitate corpore;quamdiu intentus eſt animus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur in cithara. Hæc ille lib. 2.
Iuſtus tamen nihilominus cenſetur coram Deo, quamdiu habeat affectum non peccandi, & voluntatem omnia adimplendi, vtcumque per fragilitatem in multis offendat. Vnde Auguſtinus: *Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato, nec tamen ex hoc deſinit eſſe iuſtus vel ſanctus, cum affectum teneat ſanctitatem.* In lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 86.
Idem docet lib. 2. cap. 7. contra 2. epiſt. Pelag. Sed etiam ex ſcripturis idem probat S.
Ieronymus lib. 2. contra Pelagianos. *Iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermonis.* Et iterum.
Septies in die cadit iuſtus: & iterum reſurget. Prouerb. 24. Et rurſum Pſalmiſta. *Tu remiſiſti im-* Prouer. 18. & 24.
pietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore oportuno. Si ſanctus eſt quo modo Pſal. 31.
orat pro iniquitate? Si iniquitatem habet qua ratione ſanctus appellatur? Hæc S. Ieronymus. Quomodo autem, & qua ratione fiat, vt verè iuſtus ſit, qui tamen peccato nunquam careat, mox explicabitur.

Circa hanc autem propoſitionem, obſerua, longe aliud eſſe ad iuſtitiam requiri, vt *Impletur lex duplici ſenſu.*
vniuerſa lex ab homine iuſto per totam eius vitam, vel certè poſt primam eius conuerſionem perpetuò adimpleatur, aliud verò dicere iuſtificatum in Chriſto poſſe aliqua bona opera facere, quæ ita legem Dei impleant, ſeu legi ſatisfaciant, vt in conſpectu &
B iudicio Dei illa opera ſint verè bona, laudabilis, & iuſta; ipſéque homo ea faciens, verè propterea iuſtus coram Deo habeatur. Nam primam hanc diſtinctionis partem Catholica doctrina contra Pelagianos iam olim damnauit; & hæc ſecunda propoſitio euertit. Poſterior diſtinctionis pars Orthodoxa ſententia eſt, partim iam in prima propoſitione confirmata, partim in ſequentibus magis adhuc confirmanda.

Iuſtum illum eſſe coram Deo qui plures habet veras virtutes quam vitia.

CAPVT IIII.

TErtia propoſitio. Qui mandata legis obſeruat, vtcunque in multis offendat iuſtus tamen coram Deo eſſe poteſt. Si plures habet virtutes quam vitia. Hoc ſanè modo iuſti illi ſupra ex ſcripturis nominati, Dauid, Aza, Ioſaphat, Ezechias, Ioſias, Reges, Zacharias, & Elizabeth in Euangelio iuſti coram Deo habiti ſunt. Sic de Dauide ait S. Ieronymus: *multis aliis bonis ſua vitia compenſauit: Neque enim iniuſtus eſt Dominus* *Dauid perfectè iuſtus cũ multis peccatis.*
vt tantum peccata condemnet, & bonorum operum non meminerit. Hæc ille lib. 2. contra Pelagianos. Sic Ambroſius de eodem Dauide. *Nunc* inquit, *conſideremus opera eius, quibus po-* Hieronimus.
C *tuit tegere peccatum. Etenim quia ſine peccato eſſe non poteſt humana fragilitas, cauendum ne plura ſint* *Ambroſius in Apologia Dauid cap. 6.*
peccata quam opera virtutum. Et paulò pòſt. *Omnia noſtra quaſi in trutina ponderãtur. Si bonis factis peccata præponderant præcedunt ad iudicium. Contrà vero ſi bona præponderant.* Moxque de Dauide concludit. *Sic dilexit Dominum vt nimia charitate peccatum omne tegeret atque abſconderet.* Hæc ille in Apologia Dauid. cap. 6. Idẽ quoque de Dauidis iuſtitia quæ excellenter nobis in ſcriptura commendatur docet S. Baſilius. *Dauid videns vulnus confugit ad* *Baſilius in Homilia de panitentia.*
medicum. Peccaui inquit, *& mox adhibita eſt medicina. Et Dominus,* inquit, *tranſtulit peccatum tuum, verum enim vis ſanctis imputare, vnum ne peccatum? an multam iuſtitiam? peccatum fecit? at multas quóque iuſtitias fecit. Quid iuſtum eſt apud iuſtum Deum? An vt paucorum memor ſit, An vt multorum obliuiſcatur? Sit æquilibrium; Si peccata plura fuerint, cenſeatur peccator: ſi vero plures iuſtitiæ eſtimetur iuſtus. Noſtra enim omnia ex eo quod ſuperat æſtimantur. Itáque iuſti ſumus tãquam homines. Iuſtitiæ ratio non eſt eadem quæ peccati. Vnde filius Dei iuſtitia dicitur. Nos vero ex iuſtitiæ participatione iuſti ſumus.* Hæc magnus ille Baſilius, in Homilia de penitentia, aliáque ibidem in hanc ſentẽtiam multa. Nempe hoc illud eſt quòd de Balthaſar Rege impio terribilis illa manus ſcripſit in pariete. *Apprehenſus es in ſtatere, & inuentus es minus habens.* Daniel. 5.
Docet autem hoc ipſum non obſcurè Apoſtolus ad Hebr. Quum enim grauiſſimis verbis relapſum post baptiſmum taxaſſet, dicens, *impoßibile eſſe*, hoc eſt per quam difficile Hebr. 6.

eos qui prolapſi ſunt rurſus renouari ad pœnitentiam, & ſimili rem declaraſſet, quòd *terra ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem proferens tamen ſpinas, maledicto eſt proxima*, ſubiecit: *Confidimus autem de vobis meliora, & viciniora ſaluti, tametſi ita loquimur*. Cauſam autem huius ſuæ confidentiæ & ſpei, ſubnectit dicens: *Non enim iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis*. Hæc Apoſtolus manifeſtè docens etiam relapſos poſt iuſtitiam acceptam in noua peccata, tamen propter bona opera (maximè miſericordiæ) iuſtitiam non amittere; modo tamen excedat vitiorum maculas, virtutum magnitudo. D

Quo ſenſu data ſit poſitio ſit vera. Attamen circa hanc tertiam propoſitionem dextrè intelligendam, tria ſunt notanda. 1. Primùm non ex ſenſu iuſtum illum eſſe, qui pauciora habet peccata quàm virtutes, vt ſimpliciter numeri ad numerum, ſiue rei ad rem, Arithmetica comparatio fiat, quum certum ſit neminem eſſe iuſtum, qui nō plura habeat peccata venalia, (quæ ideò quotidiana à patribus vocātur,) quā virtutum opera: ſed vt fiat comparatio magnitudinis ad magnitudinē, & æqualis ad æquale in æquali, quæ geometrica vocatur: & vt loquuntur *Nulla venialia pondere æquiparant mortale peccatum.* patres ac ſcripturæ citatæ, *ponderis ad pondus*. Infinita autem venialia, magnitudine, pondere, & grauitate peccati, non æquiparant vni mortali, licet quidem quoad occaſionē & diſpoſitionem, multa venalia faciant mortale, quo in ſenſu intelligendus eſt Auguſtinus tract. 12. in Euang. Ioā. tract. 1. in Epiſt. Ioā. Epiſt. 108. ſerm. 88. de tempore. Serm. 41. de Sanctis, & Homilia 50. cap. 8. ex Homiliis 50. quum dicit, *Multa venialia non ſecus occidere animam quàm vnum mortale*, vt rectè illum exponit S. Thom. 1. 2. q. 88. ar. 4. Ille E ergò iuxta ſenſum Patrum iuſtus habebitur, qui poſt primam conuerſionē in toto progreſſu iuſtitiæ ſuæ, in toto curſu & conflictu præſentis vitæ, plures habet præclaras virtutes quàm grauia & læthifera peccata, vel qui multò frequentius magiſque aſſiduè, pietatis & charitatis operibus incumbit, quàm in graue aliquod flagitium delabitur; 2. denique qui ſæpius vincit quam vincitur. Secundò notandum, non eo ſenſu plures *Multorum annorum virtutes nō faciunt iuſtum vnius mortalis peccati reum. Ezechiel. 18.* virtutes iuſtū facere quaſi cum vno peccato læthifero nondum per pænitentiam expiato, vel multorum annorum virtutes coniunctæ iuſtum poſſint efficere. Nam de eo qui poſt multas egregias virtutes in peccatum læthiferum recidit, vnde per pænitentiam nondum emerſerit, dicit ſcriptura. *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius quas fecerit non recordabuntur: in præuaricatione qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur*. Sed ſenſus patrum eſt, eum qui in magno profectum virtutum interdum in *Iuſtus cadens citius reſurgit.* graue aliquod peccatum decidit, facilius à Deo gratiam accipere qua reſurgat & pænitentiam agat, atque iniquitatem commiſſam tegat, propter alia eius bona opera vel præcedentia, vel etiam ſubſequentia, quæ per fidem adiunctam veniam faciliorem impetrant, vel certè ſatiſfaciunt. Sic Ambroſius Dauidis delictum *nimia charitate qua Deum dilexit, tectum fuiſſe ſcribit*. Moxque multa eius præclara facta commemoraturus, *quis*, inquit, *tantarum laude virtutum vnius criminis non obumbraret inuidiam*. In Apologia Dauid. F cap. 8. Nec diſſimiliter Baſilius, celerem illam valdè Dei ignoſcentiam, Dauidi factam (quam primum enim dixit peccaui, reſpondit Propheta, *& Dominus tranſtulit peccatum tuum*) Huic diuinæ iuſtitiæ attribuit, qua propter multas iuſtitias vni iniuſtitiæ interueniente pænitentia, facile ignoſcit. *Mox* (inquit Baſilius) *adhibita eſt medicina: & Dominus* (inquit Propheta) *tranſtulit peccatum tuum? Vtrum enim vis ſanctis imputare, vnum ne peccatum, An multam iuſtitiam?* Aliàque quæ ſequuntur vt ſuprà citauimus, ex Homilia de Pænitentia. Eandem cauſam tam celeris veniæ & conuerſionis, S. Ieronimus loco & verbis præallegatis notauit. Eſt ergo coram Deo iuſtus, qui plures habet virtutes quam peccata etiam grauia atque lætifera, quia citius intercedente pœnitentia, facilius huiuſmodi Deo reconciliatur; & ampliorem iuſtitiæ laudem apud Deum conſequitur. 3. Tertiò notandum idcircò iuſtum coram Deo haberi, qui plures habet virtutes quam *Qui plures habet virtutes propius accedit ad perfectam iuſtitiā ideoque iuſtus eſt. 2. Timo. 2.* peccata, quia huiuſmodi propius ad perfectam illam iuſtitiam, quæ omni prorſus peccato caret accedit. Quum enim *omnes in agone quodam iuſtitiæ in hac vita conſtituimur*. Vt docet Apoſtolus, primo Corinth. nono. *Nec coronabitur niſi qui legitimè certauit*, ille haud dubiè palmam victoriæ reportabit, qui etſi multum & ſæpè vulneratus, hoſtem tamen ſæpius proſtrauerit, & frequentius in pugna vitia debellauerit. Hoc ſenſu ſcripſit Auguſtinus, *poſſe dici hominem iuſtum, qui perfectioni iuſtitiæ plurimum acceſſit, ita vt ei proximus fieret*. In libro de Perfectione iuſtitiæ. Quod etiam ex loco Apoſtoli

iam

A iam citato, eodem in libro accuratè oſtendit, dicens inter cætera, *perfectos illos eſſe qui perfectè currunt, quamuis ſine peccato non ſunt. Illos autem perfectè currere*, id eſt, *ſic currere vt comprehendant, qui caſtigationi corporis, eleemoſynis, orationibus, aliiſque bonis operibus incumbunt.* Idem docet Auguſtinus de pecc. mer. & remiſſ. lib. 2. cap. 15. vbi dicit. *In hoc poteſt aliquis dici perfectus, vt non quia iam non ſupereſt quo amplius proficiat, ſed quia ex maxima parte profecit, hoc nomine dignus habeatur.* Hæc ille. Eandem doctrinam tradit contra 2. epiſt. Pelag. lib. 3. cap. 5. & 7. & de natura & gratia cap. 12. quæ loca aptius poſtea proferentur. In hoc ergo ſenſu alij patres intelligendi ſunt, quum dicunt eum eſſe iuſtum qui plures habet virtutes quam vitia: hoc enim eſt dicere, qui magis profecit in via iuſtitiæ. *Perfectus eſt qui, qui perfectè currit in agone iuſtitiæ.*

Sic perfecta iuſtitia eſt, & ſic impletur lex mandatorum Dei in hac vita, vt ſine peccatis mortalibus viuere renati poſſint, ac debeant.

CAP. V.

B *QVarta Propoſitio.* Omnimoda mandatorum impletio etſi talis in hac vita ad veram iuſtitiam non requiritur, vt omni prorſus peccato careat: tamen talis & tanta eſt, vt grauibus illis, & lætiferis peccatis omnino carere poſſit, & debeat, vtrunque lenioribus illis & venialibus non careat. Quamuis enim etiam iuſti ipſi interdum etiam lætaliter peccent vt ſupra eſt demonſtratũ; tamen in tali peccato cõſtituti, iuſti non ſunt: nec vera iuſtitia cum tali peccato nondum per penitentiam deleto, conſiſtit. Cum aliis autem leuioribus peccatis, etiam actu quotidiè commiſſis, vera huius vitæ iuſtitia conſiſtit. Et de huiuſmodi peccatis loquuti ſunt patres, qui contra Pelagianos olim definierunt, *neminẽ iuſtorum ſine peccato viuere.* Vnde diſertè ſic ſcribit Auguſtinus. *Sicut ſine minutis peccatis nemo vnquam aut fuit, aut eſſe poterit, ita ſine capitalibus criminibus dante & auxiliante Deo, omnimodis eſſe poſſumus & debemus.* Hæc ille ſerm. 56. de tempore. Idem docet in Enchyr. cap. 64. & 78. & Homil. 19. ex Homil. 50. Itáque hoc in loco, quam diligentiſſimè notanda illa Auguſtini manifeſta diſtinctio, in libro de perfectione iuſtitiæ, qua dicit. *Aliud eſt eſſe ſine peccato, quod de ſolo in hac vita vnigenito dictum eſt, aliud eſſe ſine quærela, quod de multis iuſtis etiam in hac vita dici potuit.* Quærelæ autem nomine peccatum mortale ſeu crimen intelligit. Sic Zacharias & Elizabeth iuſti *incedebant ſine quærela* Et Apoſtolus de ſeipſo ſcribit, *quòd conuerſatus eſt ſecundum iuſtitiam quæ ex lege eſt ſine quærela.* Quæ duo loca eundem planè ſenſum habere docet Auguſtinus. lib. 2. cap. 13. de pecc. mer. & remiſſ. Eodem ſenſu hortatur Apoſtolus, *vt ſimus ſine quærela & ſimplices filij Dei ſine reprehenſione, &c.* Et iterum ad Theſſalonicenſes. *Vos teſtes eſtis & Deus quam ſanctè & iuſtè & ſine quærela vobis qui credidiſtis fuimus.* Et paulò pòſt cap. 5. *Deus pacis* C *ſanctificet vos per omnia, vt integrè ſpiritus veſter, & anima, & corpus, ſine quærela in aduentu Domini ſeruetur.* In his enim omnibus locis ſine quærela ſignificat ſine peccato mortali, vel ſine crimine vt Auguſtinus ſemper loquitur, non autem ſine peccato veniali. Sic in eodem libro de perfectione iuſtitiæ, exponit illud Apoſtoli, *vt ſimus ſancti & immaculati in conſpectu Dei*, eo ſenſu dici, vt ſimus ſine crimine in hac vita. *Non autem ideo* (inquit) *ſine peccato eſt aliquis, quia non habet maculam criminis.* Quam diſtinctionem mox etiam ex Apoſtolo demonſtrat. *Vnde Apoſtolus cum miniſtros eligeret ordinandos, non ait, ſi quis ſine peccato (quod inuenire non poſſet) ſed ait ſi quis ſine crimine eſt* (quod aliis verbis 1. ad Timo. 3. dixit *irreprehenſibilis*) *quod vtique poſſet inuenire.* Secundum hanc diſtinctionem iuſtitia huius vitæ crimine omni carere debet, & poteſt, & ſi peccato carere non poteſt. *Hæc eſt* (inquit Auguſtinus) *prima libertas carere criminibus.* Et paulò pòſt. *Multi iuſti dicti ſunt ſine quærela, quod intelligitur ſine crimine. Nulla enim quærela iuſta eſt de his in rebus humanis qui non habent crimen. Crimen enim eſt peccatum graue, accuſatione & damnatione digniſſimum.* Hæc ille tract. 41. in Ioan. concludens poſtea, quod *huiuſmodi peccata debet non habere omnis Chriſtianus.*

Aliud eſſe ſine peccato, aliud ſine quærela.
Luc. 1.
Philipp. 3.
Philipp. 2.
1. Theſſal. 2.
Epheſ. 1.
Tit. 1.
1. Timo. 3.

Hanc quoque diſtinctionem licet aliis verbis tradit, S. Ieronymus. *Iuſtos* (inquit) *eſſe*

A *ſiſtendo, & benefaciendo in doctrina ſana.* Hæc ille in lib. de Perfect. iuſtitiæ.

Hic ipſe tamen curſus, hic profectus iuſtitiæ ſuam habet rectitudinem ſuámque perfectionem, propter quam iuſtitia noſtra dicitur, quamuis cum aliquo ſemper peccato & imperfectione coniuncta, tamen ſuo modo & verè perfecta. Et propterea Apoſtolus in loco iam allegato vbi ſe perfectum eſſe negauerat ſubiungit tamen. *Quicunque ergo perfecti ſumus hoc ſapiamus. Tanquam diceret* (ait Auguſtinus) *Si ſecundum hominis mortalis capacitatem pro huius vitæ modulo perfecti ſumus, ad ipſam perfectionem hoc quoque pertinere intelligamus, vt angelica illa quæ in Chriſti manifeſtatione nobis erit iuſtitia, nondum nos perfectos eſſe, ſapiamus.* Hæc ille lib. 3. cap. 7. contra 2. epiſt. Pelag. Mox tamen eodem loco paulò pòſt, veram nihilominus hanc eſſe iuſtitiam & veram perfectionem oſtendit. *Qui ſecundum iuſtitiam* (inquit) *quæ in lege eſt ſine fide gratiæ Chriſti viuit, nullam veram putandus eſt habere iuſtitiam. Iuſtitia vero ſecundum quam iuſtus ex fide viuit, quoniam per ſpiritum gratiæ homini ex Deo eſt, vera iuſtitia eſt. Quæ licet non immerito in aliquibus iuſtis pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur, parua tamen eſt ad illam magnam quam æqualitas capit Angelorum. Quam qui nondum habebat, & propter illam quæ iam inerat perfectum & propter iſtam quæ adhuc deerat, imperfectum ſe eſſe dicebat. Sed planè minor iſta iuſtitia facit meritum, maior illa fit præmium.* Hæc ille, oſtendens ex hoc Apoſtoli loco, iuſtitiam huius vitæ etſi reſpectu alterius illius in futura vita perfectiſſimæ iuſtitiç imperfecta ſit, tamen quia ſemper proficit & tendit in melius, veram & perfectam eſſe iuſtitiam. Nempe quia in vnoquóque genere, aliquid ratione ſubiecti in quo eſt,
B perfectum eſſe poteſt, quod alterius ſubiecti reſpectu imperfectũ erit. vt bonus dici grámaticus diſcipulus aliquis poteſt inquantum diſcipulus eſt, qui reſpectu magiſtri alphabetarius cenſeretur. Sic peregrinationis huius iuſtitia pro peregrinantis & militantis ſtatu perfecta eſt, quæ reſpectu non ſolum diuinæ, ſed etiam angelicæ valdè eſt imperfecta. Vnde iterum Auguſtinus: *Apoſtolus & perfectum & imperfectum ſe eſſe dicit. Imperfectum ſcilicet, cogitando quantum illi ad iuſtitiam deſit, cuius plenitudinẽ adhuc eſurit ac ſitit. Perfectũ autem quòd & ſuam imperfectionem confiteri non erubeſcit, & vt perueniat benè procedit. Sicut poſſumus dicere perfectum eſſe viatorem, cuius benè promouetur acceſſio, quamuis non perficiatur intentio niſi fuerit facta peruentio.* Hæc ille loco iam citato li. 3. c. 7. cõtr. 2. epiſt. Pelag. paulo ante medium capitis. Nec diſſimiliter in lib. de Nat. & Gratia cap. 12. *Proficiẽtium eſt via, quamuis benè proficientes dicantur perfecti viatores. Illa autem eſt ſumma perfectio, cui nihil addatur, cum id quo tenditur cœpit poſſideri.* Hæc ille. Itáque *illum ingredi ſine macula* ait Aug. *non qui iam perfectus eſt, ſed qui ad ipſam perfectionem irreprehẽſibiliter currit.* de perfect. iuſtitiæ, Quod etiam adhuc alibi alio ſimili explicat, eundém Apoſt. locũ ad Philip. 3. diligenter exponens. *Ipſe* (inquit) *Apoſtolus fatetur ſe nondum eſſe perfectum in plenitudine iuſtitiæ,* &c. *ſed adhuc præterita obliuiſcentem in ea quæ ſunt antè extendi, quamuis iam eſſet perfectus viator, etſi nondũ erat ipſius itineris perfectione peruentor.* Et paulò pòſt explicans illud; *veruntamen in quod peruenimus, in eo ambulemus,* ait. *Ambulatio iſta non pedibus ſed affectibus geritur, vt poſſint eſſe perfecti iuſtitiæ poſſeſſores, qui recto itinere fidei, de die in diẽ ſua renouatione proficientes iam perfecti facti ſunt eiuſdem iuſtitiæ viatores.* Hæc ille de pecc. mer. & remiſ. lib. 2. c. 13. Sed & paulò pòſt ca. 15. rem paulò explicatius repetens ait: *Poteſt fieri vt iam ſit aliquis ſapientiæ perfectus auditor* quales illi erant quibus dixit Apoſtolus, *loquimur ſapiẽtiam inter perfectos,* & quales non erant quibus
C proximo cap. dicit *lac, potum vobis dedi, non eſcam, (nondum enim poteratis) cuius nondum ſit perfectus & doctor. poteſt perfectus eſſe iuſtitiæ cognitor, nondum perfectus effector. poteſt perfectus eſſe vt diligat inimicos, qui nondum eſt perfectus vt ſufferat. Quin & in eo qui iam omnes homines diligit, quæri poteſt vtrum iam ſit in ipſa quoque dilectione perfectus, id eſt, vtrũ quos diligit, tantum diligat quantum illa incommutabilis regula veritatis diligendos eſſe præſcripſit. Cum ergo legitur in ſcripturis cuiúſque hominis perfectio qua in re dicatur non negligenter inuendum eſt: quoniam non ideo quiſque prorſus ſine peccato eſſe intelligitur, quia in aliqua re dicitur eſſe perfectus: quanquam & in hoc, ita poſſit dici, vt non quia iam non eſt quo proficiat, ſed quia ex maxima parte profecit, hoc nomine dignus habeatur. Sic perfectos dicit Apoſtolus, quibus tamen ait, & ſi quid aliter ſapitis id quoque vobis Deus reuelabit. Veruntamen in quod peruenimus, in eo ambulemus.* Hæc ille. In quibus verbis ſi rectè aduertimus, quatuor in hac vita perfectionis rationes, ac modos deſcribit. vnum, quia in vno aliquo genere virtutis perfectus aliquis eſſe poteſt qui in alio genere non ſit, quales varias perfectiones beatitudinum nomine expoſuit Saluator Matth. 5. cap. Alterum quia etiam ſi ſingulas virtutes aliquis haberet non tamen in ſummo perfectionis gradu eas exerceret. Sic in vno gradu ſimpliciter mandata ſeruantes. In alio

Iuſtitia noſtra quomodo ſuo modo eſt perfecta.
Philip. 3.
Paulus perfectus & imperfectus in iuſtitia.
Aliquid eſt perfectum & imperfectũ reſpectu diuerſi ſubiecti.
Perfecti viatores iuſti in hac vita.
Pſal. 14.
Perfecti viatores perfecti ſunt iuſtitiæ poſſeſſores.
1. Cor. 2.
1. Cor. 3.
Philipp. 3.
Quatuor in hac vita perfectionis modi.

gradu perfecti ſunt qui ad Apoſtolicam charitatem peruenerunt, quos propterea Chriſtus non jam ſeruos, ſed amicos vocat Ioan.15. Tertium quia vtcunque perfectus quiſque eſt, tamen non caret aliquo peccato. Quartum quia in aliqua vel omni virtute aliquis egregios progreſſus fecit. Quorum duo poſtrema, ad præſentem propoſitionem confirmandam faciunt. Secundum ſequenti propoſitioni ſubſeruit. Vide autem de variis perfectionum in hac vita gradibus egregiè diſputantem Caſſianum Collat. 11. cap.12. D

Profectus iuſtitia in quo maximè conſiſtit.
2.Cor 4.
Rom.8.
Gal.5.
Rom.8.
Secundum Spiritum ambulare in quo conſiſtat.

Notandum autem adhuc, profectum hunc quotidianum quem iuſtitiam huius vitæ eſſe oſtendimus, maximè propriè conſiſtere in perpetuo illo conflictu, contra vetuſtatis reliquias, poſt baptiſmum manentes. Sic enim iuſtus aliquis fit, dum *qui intus eſt homo renouatur de die in diem. Iuſtificatio enim legis impletur in nobis dum ambulamus ſecundum Spiritum. Spiritu ante ambulamus, carnis deſideria non perficiendo*: vel quod idem eſt, *ſpiritu facta carnis mortificando. In iſto conflictu* (ait Auguſtinus) *induimur ea iuſtitia qua hic ex fide viuitur, & ea quodammodo loricamur*. In lib. de Perfect. iuſtitiæ. Et alio in loco docẽs iuſtificationem nobis tribus modis in hac vita conferri, ſecundum modum eſſe dicit *in congreſſione cum vitiis, à quorum reatu abſoluti ſumus*. lib.2.cap.8. contra Iulianum. vbi etiam *hanc eſſe noſtram in renouatione iuſtitiam* docet, *qua iuſtum eſt vt aduerſus carnem ſpiritus concupiſcat, vt ſpiritu ambulemus*. Hunc iuſtificationis modum multis verbis diſcribit ſerm.16. de verbis Apoſtoli; & ſerm.43. de verbis Domini. & de veterum iuſtorum iuſtitia ſcribit. *hunc vicioſæ affectionis appetitum qui magna ex parte frenarunt, vt non obedirent deſideriis eius, &c. etiam iuſti appellari meruerunt*. de Nat. & gra. ca.38. Poſttemò in hoc profectu conſiſtere iuſtitiam, perpetuæ illæ Scripturæ phraſes oſtendunt. *qui ambulant in lege Domini*. Pſal.118. *qui ambulant ſecundum Spiritum* Rom.8. *In quod peruenimus in eo ambulamus*. Philip.3. *Ambula coram me & eſto perfectus*. Geneſ.17. *In nouitate vitæ ambulemus*. Rom.6. *Spiritu ambulate*. Gal.5. *Ambulate in dilectione, & vt filij lucis ambulate*: Epheſ.5. aliáque ſexcenta. Oſtendunt hæc omnia noſtram iuſtitiam ſemper in motu fieri & eſſe, tenderéque ad perfectionem, non eſſe abſolutè perfectam, ſic vt nihil addi queat. E

Vox ambulandi in Scripturis docet in perpetuo progreſſu conſiſtere iuſtitiæ perfectionem.

Diſtinctio Auguſt. de inchoata & plena renouatione nõ tollit perfectionem iuſtitiæ.

In hac ergo propoſitione, notandum eſt diligentiſſimè contra ſingularem hodiè hæreticorum fraudem, Auguſtini doctrinam de imperfecta & perfecta iuſtitia, ſiue de inchoata & plena renouatione ac ſanitate, ſeu denique de prima & poſtrema libertate, quarum altera, huius vitæ, altera futuræ vitæ eſt, non eum ſenſum habere, qualem illi fingunt, videlicet ſic eſſe imperfectam iuſtitiam vel inchoatam obedientiam in hac vita, vt non ſit vera iuſtitia, vera obedientia, adeóque plena obſeruatio mandatorum, & denique perfecta obedientia atque iuſtitia. Iam enim audiuimus Auguſtinum dicere ac docere, ideo dici imperfectam, non quòd perfecta nõ ſit in ſuo genere, ſed quia in comparatione illius pleniſſimè, & perfectiſſimæ iuſtitiæ, quæ in altera vita erit, adhuc imperfecta eſt. Illa enim ſic dicitur perfecta, vt nihil ei addi poſſit, vt multis in locis docet Auguſtinus, vt contra Iulianum lib.2.cap.8. de Nat. & Gratia. cap.12. 42. 59. 62. 63. & 70. & de Spiritu, & Lit. cap. vltimo. Hæc dicitur perfecta quia ſemper aliquid addendo, & ad ea quæ ſunt ante extendendo, id agit, id conatur, vt ſit perfecta; & eius perfectio eſt perfectus curſus non perfecta peruentio, eſt perfecta ambulatio, non perfecta comprehenſio. Et hoc ſenſu omnes iuſtos & perfectos in Scripturis laudatos; iuſtos & perfectos fuiſſe accuratè docet Auguſt. lib.2. de peccat. mer. & remiſs. à cap.10. vſque ad 16. incluſiuè. F

Calumnia Pelagiana propter diſtinctionem præcedentem.

Et notandum eſt, quod propter hanc doctrinam D. Auguſtini calumniati ſunt Pelagiani eum docere, homines in cælo ea mandata implere, quæ hic implere vel non poterant, vel omiſerant, quibus reſpondet, *putare tantam* (& non maiorem) *futuram eſſe iuſtitiam poſt reſurrectionem in corpore vitæ illius, quanta eſſe poteſt in corpore mortis huius, demẽtiæ ſingularis eſſe. Sed erit ibi perfectiſſimæ plenitudo iuſtitiæ, non tamen hominum mandata ſectantium, & ad eam plenitudinem proficiendo nitentium, ſed in ictu oculi ſicuti ipſa reſurrectio*. Hæc ille lib.3. cap.7. contra 2. epiſt. Pelag. eandem calumniam eodem modo repellit eiuſdem operis lib 4.cap.7.

Alia calũnia.

Rurſum, propter hanc ipſam doctrinam calumniati ſunt Pelagiani docuiſſe Auguſtinum, *Iuſtos in hac vita non regula virtutum iuſtos fuiſſe, ſed tantum in comparatione ſceleratorum, tanquam minus malos*. vt commemorat lib.3.cap.5. contra 2. epiſt. Pelag. Quibus mox reſpondens, *Catholicam fidem iuſtos ab iniuſtis non lege operum, ſed lege fidei diſcernere*, id eſt, non ex ſub-

A ex ſubſtantia actus,ſed ex fide in qua virtutum actus fiant; poſtea eiuſdem operis lib.4. cap.7. *Antiquos*,inquit,*iuſtos,quibus Deus teſtimonium perhibet in Scripturis,non in comparatione ſceleratorum, ſed regula virtutum iuſtos fuiſſe, dubium non eſt, quamuis ſine peccato nemo eorum fuerit.* Et paulo pòſt cap.10. Eiuſdem libri eandem calumniam repetés,ex Cypriani verbis illam confutat, docens etiam *ipſos Apoſtolos iuſtos & ſanctos fuiſſe,regula virtutum*,id eſt tali obedientia mandatorum Dei,qualem veræ virtutis regula exigit, *quamuis nonnullos nexus ſecularium laqueorum eorum vita fuerit perpeſſa,nonnullis peccatis & vitiis carnis fuerit obnoxia.* Hæc ille. Idem ex verbis Hilarij docet lib.2. contra Iulianum.

Tertiò propter hanc ipſam doctrinam calumniati ſunt docuiſſe Auguſt. *Legem veterem non ob hoc datam fuiſſe vt iuſtificaret obediētes, ſed vt grauior eſſet cauſa peccati.* Quibus reſpōdet Auguſt. *Quis dicat non iuſtificari eos qui ſunt legi obedientes,quando ſi non iuſtificarentur non eſſent obedientes? Sed dicimus lege fieri,vt Deus quid fieri velit audiatur: gratia vero fieri vt legi obediatur.* Hæc ille lib.3.cap.2.contra 2.epiſt.Pelag Et notandum,quòd hanc calumniā Pelag.imitati hodiè Proteſtãtes,id dixerint à Pelag.fuiſſe contr. Aug.& Cathol. tūc Eccl.aſſertū, quòd fuit ab ipſo Auguſt.& Cathol.Eccl. contr.Pelag. tunc defenſum. *Pelagius damnatus eſt* (ait Chemnitius) *quod iuſtificationem tribuebant obſeruationi legis diuinæ.* Sed ex calumnia Pelagiana iam proximè citata conſtat, non Pelagiū ob talem doctrinam damnatum

B fuiſſe,ſed Auguſtinum ab ipſo Pelagio hoc nomine reprehenſum, quòd talem doctrinā ipſe damnaſſet: quam tamen non damnauit ſed ſeriò & conſtanter docuit.

Tertia calūniā: propter eandem doctrinam.

Calumnia Pelagiana eſt doctrina proteſtātum.

Quamuis in profectu conſiſtat iuſtitia, non in perfectione virtutum: tamen virtutes quas facit iuſtus vera ſunt mandatorum adimpletio, & nullo eſt permixta peccato ipſarum operatio.

CAPVT VII.

SExta propoſitio. Quamuis iuſtitia huius vitæ, non ſic adimpleat omnia mandata, quin ſæpius offendat, ſitq; potius in profectu quam in perfectione, id eſt, perfecta operatione aut poſſeſſione virtutū; tamen in eorum mandatorum quæ facit iuſtus obſeruatione ſeu adimpletione, iuſtus non peccat; vtcunque mandatū ipſum perfectiſſimè non impleat, quo ad modum ſeu gradum adimplendi. Hæc propoſitio duas habet partes: vnam de ipſa operum iuſtorū iuſtitia vera, & ſine peccato in ipſo obediētiæ opere, etſi non in toto curſu operum ſeu iuſtitiæ. Alteram, de ipſius iuſtitiæ imperfectione & defectu: quæ tamen rectitudinem, & iuſtitiam boni operis coram Deo non tollunt. Vtrámque partem negant hodiè Proteſtantes pertinaciter, & ex hac vtráque negata, nullam eſſe coram Deo iuſtitiam operum, ſeu ex operibus, inuictè ſeſe concludere arbitrantur. Duæ tamen propoſitiones cum ſint, ita vna ab altera dependet, atque conſequitur vt in ratione doctrinæ vnicam tantum conſtituant. Ideò enim Proteſtātum

C hodiè iudicio nullum opus bonum, etiam hominis renouati coram Deo iuſtū eſſe, vel veræ iuſtitiæ laudem conſequi poteſt; quia nemo tam perfectè legem obſeruat, quam debet: ſiue quia nemo abſque aliquo defectu mandatum facit: quem defectum à ſumma illa perfectione quam lex deſiderat, peccatum eſſe volūt; & huiuſmodi peccatum quod ex natura ſua, etiam in renatis eos poſſit damnare, niſi Chriſti iuſtitia illis imputata, illos defectus, atque peccata tegeret. Hoc ipſum quoque (videlicet nullum opus bonū, abſq; peccato fieri, ſeu vt 31. artic. Lutheri habet, *iuſtum in omni opere bono peccare*) ex alio quóque principio probare conãtur Proteſtãtes; nēpe ex cōcupiſcētiæ motibus in nobis relictis, quos ſanè motus etiam inuolūtarios, peccata eſſe etiā in renatis per Chriſtū volūt. Sed de hoc erroris principio, in hac propoſitione nihil agetur. In altera iam controuerſia de eo diſputatū eſt. Oſtendamus nunc ergo non requiri ad huius vitæ iuſtitiā perfectiſſimā obedientiā, quoad modū implēdi, ideóq propter imperfectā in hoc ſenſu adimpletionē hominis renouati bona opera verē iuſtitiæ laudē, atq; mercedē corā Deo nō amittere. Nēpe quū *plenitudo legis ſit charitas*. Ad Rom.12. Ideóq; perfecta plenitudo, ſeu adimpletio legis ſit perfecta charitas, & vt loquitur Aug. *charitas perfecta, perfecta iuſtitia eſt*. in li. de Nat. & Grat. c. vlt. ſequitur perfectiſſimam adimpletionem legis, quoad modū implendi tūc fieri quùm perfectiſſima charitate in Deū & proximū mandata fiant. Quanto enim ma-

Iuſtitiā operum coram Deo nullā eſſe aſſerunt Proteſtantes.

Iuſtum in omni bono opere peccare aſſerit Lutherus.

Lib.3.

Perfectiſſima obedientia quo ad modū obediendi non requiritur ad iuſtitia in hac vita perfectionem.

A quutum eſſe docet Auguſtinus quùm diceret; *non quod iam acceperim aut iam perfectus ſum.* Philip.3 Apoſtoli tamen iuſtitiam verā nihilominus fuiſſe,ita vt dilectio quæ in illo erat, quamuis imperfecta,tamen hoc reſpectu ſine peccato eſſet,nemo ſanè negaturus eſt. Hac ſanè de cauſa Auguſtinus, *iuſtitiam huius vitæ, & veram eſſe* dicit, *& tamen non conſtare perfectione virtutum.* id eſt perfecta operatione virtutum,lib.19.cap.27.de Ciuit. Dei. Et notandum,quod non propter imperfectam in hac vita charitatem,ideóque imperfectam mandatorum adimpletionem quoad modum implendi, ſed propter peccata illa quæ in quotidiano cum tentationibus conflictu ſuccumbentes, interdum venialiter committimus,oratio illa quotidiana fit, *dimitte nobis debita noſtra*,vt eodem in loco docet Auguſtinus multiſq; aliis in locis poſtea ſuo loco citandis. Nempe hæc imperfectio charitatis,hic defectus à perfectiſſima obedientia legis,etſi talis ſit, vt poſſit ſemper etiam in hac vita augeri, maiori adhibita intentione,tamen peccatum ideo non cenſebitur,quia non eſt ſemper affectata,& ſtudioſa(quæ certè peccatum eſt,)ſed ex fragilitate nata, dū non ſemper animus intenditur,quantum intendi poteſt.Et hoc eſt quod S. Ieron. ſcribit:*poſſe hominē non peccare, ſi velit pro loco, pro tempore, pro imbecillitate corporea*: addit enim huius imbecillitatis cauſam. *quandiu intentus eſt animus, quandiu chorda nullo vitio laxatur in cithara. Quod ſi paululum ſe remiſerit, Quomodo qui aduerſo flumine lembū trahit,ſi remiſerit manus ſtatim retro trahitur, & fluentibus aquis quo non vult ducitur: ſic humana conditio, ſi paululum ſe* B *remiſerit, diſcit fragilitatem ſuam, & multa ſe non poſſe cognoſcit.* Hæc ille lib. 3. contra Pelag. Móxque varia ex Apoſtolo exempla adfert,quibus oſtendit eius animum non ſemper tota intentione in Deum tetendiſſe,aut extēſum fuiſſe,non tamen propterea peccaſſe. Exemplū eſt in oratione,cuius attētio tantū ex fragilitate remiſſa, non per negligētiam voluntariam prætermiſſa peccatum non eſt. Vt docent S.Patres Auguſt. enarr. in Pſal. 85.& in regula Monachorum,regula 3.S.Baſilius in oratione de orando Deum, & conſtitit.Monaſtic.cap.2.Idem docet S.Thom.22.q.83.ar.13.ad 3. argum. & Cajetanus ibidem in ſcholiis.Ad huius rei rationem notandum eſt, quod cum corruptæ naturæ ſecundum aliquos tria ſint mala,ignorantia,infirmitas,& concupiſcentia, vel vt Auguſtinus diſtinguit,ignorantia,& carnalis infirmitas,quia *propter concupiſcentiam infirma eſt voluntas.* vt docet Auguſtinus lib.1.cap.13.contra 2.epiſt.Pelag.& homil. 50. cap.8. profectò ſicuti ſolus concupiſcentiæ motus inuoluntarius,ignorantia quoque inuicta peccata non ſunt,ſic infirmitas ipſa,vbi nulla accedit affectata negligētia peccatum non eſt, de quibus lege S.Thom.1.2.q.76.ar.2.& q.77.ar.3.

Quare defectus à perfectiſſima obedientia non eſt peccatum.

Perfectio iuſtitiæ etiam ex eo oſtendetur,quòd quicquid ad perfectiſsimam adimpletionem mandatorum deeſt, Chriſti gratia ignoſcitur.

CAPVT VIII.

C Eptima propoſitio. Iuſtitia bonorū operum in fide, eſt vera corā Deo iuſtitia,vtcunq; iuxta peccatis & imperfecta,tū quoad vniuerſa mādata implēda,tum quoad modū implēdi, vt ſecūda & ſexta iam propoſitio oſtēderunt,ver éq; & plenè legi Dei ſatisfacit non ſolum quia quā proximè accedit ad plenā & perfectā iuſtitiā,aut quia grauioribus ſaltem criminibus caret,aut etiā quia id agit proficiēdo de die in diē,vt omni prorſus peccato careat,& plenè ſatisfaciat quemadmodū iam 3.4.& 5.propoſit.manifeſtum fecerūt,ſed adhuc præterea quia quicquid ad plenā,& perfectā adimpletionē mādata prætermittendo,& frequēter venialiter peccādo,ſiue propter imperfectionem in modo & ratione implēdi,id totū Chriſti miſericordia & gratia indulget, atq; ingnoſcit, facitq; indulgendo vt perinde ſimus coram Deo iuſti, ac ſi vniuerſa adamuſſim omnia mādata,eademq; perfectiſſimè feciſſemus. Hæc propoſitio vt eſt cognitu digniſſima,& conſolatione pleniſſima, ita ab aduerſariis hodiè nō negatur quidē, ſed perperā tamen intellecta in ſenſum & conſequentiam peſtilentem pertrahitur. Illam ergo & breuiter confirmabimus & quo ſenſu vera ſit, paucis aperiemus. Ac primum cum ex duabus potiſsimum partibus conſtare iuſtificationem noſtram ſuperius demonſtratum eſt, ex remiſſione peccatorum & in prima quidem iuſtificatione, ex infuſione gratiæ atque

Iuſtitia vera quæ. 1. 2. 3. 4.

Remiſſio peccatorum perpetuò neceſſaria ad iuſtificationem.

virtutũ, in ſecunda, ſiue in augmẽto iuſtitiæ ex operatione virtutum; Notandũ eſt illud, D quod de remiſſione peccatorum dictum eſt, non ſolum intelligi de peccatis, antè adeptam primam iuſtitiam commiſſis, Chriſtíque miſericordia condonatis, vt ex impiis fiamus iuſti, ſed præterea intelligi oportere in toto progreſſu, curſu, & augmento iuſtitiæ noſtræ fieri, per Chriſtum perpetuam quãdam peccatorum noſtrorum remiſſionem, vt ſic qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc, ſempérque in iuſtitia creſcamus, donec ad illam iuſtitiæ plenitudinem peruenerimus, vbi nullum erit peccatũ, ideóque nulla amplius remiſſio. Huiuſmodi ſanè remiſſionem peccatorum, ad noſtræ iuſtitiæ perfectionem per Chriſtũ factam, clarè docet ſcriptura. *Sanguis Ieſu Chriſti emundat nos ab omni peccato. Quid*

1. Ioan. 1.

eſt (ait Auguſtinus) *ab omni peccato?* Moxque reſpondet. *Poſt abolitionem omnium peccatorum in baptiſmo factam viuendo in hoc ſeculo inter tentationes quædam fortè contracta ſunt. Ideo faciat homo quod poteſt, confiteatur quod eſt, vt ab illo curetur qui ſemper eſt, quod eſt.* Vnde ſequitur apud Ioannem. *Quod ſi dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quod ſi confeſſi fuerimus delicta noſtra, fidelis & iuſtus eſt, vt dimittat nobis delicta noſtra, & purget nos ab omni iniquitate.* Hæc Ioannes quæ exponens Auguſtinus ait: *Non tãtum præterita, ſed & ſi qui fortè cõtraximus ex hac vita, quia non poteſt homo quandiu carnem portat, non habere vel leuia peccata.* Hæc Auguſtinus tract. 1. in epiſt. Ioan. Ergo ſanguis Chriſti emundat nos ab omni peccato, & purgat nos ab omni iniquitate, non ſolum ante baptiſmnm aut conuerſionẽ, ſed etiam poſt illã in tota hac vita contract. Sed obſerua totũ hoc dici de leuioribus peccatis, ſine quibus in hac vita iuſti non viuũt, non de illis criminibus de E quibus Apoſtolus dixit, quod *qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.* De huiuſmodi

Galat. 5.
1. Ioan. 1.

enim peccatis loquutus eſt Ioannes, quum dixerat. *Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, &c.* vt iam explicantem Auguſt. audiuimus contra 2. epiſ. Pel. lib. 4. cap. 10. Sic & Hieronymus hæc verba Ioannis exponit. *Quod,* inquit, *ſcriptũ eſt, Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato, tam in confeſſione baptiſmatis, quam in clementia pænitudinis accipiendũ eſt.*

Qualis ſit remiſſio peccatorũ per Chriſtum in ſcripturis promiſſa.

Notandum eſt ergo quoties in ſcriptura legimus: (quod quam ſepiſſimè legimus) Chriſtum *tollere peccata mundi.* Ioan. 1. *remiſſionem peccatorum accipere per nomen Chriſti omnes qui credunt in eum.* Act. 10. & 26. *Chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra,* ad Rom. 4. *portauit iniquitates noſtras,* Eſaiæ 53. & 1. Pet. 2. *Mortuus eſt pro peccatis noſtris.* 1. Cor. 15. & 1. Pet. 3. *dedit ſemetipſum pro peccatis.* Gal. 1. *In quo habemus per ſanguinem eius remiſſionem peccatorũ, ſecundum diuitias gratiæ eius,* ad Epheſ. 1. *Gratia ex multis delictis in iuſtificationem.* Rom. 5. *In quo habemus redemptionem & remiſſ. peccatorum.* Coloſſ. 1. *purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis* ad Hebr. 1. *Chriſtus ſemel oblatus eſt, ad multorũ exhaurienda peccata.* Heb. 9. Denique *ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantũ, ſed pro totius mundi.* 1. Ioan. 2. & iterum ibidem *ſcribo vobis filioli, quoniã remittuntur vobis peccata veſtra propter nomẽ eius.* & cap. 4. *Deus miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.* Poſtremò, Apocal. 1. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo:* Hæc inquã omnia, & ſi qua ſunt ſimilia, eum ſenſum habent, vt non ſolum in Chriſto baptizatis præterita omnia peccata ſeu originis, ſeu actualia, remittantur per ſanguinẽ Chriſti, ſed etiã præterea vt peccata reliqua in curriculo pręſentis iuſtitiæ peccatis admixti, poſtmodũ commiſſa, per eundẽ quóque Chriſti ſanguinẽ, mortem, gratiã, & meritũ, fidelibus remittãtur. Hanc enim eſſe *abun-* F *dantiã gratiæ, ex multis delictis in iuſtificationẽ vitæ* docet Auguſt. de nup. & concupiſc. lib. 2.

Rom. 5.

cap. 27. Hanc doctrinã & iucundiſſimã, & ad iuſtitiæ noſtræ in hac vita rationẽ cognoſcendã perneceſſariã, quia multis in locis manifeſtè & conſtanter tradit Auguſt. ea breuiter percurremus: poſteáq; hæc duplex remiſſio quo etiã ſenſu vera ſit aperiemus. Nẽpe

Gratia Chriſti iuſtificãs & legem adimplens in duobus conſiſtit.

docet Auguſt. gratiam Chriſti iuſtificantẽ, & legẽ in nobis adimplentẽ, non ſolum in eo conſiſtere, quòd ſpiritum gratiæ impartit, quo iuſtificatio legis in nobis impleatur, vt iã ſatis in ſuperioribus maximè in prima propoſitione huius capitis oſtẽſum eſt, ſed etiam quia quòd minus à nobis etiã cum illa gratia infuſa impletur, per eius gratiã ignoſcitur; atque ita perinde iuſtificamur ac ſi totã legem ſine vllo peccato impleuiſſemus. Idcircò quum docuiſſet lib. 19. cap. 7. cõtra Fauſt. *Legis iuſtitiã impleri in nobis per gratiã Spiritus;* ſubiungit. *Deinde quia etiam ſub gratia poſitis, in hac mortali vita difficile eſt omnimodò implere quod in lege ſcriptum eſt, non concupiſces, ille per carnis ſuæ ſacrificiũ ſacerdos effectus, impetrat nobis indulgẽtiam; etiã hinc adimplens legẽ.* Hæc ille. *Móxque ad hoc probandum, verba illa.* ſupra citata, quod

1. Ioan. 2.

Chriſtus eſt aduocatus pro nobis apud patrẽ, & propitiatio pro peccatis noſtris, producit, hanc ſanè ob cauſam, duplex officium, ſeu duplicem effectum gratiæ Chriſti, Auguſt. diligẽter aſſignat.

A gnat. *Studiũ* (inquit) *præcepta ſeruandi gratia tribuit: quæ ſi quid etiam in eis præceptis minus ſeruatur, ignoſcit: propter quod orãdo dicimus dimitte nobis debita noſtra.* Hæc ille cõtra 2. epiſt. Pelag. lib. 3. cap. 7. & eodẽ lib. cap. 4: *Sub gratia poſiti præcepta faciũt credẽtes in mediatorẽ; per quem ſibi non dubitant & ſubminiſtrari S. gratiæ, vt benè iſta faciãt, & ignoſci poſſe cũ peccant.* Rurſum hac de cauſa docens iuſtificationẽ nobis per tria conferri, tertium in eo ponit: *quod exauditur oratio noſtra, qua dicimus, dimitte nobis debita noſtra,* li. 2. ca. 8. cõtra Iuli. Denique, de tota ratione iuſtitiæ noſtræ, ſic ſcribit. *Ipſa iuſtitia noſtra, quãuis vera ſit, propter veri boni finẽ ad quem refertur, tamen tanta eſt in hac vita, vt potius peccatorũ remiſſione conſtet, quã perfectione virtutum. Teſtis eſt oratio totius ciuitatis Dei, quæ peregrinatur in terris. Per omnia quippe mẽbra ſua clamat ad Deum. dimitte nobis, &c.* Hæc ille de Ciuit. Dei, lib. 19. cap. 27. Poſtremò hæc eſt illa huius vitæ beatitudo ſeu iuſtitia, (idem enim vtráque valet vt alibi oſtẽdimus) *cui non imputauit Dominus peccatũ.* Non quòd in ſola illa non imputatione peccat. iuſtitia cõſiſtat, vt volũt Proteſtantes, ſed quòd illa non imputatio, ſeu remiſſ. peccat. ſit vna pars iuſtitiæ huius vitæ, quæ ſine peccato non eſt. De hac parte iuſtitię ſic ſcribit Hilarius exponens. Pſa. 51. vt commemorat. ex eo Aug. lib. 2. cõtra Iulia. *Non* (inquit) *illa ipſa iuſtitiæ opera ſufficient ad perfectæ beatitudinis meritum, niſi miſericordia Dei, etiã in hac iuſtitiæ voluntate humanarum demutationum & motuum, non reputet vicia. Hinc illud Prophetæ; Melior miſericordia tua ſuper vitam:* Hæc Hilar. Cuius verbis mox hæc ſubnectit Aug. *Vides hominem Dei ex illo numero eſſe beatorũ, de quibus predictum eſt, beatus vir cui non imputauit Dominus peccatũ, neque eſt in ore eius dolus.*

Duplex officium gratiæ Chriſti.

Remiſſio peccatorum pars neceſſaria iuſtitiæ. Rom. 4.

Pſal. 62.

B *Confitetur enim etiã peccata iuſtorum, &c.* Hæc ille. Ex his ergo manifeſtum eſt, mãdatorum obſeruationẽ, quæ ad iuſtitiã veram coram Deo pertinet, hac ratione plenam & perfectã eſſe, quia quicquid ad plenã obedientiam deeſt, Chriſti gratia ignoſcitur. Et hoc eſt quòd Auguſt. ſcripſit. *Omnia mandata tunc facta deputantur, quando quicquid non fit ignoſcitur.* Retract. lib. 1. cap. 19. & quod alibi dixit *ipſa mandata pertinere ad orationem Dominicã, qua dicimus, dimitte nobis, &c.* li. 3. c. 7. cõtra 2. epiſt. Pelag. Quibus ita explicatis, facile videt peccator, quouſque extendere debeat hanc acceptationem Dei gratuitam, nec ex deunce vel vncia, (vt ridenter. quærit Caluinus Inſt. lib. 3. cap. 11. ſect. 11:) ſed ex aſſe illam accipiendam eſſe vt coram Deo iuſtificetur.

Sed nunc, quo ſenſu hoc totum verum ſit quod remiſſio peccatorum perpetua, ſit pars iuſtitiæ non paucis explicandum eſt. Nempe peccata illa, in quorum remiſſione cõſtat magna ex parte iuſtitia huius vitæ, non ſunt illa peccata de quibus Apoſtolus dicit, *quoniam qui talia agunt regnum Dei non poſſidebunt.* Sed ſunt illa peccata leuiora ſine quibus in hac vita iuſti non viuunt, vt in 2. 4. expoſitione oſtenſum eſt. De huiuſmodi peccatis loquutus eſt Ioan. cum diceret, *ſi dixerimus quia peccatum non habemus, &c.* Auguſtini verba ſupra citata manifeſte exponunt. Quibus adde quæ ex Cypriano idem copioſè diſputat libro 4. cap. 10. contra 2. epiſt. Pelag. Quin & loca omnia iam modo ex Auguſtino citata, non de aliis peccatis loquuntur, quam pro quibus quotidiè oramus, dimitte nobis debita noſtra. Hæc autem oratio iuſtorum eſt tantum,
C non autem illorum qui mortali peccato obnoxij ſunt, vnde apertiſſimè Auguſt. poſt verba ſuperius citata, libro 19. cap. 27. de Ciuitate Dei ſubiungit. *Nec pro eis eſt efficax hæc oratio, quorum fides ſine operibus mortua eſt, ſed pro eis quorum fides per dilectionem operatur.* Hæc ille. Denique pro venialibus, hanc orationis Dominicæ partem dici, & efficacem eſſe quamplurimis in locis docet Auguſtinus, vt in lib. Homiliarum. Hom. 50. cap. 6. & 7. in Enchyridio cap. 78. contra Iulianum lib. 2. Serm. 41. de Sanctis. In lib. de Perfectione iuſtitiæ in fine de Spir. & lit. cap. vltimo de peccat. merit. & remiſſ. li. 2. cap. 16.

Quo ſenſu eſt pars iuſtitiæ perpetua remiſſio peccatorum.

1. Cor. 6.

1. Ioan. 1.

Oratio Dominica eſt oratio iuſtorum.

Hoc tamen ita intelligendum eſt, vt etiam peccata mortalia *interueniente pænitentia*, per hanc Chriſti gratiam ignoſcantur, tegantur, non imputentur. Eſt enim Chriſti mors, ſanguis, ſacrificium, illud prætium & meritum propter quod fit pænitentibus grauium peccatorum remiſſio; Sacramento Pænitentiæ & clauium miniſterio, tanquam inſtrumento diuinitus inſtituto interpoſito. Quod hoc loco monemus, ne propter præſentem propoſitionem, Chriſti ſanguinem, & propitiationem pro peccatis noſtris, ad ſola venialia, & quotidiana iuſtorum peccata delenda valere docuiſſe cuipiam videamur. Omnia enim peccata tam grauia, quam leuia, tam antè baptiſmum quam poſt baptiſmum, ſeu contracta ſeu commiſſa, per Chriſti mortem delentur & condonantur: ſed alio atque alio modò. Quando enim ex impio fit iuſtus aliquis, quæ prima vocatur iuſtificatio, eſt remiſſio peccatorum gratuita,

Propitiatio per Chriſtũ eſt etiã pro peccatis mortalibus.

per Chriſti meritum, interueniente aut baptiſmo in nondum renatis, aut pænitentia in D
relapſis. Augmentum verò iuſtitiæ, ſeu ſecunda iuſtificatio, fit quoque in quotidiana remiſſione peccatorum, ſed quotidianorũ, & leuium, pro quibus quotidiè oramus, *dimitte nobis, &c. Quum hæc enim exauditur oratio, iuſtificamur*: vt docet Auguſt. lib. 2. contra Iulianum: id eſt, creſcimus in iuſtitia.

Tres proteſtantũ fraudes circa perpetuam peccat. remiſſionem.

Hoc ergo loco, & circa hanc propoſitionẽ diligenter cauendæ ſunt tres potiſſimum proteſtãtum fraudes. Prior eſt quod ex occaſione huius doctrinæ, iuſtificationẽ noſtram conſiſtere docent, ex ſola remiſſione peccatorũ per fidẽ, ita ſanè, vt nec ſacrament. vel
1. baptiſmi, vel pænitentiæ, ad primã iuſtificationem quicquã operentur, ſed ſola Chriſti miſericordia, condonans peccata nos iuſtificet ſiue ex impiis iuſtos faciat: nec operatio virtutum, aut obedientia mandatorũ ad ſecundã iuſtificationem, ſiue ad augmentum, curſum, & progreſſum, & perfectionem iuſtitiæ aliquid valeant, ſed ſola hac perpetua peccatorum remiſſione perpetuò nos iuſtificari, iuſtitiæque curſum in hac vita perfi-
2. cere. Altera fraus eſt, quod hanc perpetuam remiſſionem peccatorũ quam in toto curſu iuſtitiæ noſtræ neceſſariam agnoſcimus, intelligi volunt tam de grauibus flagitiis, & ſce-
3. leribus, *abſque vllo pænitentiæ ſacramento*, quam de leuibus & quotidianis peccatis. Tertia denique fraus eſt, quod hanc remiſſionem quotidianam fieri docent per ſolam fidem, abſque aliis illis modis, & mediis omnibus, quæ ad hanc quotidianam, & perpetuam indulgentiam acquirendam ſunt neceſſaria. Duas ergo priores fraudes, partim primi capitis obiectionum refutatio, in altera controuerſia, partim huius iam propoſitionis E
confirmatio ſatis refutauit: niſi quòd quæ de ſacramentis baptiſmi & pænitentiæ dicta ſunt, ideo nullis argumentis confirmata, quia ad alias controuerſias illa pertinent. Tertia fraus, in alia nunc propoſitione confutabitur, ſi tamen prius difficultatem quandam circa ſecundam fraudem, magis aperiendam diſſoluamus.

Supra lib. 5. cap. 9.

An quotidiana remiſſio peccatorum intelligẽda ſit de peccatis mortalibus.

Nempe videtur ſanè Auguſtinus docere ad orationem dominicam, & ad illa verba, *dimitte nobis debita noſtra, quæ iuſtorum tantum vox eſt humilis & verax*, vt etiam loquuntur Patres Tridentini ſeſſ. 6. cap. 11. pertinere etiam grauium criminum remiſſionem. Ait enim in Enchyridio cap. 71. *delet etiam hæc oratio & illa à quibus vita fidelium ſceleratè geſta, ſed pænitendo in melius mutata diſcedit*. Rurſum lib. 2. cap. 4. de pecc. mer. & rem. ſic ſcribit. *Conſentientes ſibi ad illicita, reos tenet concupiſcentia, & niſi per medicinam pænitentiæ, & opera miſericordiæ ſanentur, ad ſecundam mortem damnationẽmque perducunt, propter hoc Dominus orare nos docuit, dimitte nobis debita noſtra*. Hæc ille. Rurſum contra 2. epiſt. Pelag. lib. 1. cap. 13. *Dicunt* (inquit) *baptiſati in Oratione Dominica, dimitte nobis debita noſtra, propter peccata quæ fiunt in carnalis concupiſcentiæ conſenſionibus, quum ab eo quodlibet vincitur quod placet*. Hæc ille manifeſtè docens conſenſiones ad illicita, quæ vtique ſunt lætiferera peccata, hoc eſt enim *deſideria carnis perficere* (Nam *ſi decreuiſti, perfeciſti*, ait idem Auguſtinus ſerm. 43. de verbis Domini) hac oratione Dominica deleri. Quam Auguſtini doctrinam, ſequutus etiam D. Thomas 1. 2. q. 74. ar. 8. Reſpõdendo ad 6. arg. aſſertiuè dicit: *Orat. Dominicam non ſolum contra venialia peccata dicendam eſſe, ſed etiam contra mortalia*. Quin & Catechiſmus Tridentinus, valere etiam docet hanc orationem, contra grauiora peccata. Quæ ſi ita F
ſint, & tamen iuſtorum vox illa eſt, *dimitte nobis debita noſtra*, profectò etiam cum grauioribus criminibus conſiſtet vera iuſtitia; illáque perpetua remiſſio peccatorum, per Chriſti gratiam ipſis iuſtis neceſſaria, de grauioribus quoque illis criminibus intelligenda erit, vt proteſtantes hodiè intelligi volunt: vnde ſtatim conſequetur, non in virtutum operatione, aut mandatorum obedientia, ſed in ſola remiſſione peccatorum iuſtitiam noſtram totam conſiſtere.

Gal. 5.

Quatenus contra grauiora crimina Oratio Dominica valeat.

Ad hæc ergo loca, & ſi qua ſimilia occurrũt, reſpondendũ eſt: cõtra grauiora crimina etiã hanc orationis Dominicæ partẽ valere, ſed non ex primaria inſtitutione, nõ quòd ſine alia pænitẽtia, ſola hac ratione deleantur; nõ denique quod cum huiuſmodi criminibus, vel actu vel reatu permanẽtibus, iuſtus eſſe aliquis poterit corã Deo propter perpetuam illam Chriſti indulgentiã hac quotidiana oratione impetratã; ſed quod deletis prius grauioribus iſtis criminibus per pænitentiã, vitáq; in melius mutata, hæc oratio, & huius orationis pactũ (quo etiã aliis ignoſcimus) ſicuti cætera eleemoſynarũ, ieiuniorũ, aliáque pietatis opera, per modum ſatisfactionis pænas huiuſmodi peccatis debitas vel delet vel diminuit, ideóque peccata delere dicitur, ſicuti dicitur oratio pro defunctis, *vt à peccatis ſoluatur*. Hoc eſt, à pœnis peccatorũ. Hoc enim & nõ alio ſenſu iuxta Aug. cõtra

2. Machab. 12

mortalia

A mortalia peccata, hæc oratio valet. Sic enim diſertè in 1. loco citato loquitur. In Enchir. cap. 71. Dicit enim, *delere hanc orationẽ illa peccata, à quibus vita fidelium etiam ſcelerate geſta, ſed pœnitendo in melius mutata diſcedit.* Hæc ille, manifeſtè docens, tum pœnitentiã, tum etiam emendationẽ in melius prius antecedere, quàm vt cõtra huiuſmodi peccata hæc oratio valeat. Sic etiam in aliis locis, licet iſtud nõ ſemper expreſſerit prórſus ſenſiſſe intelligẽdus eſt. Etenim non ſolũ diſertiſſimè & cõſtantiſſimè, in locis antea citatis docuit, contra leuia & quotidiana peccata, iuſtorum hanc orationem valere; verum etiam diſertè & ſeriò docet nullo modo cogitandũ eſſe, quòd contra grauia illa crimina valere debeat. Nã lib. 21. ca. 27. de Ciuit. Dei diſputãs contra eos, qui putabãt grauia crimina, nihil illis etiam, vſque ad mortem, in huiuſmodi perſeuerantibus obfutura, qui eleemoſynas largas feciſſent, idque ex hoc orationis dominicæ pacto probare vellent, (in quo maximũ eleemoſynæ genus, quod eſt inimicis ignoſcere, exerceretur:) inde eos confutat quod nõ niſi de paruis peccatis, hæc oratio intelligitur. Ait enim. *Non dixit Dominus, ſi dimiſeritis peccata hominibus, & pater veſter dimittet vobis qualiacúnq; peccata, ſed ait, peccata veſtra. Quotidianam quippe orationem docebat, & iuſtificatis vtique diſcipulis loquebatur. Quid ergo peccata veſtra, niſi peccata ſine quibus nec vos eſtis, qui iuſtificati & ſanctificati eſtis? Vbi ergo illi dicunt Dominum ſignificaſſe etiam magna peccata, quia non dixit, dimittet vobis peccata parua, ſed peccata veſtra, ibi nos conſiderantes qualibus loquebatur, & audiẽtes, dictum, peccata veſtra nihil aliud debemus exiſtimare quam parua: quoniam talium iam non erunt magna.* Hæc ille ſeriò & acriter probans, nullo modo magna peccata, id eſt mortalia intelligẽda eſſe, per hanc quotidianam orationem deleri. Idem etiam docet diſertiſſimè hom. 19. ex homil. 50. & conc. 3. in Pſal. 118. Debẽt ergo illa alia eius verba, eo ſenſu quo diximus neceſſariò intelligi; ſimiliter quóque D. Thomæ & catechiſmi Trident. verba, qui haud dubiè ſenſum Auguſtini ſequuti ſunt. Quod etiam verba in Catechiſmo paulò pòſt ſequentia manifeſtè oſtendunt. Quamquam ſanè, & duo illa alia Auguſtini loca, de conſenſionibus ad illicita, intelligi poſſint de conſenſionibus per cogitationem tantum, ſine ſuperioris rationis conſenſu, vt clarè diſtinguit Auguſtinus lib. 12. cap. 12. de Trinit. & lib. 2. contra Iulianum; ſiue de delectatione quæ ex complacentia cogitationis emanat, quæ naturalis quodammodo eſt, ideóque in renatis, aut peccatum nullum eſt, aut certè veniale; non autem de delectatione ex complacentia actus, quæ ſcilicet decernit faciendum flagitium, quòd eſt peccatum mortale in materia mortali, vt diſtinguit D. Thom. 1. 2. q. 74. q. ar. 8. in corpore artic.

Negat diſertè S. Auguſtinus cõtra valere orat. dominicam.

B (margin letter beside the line beginning "ſtimare quam parua")

Chriſti gratia ignoſcens non datur ſola fide nitentibus, ſed illis ſolis in quibus eſt fides per dilectionem operans.

CAPVT IX.

C **O**ctaua propoſitio. Hæc Chriſti gratia ignoſcẽs, ea quæ in mandatis non fiunt vel quæ circa mandata perperam fiunt, non datur iuſtis ſimpliciter credentibus, aut ſola fide nitentibus; ſed datur illis in quibus eſt fides per dilectionem operans: datur illis qui eleemoſynis, caſtigationi corporis, aliiſque bonis operibus quibus peccata per Chriſtũ delentur, incumbunt. Hæc propoſitio toti iuſtitiæ noſtræ in hac vita perfectioni cumulum addit, vltimámque manum imponit: hæc propoſitio modum illum determinat, quo demum prior illa propoſitio ſalutaris & vera efficitur. Hæc denique propoſitio quo demum ſenſu Chriſti meritum & ſacrificium pro peccatis noſtris propitiatio fiat, demonſtat, ne propitiatio illa nobis promiſſa ſed male intellecta præcipitium nobis & pernicies fiat. Itáque manifeſtè Apoſtolus dicit: *Chriſtus per paſſionem conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis.* Non ergo quibuſcunque ne quidem credentibus, ſed obtemperantibus tantum eſt factus cauſa ſalutis. Tunc autem Chriſto obtemperamus, cum eius voluntatem facimus, quæ per mãdata eius nobis innoteſcit. Hanc voluntatem Apoſtólus his verbis expreſſit: *Reconcilia-* Hebr. 5.

Propitiatio per chriſtũ quibus datur.

Epheſ.1.

nit vos in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos ſanctos, & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo. Tunc autem ſancti & immaculati ſumus coram ipſo, quandò currendo bene in via mandatorum Dei, & ambulantes in nouitate vitæ, atque ita renouati de die in diẽ id agimus, id conamur, vt ſancti, & immaculati, & irreprehẽſibiles ſumus coram ipſo, vt iam in quinta propoſitione demonſtratum eſt. Ergo illis ad remiſſionem peccatorum quotidianorũ prodeſt mors Chriſti, qui bonis operibus vigilanter incumbẽtes, ad eorũ remiſſionem etiam ipſimet concurrunt. Nam ipſa quidẽ fides aliáq; bona opera, remiſſionem illam cõſequuntur, & impetrant; ſed propter mortem Chriſti, ſine cuius prætio nihil illa prorſus apud Deum valerẽt. Nempe quemadmodũ in ipſis ſacramentis, aliiſq; omnibus mediis, quibus Deus nobis vel placatur iratus; vel gratiã, ſalutem, & beneficia confert placatus; principalis quidem cauſa meritoria eſt vel virtus paſſionis Chriſti, per quam efficacia ſunt ſactamẽta; vel Chriſtus ipſe propter quem & nos & noſtra opera in fide eius facta Deo ſunt grata (*qui enim filio ſuo non pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo non cum illo omnia nobis donauit?* Et rurſum. *Si cum adhuc peccatores eſſemus Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multò magis igitur nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum.*) ſic quotidianæ huius pecc. remiſs. principalis cauſa eſt propitiatio per Chriſtũ facta; ſed ex illius voluntate adhibentur opera noſtra, quæ propter Chriſtum ſunt grata & propitiatoria, id eſt, ad impetrandam indulgentiam efficacia. D

Sine pretio mortis Chriſti nec fides nec alia bona opera quicquam apud Deũ valuiſſent.

Rom.8.

Rom.5.

Bona opera quibus virtute mortis Chriſti delentur peccata quotidiana.

Propter fidem delẽtur peccata.

Sed iſta nunc bona opera quibus delentur peccata iuſtorum, virtute mortis Chriſti, qualia ſunt videamus. E Primum ſanè eſt fides ipſa, quæ prima radix & fundamentum eſt, adoptionis noſtræ in filios Dei filiis enim non alienus fit hęc remiſſio & propitiatio per Chriſtum. Qua ſanè conſideratione motus Auguſtinus, ſic ſcripſit. *In quibus non eſt fides, filij ſunt diaboli: quia non habent in interiore homine cur eis dimittatur quicquid hominis vel infirmitate vel ignorantia, vel omnino aliqua mala voluntate committitur.* Hæc ille lib.3.cap.2. contra 2.epiſt. Pelag. Propter fidem ergo in interiore homine dimittũtur filiis Dei peccata ſua. Idem de omnibus qui vnquam fuerunt iuſtis lib. eodem cap. 5. affirmat. *Cum iuſti* (inquit) *omnes & antiquiores, & Apoſtoli, ex fide vixerint recta,* &c. *quicquid peccati ex humana infirmitate ſurrepſerit, pietate ipſius fidei continuò delebatur.* Hæc ille. Ne tamen exiſtimetur, per ſolam fidem aut ſolius fidei meritò deleri iuſtorum peccata docuiſſe (vt Proteſtantes volunt) eodem in cap. quam fidem intelligat prouidenter aperit. Ait enim. *Licet fides ſine operibus neminem ſaluat,* (*ipſa enim eſt non reproba fides quæ per dilectionem operatur*) *tamen per ipſam etiam peccata ſoluuntur, quia iuſtus ex fide viuit.* Hæc ille. In quibus tamen verbis ne videatur fidem quidem per quam peccata ſoluuntur affirmare non eſſe ſolam quia charitatem adiunctam habent, per ipſam tamen ſolam ſolui peccata (qui Caluini ſenſus eſt, & ſubdola euaſio, ait enim: fides quæ iuſtificat non eſt ſola; ſola tamen iuſtificat) notandum eſt Auguſtinum quùm dicit *per ipſam fidem ſolui peccata,* hoc intelligere, quòd ſine illa non ſoluuntur, non quòd ſola illa peccata ſoluat. Subiungit enim ſtatim. *Sine ipſa verò etiam quæ videntur opera bona in peccata vertuntur. Omne enim quòd non eſt ex fide peccatum eſt.* F Hæc ille. Denique toto illo cap. hoc agit vt probet *Catholicam fidem iuſtos ab iniuſtis non lege operum, ſed ipſa fidei lege diſcernere,* id eſt vt ſeipſum exponit ibidem, per *hanc diſcretionem fieri vt homo ducens vitam ſine vllis grauibus peccatis, multas etiam faciens virtutes, tamen cum ſuis illis velut laudabilibus moribus ſi non in Deum fidem rectam & Catholicam teneat, de hac vita damnandus abſcedat. Contra verò qui habet opera bona ex fide recta quæ per dilectionem operatur, vt cũnque leuioribus peccatis non careat, moribúſque illo altero inferior videatur, tamen propter rectam fidem quæ illi eſt in Deum ex qua viuit, & ſecundum quam in omnibus delictis ſuis ſe accuſat,* &c. *de hac vita ſaluandus emigret.* Hæc ibi Auguſtinus manifeſtè docens quo ſenſu per fidem peccata deleantur: nempe eo ſenſu quo per fidem iuſtificamur. Quia videlicet fides ſicuti docet nos implorare gratiam ſancti Spiritus ad rectè viuendum, ſic & docet nos implorare miſericordiam ad peccata ſoluenda: docet nos agnoſcere, & accuſare & confiteri peccata noſtra: docet nos Deum diligere, proximis ignoſcere, aliáque vniuerſa bona opera facere quibus peccata ſoluuntur: id eſt quæ idcircò fiunt vt remiſſionem per ea conſequamur.

Ipſa fidei ſoluit peccata, quia ſine ipſa non ſoluuntur.

Rom 14.

Bona opera quæ ex obedientia & charitate fiunt iuſtificant.

Rom. 6.

Aliquando enim eadem bona opera per quæ fit remiſſio ſuſcipiuntur & exercentur propter obedientiã tantũ Dei vel Eccleſiæ mandatis præſtandã, ideóque per illam tanquam per verã obediẽtiã & per veram legis iuſtitiam iuſtificamur. *Cui enim ſeruos nos exhibemus ad obediendũ, ſerui ſumus eius cui obedimus ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam.*

Tunc

A Tunc autem alteram iuſtificationis partem quæ eſt remiſſio peccatorum quotidianorum per bona quædam opera conſequimur;quãdo vel ejus generis ſunt vt ſua quaſi natura ad remiſſionẽ conſequendã ordinentur,vel propter eum finem à nobis ſuſcipiũtur. Exempli cauſa, Oratio,Eleemoſyna,Ieiunium,mutua ignoſcentia aſſumi & exerceri à nobis poſſunt vel per modum obedientiæ tanquam à Deo aut Eccleſia præcepta, vel per modum pœnitentiæ aut ſatisfactionis pro peccatis commiſſis.Huiuſmodi ergo bonis operibus non ſecus ac per ipſam fidem peccata ſoluuntur.Quod nũc in ſingulis breuiter demonſtremus.

Et primum quidem apertè D.Ioannes confeſſionem ſeu agnitionem peccati ex parte noſtra requirit. vt remiſſionem per Chriſtum conſequamur. *Sic confiteamur*, inquit, *peccata noſtra fidelis & iuſtus eſt vt remittat nobis peccata noſtra*.1.Ioan.1.*Si confitenti Danieli peccata ſua & peccata populi ſui*.Dan.9.cõfitenti Dauidi & clamanti,*Peccaui*,2.Reg.11.peccata remittuntur.Huc etiam pertinet illnd Apoſtoli *Si nos ipſos diiudicaremus,à Domino non iudicaremur.*Huius autem virtutis ad ſoluenda peccata neceſſitatem eleganter his verbis explicat Auguſtin. *Quum ſola delicta extinguat charitas* (charitas enim *operit multitudinem peccatorum) ſuperbia vero extinguit charitatem, è contra humilitas roborat charitatem: pertinet autem humilitas ad confeſſionem, ſequitur quòd per confeſſionem roborata charitas extinguat delicta.* Hæc ex illo tract.1.in Ioan.epiſt. Quo modo autem iuſtum ſit vt confitentibus peccata ſua Deus ignoſcat docet Auguſtinus in expoſit.inchoata epiſt.ad Rom.*Iuſtum* (inquit) *eſt vt quos peccatorum ſuorum pœnitet eo tempore quo nondum pœnarum manifeſtus terror apparet miſe-*
B *ricorditer ſeparentur ab iis qui nulla pœnitentia corrigi volunt.*

Præter fidem agnitio peccati requiritur vt deleantur peccata. 1. Cor.11. 1.Petr.4.

Similiter de eleemoſynis dicit Saluator, *veruntamen quòd supereſt date eleemoſynam; & ecce omnia munda ſunt vobis.* Quibus verbis iuſtorum in hac vita peccata eleemoſynis deleri colligit Auguſt. in lib. de Perfect. iuſtitiæ. Cauſa autem huius etiam operis efficaciæ eſt eadem quæ prius. Eleemoſyna enim opus charitatis eſt vel maximum. Huic autem operi iuſtè miſericotdiam retribui multæ Scripturæ docent. Maximè illud Iac. *Iudicium ſine miſericordia illi qui non facit miſericordiam. Superexaltat autẽ miſericordia iudicium. Cum enim hoc dicitur*,ait Auguſtinus,*manifeſtatur in his quibus inueniuntur opera miſericordiæ, iudicium cum miſericordia fieri.* de corrept.& gratia.cap.13.*Imò*, (ait idem Auguſtinus) *quis cũ aliqua ſpe adipiſcendæ ſalutis æternæ de hac vita migraret manente illa ſententia; Quicunque totam legem ſeruauerit offenderit autem in vno factus eſt omnium reus, niſi poſt paululum ſequeretur ibidem. Iudicium ſine miſericordia*,&c. Hæc ille de pecc.mer.&rem.lib.2.cap.3.Nempe vt ibidem docet Auguſtinus,& ante eum Cyprianus in ſerm.de Eleemoſynis ſtatim in principio; Dominus futuros nos peccatores præuidens,quædam ſalubria remedia contra reatum & vincula peccatorum etiam poſt baptiſmum dare ac valere dignatus eſt opera ſcilicet miſericordiæ.Hoc autem etiam iuſtitiæ quandam habere rationem Apoſtolus docet. *qui parce ſeminat, parce & metet.*& in Euangelio.*Qua mẽſura menſi fueritis, remetietur & vobis.* Ac poſtremò,*non iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius qui miniſtratis ſanctis, & miniſtratis.* Nempe iuſtum eſſe cenſet Apoſtolus nõ ſic peccata iuſtorum puniri atque impiorum peccata puniuntur.

Eleemoſyna delent peccata. Luc.11. Iacob.2. 2 Cor 9. Math.7. Hebr.6.

Sed potiſſimum & maximè proprium medium ad hanc Chriſti propitiationem pro
C peccatis noſtris impetrandam, eſt ipſa charitas; ſiue ipſa charitatis lex qua dicimus, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*Hanc enim orandi formam quùm Saluator præſcripſiſſet,manifeſtè adiecit. *Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis peccata veſtra. Si autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra.* vt noſtra ergo peccata propter Chriſtum remittantur, neceſſaria nobis eſt præter fidem ipſa fraterna dilectio,quę etiam peccata remittit.Hoc enim ſenſu dixit Petrus.*Charitas operit multitudinem peccatorum*,vt videlicet, *ante omnia mutuam in nobis ipſis charitatem continuam habeamus.* Sic enim loquitur.Et hoc etiam ſenſu,*qui diligit fratrem legem impleuit.*quia dilectio fraterna facit dimitti peccata in quibus lex non impletur. Hoc ſenſu dixit Apoſtolus. *Alter alterius onera portate & ſic adimplebitis legem Chriſti.* id eſt ſic erit *perfecta charitas, quæ eſt perfecta iuſtitia*, vt docuit Auguſtinus de Nat. & Gratia cap.vltimo.Hac etiam de cauſa dicitur hæc oratio Dominica corda iuſtorum mundare, & ab omni macula purgare. Explicans enim Auguſtinus quid ſit *ingredi ſine macula & operari iuſtitiam. Ingreſſum*,inquit,*& tendentem ad perfectionem munda mundat oratio. Munda autem eſt oratio vbi veraciter dicitur dimitte nobis ſicut*,&c.*vt dum reprehenditur à no-*

Charitas fraterna maximum mediũ ad chriſti propitiationẽ procurandam. Matth.6. 1.Petr.4. Rom.12. Gal.6. Pſal.14.

bis quod nõ imputatur à Deo, ſine macula curſus noſter habeatur. In lib. de Perfect. iuſtitiæ. Eandem cordis noſtri mundationem docet lib. 2. cap. 16. de pecc. mer. & rem. D Denique per *huius pacti quotidianum incenſum fieri* docet *vt quamuis non viuatur ſine peccato, mori tamen liceat ſine peccato* de nat. & gra. cap. 35. Poſtremò hanc ipſam gratiam cum iuſtitia ipſa pulchrè conſiſtere his verbis docet. *His qui fideliter Deo dicunt dimitte nobis, &c. ſicut & nos dimittimus, iuſte non imputat Deus peccata; quia iuſtum eſt quod ait. In qua menſura menſi fueritis remetietur & vobis.* Mat. 7. Hæc ille in lib. de perfect. iuſtitiæ. Quare iſta omnia alibi coniungens dicit, *eleemoſynas, & orationes impetrare, vt quod hic minus impletum fuerit mandatorum, fiat impunitum per indulgentiam peccatorũ.* Hæc ille. lib. 4. cap. 7. contra 2. epiſt. Pelag.

Primi fundamenti Proteſtantum contra perfectionem iuſtitiæ argumenta proferuntur. Et de primo atque vltimo præcepto Decalogi, quæ perfectionem requirunt, quatenus obligant vel non obligant diſſeritur.

CAPVT X.

E

ATQVE hæc quidem hactenus de iuſtitiæ noſtræ in hac vita perfectione, quatenus à nobis perfecta eſſe aſſeritur, quibuſque modis vel perficiatur, vel imperfecta quum ſit perfecta reddatur, per 8. propoſitiones quanta potuimus breuitate pariter & perſpicuitate diſputauimus. Nunc aduerſariorum fundamenta prius commemorata quibus omnem veræ iuſtitiæ rationem nobis inhærentem propter eius quam dicunt imperfectionem euertere conentur, expendamus, & argumenta quibus ſingula ſtabilire conantur proponamus, eiſdem conſequenter reſponſuri. Ad primùm ergo fundamentũ roborandũ, quod ea perfectiſſima & pleniſſima vniuerſæ legis ſiue omnium mandatorum obedientia, quam à nobis legis iuſtitiam neceſſario exigere affirmant ducebatur; Primo illo atque vltimo præcepto potiſſimum nituntur, quo

Deuteron. 6. Exod. 20.

iubemur *diligere Deum ex toto corde, ex tota anima & ex totis viribus*; item *non concupiſcere.* Aiunt enim in his duobus præceptis & perfectiſſimam Dei dilectionem iuberi, & omne prorſus peccatum prohiberi, quia & ipſa etiam concupiſcentia eiuſque primus motus prohibetur. Quare ſi ex legis obſeruantia iuſtificari volumus, & omni peccato vacare & perfectiſſimè Deum diligere debemus.

Præceptorum Dei triplex eſt ratio.

Sed vt hæc duo præcepta rectè intelligantur aduertendum eſt præceptorum Dei in ſcripturis duplicem eſſe cauſam, effectum, finem. Nempe vel vt doceant, vel vt obligẽt. F Legi enim mandatorum non ſecus eſt propria doctrina legis, ac eſt obligatio ſeu vinculum legis,

Officium legis du-rū.

Per legem (inquit Apoſtolus) *cognitio peccati; & concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret, Non concupiſces* Rom. 7. Deinde de lege dicit, quod *Pædagogus noſter eſt, ad Chriſtũ.* Gal. 3. denique hoc præcipuum quaſi officium legis fuiſſe vt Dei voluntatem doceret perpetuo Auguſtinus docet. *Dicimus lege fieri vt Deus quid fieri velit audiatur.* lib. 3. cap. 2. contra 2. epiſt. Pelag. Talia præcepta doctrinalia nõ obligatoria in Euangelio ocurrunt. *Sanato leproſo dixit Chriſtus, vide nemini dixeris. Ille autẽ egreſſus cæpit prædicare & diffamare ſermonem.* Mar. 1. Similiter ſanata filia archiſynagogi, *præcepit illis vehementer vt nemo id ſciret.* De hoc facto dicit Matth. ca. 9. *Et exiit fama hæc in vniuerſam terrã.* Denique poſt confeſſionẽ Petri Matth. 16. *Præcepit Chriſtus diſcipulis ſuis vt nemini dicerent quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.* Quis tamẽ dixerit vel peccaſſe ſanatũ leproſum & puellæ reſuſcitatæ amicos, vel diſcipulos Chriſti nemini dixiſſe quòd ipſe eſſet Ieſus Chriſtus, quum vt hoc dicerent ac prædicarent *eos binos ac binos mitteret ante faciẽ ſuam*, Luc. 9. & præterea in nomine illo & baptiſarent & miracula facerent. Ioã. 4. Luc. 10. Illa ergo præcepta de diligendo Deo ex toto corde, & de non concupiſcendo, per modum doctrinæ nobis data eſſe, vt ſciremus ad quam tandem iuſtitiæ perfectionem in hac quidem vita currendum & contendũ nobis eſſet, ſed in altera vita peruenire poſſemus; manifeſtè Auguſtinus docet: non

autem

A autem cum tanta obligatione vt iuſtificari per obedientiam legis vel ſaluari nemo poſſet, qui ea duo mandata in hac vita exactè non præſtitiſſet. Notandum autem quod dixi iuſtificari per obedientiam legis. Nam iuſtificari quidem & ſaluari nos poſſe ſine perfecta obſeruatione non ſolum illorum duorum mandatorum ſed & omnium aliorum docent proteſtantes; ſed negant iuſtificari aut ſaluari hominem per obſeruationem mãdatorum, niſi & cætera omnia & illa duo exactiſſimè & perfectiſſimè obſeruet. Auguſt. ergo (cuius manifeſta doctrina eſt, nos iuſtificari per obedientiam legis, Nam idcircò calumniantibus pelagianis quòd hoc negaret, reſpondet; *Quis dicat non iuſtificari eos qui ſunt legi obedientes, quando ſi non iuſtificarẽtur, non eſſent obedientes.* lib. 3. cap. 2. ad Bonifacium, & in lib. de Spiritu & lit. cap. 14. dicit *præcepta legis tam eſſe ſalubria facienti, vt niſi ea quis fecerit, vitam habere non poſſit,* ſalus autem & iuſtitia apud Auguſtinum pro eodem habentur Supra lib. 5. cap. 7. vt ſuprà docuimus) in eo libro quem de Perfectione iuſtitiæ ſcripſit, & diſputans non ita nos iuſtos eſſe vt ſine omni peccato viuatur, id eſt, vt vniuerſa lex omnimodò impleatur, obiiciente Cæleſtio Pelagiano illas ſcripturas in quibus probatur præceptum eſſe homini, vt abſque vllo peccato ſit, reſpondet primum in genere. *Non verũ præceptum ſit quæritur, quod valde manifeſtum eſt, ſed hoc ipſum quod præceptum eſſe conſtat vtrum in corpore mortis huius poſſit impleri.* Hæc ille. Deinde in ſpecie docet præcepta ſupradicta quæ Perfectionem omnimodam ſonant, non ſic præcepta fuiſſe vt omnimodò in hac vita implerentur. *In illa* inquit, *plenitudine charitatis præceptum illud impletur, diliges Dominum Deum* Præcepta perfectionem omnimoda non ſunt data vt hic impleantur.
B *tuum ex toto corde tuo, &c.* Et rationem ſubiungit propter concupiſcentiæ relictæ deſideria. *Nam quam eſt adhuc aliquid carnalis concupiſcentiæ, quod vel continendo frenetur, non omnimodò ex tota anima diligitur Deus.* Obſerua autem quod dicit *non omnimodò ex tota anima.* Hoc enim dicit, non quia non verè & ex toto corde non diligitur Deus in hac vita, ſed quia non pleniſſimè diligitur, neque perpetuò, quia propter concupiſcentiam minuitur & remittitur, diſtrahitur & impeditur illa dilectio. Hoc ſenſu alia illa verba ſe dixiſſe, alio in loco demonſtrat. *Concupiſcentia* (inquit) *inquantum ineſt nocet non quidem ad perdendum de ſorte ſanctorum niſi ei conſentiatur, tamen ad minuendam ſpiritualem delectationem ſanctarum mentium: illam ſcilicet de qua dicit Apoſtolus condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem.* ad Rom. 7. *Hæc delectatio in lege* (quæ eſt volũtas & deſiderium implendi totam legẽ propter Quare diligi in hac vita Deus perfectiſſimè nõ poſſit. amorem Dei) *Profectò minuitur, quando etſi non ad explendam, tamen ad oppugnandam carnalis concupiſcentiam voluptatis bellãtis animus occupatur. Nam ita exercet glorioſa certamina, vt tamen à delectatione intelligibilis pulchritudinis* (quæ Deus eſt) *ipſis certaminibus auocetur.* Hæc ille. lib. 4. cap. 2. contra Iulianum. Sic ergo propter hoc bellum & conflictum manentis concupiſcentiæ (in quo bello & conflictu noſtra huius vitæ iuſtitia conſiſtit) non amatur perfectè in hac vita ex tota anima Deus: non quia propter hunc conflictum animus à Deo auertitur, ſed quia auocatur; non quia à Deo abſtrahitur, ſed quia diſtrahitur, Denique non quia charitas Dei per hunc conflictum tollitur, ſed quia vſus ipſius charitatis impeditur; vt ſcitè iuxta hanc doctrinam D. Auguſtini diſtinguit D. Tho. de peccato veniali quod *non tollat charitatis habitum, ſed tantum impediat charitatis vſum.* 2. 2. q. 44. ar. 4. ad 2. Quæ quidem mentis auocatio & diſtractio per hunc concupiſcentiæ conflictum,
C qualis ſit, eleganter deſcribit Auguſtinus lib. 4. cap. 14. circa medium contra Iulianum. ſit autẽ hæc auocatio, hæc diſtractio, hæc diminutio delectationis ſanctæ in ipſa anima, quãuis caro concupiſcat, non anima, quia ſine anima caro non concupiſcit. Non enim (ait Auguſt.) *caro ſine anima concupiſcit quamuis caro concupiſcere dicatur, quia carnaliter anima* Supra lib. 5. cap. 1. *concupiſcit.* Hæc ille in lib. de Perfect. iuſtitiæ. De qua re lege plura apud Auguſtinum. de Geneſ. ad lit. lib. 10. cap. 12. & contra Iulianum lib. 6. cap. 5. vel etiam quæ in controuerſia de concupiſcentia in renatis paulò pòſt principium olim dictauimus. His ergo poſitis quod quamdiu manet concupiſcentia, ex tota anima Deus perfectè non diligitur, concludit Auguſtinus præceptum illud dilectionis Dei ex tota anima, &c. omnimodò & perfectè in hac vita non impleri.

Sed tunc quia meritò quæri poteſt, quorſum præcipiatur iſta perfectio, ſi in hac vita impleri perfectè non poſſet; hanc obiectionem ipſemet præueniẽs eodem in loco proponit & ſoluit. *Cur ergo,* inquit, *non præciperetur homini iſta perfectio, quamuis eam in hac vita nemo habeat? Non enim rectè curritur, ſi quo currendum eſt neſciatur. Quomodo autẽ ſciretur, ſi nullis præceptis oſtenderetur? Sic ergo curramus vt comprehẽdamus. Curramus credendo, ſperando, deſiderando, curramus corpus caſtigando, eleemoſynas in dandis bonis maliſque ignoſcendis hilariter faciendo, &c.* Præceptum perfectiſſimæ charitatis cur datur ſi in hac vita non impletur.

vt currentium vires adiuuentur, orando: & ſic audiamus præcepta perfectionis ne currere negligamus ad plenitudinem charitatis. Hæc ille in lib. de perfectione iuſtitiæ, reſpondens Pelagiano quo ſenſu præcepta perfectionis nobis dentur: nempe vt doceant quo ſit currendum, non vt præuaricatorem conſtituant eum qui nondum in hac vita ad tantam perfectionem peruenerit. Et huc ergo refer quæ in quinta & ſexta propoſitione de huius vitæ perfectione & de perfectò modo adimplendi mandata diſſeruimus. D

Alia ratio præcipiendi perfectionem Prætereà perfectionem iubet Deus vt eum qui præceptum contempſerit, & contẽnendo ad eam contendere negligit, iuſtè damnet, eum verò qui gratia adiutus in vanũ eam non accipiens laborat ad perfectionem miſericorditer & currentem adiuuet, & minus proficienti ignoſcat. Docet hoc diſertè Auguſtinus his verbis. *Iubet Deus omnibus hominibus, vt non faciant vllum peccatum, quamuis ſit præſcius neminem hoc impleturum: vt quicunque impiè ac damnabiliter eius præcepta cõtempſerint, ipſe faciat in eorum damnatione quod iuſtum eſt quicunque autem in eius præceptis obedienter & piè proficientes, nec tamen omnia quæ præcepit implẽtes, ſicut ſibi dimitti volunt, ſic alijs peccata dimiſerint, ipſe faciat in eorum mundatione quod bonum eſt.* Hæc ille de pecc. mer. & rem. lib. 2. cap. 16. Et hoc ſenſu docet impleri præceptum il-

Mat. 5. lud, *Eſtote perfecti ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt*, quãdo ad perfectionem illam cui nihil addi poteſt, tanquam perfecti viatores ſtrenuè ambulamus, & legitimè certamus, & ſic currimus vt comprehendamus. Hoc denique, & non alio ſenſu, præceptum hoc omnimodæ dilectionis in decalogo nobis datum fuiſſe alio in loco manifeſtè docet. *Ideo* (inquit) *nobis præceptum eſt, vt Deum tota anima diligamus (quod non fit dum caro concupiſcit aduerſus animam) vt admoneremur quid fide expoſcere, quo ſpem præmittere, & obliuiſcendo quæ retro* E

Rom. 7. *ſunt, in quæ anteriora nos extendere debeamus.* Hæc ille in lib. de Spiritu & lit. cap. vlt. Idẽ quoque de altero præcepto, *non concupiſces*, his verbis docet. *Ad hoc dixit lex, non concupiſces, vt nos in hoc morbo iacere inuenientes, medicinam gratiæ quæreremus, & in eo præcepto ſciremus, & quo debeamus in hac mortalitate perficiendo conari, & quo poſſit à nobis in beatiſſima illa immortalitate perueniri. Niſi enim quandoque perficiendum eſſet, nũquam iubendum eſſet.* Hæc ille de nuptiis & concupiſcentiis lib. 1. cap. 29. Idem docet epiſt. 200. ad Aſellicum dicens, *vtilitatem legis hanc eſſe, vt hominem de ſua infirmitate conuincat, & gratiæ medicinam implorare compellat.* Hæc ille. Ergo hæc duo mandata, quæ omnimodã perfectionem ſonant, præcipiuntur quidem ſed per modum doctrinæ, vt ſciamus ad quam perfectionem debeamus in hac vita contendere, & poſſimus in altera vita peruenire, niſi enim quandoque perficiendum eſſet, nunquam iubendum eſſet, vt modo Auguſtinum dicere audiuimus.

Variæ hæreticorum hodie fraudes ex eo quòd ad prædicta præcepta non obligamur, aperiuntur: & cur ita data ſunt, vt non obligent, adhuc accuratius explicatur. F

CAPVT XI.

SED hac in re variæ hæreticorum fraudes diligenter cauendæ ſunt: primum enim quia hæc duo præcepta quæ totalem perfectionẽ ſonant non implentur in hac vita ad iuſtitiam, idẽ de tota lege, ſiue de omnibus mandatis conſequi volunt; illa videlicet omnia præcipi quóque non vt obligent in hac vita ad iuſtitiam, ſed vt homini ſuam infirmitatem demonſtrent, doceantq́; eam eſſe tantam, vt in hac vita legem implere nequeat: vt ſanè hac demonſtrata & agnita, ad Chriſtum confugiant ab eo iuſtificandi. Sed notandum eſt verum quidem eſſe, ad totam legem hoc pertinere, vt noſtram infirmitatem demonſtret & ad Chriſtum nos confugere doceat: ſed hoc ſenſu, vt Chriſti gratiam imploremus, qua lex impleatur etiam in hac vita, ad veram iuſtitiam conſequendam: (quod 600. in locis docet Auguſtinus: de perfect. iuſt. in reſpon. ad Ratio cap. 11. de Spiritu & lit. ca. 9. 10. & 29. epiſto. 106. contra 2. epiſto. Pelagia. libro 3. cap. 4. de gratia Chriſti capit. 8. de fide & operibus cap. 14.) non eo ſenſu, vt deſperata perfectione iuſtitiæ in hac vita, per imputatam nobis

Quomodo lex doceat ad Christum confugere.

Chriſti

A Chriſti iuſtitiam nos iuſtificari oportere exiſtimemus quod nec S. Auguſtinus, nec vllus ex S. Patribus docuir.

Quare hæc duo tantum mandata non implentur in hac vita.

Deinde quamuis hæc duo mandata non implentur in hac vita, non ſequitur tamẽ idem de reliquis. Ratio eſt, quia hæc duo perfectionem omnimodã ſonant in hac vira non neceſſariam. reliqua verò præcepta non perfectionem, ſed rectitudinem voluntatis conſtituunt: pet quorum tranſgreſſionem auertirur prorſus à Deo voluntas, vt in eo qui mæcharur, qui occidit, qui peierat, & ſimilia. Hoc ergo in loco retinenda diligenrer eſt illa Auguſtini diſtinctio. *Aliud eſt nondum totam aſſequi charitatem, aliud nullam ſequi cupiditatem*. De Spiritu & lit. cap. vlt. Illa quoque D. Tho. diſtinctio recolenda eſt, 2. 2. q. 44. ar. 6. perfectè impletur præceptum quum peruenitur ad finem ſicuti qui victoriam adeptus eſt. Imperfectè autem, ſed verè tamen quando non recedirur ab ordine ad finem, etſi eò non perueniat, & talis eſt in hac vita iuſtitia noſtra. Illa enim quamuis in progreſſu quodam & conatu ad perfectionem potius conſiſtat, quam in ipſa perfectionis aſſecutione & comprehenſione quaſique victoria, vt in S. propoſitione oſtenſum eſt; tamen tanra eſt, & tam perfecta, *vt ab ordine ad finem nõ recedat*: id eſt, vt omni mortali peccato (in quo ſolo eſt auerſio mentis à Deo) carere poſſit & debeat, vt in 4. propoſitione oſtendimus.

Quomõ hæc duo præcepta præcipiuntur in hac vita, & tamen nõ ſunt huius vitæ præcepta.

Præterea hoc loco notandum eſt hanc ipſam ob cauſam aliis multis in locis negare Auguſtinum hæc duo præcepta eſſe huius vitæ præcepta, ſed ad alteram vitam pertinere, quamuis in locis iam ciratis docuerit præcipi illa in hac uita. Quam quaſi repu- B gnanriam hoc modo conciliamus. Vt doceant nos ad quam perfectionem ſit laborãdum, & ad quam olim perueniemus, præcepta nobis ſunt: vt obligent nos ad ea præſtanda, ita ſanè vt qui ea non præſtiterit, præuaricator legis habeatur coram Deo, culpæ ac penæ reus; non ſunt huius vitæ præcepta, ſed alterius vitæ præmia. Sic multis in locis docet Auguſtinus. Sic enim ſcribit in lib. de Spiritu & lit. cap. vlt. *Ad illam vitam immortalem pertinet, diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Ad hanc autem non regnet peccatum in veſtro mortali corpore ad obediendum deſiderijs eius. Ad illam non concupiſces; Ad iſtam, poſt concupiſcentias tuas ne eas. Ad illam nihil amplius quærere quam in ea perfectione perſiſtere. Ad iſtam, hoc quod agit in opere habere, & illius perfectionem pro mercede ſperare*. Hæc ille. Idem docet lib. 3. contra 2. epiſto. Pelagia. cap. 7. *Hic*, inquit, *præceptum eſt, vt non peccemus. Ibi præmium non poſſe peccare. Hic præceptum eſt, vt deſiderijs peccati non obediamus: ibi præmium vt deſideria peccati nõ habeamus*. Hæc ille. Et multò ibi plura. Idem docet lib. 1. quæſtio. 1. ad Simplicianum, & ſerm 45. de tempore. In his ergo omnibus locis negat ad hanc vitam pertinere illa duo prçcepta: nimirum vt obligent ad implendum ſub pæna præuaricationis & peccati. Præcepta tamen fuiſſe in hac vita alibi docuit vt doceant, non vt obligent.

Quare præcepta perfectionis non obligant in hac vita.

Ratio autem quare non obligent in hac vita hæc perfectionis præcepta, eſt ſtatus naturæ corruptæ noſtræ, quæ ad primam ſuam perfectionem quam antè peccatum primi parentis habuir in hac mortalitare reſtaurari non poteſt; *donec abſorpta fuerit mors in victoria*, omniſque concupiſcentia praua prorſus exrincta. *Erat enim* (air Auguſtinus) C *iuſtitia primi hominis obedire Deo & legem concupiſcentiæ non habere*, de pecc. mer. & remiſſ. lib. 2. cap. 23. *Erat quoque amor eius imperturbatus in Deum*, ait idem Auguſtinus de Ciuira. Dei, lib. 14. cap 10. Nempe ſine vlla diſtractione aut perturbatione torus ferebatur in Deum. Hanc primæuam hominis iuſtitiam, lex quoque præcipere debuit, quia *ideo data eſt, vt extinctam propemodum naturæ legem in hominibus reſtauraret*, vt docet Augu. quæſt. in vetus Teſt. quæſt. 4. Præcipere autem debuit, vt doceret vnde excidiſſemus, & ad quid in hac vita proficiendum, & in altera perueniendum eſſet; non autem, vt ad eam primæuam perfectionem nos ita iam fractos & debilitatos obligaret. Imò, aiunt proteſtantes, non debuit propter naturæ noſtræ deprauationem immutari, aut inflecti regula legis, quæ eſt perpetua & immutabilis norma iuſtitiæ in Deo. Quibus reſpondebis non eſſe immuratam regulam legis, (manet enim eadem, & omnimodam perfectionem iubet) ſed eſſe humanam naturam ab illa perfectionis parte exemptam, proptet corruptionem quæ illi certè ineſt, ſed quæ iam renatis per Chriſtum non amplius imputatur. Hęc enim corruptio naturæ ſi adhuc in nobis culpabilis eſſet, non excuſaret à præuaricatione legis, etiam ex illa perfectionis parte.

Cur lex naturæ data.

Non eſt mutata regula legis propter deprauationem noſtram.

Sed quia culpabilis amplius non eſt (*toto eius reatu abolito & abſumpto*, vt loquitur Auguſt.lib.1.cap.13.contra 2. epiſto. Pelagia. per baptiſmi gratiam) quod ex illa corruptione minus in lege præſtamus, non conſtituit nos amplius præuaricatores. Rurſum exempta eſt ab hac parte legis humana natura non ita prorſus, vt nihil ad eam pertineat; ſed ita vt ad illam quoque partem implendam totis viribus per gratiam adiutis contendat: eamque olim perficiendam ſperet. Non ſecus ſanè quàm ſi quiſpiam ob infirmitatem corporis vel alia iuſta impedimenta, à communi lege ieiunij eximeretur; qui teneretur tamen quantum vel infirmitas vel alia impedimenta paterentur, ieiunij legem ſeruare, & ad eius præceptum rigorem quam maximè poſſet propè accedere. Hac enim ſanè ratione non mutaretur ieiunij lex; quin confirmaretur magis. D

Quomodo ab aliqua parte legis exempta eſt natura humana.

Sed quæri hoc loco poſſet, qui fiat quòd gratiæ diuinæ virtus ac potentia, corruptionem hanc naturæ noſtræ non ſuperet, & omnimodam illam atque primæuam perfectionem etiam in hac vita nobis non reſtauret. Maximè cum docet Auguſtinus *potentiorem multo & ampliorem nobis datam eſſe gratiam per Chriſtum, quam primo homini fuerit data* per naturam ſiue cum natura. Sic enim docet in lib. de correp. & gra. cap. 12. Ad hanc quæſtionem Auguſtinus ſanè reſpondet poſſe quidem hominem, tanta Dei gratia in hac vita donari, vt tum ſine omni peccato motúque illicito viuere, tum Deum perfectiſſima charitate diligere valeat, neque hoc eſſe Deo impoſſibile, ad tantam perfectionem hominem in hac vita prouehere. *Nullo* (inquit) *modo dicendum eſt. Deo deeſſe poſſibilitatem, qua voluntas ſic adiuuetur humana vt non ſolum iuſtitia iſta quæ ex fide eſt, omni ex parte modo perficiatur in homine, verum etiam illa ſecundum quam poſtea in æternum in ipſa eius contemplatione viuendum eſt.* Hæc ille in lib. de Spiritu & lit. cap. vlt. Nec ab hac etiam ſententia abhorret S. Ieron. *Sit* (inquit) *& apud Deum poſſibile homini ſi velit donare impeccantiam non ipſius merito: ſed elementia*. Hæc ille lib. 2. contra Pelag. D. quoque Auguſt. in lib. de natu. & gratia ſæpius affirmat ſe hanc poſſibilitatem, ſiue in hac ſiue in altera vita, non prorſus negare, dummodo à Deo illam poſſibilitatem nobis dari fateamur, nõ à nobis ipſis prouenire. *In ipſa*, inquit, *non peccandi poſſibilitate, certare nobis opus non eſt. Nã neque illud nimis curo vtrum fuerint hic aliqui, vel ſint vel eſſe poſſint qui perfectam cui nihil addendum eſſet habuerint vel habeant, vel habituri ſint charitatem: quoniam id quod voluntate hominis adiuta per Dei gratiam fieri poſſe confiteor & defendo, quando vel vbi vel in quo fiat nimium certare non debeo. Neque de ipſa poſſibilitate contendo, cum ſanata & adiuta hominis voluntate, poſſibilitas ipſa ſimul cum effectu in ſanctis proueniat.* Hæc lib. citati cap. 42. Idem repetit ca. 52. 54. & 58. *Non abnuimus*, inquit, *humanam naturam poſſe eſſe ſine peccato, aut vllo modo negare debemus perfici poſſe, quam proficere non negamus, ſed gratia Dei per Chriſtum &c.* Item ca. 59. *Rectè quidem diſputat non eſſe impoſſibile, ſed hoc vnde ſit poſſibile fateatur, & pax eſt. Ipſa eſt enim gratia Dei, &c.* Hæc ille. E

Quare primæua perfectio nobis in hac vita diuina virtute non reſtauratur.

Perfectiſſima iuſtitia non eſt homini ex diuina gratia impoſſibilis.

Nempe (quod diligenter notandum eſt (quum Pelagiani tria aſſererent. Primum quod homo in hac vita poſſet eſſe, ſine vllo prorſus peccato: ſecundò quòd ſolis naturæ viribus hoc præſtare poſſet: tertiò quod quam plurimi iuſti tales in hac vita de facto fuerunt ſemperque ſunt & erunt; Auguſtinus in hoc lib. de natur. & gratia, neque de primo, neque de tertio multum laborat, modo quod ſecundum erat euertat, indeq; aduerſarium deijciat: nempe modo euincat ſine Dei gratia vtrumque illud non fieri. Propterea iterum in eodem lib. cap. 63. ait. *Nulla vel non magna quæſtio eſt, quis vel quando perficiatur, dum tamen ſine gratia Chriſti ad ipſum non fieri minime dubitetur.* Et cap. ſeq. *vbi & quando homo perficiatur nonnulla quæſtio eſt: ſed inter pios bene quæritur, inter quos tamen conſtat & fieri poſſe & ſine Chriſto fieri non poſſe.* Et rurſum cap. 68. *Vbi & quando pleniſſima iuſtitia perficiatur non nimis curo, vbicunque autem & quandocunque perfecti fuerint, non niſi gratia Dei per Chriſtum perfici poſſe confirmo.* Hæc ibi Auguſtinus ſæpius repetens ſe neque de primo neque de tertio cum aduerſario velle litigare, modo ſecundum punctum obtineat, ſolis naturæ viribus hominem ſine peccato hac vita eſſe, nec eſſe poſſe. At verò idem Auguſt. in aliis ſuis ſcriptis contra eoſdem Pelagianos, vt in lib. de Spiritu & lit. & in libris contra Iulianum, tertium quoque punctum à pelagianis aſſertum negat, docetq; propter multas ſcripturas (quas cap. vlt. libri de Spiritu & lit. recitat) neminem in hac vita ſine peccato viuere ſolo excepto Chriſto domino, atque etiam beatiſſi. Virgine F

Tres pelagianorum errores.

matre

A matre eius, vt in lib. de nat. & gra. cap. 36. docet: vtcunque tamen poſſe hominẽ per Dei gratiam ſine peccato in hac vita eſſe non neget. Itaq; contra Iulianum diſputans à quo accuſabatur, *quod deſperationẽ perfectionis iuſtitiæ homines doceret* (hoc enim erat quãtum crimen Auguſtino obiectum, vt in principio lib. 2. contra Iulianum commemorat) reſpondet, *ſicut eſt natura humana creatori Deo formabilis, ita eſt ſanabilis redemptori. Sed vos* (inquit Pelagianos alloquẽs) *feſtinatis & præſumptionẽ veſtrã feſtinãdo præcipitatis, hic enim vultis hominẽ perfici: atque vtinam Dei dono, & non libero vel potius ſeruo propriæ voluntatis arbitrio.* Hæc ille, & rurſum eodem lib. de Ambroſio dicit: *perfectionem hominis in virtute atque iuſtitia, abſit vt impediat deſperando, ſed eam tamen perfectionem, cui nihil adijciendum ſit in alia vita ſperat.* Ergo perfectionem iuſtitiæ (nempe ſine vllo prorſus peccato & cui nihil adijci poteſt, de hac enim ſemper contra Pelagianos diſputat, non omnem perfectionem) negat in hac vita dari Auguſtinus, ſed in altera vita ſperari docet. Sic tamẽ negat vt non eſſe prorſus Deo impoſſibilem affirmet.

Poſſe hominẽ ſine peccato eſſe non negat Auguſtinus.

Quare autem ad tantam perfectionem in hac vita nemo de facto perueniat, quum tamen non ſit impoſſibilis, reſpondet Auguſtinus hoc ipſum partim ad ſecreta Dei iudicia pertinere, partim etiam ad ſalutem & vtilitatem noſtram fieri. Priorem cauſam his verbis explicat. *Quare hoc non faciat Deus, quærunt homines, nec qui quærunt, attendunt ſe eſſe homines*, & paulò pòſt. *Aliquid ergo eſt in abdito & profundo iudiciorum Dei, vt etiam iuſtorum omne os obſtruatur in laude ſua, & non aperiatur niſi in laudem Dei. Hoc autem aliquid quis poſſit ſcrutari*, &c. B Hæc ille in fine libri de Spiritu & litera. Eandem hanc priorem cauſam elegantiſſimè tradit contra Iulianum lib. 4. cap. 3. verſus finem. Poſteriorem cauſam his verbis tradit, hac eadem propoſita quæſtione lib. 2. cap. 17. de pecc. mer. & rem. *Vitiorum omniũ humanorum cauſa ſuperbia eſt. Ad hanc auferendam medicina cælitus venit: Ad elatum hominem: per ſuperbiam Deus humilis deſcendit per miſericordiam.* Et paulò pòſt. *Ideo quiſq; noſtrum bonum opus ſuſcipere, agere, implere, nunc ſcit, nunc neſcit, nunc delectatur, nunc non delectatur, vt nouerit nõ ſuæ facultatis, ſed diuini muneris eſſe, vel quod ſcit, vel quod delectatur, ac ſic ab elationis vanitate ſanetur.* Hæc ille. Negatur ergo homini in hac vita omnimoda iſta perfectio, vt ſuæ infirmitatis ſibi conſcius, in humilitate quæ omnium virtutum cuſtos eſt, contineatur; & ſic virtus in infirmitate perficiatur. Explicat hoc ſapienter Auguſtinus his verbis lib. 4. ca. 2. contra Iulianum. *Quia in iſta humana miſeria peior hoſtis eſt cauenda ſuperbia, ideo nimirum non penitus extinguitur in carne ſanctorum concupiſcentia, vt dum pugnatur aduerſus eam periculorũ ſuorum animus admoneatur, ne ſecurus infletur, donec humana fragilitas ad tantam perueniat perfectionẽ ſanitatis, vt nulla putredo laſciuiæ, nullus tumor ſuperbiæ formidetur. Sic virtus in infirmitate perficitur, quia & pugnare infirmitatis eſt. Ergo in nobis ipſis, ſola eſt infirmitas cauſa pugnandi: & rurſus infirmitas admonitio eſt non ſuperbiendi proinde virtus hæc vbi ſuperbiri poteſt, vt non ſuperbiatur in virtute perficitur.* Hæc ille. Hanc deniq; ob cauſam ter oranti Paulo, vt Satanæ auferretur 2.Cor.12. ſtimulus quidem ablatus non eſt, ſed reſponſum eſt: *Sufficit tibi gratia mea, virtus enim in infirmitate perficitur.* Hæ ergo cauſæ ſunt quare omnimoda in hac uita perfectio, etſi gratiæ diuinæ impoſſibilis non ſit, nemini tamen iuſtorum, aut quam pauciſſimis ſingulari C priuilegio concedatur.

Quare ad omnimodã perfectionẽ de facto Deus in hac vita neminem promoueat.

Salutare eſt hominis aliquas habere imperfectiones.

Aliæ hæreticorum hodie fraudes quibus ex hac omnimoda perfectione negata ſuas hæreſes ſtabiliunt explicatur & depelluntur.

CAPVT XII.

SED nunc aliæ hæreticorum hodie fraudes circa hanc doctrinam diligēter D cauendę, explicari debēt, nēpe quia hæc omnimoda perfectio à S. Auguſt. 1. & aliis Patribus, in hac vita cuiquā dari negatur, fraudulēter inferunt omnem iuſtitiæ perfectionē ab eiſdem Patribus maximè Auguſt. in hac vita negari. Sed ſupra oſtenſum eſt in 5. propoſit. ab eodē Auguſt. copioſè doceri, eſſe quādam huius vitæ perfectionem per quam coram Deo iuſti ſumus, hāc vocat, *minorem quandam iuſtitiam* lib. 3. c. 7. cōtra 2. epiſt. Pelag. & in lib. de Spiritu & Lit. c. vlt. In hac vero diſputatione non negat omnem perfectionē, ſed perfectiſſimā illā de qua iam ſæpe dictū eſt, nempe *cui nihil adiici poteſt*. Sic enim loquitur, eámq; quaſi definit in multis locis iam citatis. de Spiritu & Lit. cap. vlt. lib. 2. contra Iulian. cap. 8. de Nat. & grat. c. 12. 42. 59. 63. & 70. Sic negat in hac vita, *omnimodo ex tota anima* diligi Deum in lib. de Perf. iuſtitiæ, non negat diligi ex tota anima: hoc enim quomodo etiam in hac vita fiat docet lib. 1. c. 22. de doctr. Chriſt. Et in eodem loco, dicit *in altera vita futurū, vt prorſus toto corde diligatur Deus*. & in lib. de Spir. & Lit. fatetur *poßibile eſſe Deo ſic adiuuare voluntatem vt omni ex parte iuſtitia perficiatur in homine in hac vita*. Notanda ſunt hæc Auguſt. verba, *omnimodo ex tota anima*, & *prorſus ex toto corde, & omni ex parte* Intelligit enim ex tota anima & toto corde totaliter; ſcilicet cui nihil adiici poteſt. Sic enim loquitur in eodem libro non longè à principio. *Plena*, inquit, *charitas erit quando videbimus eum ſicuti eſt. Neque enim erit quod addatur ad dilectionem quum fides peruenerit ad viſionem*. Talem ergo tātummodo perfectio- E nem negat huic vitæ, non omnem vt eſt ſuprà explicatum.

Minor quædam iuſtitia.

Omnimodā perfectionem negat Auguſtinus in hac vita eſſe nō omnem.

Alia fraus eſt, quod Pelagianorum ſuperbiam & præſumptionem Catholicis impingunt. illi enim ſtatim in hac vita hominē prorſus ſine peccato eſſe voluerunt. Contra eos 2. Auguſt. diſputat in locis iam citatis, & in lib. de Perfect. Iuſtit. in reſp. ad Ratio. c. 16. *ſeſe nō negare perfectionem iuſtitiæ homini conferri poſſe: ſed quæſtionem eſſe quando & per quem hoc fiat; nempe non in hac vita ſed in altera, non noſtris viribus, ſed per gratiam Chriſti*. Aiunt ergo Proteſtantes nos illam perfectā iuſtitiā in hac vita ſtatuere quam contra Pelag. negat Auguſt. Sed loca ſuperius citata maximè vnico lib. de Nat. & grat. manifeſtè oſtendunt, Auguſt. illam iuſtitiæ perfectionem ab hac vita remouere, quam Pelag. ſtatuebāt, quæ erat *omni prorſus carere peccato*. Dicit enim Auguſt. *Ab iſto* (Pelagiano) *ipſa humana natura inſeparabilē nihil peccandi poßibilitatem habere defenditur*. lib. de Nat. & gratia cap. 50. Et in libello de hæreſibus notat Pelag. hæreſim fuiſſe quod docerent hominē ſine gratia poſſe facere omnia Dei mandata. Talem nihil peccandi poſſibilitatem & omnia mādata implendi perfectionem per gratiam fieri poſſe fatetur Auguſt. ſed quando & vbi id fiat non eſſe certū & exploratum in illo libro ſcribit, in aliis autem libris prorſus de hac vita negat. Sed de perfectione iuſtitiæ à nobis antea explicata, quando & vbi fiat, nec dubitat Auguſt. nec in hac vita fieri negat. Imò ex ipſo Auguſt. in hac vita fieri antea docuimus.

Perfectionē quæ omni prorſus peccato caret negat eſſe in hac vita Auguſtinus non omnem.

Alia adhuc vel nequitia vel aſtutia hodiè Proteſtantum eſt, quod propter hanc Au- F guſt. doctrinam, qua confutat Pelagianos, & docet ſine peccato neminē hic viuere, volunt hodie ſuadere Proteſtantes Auguſt. ſententiam eſſe in quolibet opere peccare iuſtum. Quod etiam Pelag. erat calumnia de Auguſt. doctrina malè intellecta vel malitioſè accepta. Hoc ergo nuſquam docet Auguſt, ſed de toto curſu & progreſſu præſentis iuſtitiæ docet eam tam perfectam non eſſe vt peccato ſemper careat.

Adhuc alia & ingens fraus eſt, quod quia poſſibilitatem iam dictæ perfectionis negat Auguſt. ad effectū in hac vita produci, ſuadere volunt eius quoque ſentētiam eſſe obſeruationem mandatorum in hac vita non eſſe quidem diuinæ gratiæ impoſſibilem, à nemine tamen re vera fieri, & hoc eum contra Pelagium docuiſſe; Ideóque Patres Tridentinos qui ſeſſ. 6. cap. 11. poſſibilitatem obſeruationis mandatorum. Docent in hac vita, 3. Auguſtino contradicere, & eum Pelagianiſmo veteri facere. Quod illis obiectat Chemnitius. Sed & eadem fraude Caluinus de impoſſibilitate huius perfectionis exponit anathema illud quod de impoſſibilitate obſeruandi mandata pronunciauerat contra Manichæos S. Hieronymus. D. quoque Auguſt. taxat quòd poſſibilitatem perfectionis in hac vita ponat, quæ de facto non ſit: importunè enim de potentia Dei diſputari contra eius veritatem. Hæc ille Inſtit. lib. 2 cap 7. ſect. 5.

Sed manifeſtum eſt tam Hieronymū de obſeruationis mandatorum impoſſibilitate non autē perfectionis illud dixiſſe, quàm Auguſtinum per poſſibilitatē illam quam diuinæ gratiæ tribuit ad effectū tamē perduci negat, illā omnimodæ perfectionis poſſibilitatem

Poßibilitatē obſeruationis mādatorum non negat Auguſtinus.

A tatem non autem obſeruationis mandatorum poſſibilitatem intellexiſſe. Verum quo-
que eſt reieciſſe Auguſtinum illud Pelag.argum.*Iubet Deus obſeruare mandata, ergo ſcit ho-
mini eſſe poßibile.*Sed ideò reiicit quia colligebant poſſibile hoc eſſe abſque gratia, Sicuti
videre eſt apud illum in lib.de Gratia,& Lib.arb. cap.16. & de Natura & gratia, cap.43.
nóſque explicatè docuimus in Controuerſ.de Gratia,& Lib.arb.vbi reſponſiones Pro- Supra lib.4. cap.4.
teſtantum ad primum argum.genus pro Lib.arb.cum gratia cooperatione diſſoluimus.
Alioqui & poſſibilitatem obſeruandi mandata per gratiam in hac vita concedi, atque
ad effectum perduci,ſuperius in 1.propoſit.& in eadem Controu.prædict. ſufficiẽter ex
ipſo Auguſtino oſtendimus,& obſeruationem ipſam mandatorum ad iuſtificationem
eſſe neceſſariam ſatis clarè idem docet Auguſtin. *Sine hac enim vitam haberi.* 1. iuſtifica-
ri *hominem non poſſe* apertè docet in lib.de Spiritu & Lit.cap.14.Hanc poſſibilitatem vo-
cat *minorem iuſtitiam & huius vitæ*, in lib.de Spiritu & Lit.cap.vlt.& cõtra 2.epiſt. Pelag.
lib.3.cap.7. Hanc etiam *pro huius vitæ capacitate vel ſecũdum huius vitæ modum perfectam* vo-
cat ibidem,& cap.4.eiuſdem libri & ſerm.15.de verbis Apoſt.& pecc.mer.& rem. lib.2.
cap.13. & 15. Hanc poſtremo multis nominibus vocat *veram iuſtitiam*. 1. ratione prin- *Iuſtitia huius vitæ multis nominibus eſt vera iuſtitia.*
cipij *quia eſt ex ſpiritu gratiæ*, lib.3.cap.7. contr.2.epiſt.Pelag.id eſt quia liberè & ex chari-
tate exercetur,non ſeruiliter,aut ex timore vt in eodem lib.cap.4.copioſè explicat: ſe-
cundò ex ratione finis,quia *propter veri boni finem* exercetur de Ciuit.Dei lib.19. cap. 27.
Tertiò ex ipſa actus perfectione,quia *iuxta regulam virtutum vera iuſtitia eſt*, lib.4. cap.10.
contra 2.epiſt.Pelag.& poſtremò quia *verè implet iuſtitiã legis*.vt in 1.propoſit.oſtẽſum eſt.
B Quam eius clariſſimam doctrinam vel turpiter neſciens vel ſceleratè diſſimulans Cẽſot *Chemnitij turpis error.*
Chemnitius,ſcribit,*Pelagium damnatum eſſe eo quod iuſtificationem tribuebat obſeruationi legis
diuinæ*. Nam ècontra adeò hoc ipſum Auguſt.docet,vt quùm Pelag.hoc illi obiicerent
(aiebant enim Auguſtin. docere *legem veterem non ob hoc datam fuiſſe vt iuſtificaret obedien-
tes,ſed vt grauior eſſet cauſa peccati*,vt ipſemet commemorat.lib.3.cap.2.ad Bonifacium, ille
hoc tanquam putidiſſimam calumniam & mendacium reiiciat. Sic enim reſpondet:
*Prorſus non intelligunt quid de lege dicamus. Quis enim dicat non iuſtificari eos qui ſunt legi obedien-
tes,quia ideo ſi non iuſtificarentur non poſſent eſſe obedientes?* Hæc ille ibidẽ.Móxq; oſtẽdit, ideo
legem aliquo ſenſu non iuſtificare,quia per ſe ſola ſine gratia non iuſtificat: per gratiam
autem fieri vt lex impleatur,vt impleta iuſtificet.Et ruſum lib.eodem cap.4.*Quis eſt*,(in-
quit)*tam impius vt ideo dicat ſe mandata legis non cuſtodire quia eſt ipſe Chriſtianus,non ſub lege,ſed
ſub gratia conſtitutus?* Móxq; vtrumq; cuſtodire legem docet:ſed illũ ex ſeruili vel timore
vel cupiditate & ideò male.Hũc ex fide & charitate libera& ideò benè cuſtodire.Adeo
autem vanum aut importunum non eſt de potentia Dei diſputare contra veritatem, vt
contra Auguſt.cauillatur Calulnus,quaſi nefas eſſet aliquid poſſibile Deo dicere quòd
Deus non faciet vnquã,vt planè blaſphemum ſit negare ea fieri à Deo poſſe quæ nun-
quam eſt facturus. puta alium mundum facere & ſimilia.Potuit Chriſtus legiones An-
gelorũ ad ſuã defenſionẽ aduocaſſe ne à Iudæis caperetur,Matth.26. Noluit tamẽ. Sed
quod ad rem præſentẽ attinet,quã vtiliter ſciatur perfectionẽ hominis in hac vita eſſe
Deo poſſibilẽ etſi non fiat,ex iis quę ſuperius diſputata ſunt,facilè eluceſcit,Nũc vt quã
C errantet in rebus tantis diſputant Proreſt.luculentius videas, quædã errorũ capita bre-
uiter annotabim⁹.Sicuti ergo Pelag.putabant docuiſſe Aug.ex obedientia legis veteris
neminẽ iuſtificari, quia docuit ex ſola doctrina legis ſine gratia neminẽ iuſtũ eſſe poſſe,
aut legẽ verè implere,ſic & hodie Proteſt.eandẽ ob cauſam idẽ exiſtimãt vel exiſtimare
ſe fingunt:& illud pro doctrina Auguſt.accipiunt,quod falſò illi impingebãt Pelag.Eo-
dem planè errore ſeu potius dolo in quæſt.Lib.arbit.docent Auguſt.tollere Lib.arbitr.
quia ponit neceſſitatem gratiæ,quod illi obiiciebant Pelag.(vt ipſe cõmem.lib.1.cap.2.
epiſt.Pelag.) Nimirũ dicẽtes *nõ eſſe lib.arbitr.ſi Dei indiget auxilio*. Hanc enim Pelag. vocem
fuiſſe teſtis eſt Auguſt.epiſt.106.& Hieron.ad Cteſiph.Similiter docent Auguſt. dicere
per baptiſinnm non tolli ſed radi peccata,quia concupiſcentiæ reliquias poſt baptiſmũ
agnoſcit.quod illi obiiciebant Pelagiani,vt commem.lib.1.cap.13. contra 2. epiſt. Pelag.
Docẽt Auguſt.negare quod gratia baptiſmi perfectè innouet ac liberet & Pelag.ſenten-
tiam fuiſſe homines per baptiſmũ perfectè innouari,quia ſanè docet hominem baptiſa-
tum ſine peccatis poſtea in hac vita non viuere.Sed hoc ipſum Auguſt.obiiciebant ipſi
Pelagiani,& illam calumniam fortiſsimè repellit,docens gratiam baptiſmi perfectè ni-
hilominus baptiſatum innouare,liberare,ac ſaluare,lib.6.cap.5.contra Iulianum.

5. Rurſus eadem vel ignorantia vel fraude quod Pelagiani obiiciebant Auguſtino, eius D doctrinam deſperationem perfectionis ingerere (erat enim hęc quinta calumnia illi obiecta, vt ipſemet commemorat lib. 2. cõtr. Iulian. in ptincipio) docent quoq; Proteſtãtes ipſiſſimam eſſe Auguſt. doctr. quam tamen toto illo lib. 2. ex S. Patribus ipſemet confu-
6. tat. Eadem quoque vel ignotantia vel fraude docent ex Auguſt. ſententia omnes actiones noſtras contaminatas eſſe peccato. Hanc enim eorum calumniam his verbis repellit. *Quis* (inquit) *noſtrum dicit quicquid in præſenti ſeculo agitur eſſe culpandum cum hic ipſe Chriſtus tanta egerit bona, ſed vt nos erueret de preſenti ſæculo malo?* Hæc ille lib. 6. cap. 5. contra Iulian. ſignificans per Chriſti gratiam fieri quòd Paulus monet *vt non cõformemur huic ſæculo,* &c. Rom. 12. & quòd Petrus iubet, *vt eripiamus nos ab hoc ſeculo prauo* Act. 2. Deníque & Caluini ſtupida ignorantia huc accenſeri poteſt, qui dicit [*hac argutia vexatum à Pelagianis Auguſtinum fuiſſe, iniuriam fieri Deo, ſi plus iubeat quàm per eius gratiam præſtare valeant fideles.*] Hæc ille inſt. lib. 2. cap. 7. ſect. 5. At non hoc Auguſt. obiciebant Pelagiani qui gratiam Dei in
7. obſeruatione legis negabant, & quæ propria eorum hæreſis erat, ſed ptoperam argutabuntur, poſſibilem eſſe humanis viribus abſque gratia legis obſeruationem, poſtquam eam Deus iuſiſſet: vt modo ex ipſo Auguſtino oſtendimus.

Alia Proteſtantum argumenta diſſoluuntur, quibus probare volunt ad vniuerſam omnium mandatorum obſeruationem nos obligari, ſi aliquam ex bonis operibus iuſtitiæ perfectionem ſtatuere volumus. E

CAPVT XIII.

ATQVE hæc hactenus de perfectione illa quam duo illa pręcepta præſcribunt, & de hæreticorum hodie fraudibus circa eandem. Ad alia nunc Proteſtantum arguméta veniamus, quibus probare volunt vniuerſam omnium mãdatorum obſeruationem, in iuſtitia legis ſeu operum neceſſario requiri. Proferunt hæc ſcripturæ loca. *Maledictus qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis vt faciat ea* Deut. 27. & ad Gall. 3. *Qui totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. Iota vnum aut apex non præteribit à lege donec omnia fiant.* Hæc tria loca potiſſimũ vrgent & inferunt ex eiſdem vniuerſam legem neceſſariò eſſe ſeruandam iis qui per legis obedientiam iuſtificantur, & nec minima quidem mandata eſſe prætereunda. Sed ſingulis ſeorſum & breuiter reſpondebitur. F

Scriptura quæ uidetur omnimodam obedientiã mãdatorum iubere. Iacob. 2. Math. 5.

Primò ſanè loco variè reſponderi ſolet: ſed hæc nobis firmiſſima reſponſio videtur. Moyſen quidem maledictos eos omnes pronunciaſſe, non qui etiam minima legis prætermiſiſſent, vel qui *non ad vltimum omnia impleuerint*, vt falſarius Caluinus hunc locum citat & deprauat, ſed qui illa omnia vel ex illis omnibus vnum aliquod feciſſent, quæ in illo Deut. cap. 27. facta ſigillatim enumeratione, commemorantur. ídque non æqualiter ſed ſecũdum grauitatem declinationis à lege, vt exponit hic Paulum Hieronymus. Sunt autem illa omnia grauia & enormia flagitia, vt locum inſpicienti ſtatim patebit. Talia autem enormia flagitia omnes in hac vita iuſti prorſus vitare & poſſunt & debent, vt in quarta propoſitione probatum iam eſt: Paulum vero illud Moyſaicum ad Gall. 3. repetĩiſſe, & ad vniuerſa legis mandata extendiſse; non vt iuſtitiam fidei vel à conditionibus legis ſolutam eſſe doceret; (vt antea ſatis oſtendimus,) vel ſine omnium etiam minimorum mandatorum quacunque tranſgreſſione perfectam eſſe non poſſe oſtenderet; ſed vt doceret iuſtitiam operum ſiue ex lege, quatenus opponitur iuſtitiæ fidei, id eſt quatenus caret fide & gratia Chriſti, ſoláque doctrina legis adiuuatur, eſſe ſemper ſub maledicto: id eſt, penæ & damnationi quã lex tranſgreſſoribus minatur, eſſe obnoxiam, niſi vniuerſa legis ſeruentur. Nam ad hoc docendũ & probandũ illud Moyſaicũ ſubintulit. *Quicunq;*, inquit, *ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptũ eſt enim: Maledictus omnis* &c. Id eſt. Quicunq; volũt propriis naturæ viribus cõfiſi per ſola legis opera iuſtificari, & non

Inſtit. lib. 3. cap 17. ſect. 9. *Maledictio legis eſt de grauioribus mãdatis tãtum.* In cõ ad gal. 3.

Supra lib. 5. cap 15.

Galat. 3. *Quo modo ſub maledicto ſunt qui ex operibus legis ſunt.*

A non ex fide;id eſt,nõ ex illa gratia adiuuãte,vt fiat lex, & ignoſcẽte quod minus fit in lege;(quam gratiam fides impetrat;vel quæ gratia ſolis credentibus datur,) ſunt obnoxij maledicto quod lex tranſgreſſoribus comminatur, & *debitores ſunt vniuerſæ legis faciendæ*, iuxta tenorem & rigorem legis. Hac ſanè de cauſa D. Auguſtinus propoſitis à Celeſtio Pelagiano ſimilibus etiam ex Deuteronomio teſtimoniis,vt ex cap.30. *Si audieritis vocem domini, cuſtodire & facere omnia mandata eius & iuſtitias & iudicia quæ ſcripta ſunt in libro legis huius, & ſi conuerſus fueris ad dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua* (quæ omnia ad perfectionem & vniuerſalem obedientiam faciunt, quam tamen facilem eſſe probare voluit ille Pelagianus, Ideóque adhuc addit) *Mandatum hoc quod ego mando tibi hodie,non eſt graue,neque longè eſt à te;Iuxta te eſt enim verbum in ore tuo & in corde & in manibus facere illud*.Item ex Euangelio, *iugum enim meum ſuaue eſt, & onus leue, & mandata eius non ſunt grauia*.His inquam teſtimoniis reſpondens Auguſtinus,ſic ſcribit.*His auditis legitimis teſtimoniis ædificemur ad gratiam, id eſt, ſciamus per gratiam Chriſti non eſſe grauia mandata; quia datur charitas vnde fiunt leuia, & vnde præſto eſt miſericordia quæ ignoſcat prætermiſſa, facit enim charitas præcepti ſarcinam leuem non ſolum non prementem onere ponderum, ſed etiam ſubleuantem vice pennarum*.Hæc ex Augu.in lib.de perfect. iuſtitiæ. Eũdem ſenſum copioſè tradit toto cap.69.lib.de nat.& gra.Et conſonant iſta illi expoſitioni etiã ex Auguſtino deſumptæ,quam ſuprà circa ſolutionem argumentorum in 3.obiectionum capite, vbi hic locus explicatus eſt,attulimus; magíſque intentioni Apoſtolicæ iſta expoſitio conuenire

In lib.de perfectione iuſtitiæ. Deuthero.30. Matth.11. Ioan.5. Gratia Chriſti explet. 2. Supra lib.5. cap.15.

B videtur,quam alia illa quam idem Auguſt.in expoſit.epiſt.ad Gal. ad hunc tradidit(quẽ librum adhuc preſbyter ſcripſit)nimirum *maledicti nomine timorem ſeruilem intelligi*,ex quo timore non ex charitate ſeruatur lex ab illis qui ſub lege ſunt, non ſub gratia. Nam illa maledictio in deutoromio pronunciata contra tranſgreſſores legis, pœnas tranſgreſſioni debitas neceſſariò debet ſignificare.Et ab illa maledictione liberat nos Chriſtus,partim ſubminiſtrando adiutorium gratiæ quo lex fiat & ſic pœna non incurratur; partim propitiationem nobis promerendo,qua nobis ignoſcatur quod minus de lege præſtitũ eſt.Deníque *lex quæcunque loquitur iis qui in lege ſunt loquitur*.Rom.3.*Nos autem non ſumus ſub lege,ſed ſub gratia,quia Chriſtus liberauit nos à maledicto legis*.

Quomodo Chriſtus liberat nos à maledicto legis. Rom.6.gal.3.

Ad ſecundum ex Iacobo locum breuiter reſpondetur:diſertiſſimè eum loqui non de leui aliqua tranſgreſſione cũ qua iuſtitia huius vitæ conſtare poteſt,ſed de peccatis mortalibus,ſiue de tranſgreſſione maximorum mandatorum. Subiecit enim ſtatim, veluti exponens ſeipſum.*Quam enim dixit non mæchaberis dixit & non occides. Quod ſi non mæchaberis,occidis autem,factus es tranſgreſſor legis*. Apertiſſimè oſtendit qualem & quorum mandatorum tranſgreſſionem intelligat, vnicum videlicet peccatum mortale omnium aliorũ bonorum operum & iuſtitiam & mercedem tollit,juxta illud Ezechielis.*Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem,omnes iuſtitias eius quas fecerit non recordabor*. Et hoc ſenſu Auguſtinus docet in illo vno in quo qui offendit factus eſt omnium reus,intelligi charitatem:per quodlibet enim peccatum mortale amittitur charitas.*Quam enim* inquit,*plenitudo legis ſit charitatis, & in eius duobus præceptis tota lex pendeat & prophetæ, merito fit reus omnium qui contra illam facit in qua pendent omnia*.Hæc ille epiſt.29.Docens ibidem nullo modo ſentiendum eſſe propter minora peccata ſine quibus iuſti non ſunt,& cum quibus iu-

Iacob.2. Ezechiel.18. *Qui offendit in vno i.charitate.* Rom.13. Matth.22.

C ſtitia conſiſtit.Hoc à Iacobo dictum fuiſſe de quibus poſtea dixit.In multis offendimus omnes.Tertius locus,quod *vnus apex non præteribit à lege,&c.*etſi commodiſſimè intelligi poſſit de illa impletione legis quam Chriſtus facit,vt per eum veritas facta eſt, nõ vt per eum gratia data eſt (vtrumque enim iſtud Ioannnes expreſſit.*Lex per Moyſem data eſt;gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*:& vtróque modo Chriſtus impleuit legem; vt veritas quidem eſt prophetias legis implendo,vt gratiæ author eſt,charitatem inſpirando qua legis præcepta fiant,vt docet Auguſtinus lib.17. cap. 6. contra fauſtum) & hunc ſenſum confirmare videntur verba illa,*Donec tranſeat cælum & terra*,quia prophetiæ legis omnes nec dum quidem impletæ ſunt,nempè iudicium venturum,populi Iudaici conuerſio, omnium nationum vocatio & alia nonnulla;antequam tamen cælum alteratur, implebuntur ſingula; præcepta verò legis ab vnoquoque iuſto adimplentur quatenus impleri poſſunt ac debent hac vita ſingulorum durãte. (Ideóque Origenes, Chryſoſto. Euthynius,Theophylactus,Hieronymus & Hylarius,in commentariis ſuis de huiuſmodi legis impletione hunc locum exponũt,vt videlicet quæ in omnibus minutiſſimis ſacrificiis & cæremoniis præfigurata ſunt cõpleantur;)tamen vt omnis cauillandi occaſio

Matth.5. *Vna expoſitio quatenus per Chriſtum veritas facta eſt.* Ioan.1. Matt.5.

Alia expoſitio de præceptis legis moralibus.

præcidatur, de præceptis quoque legis moralibus adimplendis, locus iſte intellectus (vt D
eum ſanè iidem patres plerique intelligunt, & exponit Augu. de ſerm. domini in monte lib. 1. cap. 15. & Retr. lib. 1. cap. 19.) vniuerſalem illam obſeruationem legis ad iuſtitiam eſſe neceſſariam non probat. Et cauſam explicat Auguſtinus dicto loco Retract.

Lex mandatorũ quo ſenſu vſque ad vnum apicẽ cuſtoditur.

Inter ipſa mandata, inquit, *eſt etiam quod iubemur orare dimitte nobis &c. quam orationem vſque ad finem ſeculi tota dicit Eccleſia. Omnia ergo mandata tunc facta deputantur quando quicquid non fit ignoſcitur.* Hæc ille. Idem docet conc. 3. ſuper Pſalm. 118. ergo hoc ſenſu vſque ad vnum apicem tota lex mandatotum ad iuſtitiam & ſalutem conſequendam adimpletur per gratiam Chriſti, quia facit gratia Chriſti vt maiora mandata de facto impleantur & ignoſcit gratia Chriſti quæ circa minora in quotidianis peccatis prætermittuntur, ſicuti ſupra in 7. propoſitione accuratè explicatum eſt.

Duplex hic & grauis proteſtãtium error.

Sed proteſtantum hic grauis error duplex eſt, primum quòd volunt ad iuſtitiam legis pari ſeueritate pertinere minora mandata atque maiora; ſiue iuſtitiam ex obedientia legis comparatam æquè amitti per venialia peccata atque per mortalia, de quo errore & ſupra in 4. propoſitione dictum eſt, & mox plura dicemus. Deinde quod veniam illã & ignoſcentiam Chriſti per quam (vt ait Auguſt.) *omnia mandata facta deputantur, quando quod non fit ignoſcitur*, æque trahunt ad maiora mandata atque ad minora: ſiue æque valere docent in tranſgreſſione maiorum mandatorum atque minorum; cum tamen Augu. de tranſgreſſione tantum veniali loquutus fuerit; tali videlicet propter quam dicimus *dimitte nobis debita noſtra*. Hoc enim ad venialia tantum propriè ſpectare ſupra demõſtrauimus propoſit. 7. & gratiam Chriſti ad implendam legem ignoſcentem, ad quotidianorum & leuium peccatorum remiſſionem tantum pertinere ſuprà oſtendimus propoſitione eadem. Denique ſine mortalibus peccatis poſſe & debere nos viuere in 4. propoſit. oſtenſum eſt, etſi abſque venialibus in hac vita non viuatur. Nec tamen negamus (vt E

Peccata venialia fiunt contra legem, & quomodo.

negare nos aiunt proteſtantes) peccata venialia fieri contra legem mandatorum. Verũ enim eſt quod lex etiam venialia peccata arguit, quodammodo vt cõtra Pelagianos qui dicebant *leuia peccata ſi vitari non poſſunt, ne leui quidem correptione argui debere*, diſputat Aug. in lib. de nat. & gra. cap. 12. Non tamen ſic à lege arguuntur, vt qui ea perpetret impius coram Deo, & præuaricator legis cenſeatur, ſi fide Chriſti imbutus ad eius miſericordiã confugiat clamando, *dimitte nobis* &c. Paritérque contra illa peccata quotidiana pugnare non deſiſtat. Explicat hoc eleganter Auguſt. exponens illa verba Iob. *Vias eius cuſtodiui & non declinaui à mandatis eius. Cuſtodit*, inquit, *vias* Dei *qui non ſic exorbitat, vt eas relinquat, ſed in eis currendo proficit, etſi aliquando vt infirmus offendit aut titubat. Declinat autem à mandatis domini & diſcedit Apoſtata, non ille qui etiam ſi habeat peccatum cõfligendo tamen cum eo perſeuerantiam non relinquit.* Hæc ille in lib. de perfect. iuſtitiæ. Sic ergo vſque ad vnum apicem lex mandatorum impletur quando etiam contra minima peccata pugnamus. eadẽmq; cõfitemur, & vt per Chriſti gratiam ignoſcantur humiliter oramus.

De hac re copioſius infra lib. 12. cap 5.

Iob. 23.

Vniuerſalis & perpetua legis obedientia non eſt ad iuſtitiam neceſſaria quia tota iuſtitia nõ eſt.

Probabile ſanè eſſet hanc vniuerſalem & perpetuam legis obſeruantiam ad iuſtitiam neceſſariam eſſe debuiſſe, ſi ſolam legis obedientiam totam eſſe hominis iuſtitiam diceremus. Nunc autem docet Eccleſia partem illam tantum eſſe iuſtitiæ, non totam iuſtitiam: & alteram partem eſſe peccatorum remiſſionem. Vere nihilominus vocatur iuſtitia etſi pars tantum eius ſit, ſicut remiſſio peccatorum rectè iuſtitia ſeu beatitudo vocatur, (*Beatus cui non imputauit dominus peccatum*) etſi tota ſanctorum illa iuſtitia aut beatitudo non ſit. Quinimò vt ipſa peccatorum remiſſio nondum eſt plena in huius vitæ curſu (alioqui non eſſet amplius orandum pro remiſſione peccatorum) & tamen pro iuſtitiæ parte rectè agnoſcitur, ſic obedientia legis etſi vniuerſalis & perfectiſſima adhuc nõ ſit, pro iuſtitiæ tamen altera parte rectè agnoſcitur. F

Rom. 4.

Iuſti in ſcripturis duobus modis vocantur.

Hoc ergo in loco diligenter notandum eſt vocari interdum iuſtos in Scripturis ex perfecta totius legis obſeruatione, quæ omni prorſus peccato careat: quo ſenſu dicitur,
1. quod *homo non iuſtificabitur comparatus Deo*, vel in conſpectu Dei. Iob. 4. 9. & 15. & Pſal. 142. Quo etiam ſenſu Auguſtinus dixit. *Puto hoc eſſe iuſtus ſum, quod peccator non ſum*. De verb.
2. Apoſtoli ſerm. 16. Alibi tamen in eiſdem ſcripturis vocantur iuſti qui peccatis nõ caruerunt: vt de Zacharia, Elizabeth. & aliis ſuprà oſtenſum eſt in 4. propoſit. Notant quoque ſapienter Patres Africani in Conc. Milleuitano ca. 7. quod Iacobus quum iuſtus & ſanctus eſſet, Dixit tamẽ: *In multis offendimus omnes*. Imò *omnes iuſtos qui vnquam fuerunt etiãſi, regula virtutum iuſti eſſent, tamen veraciter dicturos ſe peccata habuiſſe*, non dubitat Augu. lib. 4. cap. 7.

Iacob. 2.

A cap.7.contra 2.epiſto.Pela. Deniq; quid ipſo Ioanne Euangeliſta ſanctius & iuſtius, qui tamen dixit, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.* Non dicit quia peccatum nō habetis, ſed de ſua perſona loquitur. 1.Ioan.1. Rectiſſimè ergo à D. Hieronymo notatū eſt *duas eſſe in Scripturis Sanctis perfectiones, duaſque iuſtitias. Primam incomparabilem Deique virtutibus comparandam* Duæ in Scripturis perfectiones. (qualem ſanè nec in altera vita beatorum fore iuſtitiam ſentit Auguſtinus de natur. & gra.cap.34.) *ſecundam quæ competit noſtræ fragilitati & quæ non in comparatione, ſed in ſcientia Dei dicitur perfecta.* Hæc ille lib.2.dialo.contra Pelagianos. Ex qua diſtinctione verſutia Caluini facilè aperitur, qua ſcribit Zachariam & coniugem eius iuſtos vocari in Euangelio, quia opera eorum eſtimauit Lucas magis ex legis natura quam ex propria legis conditione. Inſtit.lib.3.cap.17.ſect.7. Lucas enim non minus conditionem quam naturam legis expreſſit, dicens eos *ambulaſſe in omnibus mandatis*, &c. Hæc eſt enim conditio legis iuxta Caluinum, vt vniuerſa eius mandata cuſtodiantur. Sed iuſtus erat Zacharias ex impletione legis tam iuxta naturam legis quia verè cuſtodiuit eam, quam iuxta conditionem eius, quia omnia mandata cuſtodiuit, per gratiam Mediatoris adiuuantem & ignoſcentem, non per literam legis: erátque eius iuſtitia in ſcientia Dei, id eſt, coram Deo per talem gratiam & propter illam perfecta; etſi in comparatione Dei eſſet imperfectiſſima, imò nulla.

B

Commentitiæ quædam Proteſtantum hodiè diſtinctiones, ad veram Iuſtitiæ perfectionem euertendam, & ad SS. Patrum diſtinctiones eludendas adinuentæ aperiuntur & refutantur.

CAPVT XIIII.

RVRSVM hoc in loco una quædam hæreticorum hodiè inſignis fraus vanaque calumnia breuiter notandæ ſunt. Primum propter has Patrū diſtinctiones ex Scripturis hauſtas, *de duplici iuſtitia, humana & diuina, imperfecta & perfecta*, vt hic Hieronymus diſtinxit, rurſum *de iuſtitia huius vitæ & alterius vitæ, ſiue viatoris & comprehenſoris*, ſeu denique *minori & maiori*, vt frequenter Auguſtinus diſtinguit, vt antea oſtēſum eſt, SS. Patrum diſtinctiones deus ſtatuæ. diſtinguunt quoque illi ex ſuo cerebro non ex Eccleſiæ ſenſu in SS. Patribus tradito, & aiunt duplex eſſe forum Dei, videlicet *forum iudicij diuini & forum approbationis hominum*: & prius eſſe forum iuſtificationis, alterum nouæ obedientiæ in renatis. Protestantium nouellæ diſtinctiones. Siue aliter: *forum ſeueræ iuſtitiæ & forum gratiæ*: ſiue denique *operum & perſonæ*. Iuxta hoc duplex forum eſſe duplicem iuſtitiam, alteram quæ in iudicio diuino conſiſtit, quæ
C exactiſſimam legis vniuerſæ obedientiam exigit; Alteram quæ per approbationem & gratiam ſeu fauorem Dei acceptatur, & ſua mercede donatur. Sed hæ commentitiæ & nouæ diſtinctiones ad eludendam S. Patrum & Eccleſiæ ſanam doctrinam ex proprio cerebro inuentæ, vaniſſimæ ſunt. Dei enim forum, iudicium, ſeu tribunal bonis quidem & filiis eius vnicum eſt, in quo iuſtè iudicat & retribuit, præſente quidem minima, ſed quæ etiam iuſta eſt, non merè gratuita. *Non eſt enim iudicium Dei ſine miſericordia* (ſcilicet bonorum operum & maximè præcedentis miſericordiæ meritis retributa) *niſi in illis qui non fecerunt miſericordiā*. Iacob. 2. Vnicum Dei forum iudicium, tribunal. quia videlicet non dimittentes aliis debita ſua in hac vita dum viuerent, nec ipſi aut remiſſionē hic gratuitā aut retributionē illic iuſtā conſequuti ſunt; non valentes verè dicere *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Vnde Augu. *Iuſti in illo iudicio* (vltimum dicit) *inuenientur omnes qui non fallaciter dicunt dimitte nobis debita noſtra: &c. Per hanc enim diſcuſſionem iuſti inuenientur.* Hæc illa in lib. de perfect. iuſtitiæ. Itaque filiis Dei & iuſtificatis vnicum eſt forum & tribunal Dei, quod reſpiciens pſalmiſta dixit: *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Pſal 100. Deus in hac vita miſericors: poſt iuſtus iudex. Sic enim Auguſtinus exponens hunc locum accuratè docet, hoc eſſe tempus gratuitæ miſericordiæ, quo nunc viuimus, quod autem hanc vitam ſequitur eſſe iudicium tam bonis quam malis. Iudicium ſanè propter

retribútionem non ſolum miſericordem ſed & iuſtam: Itaq; in eadem enarratione verſiculi prædicti Pſal.100.exemplo Pauli oſtẽdit nunc donari gratiam per miſericordiam, nunc reddi præmium per Iudicium. Ait enim. *Quando donat Deus miſericors eſt, quando reddit, iuſtus iudex erit. Dolendo enim delicta fecit ſe debitorem coronæ. Ibi ait Apoſt. miſericordiam conſequutus ſum. Sed ille miſericors primò, reddit poſtea coronam iuſtitiæ.* Hæc ille de hac etiam illius Iudicij iuſtitia, dicit idem Paulus fore *vt Deus reddat vnicuique ſecundum opera ſua. Siue bonũ ſiue malum.* bonorum ergo vnicum eſt tribunal, forum & iudicium iuſtum, non tamen ſine miſericordia præcedente. D

1.Timo.1. 2.Timo.4. Rom 2. 2. Cor.5.

Vnica & vnius generis iuſtitia in omnibus iuſtis.

Eodem ſanè modo vnica & vnius generis eſt omnium iuſtificatorũ iuſtitia, quæ quia partim ex remiſs.peccat.partim ex bonis operibus conſiſtit, propterea & approbationis ſiue gratiæ eſt ex vna parte & iuſti iudicij ex altera parte. *Ineſt quippe Deo & miſericordia iudicanti, & iudicium miſeranti*, ait Auguſt.epiſt.29. Neq; iſta ab inuicem ſeparari debent quaſi duo diſtincta fora aut tribunalia, ſed neceſſariò cõnecti, quaſi via & terminus eius. Ipſa enim noua obedientia eſt *iuſtificatio legis impleta in nobis*. per charitatem gratuitò donatam nobis, vt eſſet poſtea meritum; & eius meriti præmium eſt *corona iuſtitiæ quam reddet iuſtus iudex*, id eſt, non ſolum per approbationem gratiæ, ſed etiam ſecundum iuſtitiã. Quamuis eius iudicium illud extremum nõ fiat etiam iuſtis abſq; miſericordia, quia *coronat nos in miſeratione & miſericordia*, Pſal.102. & in illo iudicio *quũ rex iuſtus ſederit in throno, quis gloriabitur mundũ ſe eſſe à peccato?* Prouerb.20. ex quibus ſcript. rectè colligit Auguſt. *etiam ibi Dei miſericordiam eſſe neceſſariam qua fiet beatus cui non imputauit Dominus peccatum*, tamen illa miſericordia habet veram rationem iuſtitiæ & retributionis iuſtæ, & non eſt merè gratuita. Quam ob cauſam Auguſt. ſtatim poſt præallegata verba ſubiungit. *Sed tũc pro bonorum operum meritis etiam ipſa miſericordia iuſto iudicio tribuetur. Cum enim dicitur iudicium ſine miſericordia ei qui non fecit miſericordiam, manifeſtatur in his in quibus inueniuntur bona opera miſericordiæ, iudicium cum miſericordia fieri, ac per hoc ipſam miſericordiam meritis bonorũ operum reddi.* Hæc ille de corrept. & gratia cap.13. Alia impoſtura eadémq; calumnia eſt, quòd propter S.Patrum diſtinctiones prædictas aiunt Catholicos ignorantes Dei iudicium atque iuſtitiam, extenuare ſeueritatem legis mediocrem quandam diſciplinam flagitãdo, & pro vera iuſtitia amplexãdo. Hæc enim Illyricus in claue aſſerit. tract.6.par.2. Hoc autem ideo calumniatur quia iuxta Auguſt. doctrinam, minorem quandam huius vitæ iuſtitiam, proficientium videlicet in via virtutum, confligẽtium cum viriis & perfectam iuſtitiam ſitientium atq; eſurientium, non autem iam omni modo perfectorum non victorum, non plenorum & ſaturorum iuſtitiam ſtatuimus. Sanè exceptis venialium maculis, quas quia confitemur, ignoſci non dubitamus iuxta Scripturam, adeò à grauibus criminibus ad iuſtitiam conſeruãdam abſtinẽdum & bonis operibus inſudandũ docemus vt hoc nomine alteram & contrariã calumniam nobis impingant. Aiunt enim nos iactare merita noſtra & confidere in operum noſtrorum perfectione: Denique propter inſignem iuſtitiæ conſectationem *Iuſtitiarios* nos vocant. Hæc ideo breuiter recẽſuimus vt caueantur. Satis enim ex diſputatione premiſſa confutantur. Alioqui Stoicorum dementiæ affinis eſt hodiè hæreticorum præpoſtera affectatio. Nam ſicuti illi hominem proficientem in ſapientia nolunt omnino habere ſapientiam, ſed tunc habere quùm omnino in ea perfectus fuerit, vt commem. Auguſt. epiſt.29. & Hieron. lib.1. cõtra Pelag. ſic iſti proficientes in iuſtitia renatos nolunt omnino habere iuſtitiam, ſed tunc demum habere, quum omnino in ea perfecti fuerint, & vniuerſam legem exactiſſimè ſeruauerint: quod quia in hac vita fieri non vident volunt nos Chriſti imputata iuſtitia per ſolam apprehendentem fidem indui & ſic iuſtificari. Quo in loco notandum eſt punctum erroris quo laborant hodiè Proteſtantes, & ex quo huius calumniæ occaſio orta eſt. E F

Rom.4. Pſal.31.

Calumnia proteſtãtum contra doctrinam Catholicam.

1.Ioan.1.

Exactiſſimam legis ſuæ obedientiam ab humano genere Deum iuſtum ſeuerè exigere verum eſt: Ideóque ſi ſecundum ſeuerum iudicium Deus homines iudicaret, nullam hominis iuſtitiam in illo iudicio ſtare poſſe. Sed rurſum non minus verum eſt illam exactiſſimam obedientiam, per tranſgreſſionem venialem in iuſtificatis per Chriſtum (quibus tales tranſgreſſiones perpetuò condonantur,) non violari, ſed verè & quantũ Deus exigit adimpleri: ideóque (quòd aduertere Proteſtantes nolũt) reliquam omnem obedientiam legis in qua mortale peccatum prorſus vitatur, & in qua reliqua mandata quæ rectitudinem præcipiunt non perfectionem, verè obſeruantur, eſſe talem iuſtitiam quæ in iuſto iudicio Dei poſſit conſiſtere. Condonatis enim leuioribus peccatis negligentiis & imper-

Quomodo iuſtitia noſtra in Dei iudicio conſiſtat.

A & imperfectionibus quibuſcunque, reliqua iuſtorum bona opeta *ſunt accepta Deo ſunt placita coram ipſo. Sunt lapides prætioſi qui ignem diuini iudicij ſine detrimento ſuſtinebunt: ſunt corona iuſtitiæ.* Non ergo ſeueritatem legis extenuamus, qui & grauiora legis omnino ſeruari, & leuiota pet Chriſtum ignoſci docemus. 1. Timo. 5. 1. Ioan. 2. 1. Cor. 3. 2. Tim. 4.

Quæ pro imperfectione iuſtitiæ Proteſtantes in 2. fundamento diſputant, diligenter refutantur.

CAPVT XV.

NVNC quæ pro ſecundo fundamento ſtabiliendo profetunt hodiè Proteſtantes, diligenter ſunt euertenda. Afferunt ſanè multa ſcripturarum loca ex quibus probare contendunt omnem noſtrã iuſtitiam bonorum operum in hac vita ita eſſe inchoatam & imperfectam, vt legi Dei minimè queat ſatisfacete, ideóque cotam Dei iudicio qui iuxta legis ſuæ præſcriptum iudicat, ſtare illam non poſſe, id eſt, Deo ſic placere non poſſe, vt proptet eam homo iuſtus à Deo & corã Deo

B pronuncietur. Quo in loco ante congreſſum, illud vnum ab Aduerſariis hodiè rogatũ velim de fidei perfectione vel imperfectione quid ſtatuant. Nolunt ex bonis operibus quemquam iuſtificari quia imperfecta ſunt. Fides ergo quæ ſola ſecũdum eos iuſtificat, eſt ne etiã ipſa perfecta, an imperfecta? ſi perfecta eſt, qualẽ Deus deſiderat debemus *ex toto corde*, vt ad Eunuchũ Philippus loquitut, non ſecus quàm *diligere ex toto corde*) vana eſt & mendax altera horum hominum doctrina qua docent vſum ſacramentorum eſſe vt fidei noſtræ imbecillitatem ſuſtentent, corroborent atque confitment. Imo Caluinus diſertè ſcribit. [*Nemo vnam ex filiis hominum fidei perfectionem aſſequutus eſt, nemo aſſequetur in hac vita.*] Inſtitution. libro quarto, capite decimo quarto, Sectione ſeptima. Si ergo imperfectio operis facit vt coram Deo iuſtificare non poſſit, nec fides (quæ *eſt opus Dei*, quod nos operamur Ioan. 6.) poterit quemquam iuſtificare. Hunc nodum ſoluere prius debebant aduerſarij. Nũc (vt ad tem propoſitam veniamus) ex hoc fundamẽto ſuo prædicto diſtinctionem quandam nouitiam extruũt; dicentes, omnes iuſtos in ſcripturis laudatos, vel omnem iuſtitiam bonorum operum in Scriptutis commendatam, vel deníque omnem bonotum operum vel legis iuſtitiam, aut etiam legis impletionem, quam Patres, Auguſtinus maximè, affirmant, & docent, eſſe intelligenda, de iuſtis & iuſtitia non in rei veritate huiuſmodi, ſed ſecundum inchoationem & imputationem huiuſmodi nuncupatis. Quia videlicet eſt in nobis per nouam obedientiam quam gratia operatut, inchoata quædam legis obſeruatio, quæ quia ad veri nominis iuſtitiam eſt inſufficiens, accedit Chriſti iuſtitia, obedientia & vniuerſa ſanctitas nobis imputata, quam per fidem apprehendimus, eáque induimur, fitq; omnium noſtrum pet fidem propria. Act. 8.

Nouella diſtinctio Proteſtãt. de inchoata & imputata nõ vera iuſtitia.

C Hæc eſt in hoc fundamento Proteſtantum hodiè nouitia ſententia, Eccleſiæ Catholicæ hactenus inaudita. Sed de imputatione quam dicunt, poſtea in alia ſeorſim controuerſia diſputabitur. Nunc inchoationem quam ponũt ſolummodo diſpicıemus. Antea ſanè explicatum eſt (quod hic recolere neceſſe eſt) eſſe quidem noſtram in hac vita iuſtitiam aliquo ſenſu imperfectam: & inchoatam quandam eſſe in nobis nouitatem. Sed ideò imperfectam quia non omnimoda & ex omni patte perfecta eſt; item ideo inchoatam quia non eſt plena, qualis in altera vita etit, vbi tanta erit vt nihil ei addi queat: eſſe nihilominus pro capacitate huius vitæ, pto ratione iuſtitiæ præſentis quæ in conflictu non in victoria qua mors & lex peccati abſorbentut, in ſtadio & curſu non in brauio & præmio, denique in via non in patria conſiſtit, veri nominis iuſtitiam. Hæc antea declarata ſunt in 5. ptopoſitione, & circa hæreticorum hodiè fraudes aperiendas. Itáq; idem Auguſtinus qui lib. 2. cap. 7. de pecc. mer. & rem. Aliiſq; in locis docet *inchoatam tantum eſſe in nobis nouitatem per baptiſmum*, & negat perfectam in baptiſmo nouitatem fieri, *quia videlicet manent reliquiæ vetuſtatis in concupiſcentia relicta*, docet nihilominus hominem *per baptiſmum perfectè innouari*. lib. 6. cap. 5. contra Iulianum *quia liberatur ab omnibus peccatis per baptiſmum, etſi non ab omnibus malis* quia ipſa concupiſcentia relicta malum quidem eſt & vicium, nõ tamen peccatum in renatis, niſi ei liberè conſentiatur. Fit autem per gra-

Lib. 7. infra. Quo ſenſu noſtra iuſtitia eſt in hac vita inchoata.

Supra. cap. 8. & 12.

tiam Chriſti vel vt non conſentiatur, vel etiam vt veniales conſenſus ignoſcátur, vt iam antea ſatis eſt explicatum. D

Chemnitius in Examine.

His ergo breuiter prænotatis, Scripturas & argumenta reliqua ab aduerſariis in hoc capite proferri ſolita inſpiciamus. Proferunt primò quòd Paulus ad Rom. 7. longam & lamentabilem quærelam texit, ſed non poſſe legem ea perfectione quam flagitat perficere: eſſet autem illa ridicula quærela ſi quilibet renatus poſſet legi ſatisfacere. Expedita reſponſio eſt Oſtendit Paulus propter relictam legem carnis in membris noſtris ſic perfici bonum non poſſe, vt omne prorſus peccati deſiderium tollatur: ideóque neceſſarium eſſe conflictum & pugnam contra carnis deſideria ad legem Dei perficiendam: ſed nō deſperat, vel Dei plena victoria in altera vita (de qua dicit, *quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei*, &c. in fine cap.) vel de legitimo & laudabili certamine, in quo legem perficiat. Nam propter hoc ibidem ait. *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem*: & rurſum. *Mente ſeruio legi Dei* eodem cap. 7 & mox ſeq. cap. agnoſcit *nihil damnationis in ſe eſſe ſic* diſpoſito: cauſámque ſubiungit. *Lex enim ſpiritus vitæ liberauit me à lege peccati*: nimirum vt peccatum non dominetur ei neque regnet in mortali corpore eius. Hoc ipſum quoque qua ratione fiat, adhuc addendo ſubiungit. *Nam quod impoſsibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittēs de peccato damnauit peccatum in carne vt iuſtificatio legis impleretur in nobis qui non ſecūdum carnem, ſed ſecundū Spiritum ambulamus.* Nempe ambulantes ſecundum ſpiritum & *ſpiritu facta carnis mortificantes*, iuſtificationem legis implere, hoc eſt, plenè legi ſatisfacere docet Apoſtolus, vt etiam eſt ſuperius in 1. propoſit. accuratius diſputatum. Ex qua etiam diſputatione manifeſtiſſimum euadit Paulum in illa lamentabili quærela de carnis noſtræ corruptela & prauitate, concluſiſſe tamen poſtea, quod carni & legi fuit impoſſibile, per Spiritum Chriſti, id eſt per gratiam, fieri poſſibile. E

Rom. 7.

Rom. 8.

Concluſio & Exitus quærelæ Paulinæ ad Rom. cap. 7.

Quo ſenſu renati legem impleant.

Obſeruandæ autem hoc loco pro huius capitis concluſione nonnullæ diſtinctiones circa impletionem ſeu plenam ſatisfactionem legis, quam per gratiam renouationis fieri in hac vita docemus. Nempe quoties impleri legem à renatis, vel renatos plenè ſatisfacere legi diuinæ, docet Catholica Eccleſia; per verbum implere & plenè ſatisfacere intelligit illum implendi modum qui opponitur tranſgreſſioni legis, quæ eſt auerſio à tota latitudine legis vel commiſſione vel omiſſione facta: id eſt veram mandatorum executionem & obſeruationem intelligit. Non autem per verbum implendi aut plenè ſatisfaciendi intelligit, plenam quaſi menſuram modúmque pleniſſimum, quo tota lex impleri poſſit: vt videlicet vniuerſa lex in tota ſua latitudine ſemper & perfectiſſimè obſeruetur. Hoc enim ad plenam ſanitatem & perfectam alterius vitæ iuſtitiam pertinet. Illud ad præſentis vitæ certamen legitimum curſumque rectum ſpectat. Nempe vt ſcitè diſtinguit D. Thom. *perfectè impletur præceptum, quando peruenitur ad finem quem intendit præcipiens. Imperfectè autem quando etſi non pertingat ad finem præcipientis, non tamen receditur ab ordine ad finem.* 2.2. q. 44. ar. 6. Sic enim perfectè implet legem qui non recedit à charitate, quæ eſt omnium virtutum forma, *generale præceptum*, (ait Auguſtinus de perfect. iuſtitiæ,) nec à recto curſu ad perfectam iuſtitiam auertit ſeſe, vtcúmque deuiet interdum aut etiam ſegnius ambulet. vt eſt ſupra explicatum in 5. Propoſitione. Nempe hanc perfectionem aſſequitur qui eſt recto corde, illam verò alteram qui eſt mundo corde, vt diſtinguit Auguſtin. *Puto* (inquit) *intereſſe inter rectum corde & mundum corde. Nam rectus corde in ea quæ ante ſunt extenditur, & ea quæ retro ſunt obliuiſcitur, vt recto curſu, id eſt recta fide & intentione perueniat vbi habitat mundus corde. Sic illa ſingula reddenda ſingulis vbi dictum eſt. Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, & mundo corde.* Pſal. 23. *Innocens manibus aſcendet, mundus corde ſtabit. Illud in opere eſt, iſtud in fide.* Hæc ille in lib. de Perfect. iuſtitiæ. Sic diſtinguit etiam ſcriptura dum mundis corde promittitur viſio Dei in altera vita: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Matth. 5. rectis corde beneficium gratiæ in hac vita. *Bene fac, Domine, bonis & rectis corde* Pſal. 124. *Quam bonus Iſraël Deus his qui recto ſunt corde?* Huic diſtinctioni non abſimilis illa eſt apud Caſſianum de capitalibus vitiis lib. 2. cap. 4. qua diſtinguit inter continentem & caſtum, ἐγκρατῆ καὶ ἁγνόν: & illū quidem impugnationes carnis ſubinde ſuſtinere, & quamuis frequenter vincat, interdum tamen turbari, hunc verò in affectum quaſi integritatis atque incorruptionis tranſire ſine vllo turpis concupiſcentiæ motu niſi naturali: & hunc ſtatum difficillimè poſſe inter hominum turbas apprehendi docet. F

Recti corde & mundi corde qui.

Pſal. 72.

Poſtremò

A Poſtremò huc pertinet illa etiam diſtinctio Auguſtini eodem in libro, *aliam eſſe beatitudi- nem ſeu iuſtitiam hominis in quo non eſt peccatum, aliam vero cui non imputatur peccatum.* ad Rom. 4. & illam quidem alterius hanc huius vitæ eſſe; vtrámque tamen veram beatitudinem ſeu iuſtitiam & in ſuo genere perfectam eſſe. Duplex hominũ iuſtitia.

Aliæ Scripturæ quas ad impoſſibilitatem implendi legem ſtatuendam proferunt & deprauant Proteſtantes, explicantur.

CAPVT XVI.

PRoferunt rurſum alias de noſtra impoſſibilitate implendi legem in
ſcripturis quærimonias. Huc enim pertinere aiunt quod quùm deca-
logus ſeu lex mandatorum proponeretur, cunctus populus perterri-
tus ac pauore concuſſus ſtetit, procul dicens Moyſi. *Loquere tu nobis &* Exod. 20.
audiemus, non loquatur nobis Dominus ne fortè moriamur. Timuerunt enim
ſe huiuſmodi mandatis legis obſtrictos teneri, ideóque clamauerunt.
Quùm & Deus hunc eorum timorem & clamorem laudans, promit-
B tit Chriſtum vt eos qui ſub lege erant redimeret. Nam in Deuteronomio repetens iſta Deuteron. 18.
Moyſes ait, *Vt petiſti à Domino Deo tuo in Horeb, & dixiſti, Vltra non audiam vocem Domini,*
&c. *Ait Dominus mihi. Bene omnia ſunt loquuti. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum*
ſimilem tui, &c. Hic autem eſt Meſſias illis repromiſſus vt eos liberaret à iugo & obedien-
tia legis. Hanc liberationem neceſſariam fuiſſe & Petrus manifeſtè docuit. Redarguens
enim eos qui legalia Euangelio miſcere volebant, ait. *Quid tentatis Deum imponere iugum* Act. 15.
ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus? ſed per gratiã Chriſti
credimus ſaluari. Iſtæ autẽ quærimoniæ (ait Chemnitius) planè ridiculæ eſſent, & ineptę ſi In examine
vera eſſet Pontificiorũ ſententia, qua dicunt, non opus eſſe remedio & cõſolatione quã »
Chriſtus attulit, quia ea ſolũ Deus præcepit, quę pręſtare diuinis viribus adiuti ſecundũ »
vitæ huius conditionem poſſumus, reliqua vero mãdata ad nos non pertinere. Hæc il- »
le. In his Chemnitij verbis quibus ex Scripturis præmiſſis Catholicã contra doctrinam
concludit, præter ineptiſſimam collectionẽ de qua mox, varia ſunt mẽdacia, quę primò
breuiſſimè aperiemus. Mentitur enim nos docere non opus eſſe remedio Chriſti ad im- Chemnitij mendacia contra
pletionem legis. Docent enim omnes Catholici vt antea nos docuimus, Chriſti gratiã doctrinam Ca-
dupliciter ad legis impletionẽ eſſe neceſſariam, tum vt per adiuuãtem interius gratiam tholicam.
fiat lex, tum vt per Chriſti miſericordiã ignoſcãtur, quod non fit in lege. Alterũ menda- 1.
cium eſt nos docere quòd ea ſolum Deus præcepit, quæ in hac vita præſtare poſſumus.
Docemus enim & perfectionem ipſam eſſe nobis à Deo præceptam in primo & vltimo
mandato, ſed ideo præceptam vt eo contendamus & perficiamus, non vt ad tãtam per- 2.
C fectionem in hac vita peruenire neceſſariò debeamus. Tertium vero mẽdacium adhuc 3.
impudentius eſt nos docere hęc perfectionis mãdata ad nos non pertinere. Adeò enim
ad nos illa pertinere docemus, vt ad illam perfectionẽ totis viribus in hac vita conten-
dere nos debere, diligenter doceamus. Illæ ergo quęrimoniæ de importabili iugo legis,
nõ ſunt noſtro iudicio ineptæ & ridiculæ, ſed ſunt grauiſſimæ & veriſſimæ; quia ſine gra-
tia Chriſti adiuuante vt lex fiat, tota lex nihil aliud quã terret, accuſat, damnat, & ad de-
ſperationem hominem adigit. Hunc enim eſſe illius quærimoniæ ſenſum Exod. 20. &
Deut. 18. optimus interpres Apoſt. Paulus clariſſ. explicat. Monens enim Hebræos ſuos,
& dicens. *Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei:* (quod aliis verbis alibi dixerat, *Adiuuãtes ex-* Hebr. 12.
hortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. 2. Cor. 6.) ſubiungit. *Non enim acceſſiſtis ad tracta-*
bilem montem, & accenſibilem ignem & turbinem & caliginem & procellam & tubæ ſonum &
vocem verborum, quam qui audierunt excuſarunt ſe ne eis fieret verbum: (non enim portabant quòd
dicebatur: quum & ipſe Moyſes dicebat, exterritus ſum, & tremebundus:) ſed acceſſiſtis ad Sion mon- Quare lex Dei
tem, (vbi ſcilicet ſpiritus gratiæ primò datus eſt) *& ciuitatẽ Dei viuentis, & Eccleſiam primi-* nõ eſt renatis per
tiuorũ, & Teſtamenti noui mediatorẽ Ieſum (quod ſcil. Teſtam. nouum ſuperius in eadẽ epiſt. Chriſtum terri-
cap. 8. ex Hierem. 31. quale eſſet oſtenderat, nempe, *Dabo leges meas in mente eorum*, &c.) *&* bilis.
ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel. Videte ne recuſetis loquentem. & paulo pòſt,

Itáque regnum immobile ſuſcipientes habemus gratiam per quam ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia. Hæc Apoſtolus ad Hæbr.12. Manifeſtè docet legem veteri populo datam quæ forinſecus terreret, & (vt alibi loquitur) *quæ eſſet miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus*, ſiue *ſcripta in tabulis lapideis non in tabulis cordis carnalibus*: ideóque eſſet *pedagogus ad Chriſtum* vt humana natura præcipiente lege quam implere ſuis viribus non poſſet & ſuæ infirmitatis conuicta perterrefacta, confugeret ad Chriſtum, id eſt, ad gratiam illam noui Teſtamenti per Chriſtum datam, per quam *ſeruiremus placentes Deo*, id eſt, *facientes voluntatem Domini in vniuerſis mandatis eius*, Nihil eſt hac explicatione manifeſtius, verius, aut facilius. Quam ſexcentis in locis docet Auguſtinus, vt etiam ſupra ſæpius ex eo produximus. D

2.Cor.3. Gal.3. Supra lib.5. cap.12.

Et tamen Proteſtantes hodiè quia re vera non agnoſcunt hanc Chriſti gratiam intus nos adiuuantem vt lex impleatur à nobis, (nihilo hac in re Pelagianis meliores qui illam quoque negarunt) ſed tantummodo inchoatiuè renouantem vt aliquam inchoatam & immundam obedientiam præſtemus, quæ Deo per ſe adeò non placeat, vt in eius conſpectu poſita nos potius damnet, propterea Iudaico adhuc terrore ipſimet audita lege proculſi, & Dei mandata tanquam grauia exhorreſcentes, quia *donum charitatis vnde fiunt leuia* non agnoſcunt, ideóque non accipiunt, eundem terrorem aliis perſuadere volunt: & impoſſibilitatem obſeruandi mandata docent cum Manichæis, ídque propter exactiſſimam legis ſeueritatem, quam ita ineptè exaggerant, vt Chriſti gratiæ operanti in ſanctis ſuis impiè detrahant.

Caritas Proteſtantum hodie Iudaica par. — Aug. de perfect. iuſtitiæ.

E

Quod ad Petri verba attinet Act. 15. *quid tentatis imponere iugum*, &c. haud dubie non de lege mandatorum, ſed de lege ceremoniarum & obſeruatione legalium dicta fuerát. Quæſtio enim in illo concilio agitata non erat de decalogo & mandatis diuinis ad mores pertinentibus, ſed de legalibus obſeruationibus propriè Moyſaicis. *Quidam enim deſcendentes de Iudæa docebant fratres* (ſcilicet ex gentibus conuerſos) *quia niſi circuncidamini, ſecundum morem Moyſi non poteſtis ſaluari*. Miſſi ergo erant Paulus & Barnabas ex Antiochia S. Ieroſolymam ſuper hac quæſtione. Illam autem ſic ſoluit Petrus vt liberet tam gentes, quàm ipſos quoque Iudæos baptizatos à legalium obſeruatione, tanquam à iugo hactenus importabili, id eſt quòd difficillimè portari potuit (ſicuti dicit Chriſtus *impoſſibile eſſe diuitem intrare in regnum cælorum*; ſcilicet moraliter aut communiter impoſſibile) doceátque per gratiam Chriſti non per legales obſeruationes, & veteres olim & gentes ſaluari: quia ſanè qui ex veteribus ſalui erant ſub illis legalibus Chriſtum credebant, expectabant, colebant, ipſámque legem mãdatorum adiuuãte Dei gratia (etſi non tam copioſè tunc effuſa) cuſtodiebant. *Quamuis enim* (ait Auguſt.) *nec lex per Moyſen data potuerit à quoquam homine regnum mortis auferre, erant tamen & legis tempore homines Dei non ſub lege terrente, conuincente, puniente, ſed ſub gratia delectante, ſanante, liberante.* Hæc ille lib.2.c.25. de peccato originali. Verum ergo quidem eſt quod & ipſa lex mandatorum ſine gratia Chriſti eſt iugum importabile & onus ſeruile, cum gratia vero ſiue per gratiam *iugum ſuaue & onus leue*. ideóque etiam de lege mandatorum hæc Petri verba intelligit Auguſt. loco iam allegato, tamen non de ea Petrus propriè & principaliter hic loquitur. Sic in epiſt. ad Gall. etſi propriè & principaliter quæſtio eſſet de obſeruatione legalium, propter quam in eadem epiſtola cap.2. Petrum à ſe Antiochiæ reprehenſum Paulus ſcribit, tamen etiam ad legem mandatorum deflectit diſputationem Apoſtolus (vt notat diligenter Auguſtinus in expoſit. eiuſdem epiſtolæ ſuper cap.3.) ſanè quia quod ad ſalutem & iuſtitiam attinet, ſimilis eſt vtriuſque ratio ſine gratia Chriſti; id eſt ſine fide in Chriſtum vtraque eſt inutilis. Nam ſine ea nec legalium obſeruatio olim ſaluare, nec ipſa lex mandatorum vnquam ſalutiferè obſeruari potuit. Quanquã tamen modo & ſenſu differenti. Legalium enim obſeruatio ideò olim ſine fide in Chriſtum ad ſalutem aliquid facere non potuit, quia illa omnia legalia Chriſtum venturum ſignificabant, & aliquo modo præfigurabant: ſine qua fide in Chriſtum, quam per illa cæremonialia Proteſtabantur veteres, eorum vſus ſalutaris non erat, ſed mera & ſola ſeruitus, quia rebus non intellectis ſeruiebant vt in eadem expoſit. prædicta, & de doctr. Chriſt. lib.3. cap.5. & 6. docet Auguſt. Legis mandatorum obſeruatio ſine fide ad ſalutem non valet tum quia fides mediatoris eſt fundamentum totius obedientiæ legis, tum etiam quia ſine gratia adiuuante (quæ non niſi in Chriſtum credẽtibus datur) ipſa lex aut non omnino aut non vt oportet obſeruari à quoquam poteſt.

Iugum importabile eſt lex mandatorum. Act.15. — Matth. 19. — Matth.11. — *Lex mãdatorũ & legalium obſeruatio vtraque ſine fide inutilis ſed ſenſu diuerſo.*

F

Hoc

Hoc ergo ſenſu,neq; per legalia neq; per legē,ſed per gratiā Chriſti ſaluati ſunt vete-
res,ſaluamur & nos.Itaque contra Pelag.qui gratiā Chriſti intus adiuuantē negabāt, &
Patres veteris teſtamēti ſine illa gratia ſaluatos fuiſſe aſſerebāt, vt docet Aug. li.1. c.2.
contra 2.epiſt.Pelag.& de pecc. orig. cap.26. Hoc argumentum benè militat; & contra
poſſibilitatem obſeruandi legem ad iuſtitiam,quam Catholici ſtatuunt non niſi ex ad-
iuuante & ignoſcente Chriſti gratia perfici, nihil prorſus facit. Gratiam autem hoc in
nobis efficere atque perficere iam ſupra oſtenſum eſt. Quibus vnam aut alteram Au-
guſtini manifeſtiſſimam ſententiam adiungemus. *Cum noſtra*,inquit,*voluntas fortis & po-* *Gratia Chriſti*
tens præparatur à Domino Deo facile fit opus pietatis etiam quod difficile atque impoſſibile fuit. Hæc *facit legem mā-*
ille Retract. lib.1.cap.22.Et hoc ſenſu alio loco ſcribit.*Deus impoſſibilia non iubet, ſed iuben-* *datorum onus*
do admonet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis. De Natur.& gratia. cap.43. Rurſum *leue.*
paulò pòſt.*Eo ipſo quod firmiſſime creditur, Deum iuſtum & bonum impoſſibilia non potuiſſe præci-*
pere, hinc admonemur & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus: Omnia quippe
ſunt facilia charitati: cui vni Chriſti ſarcina leuis eſt, Hæc ille lib.eodem cap. 69. Eſt ergo iugū
legis, naturæ quidem noſtræ corruptæ importabile, ſed naturæ per Chriſtum ſanatæ, &
charitate diffuſa in cordibus noſtris donatæ, eſt *iugum ſuaue & onus leue*. Matth: 11. & *præcepta* Rom.5.
eius grauia non ſunt.1.Ioan.5.

Aliis ſcripturis quæ omnem prorſus in Dei conſpectu iuſtitiam hominibus negare videntur, & ab Aduerſariis proferri ſolent, reſpondetur,

CAPVT XVII.

POSTRĒMO ad hoc fundamentum probandum omnia illa Scriptu-
ræ loca proferunt,quæ non ſolum humanam omnem,ſed & Angeli-
cam iuſtitiam in iudicio & conſpectu Dei nullam eſſe pronunciant;
vt illud. *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Cum rex iuſtus ſede-* Pſal 142.
rit in throno ſuo quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut mundum ſe eſſe à pec- Prouerb.20.
cato? Item illud: *Nemo bonus niſi ſolus Deus*: & *omnis homo mēdax*. Rurſum Luc. 18.
illud: *Nō eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonum, & nō peccet*. Et hæc qui- Pſal.115. Eccl 7.
dem loca Cæleſtius Pelagianus quaſi ſibi ſuæque hæreſi contraria quum protuliſſet ea
quidem non ſoluit,ſed ipſas inter ſe ſcripturas committēs,alias opponit contrarium (vt
videtur)aſſerentes:vt illud. *In ore eorum non eſt inuentū mendaciū. Beati mundo corde*.Matt.5. Apocal.14:
Ab omni delicto munda cor tuum.Eccl.13. *Si cor noſtrum nos non reprehendat, fiduciam habemus*
ad Deum,&c.1.Ioan.3 & *omnis qui natus eſt ex Deo non peccat*, ibidem, Item ad Epheſ.1.*vt ſi-*
tis ſancti & immaculati in conſpectu eius. Denique.2.Petr.1.*Satagite vt per bona opera certam vo-*
C *cationem veſtram faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando*. Has ergo Scripturas &
alias conſimiles opponit Pelag.ille non vt priores ſoluat,ſed vt ſuperbum ſuum errorem
confirmet,viuere ſemper iuſtos in hac vita ſine vllo prorſus peccato. Simili modo Pro-
teſtantes qui in altero planè extremo verſantur,aſſerentes omnes iuſtos ſemper habere *Proteſtātes in al-*
peccata,ſemper eſſe in peccato;nūquam plenè ſatisfacere legi,& nullum bonum opus *tero extremo cō-*
quod faciunt, eſſe veram & plenam obedientiam legis, ſed inchoatiuam tantum & *tra pelagianos;*
imperfectam,peccato ſemper admixtam; priores illas ſcripturas vrgent,non vt has po- *more tamē pela-*
ſteriores quæ huic errori planè contrarium docent, ſoluant; ſed vt ſuum fœdum & ma- *gianorum diſpu-*
gis peſtilentem errorem, ex illis malè intellectis confirment. Itaque D.Auguſt.in lib.de *tant.*
Perf.iuſtitiæ vtráſque illas Scripturas tractans,& mediā quę Catholica eſt, ſententiam
tenens & explicans,oſtendit neque pro Pelagianis has poſteriores ſcripturas facere;ſed
docere quòd vera quidem ſit in nobis iuſtitia, non tamen ſine omni peccato , licet ſi-
ne crimine & quærela, id eſt ſine mortali peccato ; vt ſuperius ex eo oſtendimus) ne-
que etiam pro noſtris hodie hæreticis priores illas ſcripturas facere ; ſed id tantum
oſtendere in comparatione excellentiſſimæ iuſtitiæ, quæ vel in Deo eſt, vel in nobis
ipſis poſt hanc vitam futura eſt, & noſtram nunc iuſtitiam imperfectam eſſe, veram
nihilominus & quæ legi Dei ſatisfaciat.

Imperfectam autem in cõparatione Dei dicimus non ſenſu Pelagiano, quaſi omni prorſus peccaro careat, & ſolum ſecundum minus à diuina iuſtitia differat (quem ſenſum reprobat Hieronymus in Ierem. cap. 31.) ſed ita in comparatione Dei imperfectam, vt etiã in ſcientia Dei, & verè imperfecta ſit propter admixta peccata quæ nullo modo in Deo ſunt. Sed ad Auguſtinum redeamus. Oſtendens ergo illud Pſalmi. *Non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens*, non aduerſari aliis ſcripturis quæ homines in hac vita iuſtos pronunciãt; *Aperta*, inquit, *ſententia eſt de ſuperiori verſu illuſtrius declarata. Non intres*, inquit, *in iudicium cum ſeruo tuo: hoc eſt enim, noli me iudicare ſecundum te qui es ſine peccato. Et quod ait, non iuſtificabitur, ad illam iuſtitiam retulit, quæ in hac vita non eſt.* Hæc ille. lib. iam citato. Eodem modo eplicat lib. 2. cap. 19. de pecc. mer. & rem. & de nat. & gra. Euthymius quoque, Hylarius, Arnobius, & commentarius D. Hieronymo inſcriptus eundem huius loci ſenſum tradunt. Omnium autem pulcherrimè D. Bernardus ſerm. 5. de verbis Iſaiæ. Nec aliter alia loca ſoluit Auguſtinus loco citato; videlicet intelligi ea de tali perfectione & impletione legis, quæ ſit ſine omni prorſus peccato, qualis in hac vita non eſt quidem, agitur tamen in hac vita vt ſit. D

Non quia ſine peccato non ſumus, ideo i omni opere peccamus.

Hoc tamen in loco aduerte diligenter doctrinam Auguſtini nõ eſſe propterea, ſemper & in omni ſuo opere peccare iuſtum vt Lutherus aſſeruit, vel (vt alij nunc moderati[*] loquuntur Lutherani) iuſtum nunquã ſic ſatisfacere legi, quin habeat perpetuo aliquod peccatum vel circa ipſum bonum opus quod facit, vel certè circa aliquod aliud genus operis, videlicet vel omittendo quod debuit iuxta legem facere, vel non plenè exequẽdo quod lex præſcribit; vel denique quia ipſam carnis concupiſcentiã, quæ reliqua opera contaminet, habet. Nihil inquam horum docet Auguſtinus: ſed docet iuſtum *in hac* vita nunquam ſic eſſe iuſtum in toto curſu ſuæ iuſtitiæ, quin aliquãdo peccet, vel quin ſubinde peccet, ideóque eius iuſtitiam Deo comparari non poſſe, qui non ſolũ aliquando non peccat, ſed etiam nunquam in æternum peccauit aut peccabit. Sic enim loquitur, *ſubinde venia deleri, quod ſubinde ignorantia vel infirmitate committitur*, lib. de nat. & gra. cap. 35. dicit ſubinde, non ſemper. Sic eodem lib. cap. 38. *Quia ſæpè in leuiſſimis & aliquando incautis obrepit peccatum, & iuſti fuerunt, & ſine peccato non fuerunt.* Hæc ille. Ait ſæpe & aliquando: non ſemper & in omni opere bono. Et hoc ſenſu *perpetuitatem impeccãtiæ ſoli Deo propriam* docet S. Ieronymus, lib. 2. contra Pelagia. Ad hunc ergo modũ & reliquæ Scripturæ citatæ intelligendæ ſunt: nempè in iuſto iudicio Dei nos eſſe iuſtos, quamuis non ſine peccato, quia peccatis deletis manent opera bona ad coronam iuxta illud. *Opera illorum ſequuntur illos.* Quia ergo ſola bona opera iuſtorum in examen venient (peccatis leuioribus prius ita deletis, *vt etiam ſine vllo peccato homo mori poßit*, vt docet Auguſt. de nat. & gratia cap. 35.) proprerea ſtabunt in iuſto iudicio Dei tanquam vera & plena legis diuinæ obedientia. Hoc enim eſt *cubiculum in quod Rex introducit ſponſam ſuam*, animam iuſti. Quod explicans Benardus, ait. *Electos Dei aduerti quaſi nunquam peccaſſent, quoniam etſi qua deliquiſſe videntur in tempore, non apparent in æternitate: quia charitas patru ipſorum cooperit multitudinem peccatorum: & dixi beatos quorũ remiſſæ ſunt iniquitates* &c. Hæc ille ſerm. 23. in Cant. Hoc nimirum ſenſu verum eſt, quod *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, Rom. 8. etiam ipſa peccata: quia videlicet non imputata miſericordiam & gratiam Dei illuſtrãt. Itẽ quod Ioan. dicit. *Omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum*, vt in loco iam allegato exponit D. Bernardus. Denique hoc ſenſu verum eſt quod & iuſti non carent peccato, & tamen *in viis Dei non ambulauerunt qui operantur iniquitatem*: quia videlicet *non operantur infidelitatem, vel recedendo à fide vel non accedendo ad fidem, quicunque ambulant in viis domini*; vtcunque in ipſa via deuiant interdum, per leuiora peccata quæ cum fide per dilectionem operante conſiſtunt; vt accuratè explicat Auguſtinus conc. 3. in Pſalm. 118. Rationem etiam his verbis addens. *In via domini, id eſt, in fide pia* (ſcilicet per dilectionem operante) *quiſquis ambulat aut peccatum non operatur* (ſed peccatum quod in carne eius habitat, ipſo interim malis deſideriis nullo modo conſentiente) *aut ſi quid à deuiante committitur* (id eſt etiamſi à criminibus longè abeſt, tamen deſideriis peccati vel facto vel dicto vel cogitatu obeditur, quando videlicet aduerſus maiora vigilantibus quædam incautis minuta ſurrepunt) *propter viam* (id eſt propter fidem piam in qua ambulat, maiora mandata faciens & à maioribus criminibus prorſus cauens) *non imputatur, & tanquam nõ operatus fuerit accipitur. Atque ita in via fidei pro non peccantibus habentur quibus peccata non imputantur.*

Iuſtus nõ eſt ſine peccato reſpectu totius curſus iuſtitiæ, nõ reſpectu ſingulorum operum.

Apocal. 14.

Cant. 1.

Iuſtorum peccata in iudicium non veniunt.

1 Ioan. 5.

Pſal. 118.

Iuſti coram Deo ſunt perinde ac ſi nihil peccaſſent.

E F

Hæc ibi

A Hæc ibi Augu. manifeſtè docens cauſam à nobis prius aſſignatã, quare & quomodo huius vitæ iuſtitia, vtcunque peccatis mixta in Dei tamen iudicio cõſiſtat; nempe quia pro non peccantibus ideóque verè iuſtis habentur, quibus leuiora peccata, *Propter fidem piã,* id eſt per dilectionem operantem non imputantur, ſed perinde ac ſi facta non fuiſſent, penitus delentur: iuxta illud Pſalm. 50. *Lauabis me & ſuper niuem dealbabor.* Et iterum, Pſal. 102. *Quantum diſtat ortus ab occidente longè feciſti à nobis iniquitates noſtras.* Quam admirabilẽ De bonitatem & Eſaias cecinit dicẽs. *Si fuerint peccata veſtra ſicut coccinum, ſicut nix dealbabuntur.*

Quare iuſtitia huius vitæ peccatis mixta in Dei iudicio conſiſtat.

cap. 1.

Ad Argumenta & ſpeculationes Proteſtantum quas ab immunditia quam ponunt operum noſtrorum contra iuſtitiæ perfectionem proferre ſolent, via ſternitur.

CAPVT XVIII.

NVNC quæ pro tertio fundamento ſtabiliendo afferri ſolent breuiter expendamus, vt huic Controuerſiæ de perfectione iuſtitiæ finem imponamus. Aiũt omnem noſtram iuſtitiam in hac vita immundã eſſe B & aliquo ſemper peccato contaminatam, ideóque in Dei iudicio pro vera iuſtitia conſiſtere non poſſe, potiſſima ratio qua hoc confirmãt à corruptione naturę noſtræ petitur, quam etiam pòſt regenerationẽ in Chriſto ita corruptam manere volunt propter concupiſcentiæ fomitem relictum, vt nunquam peccato careat: ipſam enim concupiſcentiam relictã, eiuſque primos motus, primáque deſideria etiam ſine conſenſu mentis, eſſe verè peccata nõ quidem quæ damnent renatum, quia non imputantur per Chriſtum, ſed tamẽ quæ dãnare poſſent, niſi non imputarentur, & quæ omnia noſtra bona opera ſic contaminent, vt nunquam illa legi plenè & verè ſatisfacere queant. Legem enim ante omnia poſtulare à nobis cor perfectè ſanum, obediens, rectum, mundum, & ab omni prauo deſiderio liberum atque immune. Fons enim veræ obedientiæ in corde eſt: & in omnibus externorum operum præceptis, cor, voluntas, animus, præcipuè conuenitur: Docere autem Scripturam non eſſe iam homini cor idoneum ad obediendum. Dicẽte enim veteri populo Moyſi, *tum audi cuncta quæ dixerit dominus Deus noſter tibi, loquerisque ad nos, & nos audiẽtes, faciemus ea,* reſpondit dominus Moyſi. *Bene omni ſunt loquuti; Quis det talem eos habere mentem vt timeant me & cuſtodiant vniuerſa mandata mea?* &c. Hic enim (ait Illyricus) oſtendit Deus ſe flagitare obedientiam, ſed eos non habere cor idoneum ad obediendum.

Speculatio proteſtantium ad immunditiem bonorum operum oſtendẽ probandã.

Deuteron. 5.

In claue ſcript. par. 2.

Idcirco & in Geneſi dicitur de humano genere c. 6. quòd *cuncta cogitatio cordis eius eſt intẽta ad malum omni tempore:* idémque repetitur c. 8. aliiſque Scripturæ locis. Hoc autẽ in loco quum nõ ignorent proteſtãtes vtcunq; per peccatum originale natura noſtra corrupta fuerit, C factáque inidonea ad obediendum Deo, (in qua naturæ adhuc corruptione cõſtitutis hominibus hæ Scripturæ loquũtur) tamen per Chriſti gratiam & Spiritum S. quem accepimus, *cor nouum, rectum, & mundum creatum eſſe in nobis*, duplici nihilominus vel fraude vel errore lectores decipiũt. Nam fraudulenter quidem vrgent & exaggerant naturæ corruptionem, quum tamẽ quęſtio nunc ſit de operibus renatorum quorũ corruptio per gratiam ſanata eſt, nõ autem de operibus naturæ abſque gratia. Errãtes autẽ ſeu potius grauiſſimo cum errore, renouationẽ mẽtis per Chriſtũ factam ex altera parte extenuant, cum luculenta iniuria *gratiæ Chriſti & Spiritus S. habitantis in nobis, & operantis in nobis.* Aiũt enim etiam renouatum cor per gratiã diuini ſpiritus, puram & veram iuſtitiam ſine labe peccati non exercere, propter vetuſtatis reliquias adhuc manentes: propter motus illicitos & praua deſideria quæ illa vetuſtas relicta inceſſanter excitat & ſuggerit. Atque ita Symboli Conſtantinopolitani particulam illam, *Et in Spiritum Sanctum viuificantem*, re ipſa negant, vtcunque hoc rogati proteſtantes verbo negare nõ audeant. Hæc eſt illorum in hoc fundamento peſtilens & impia ſententia.

Ierem. 31. Pſal. 50.

Epheſ. 2. Gal. 6.

Duplex proteſtãtium fraus vel error.

Impietas proteſtantum.

Rom. 8. Phili. 2.

Ad quod totum rectè intelligendum, antequam eorum argumẽta tractemus, recolenda hoc loco, & ponenda neceſſariò ſunt, quæ vel in aliis controuerſiis vel in hac præſenti huc pertinentia iam demonſtrata ſunt.

1\. Primum itáque naturam humanam etiam extra gratiam non ſic corruptam eſſe per D
Recollectio eorũ quæ antea demõſtrata hoc pertinent. pecc.orig.quin aliquam ad bonum inclinationem naturaliter ei inditam retinuerit, vtcunque validè debilitatam & attenuatam hoc loco ponimus: quia in Controuerſia de corruptione naturæ in 4.& 5.punctis explicatum & probatum eſt.
Supra lib. 2. cap. 9. Secundò ex hac inclinatione ad bonum & vſu rationis relicto, aliqua opera moraliter bona hominem poſſe facere,peccata etiam ſubinde vitare poſſe,denique nõ ſemper
2\. neceſſariò extra gratiam peccare,hoc loco ponimus,quia in eadem controuerſia ſub finem & concluſionem quinti puncti illud demonſtratum dedimus.
Ibidem. Tertiò inclinationem hominis ad bonum vtcunque attenuatam & debilitatam per
3\. peccatum originis,per Chriſti tamen gratiam & ſpeciale auxilium ita eſſe reparatam, vt poſſit homo ad omne bonũ opus libere ſe mouere, & infuſam hábitualẽ gratiam eũ ad bene operandum inclinãtẽ libere acceptare,eiq; liberrime cooperari, hoc rurſum loco ponimus, quia in controuerſia de gratia & lib. arbitrio accuratè illud confirmauimus.
Supra lib. 4. Quartò prauitatem naturæ in renatis relictam,quam concupiſcentiam ſub vno vo-
4\. cabulo,ſed varia corruptione nuncupamus, eiuſque primos motus ſeu praua deſideria quibus cõſenſus nullus datur,nullo modo eſſe veri nominis peccata in renatis per Chriſtum,vtcunque ſint mala & vitia quædam naturæ nondum plenè ſanatæ,hoc etiam lo-
Supra lib. 3. co ponimus;quia in alia controuerſia de concupiſcentia in renatis accuratè illud explicatum & comprobatum dedimus.
Quintò leuiores & obreptitios cõſenſus in iſta deſideria praua, & delectationes quo- E
5\. dammodo naturales,vel videlicet repentinas vel certè non diuturnas, peccata quidem eſſe in renatis,ſed venialia tantum,non mortalia,hoc etiam loco ponimus; partim quia
Cap. 5. & 8. Infra lib. 12. & antea illud licet obiter explicuimus in 4.& 7.propoſitionibus,partim quia modeſtiores & doctiores proteſtantes illud non negant, partim deníque quia in alia olim Controuerſia de diſcrimine peccatorum donante Deo ea de re diſputabitur.
6\. Sextò cum huiuſmodi leuioribus conſenſionibus ſeu cum peccatis venialibus cuiuſcunque generis veram Chriſtiani hominis iuſtitiam poſſe conſiſtere, nec ideo hominẽ eſſe coram Deo iniuſtum,impium,aut legis mandatorum præuaricatorem, quia peccator eſt aut ſine peccato non eſt,etiam hoc loco ponimus;quia ſuperius iſtud explicatum
cap. 3. & ſeq. & confirmatum ſatis eſt in 2.propoſit.& ſequentibus.
7\. Septimò naturam humanam vtcunque ex ſe corruptam,tamen per Chriſti gratiam & Spiritum S.ſic renouatam & inſtauratam in melius eſſe, vt Dei gratia inceſſanter adiuncta legem verè & plenè implere valeat ſuóque modo perfectè etſi omnimodam perfectionem in hac vita non aſſequatur.Hoc quoque loco ponimus; quia in tota hac po-
Supra lib. 5. cap. 2. & ſeq. ſtrema diſputatione tã de inhærente iuſtitia,quàm de perfectione iuſtitiæ noſtræ,abunde illud probatum eſt.
His ergo ſic poſitis,quibus tandem argumentis propter relicta in nobis needũ prorſus extincta praua deſideria,contaminari omnem iuſtitiam noſtram quæ ex bonis operibus eſt,immundámque reddi proteſtantes ſibi & aliis hodiè perſuadere potuerũt, diſ- F
picere oportet.Sunt autem tria ferè argumentorum capita,ad quæ omnis eorum diſputatio hac in parte referri poteſt. Primum enim quia ipſammet cõcupiſcentiã in nobis
Tria argumentorũ capita quæ à proteſtãtibus afferuntur. relictam veri nominis peccatum eſſe,& illam inceſſanter praua deſideria ſuggerere docent,aiunt propter illam nos inceſſanter peccare,omniáque opera noſtra ab illa contaminari.Secundò propter eandem naturæ noſtræ corruptionem nondum ſanatam, ſed ſanari cæptam,omnia noſtra quantumcunque bona opera ex aliqua ſemper circunſtantia vitiari,vel ex parte intentionis & finis ipſius,vel certè circa actum ipſum, idque propter cor corruptum,quod eſt fons omnis veræ obedientiæ. Tertiò aliqua ſemper peccata quantumcunque iuſtis operibus admiſceri,ex quorum admixtione perpetua,cætera opera infici quodammodo & immunda fieri neceſſe ſit.

Argumenta Proteſtantum quibus probare nitũtur ex Concupiſcentia relicta,omnes actiones noſtras contaminari,proferuntur & diſſoluuntur.

CAPVT XIX.

In primo

A IN primo capite argumentorum his potiſſimum Scripturis abutũtur, *Lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum venũdatus ſub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum illud facio. Si autem quod nolo, illud facio, conſentio legi quoniam bona eſt. Nunc autem iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.* Ex quibus verbis ſic argumentantur. Apoſtolus in perſona iuſti & renati loquẽs, ait legem quidem ſanctam, & iuſtam, & ſpiritualem eſſe, ideóque operationes à nobis exigere prorſus ſanctas & iuſtas & ſpirituales ſine vllis carnalibus deſideriis; ait quoque ſe iam per Chriſtum renatum conſentire legi quia bona eſt, hoc eſt ſe velle bonum facere, velle legem præſtare, nihilominus propter peccatum quòd habitat in carne, propter legem membrorum, propter concupiſcentiam adhuc relictam ſe cum hac voluntate & propoſito ſancto implendi legem, de facto tamen non implere, ſed facere malum quòd odit; denique illud facere quod non vult facere: ideóque mox adiunxit. *Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.* In quibus verbis iterum oſtendit ſe quidem voluntate ferri ad implẽdam legem, de facto tamen non implere legem: ídque propter peccatum habitans in carnem etiam iuſtorum. Facit ergo hoc peccatum habitans in carne noſtra, vt quandiu ſumus in carne, carnalibus deſideriis, vel certè

Rom. 7.
Chemnitius in examine, Illyricus clava, tolatanum.
Rom. 7.

B carnali infirmitate laboremus: vt quemadmodum mente quidem legi Dei, ita carne legi peccati ſeruiamus: & quemadmodum condelectamur quidem legi Dei ſecũdum interiorem hominem, ita captiuemur in lege peccati ſecundum exteriorem: ideóque ex parte quidem ſumus per opera noſtra iuſti, ex altera parte iniuſti, atque ita nullo modo verè & ſimpliciter per opera iuſti.

Ex parte iuſti & ex parte iniuſti iuxta proteſtantes.

Ad huius quoque argumenti confirmationem afferunt quod idem Paulus dicit. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, vt non quæcũque vultis illa faciatis.* Quæ cum renatis loquatur oſtendit etiam & illos non implere legem, vtcunque voluntatem implendi habeant propter carnem perpetuò repugnantem, ideóque ex aliqua parte iuſtos, ex altera iniuſtos, atque ita nullo modo verè iuſtos eſſe.

Gal. 5.

Ad hoc argumentum quod omnes Proteſtantes in ore habent, & inuictum deprædicant, præter ea quæ in Controuerſia de Concupiſcentia in renatis ex Auguſtino dicta ſunt, adhuc etiam plenius & diſtinctius ex Auguſtino reſponderi poteſt. Oſtẽdens enim ille ex propoſito ſic in hac vita nos eſſe iuſtos, vt verum ſit illud quod Iob de ſe dixit, *Nõ reprehendit me cor meum in omni vita mea*, & tamen ſine peccato nos non eſſe propter hãc carnis pugnam perpetuò reluctantem; demonſtrat vtramque veritatem: tam cõtra Pelagianum noſtram iuſtitiam ſine peccato non eſſe, quam contra Proteſtantes hodiè vtcunque ſine peccato non ſit, veram tamen & ſinceram eſſe iuſtitiam, ídque adeo mundam & ſinceram vt poſſit omnis iuſtus cum B. Iob dicere. *Non reprehendit me cor meum*: & verum quoque ſit illud quòd Ioannes dixit. *Si cor noſtrum non apprehenderit nos fiduciam habemus ad Deum*, &c. Verba igitur Auguſtini egregiè totum hunc Apoſtoli locum explicantis citabimus, paucis interdum verbis per parentheſes interiectis, ad ipſa Auguſt.

Reſponſio firma.
Supra lib. 3. cap. 5. & ſeq.
Iob. 27.
1. Ioan. 3.

C verba ſatis interdum obſcura elucidanda. Sic ergo ſcribit ſuper verba B. Iob ſuperius citata. *Tunc nos in iſta vita in qua ex fide viuimus non reprehendit cor noſtrum, ſi eadem fides in qua corde creditur ad iuſtitiam non negligit reprehendere peccatum noſtrum* (id eſt ſi praua carnis deſideria iuxta doctrinam fidei agnoſcimus, & per gratiam fidei in nobis ipſis culpamus & extinguere laboramus.) *Vnde dicit Apoſtolus. Non enim quòd volo bonum hoc facio, ſed quòd odi malum hoc ago. Bonum enim eſt non* (omnino) *concupiſcere: & hoc bonum vult iuſtus qui ex fide viuit.* (credens ſcilicet hoc bonum ſe olim aſſequuturum, vt omni prorſus concupiſcentia careat) *& tamen facit* (in carne) *quòd odit* (in corde ſeu voluntate) *quia concupiſcit* (per deſideria praua) *quamuis poſt concupiſcentias ſuas non eat* (obediendo illis:) *Quod ſi fecerit, tunc verè ipſe fecit vt cedat & conſentiat, vt deſiderio peccati obediat. Tunc enim cor eius reprehendit* (eum) *quia ipſum* (cor) *reprehendit* (eum) *non* (autem) *illud peccatum quod habitat in membris eius. Cum vero non ſinit regnare peccatum* (per conſenſum peccandi) *in ſuo mortali corpore ad obediendum deſideriis eius, nec exhibet membra ſua arma iniquitatis peccato* id eſt nõ exequitur vel lingua vel manu quod carnis deſideria ſuggerunt) *ineſt quidem peccatum* (id eſt fomes peccati) *ſed non regnat quia non obeditur deſideriis eius: & ideò dum quòd non vult agit, id eſt non vult concupiſcere, concupiſcit, conſentit legi quia bona eſt: Hoc enim vult & ipſe quod lex, quia non vult ipſe concupiſcere, & lex dicit non concupiſces. In hoc* (ergo) *quoniam vult quod & lex vult proculdubio conſen-*

Quo modo non obſtante concupiſcentia iuſti ſumus coram Deo.
Rom. 7.
Quando cor iuſti reprehendit eum.

Concupiſcere nō eſt ipſius iuſti proprium opus. Fides vita iuſti.

tit legi: Cōcupiſcit tamen quia nō eſt ſine peccato (id eſt ſine fomite) *ſed iam non ipſe* (in corde ſcilicet) *operatur illud, ſed quòd habitat in illo* (id eſt in carne eius) *peccatum. Ideò non ipſum reprehendit cor eius* (id eſt voluntas eſt innocens) *in omni vita eius, hoc eſt in fidem eius, quia iuſtus ex fide viuit; & ideò fides eius eſt vita eius* fides autem nō reproba ſed pia quæ per dilectionem operatur, vt conc. 3. ſuper Pſal. 118. ſeipſum clarè explicat Auguſt. & lib. 3. cap. 5. contra 2. epiſt. Pelag.) Scit *enim quia non habitat in carne eius bonum vbi habitat peccatum; ſed non ei conſentiendo viuit ex fide*, (non ſola aut otioſa, ſed quę orando impetrat quòd lex iubendo imperat: ideóque ſemetipſum exponens adiungit) *qua inuocat Deum vt adiuuetur pugnans contra peccatum: quod vt omninò ibi non ſit, adiacet ei velle, ſed perficere bonum non adiacet. Non, ait, bonum facere non adiacet* (*ſi enim hoc dixiſſet, nulla ſpes eſſet*, ſalutis ſcilicet, ait idē Auguſt. tract. 41. in Ioannem.) *ſed* (ait) *perficere.* (& vide quot bona faciat iuſtus manente & moleſtante concupiſcentia cui non conſentit.) *Nam* (1.) *in eo quod non conſentit bonum facit* (2.) *& in eo quod odit concupiſcentiam ſuam, bonum facit.* (3.) *& in eo quòd eleemoſynas facere non ceſſat, bonum facit:* (4.) *& in eo quòd illi qui in eum peccat ignoſcit, bonum facit.* (5.) *& in eo quòd petit ſibi dimitti peccata ſua, & veraciter dicit quod dimittat etiam ipſe debitoribus ſuis.* (6.) *& orat vt non inferatur in tentationem ſed liberetur à malo, bonum facit: ei tamen perficere bonum non adiacet, quod tunc erit quando illa concupiſcentia, quæ habitat in membris eius, nulla erit. Non ergo eum reprehendit cor eius, quando reprehendit* (ipſe) *peccatum quod habitat in membris eius, & non habet quam reprehendat infidelitatem eius.* (id eſt opus aliquod per quod fides per dilectionem operans ſeu fides pia excutitur (vt conc. 3. in Pſal. 118. ſeipſum explicat) quod eſt mortale peccatum, quòd cum charitate non conſiſtit) *Ita nec in vita ſua*, id eſt, *in fide ſua à corde ſuo reprehenditur, &* (tamen) *ſine peccato non eſſe conuincitur.* Hæc hactenus Auguſt. in lib. de Perfect. iuſtitiæ. Eodē modo hunc Pauli locum accuratè explicat ſerm. 5. de verb. Apoſt. & lib. 1. cap. 10. contr. 2. epiſt. Pelag. & li. 1. c. 27. & ſeq. de nup. & conc.

Quot bona facit iuſtus manente concupiſcentia.

Iuſtus etſi nō careat aliquo peccato tamen facit multa alia bona vnde iuſtus eſt.

Duæ ergo reſpōſiones ex hac Auguſt. diſputatione colligi poſſunt. Vna eſt hominem renatum vtcunque propter legem carnis *non perficiat bonum*, id eſt non careat omni concupiſcentia & conſequenter omni peccato, & hac in re aliud vult aliud facit, quia vult ipſam perfectionem quod eſt carere omni peccato ſed non aſſequitur illam in hac vita; tamen facit multa alia bona propter quæ implet legem. *Implet enim legem qui non ambulat ſecundum carnem.* Ad Rom. 8. id eſt qui poſt concupiſcentias ſuas non it. Nam *vt non concupiſcere perfecti eſt* (ait Auguſtinus ſerm. 5. de verb. Apoſt. aliiſq; multis in locis, vt lib. 1. cap. 10. contra 2. epiſt. Pelag. & lib. 1. cap. 27. de Nupt. & concupiſc.) *ſic poſt concupiſcentias ſuas non ire pugnantis eſt, luctantis & laborantis.* ait idem Auguſt. ſerm. 5. de verb. Apoſt. In hac autem pugna & conflictu noſtram & veram iuſtitiam conſiſtere docet idem Auguſtinus in lib. de Perfect. iuſtitiæ. contra Iulian. lib. 2. cap. 8. aliiſque in locis vt ſuprà citauimus in fine propoſit. 5. *Multum quoq; boni facit, qui hoc facit.* ait Auguſt. de Nupt. & concup. lib. 1. cap. 29. Quantuncunque ergo adſit concupiſcentiæ motus aut praua ſubinde deſideria caro ſuggerat, non tamen nullum bonum facimus, non tamen immunda ſunt omnia opera noſtra quando ei non conſentimus, vt hodiè hæretici dicūt; ſed multum bonum facimus & veram iuſtitiā exercemus, vt docet Auguſt. imò implemus legē vt docet Apoſt. ad Ro. 8. *vt iuſtificatio legis impleretur in nobis qui nō ſecundū carnē ambulamus.*

Supra cap. 6.

Non maculatur opus bonum mēte manente integra.

Rom. 7.

Alia reſponſio eſt ex eadem Auguſt. diſput. collecta, hominē iuſtū & renatū quia mēte ſeruit legi Dei, propterea verè iuſtū & ſanctū eſſe, *adeò vt cor eius nō reprehēdat eum*, vtcunq; carne ſeruiat legi peccati; neq; poſſe ex prauo carnis deſiderio iuſtū opus maculari corde & mēte manēte integra. Ipſemet enim Apoſt. hoc prauum deſideriū nō à ſe ſed *à carne ſua* proficiſci ait. Dicit enim. *Iam non ego operor illud ſed quòd habitat in me peccatū. Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum.* Et rurſum. *Si quòd nolo illud facio iam non ego operor illud ſed quod habitat in me peccatum.* Quod ergo dicit poſtea, *ego ſeruio legi peccati, & captiuantem me in lege peccati*, intelligi debet vt ipſemet prius expoſuit de carne ſua, non de ſpiritu aut mēte. Et *hunc ſenſum ſine cōtrouerſia eſſe verū* Aug. notat l. 1. c. 20. de nupt. & cōc. Eodē modo intelligi debet, *quod odi malū illud facio: & nō quod volo bonū, hoc ago.* Nēpe facit malū & non agit bonū in homine iuſto caro eius nō ipſe. Ideo Apoſt. ibidem dixit. *Quod enim operor nō intelligo*; id eſt (ait Aug. ſerm. 5. de verb. Dom.) *nō approbo, nō accepto, nō mihi placet, nō cōſentio, nō laudo. Nō enim & Chriſtus eos ignorabit quib⁹ dicturus eſt, nō noui vos.* Hęc ille.

Math. 7.

Eodē modo exponit l. 1. c. 11. cōt. 2. epiſ. Pelag. Quia ergo illud homo propriè facit quod mēte & volūtate facit; qui mente ſpiritualis eſt, qui mente ſeruit legi Dei, ille verè ſpiritualis eſt, & verè ſeruit legi Dei, vtcunq; caro & appetitus ſenſitiuus ſolus reluctetur.

Neque

A Neque obſtat hoc loco quòd Apoſtolus in perſona renati dicit. *Lex quidem ſpiritualis eſt ego autem carnalis ſum.* Hoc enim dicitur ex parte carnis, non ex parte mentis: vt accuratè exponit Auguſt. ſerm. 5. de verbis Apoſt. vbi inter cætera ait. *Quicunque carnalibus concupiſcentiis credis atque conſentis totus carnalis es tu. Si autem concupiſcis quidem. poſt concupiſcentias autem tuas non eas, mente ſpiritualis es, carne, carnalis.* Hęc ille Rurſum carnalem ſe dicit *quia nō eſt totus ſpiritualis*, vt exponit Auguſtinus lib. 1. cap. 10. contra 2. epiſt. Pelag. Vocantur ergo in Scripturis lex vel homines per legem & ſpirituales & carnales dupliciter. Lex quidem ipſa dicitur ſpiritualis, quia tota huiuſmodi eſt, omne planè peccatum prohibens & ad purè ſpiritualem perfectionem inuitans: vt apud Apoſtolum ad Rom. 7. homines vero dicuntur ſpirituales (quantum ad vitæ actiones) qui ex potiore parte in mente, ſcilicet huiuſmodi ſunt vt Gal. 6. *Si quis præoccupatus fuerit in delicto, vos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in lenitate.* Item 1. Petr. 2. *tanquam lapides viui ſuperædificamini in domos ſpirituales* Hoc etiam ſenſu. *Templum Dei.* 1. Cor. 3. & 6. 2. Corinth. 6. & *habitaculum Spiritus S.* Rom. 8. vocatur iuſtus in hac vita, non quòd totus & ex omni parte talis ſit, ſed quòd ex potiori ſua parte talis eſt, & id agit quotidie vt magis ac magis ſit, explicat hoc accuratè Auguſtinus lib. 6. cap. 5. contra Iulian. vbi inter cætera ait. *Nemo ita deſipiat, vt vnumquemque baptiſatum ideo exiſtimet iam eſſe perfectum quia templum Dei vocatur. Iam enim hoc vocatur & quum ædificatur, mortificantur membra noſtra quæ ſunt ſuper terram.* Hæc ille vera tamē ſunt quæ toties Apoſtolus dixit baptiſatos eſſe templa Dei viui & habere Spiritū ſanctum

B inhabitantem

Aliud eſt eſſe in carne carnalem, mente autem ſpiritualem, aliud verò eſſe totum carnalem.

Lex ſpiritualis eſt abſolute.

Homines ſpirituales ſunt ex potiori ſua parte.

Rurſum carnalis dicitur, qui totus huiuſmodi eſt, id eſt, qui tam animo quam carne carnalis eſt: de quo genere Apoſt. dixit ad Corinth. *Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus ſed quaſi carnalibus.* & paulò pòſt. *Cū enim ſint inter vos æmulatio & contentio nónne carnales eſtis & ſecundum hominem ambulatis?* Alio verò modo carnalis eſt ex parte carnis tātum, non autem in ſpiritu, *qui ambulat ſecundum ſpiritum, non ſecundum carnem.* De ſe ipſo tamen dicit, qui *Spiritum Dei habitantem in ſe habuit. Ego autem carnalis ſum.* & rurſum. *datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ*, &c. quia carnis deſideriis prauis non caruit, vt accurate explicat Auguſtinus in ſerm. 5. de verbis Domini

Carnalis homo dupliciter talis. 1. Cor. 3. Rom. 8. 1. cor. 7. Rom. 7. 2. cor. 12.

Non ergo impedit quo minus verè iuſti ſimus manente concupiſcentia, & verè ſpirituales vtcunque ex inferiori parte noſtra ſimus adhuc omnes carnales. *Idem enim ipſe & ſpiritualis & carnalis eſt quandiu in hac vita viuit*: ait in eodem ſerm. Auguſt. & rationem ibidem addit *quia adhuc curatur à medico Chriſto omnis iuſtus*: ſicut Apoſtolus ipſe per ſtimulum carnis ſuæ accedente medicina gratię (quam illi promiſit Chriſtus roganti vt auferretur dicens, *ſufficit tibi gratia mea*) curabatur *ne magnitudo reuelationum extolleret: vt virtus in infirmitate perficeretur*; id eſt, *ab elatione reprimeretur* vt iam antea ex Auguſt. docuimus. Hoc ideo fit quia *vulnerata natura noſtra adhuc in ſtabulo eſt perpetuo curanda* vt docet Auguſt. de Nat. & Gratia, cap. 43. *Stabulum autem viatoris eſt Eccleſia*, vt idem docet tract. 41. in Ioan. in qua per ſacramēta curamur; quia per ea gratia medicinalis magna ex parte nobis diſtribuitur. Sed hic libenter à Proteſtantibus hodiè quærerem, ſi ſeriò volunt per concupiſcentiam eiúſque deſideria praua in renatis manentia omne opus bonum contaminari, quare & fides ipſa (qua ſola iuſtificari nos volunt) non contaminatur quoque, & immunda deóque exoſa per eandem concupiſcentiam non redditur? An non fides opus

C bonum eſt (An non *opus Dei* (in nobis) *eſt, vt credamus in eum.* Ioan. 6. Nónne actus credendi opus iuſtitiæ eſt? Qui fit ergo quòd illa etiam per concupiſcentiam non contaminetur, atque ita ad iuſtificationem hominis coram Deo inutilis non reddatur? Non eſt dubium quin nec ex fide iuſtificari poſſumus manente concupiſcentia, ſi ex charitate aliiſque bonis operibus manente eadem iuſtificari non poſſumus.

Tres Proteſtantum errores ex verbis Pauli ad Rom. 7. perperam intellectis hauſti.

CAPVT XX.

SED tres ſunt hoc loco grauiſſimi hodiè proteſtantum errores, ex his
1. verbis Paulinis perperam hauſti. Primum quod ipſa concupiſcentia ſi-
ne conſenſu eſt peccatum, ideoque quia nunquam deeſt ſemper cõta-
minat bona opera. Sed nõ eſſe illud in renatis peccatum hoc loco po-
2. nimus, vt antea dictum eſt, ideoque ille error iam euerſus eſt. Secundo
aiunt Paulum hoc loco docere ſic hominem eſſe ex parte ſpiritualem
[*Non eſt homo ex parte iuſtus ex parte iniuſtus*] & ex parte carnalem, vt propterea ſit ex parte iuſtus & ſeruans legem, ex parte præuari-
cator legis. Sed hæc eorum doctrina eſt calumnia Pelagiana. Nam propter ſupradictã
Auguſtini doctrinam aiebant Pelagiani, *eum docere homines ſic renouari per baptiſmum; vt ex
parte filij Dei, & ex parte filij ſeculi, id eſt diaboli remaneant*, vt ipſemet commemorat lib. 3. ca. 3.
contra 2. epiſto. Pelag. ibidemque confutat docens *filios Dei eſſe filios ſeculi quatenus venia-
liter peccant, eſſe autem filios Dei quatenus fidem quæ per dilectionem operatur*, quæ filiorum Dei
eſt propria *non amittunt*. Idem docet in lib. 50. homiliarum homilia. 50. ca. 8. & in Enchir.
cap. 118. vbi apertiſſimè ſic ſcribit. *Quamuis ſit adhuc quod homini repugnet ex homine, nondum
tota infirmitate ſanata, ex fide tamen iuſtus viuit, iuſtéque viuit inquantum non cedit malæ concupiſ-
centiæ vincente dilectione iuſtitiæ*. Tertiò aiunt non ſolum de vna & eadem perſona, ſed de
3. [*Chemnitij ſœda doctrina in examine decret. trid.*] vno & eodem bono opere verum hoc totum eſſe, quòd ex parte carnale ex parte ſpiri-
tuale eſt. Paulum enim de vno & eodem opere atque adeo de ſingulis renatorum ope-
ribus dixiſſe. *Mente ſeruio legi Dei carne autem legi peccati*, & ſic Auguſtinum intellexiſſe. At E
contra certum eſt Apoſtolũ loqui de tota natura, & de toto curſu ſeu viciſſitudine ope-
[*Apoſtolus de toto curſu operum non de vno & eodem loquitur. Rom. 7.*] rum in vna perſona, quod videlicet modo ſeruiat ſpiritu legi Dei, modo carne legi pec-
cati. Sic infirmitatem ſeu carnalitatem hominis renati deſcribit Auguſtinus his verbis.
*Quiſque noſtrum bonum opus ſuſcipere, agere, implere, nunc ſcit, nunc neſcit; nunc delectatur, nunc non
delectatur: vt nouerit nõ ſuæ facultatis, ſed diuini muneris eſſe, vel quod ſcit vel quod delectatur*. Hæc
ille de pecc. mer. lib. 1. c. 17. Sic alibi varias illas in Scripturis *iuſtorum voces quibus modo ge-
munt peccata, modo gaudent de rectè factis*, dicit Auguſt. *Alternis vicibus à filiis Dei dici ex fide,
quandiu adhuc filij ſunt huius ſeculi ex infirmitate, vel exultando de bonis vel mœrendo de malis*. lib.
3. c. 3. contra 2. epiſt. Pelag. Sanè alternis vicibus quia modo peccant, modo non peccãt,
& vt alibi dicit ea faciunt, *quæ ſubinde venia deleantur, dum ſubinde vel ignorantia vel infirmita-
te peccatur*. De nat. & gra. cap. 35. At ſanè ſecundum proteſtantum ſententiam, non bonũ
opus nunc delectaret iuſtum, nunc non delectaret; non alterius vicibus nunc exultarent
de bonis iuſti, nunc generent mala, non denique ſubinde venia deleretur, quod ſubinde
peccatum erat; ſed ſemper iuſtum bene agere faſtidiret ex parte carnis, ſemper generet
mala, ſemper denique peccatet vel ex infirmitate vel ex ignorantia. Sed facilè credimus
Apoſtoli ſententiam & mentem melius intellexiſſe Auguſtinum Eccleſiæ probatiſſimũ
Doctorem, quam Caluinum, Chemnitiũ, aut quempiam alium ab Eccleſia reprobatũ
hæreticum. Sed & hoc ipſum illa Apoſtoli verba in argumento citata ex epiſt. ad Galla.
Caro concupiſcit &c. vt non quæcunque vultis illa faciatis, hunc eundem ſenſum luculẽter do-
cent. Non enim dicit Apoſtolus nos nulla prorſus facere quæ volumus, ſed non omnia
facere quæ volumus: hoc enim eſt. *non facere quæcunque volumus facere*. Quia videlicet in- F
Gal. 6. terdum etiam quod nolumus id facimus, ſcilicet concupiſcimus, *facere enim eſt concupiſce-
re, perficere autem concupiſcentias carnis* (quod diſertè vetat Apoſtolus ad Gal. 5.) *eſt illis conſen-
ſum præbere, decernendo facere, quod vt fiat ſuggeritur*, vt accuratè exponit Auguſtinus ſerm.
43. de verbis domini.

Argumenta Proteſtantum quibus probare conantur ex aliqua ſemper circunſtantia vitiari actiones bonas, ideóque nullam iuſtitiæ perfectionem illis ineſſe, explicantur, & refelluntur.

CAP. XXI.

In ſecundo

A IN ſecundo capite diſputationis propoſitæ, in quo propter inchoatam tantum mentis ſanitatem vitiari ſemper actiones quantumcũque bonas ex aliqua circunſtantia docent proteſtantes, illas potiſſimũ Scripturas vrgent quæ de tota hominis corruptela vel loquuntur vel loqui videntur. Proferunt igitur illud 1. Ioan. 3. *Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt*, vt videlicet quantumcunque per Spiritum renati ſimus, tamen quia adhuc carnem circũgeſtamus & habemus *circunſtans nos peccatum*, ut Apoſtolus loquitur. Heb. 12. eius opera facere non ceſſamus. *Collectio proteſtantium in chriſti gratiã impia.* Huic collectioni in Chriſti gratiam impiæ ſolidè reſpondetur ex Apoſtolo, regenerationem ſpiritus hoc in nobis efficere, vt quod ex carne natum eſt, non amplius ſit caro; id eſt non amplius faciat opera carnis; talia ſcilicet *quæ qui agunt regnum Dei non poſſidebunt*, ait enim eodem loco. *Spiritu ambulate & deſideria carnis non perficietis*, & iterum ibidem. *Si ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege*, quæ ſcilicet, *infirmatur per carnem.* Et paulò pòſt ibidem. *Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerũt cum vitiis & cõcupiſcentiis. Si viuimus ſpiritu, ſpiritu & ambulemus.* Eodẽ modo ad Rom. 8. ſcribit. *Qui in carne ſunt Deo placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis.* Nihil ergo obeſt carnalis generatio vbi interuenit ſpiritualis regeneratio. Itáque recolendum diligenter hoc loco, proteſtantes hodiè ad Pelagianorum ſententiam quam proximè accedere, dum hanc carnalem natiuitatem proferunt, vt iuſtitiæ opera in regeneratis deſtruant. Gal. 5. Rom. 8.

B Erat enim Pelagiana ſententia *naturam in melius inſtauratam per Chriſtum eſſe ipſam remiſſionem peccatorum, non autem operationem gratiæ intus renouantem*, vt patet apud Augu. de gratia Chriſti cap. 37. & in lib. de natur. & gra. cap. 34. vbi ſic ſcribit. *Medicinale Saluatoris auxilium tantum in hoc potuit, vt ignoſcat commiſſa præterita, non vt adiuuet ad futura vitanda. Hic pernicioſiſſimè fallitur*, &c. Contra eos & noſtros hodiè diligenter docet Auguſtinus. *Superuum medicum non ad hoc ſolum mala noſtra ſanare, vt illa iam amplius non ſint, ſed etiam vt de cætero rectè ambulare poſſimus*, & paulò pòſt. *Sanat Deus non ſolum vt deleat quod peccauimus, ſed vt præſtet etiam ne peccemus*, Hæc ille. De natu. & gra. cap. 26. Rurſum alibi. *Neque ſcientia diuinæ legis, neque natura neque ſola remiſſio peccatorum eſt illa gratia quæ per Chriſtum datur, ſed ipſa facit, vt lex impleatur, vt natura liberetur, ne peccatum dominetur.* Hæc ille in lib. de gratia & lib. arb. cap. 14. hunc effectum gratiæ apertiſſimis verbis Apoſtolus explicat cõtradicente hodiè non minus apertè Caluino cum ſuis. *Vetus homo noſter crucifixus eſt, vt deſtruat corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato.* Aliud enim eſt ſeruire peccato quod renatus non facit, quia factus eſt *ſeruus iuſtitiæ*, Rom. 6. aliud *ſeruire in carne legi peccati*, id eſt habere deſideria ad peccandum, quibus tamen *non ſeruit mente, ſed legi Dei*, ad Rom. 7. Eſt ergo Pelagiani erroris particula, morbum naturæ quem gratia ſanauit, vt rectè & iuſtè operemur, contra bonarum operationum iuſtitiam proferre. Eodem ergo modo & illi Scripturæ Gen. 6. & 8. quod *cogitatio cordis humani eſt intenta ad malum*, reſpondendum eſt. Non enim de renatis & ſanatis per gratiam, ſed de corrupta & ægra natura extra gratiam illa Scriptura loquitur.

Proteſtantes ad pelagianam ſententiam quam proximè accedunt. Inſtit. lib. 3. ca. 17. ſec. 3. Rom. 6. *Aliud eſt ſeruire peccato, aliud ſeruire in carne legi peccati.*

Proferunt etiam in hoc argumenti genere omnes illas Scripturas, quæ perpetuam

C purgationem mortificationem & crucifixionem ipſis iuſtis in hac vita neceſſariam docent: vt illud. *Expurgate vetus fermentum* &c. Item illud. *Omnem palmitem qui fert fructum purgabit eum pater meus, vt fructum plus afferat.* Rurſum. *Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram* &c. Ac denique. *Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentijs.* Hinc enim colligunt in omnibus quantumcunque iuſtis eſſe adhuc malum iſtud carnalitatis, vnde ſemper & mundi ſunt propter fidem, & immundi propter carnem, vnde etiam & Chriſtum dixiſſe aiunt. *Arbor mala non poteſt bonos fructus facere.* Hanc enim arborem malam aiunt eſſe concupiſcentiam ſeu carnalitatem relictam. 1. cor. 5. Ioan 15. Coloſſ. 3. Gal. 5. Matth. 7.

Sed breuiter reſpondetur non diſtinguere hodiè hæreticos deſideria & fomitẽ peccati, ſeu inclinatione ad peccandum in renatis relictas, quas per ſpiritum gratiæ vincũt, ab ipſo dominatu peccati, & ſeruitute iniquitatis in qua iacent vel nondum renati vel poſtea relapſi, & extra gratiam poſiti. Itáque illa omnia prædicta oſtendunt in iuſtis perfectum quendam eſſe quotidianum, & renouationem perpetuam de die in diem, quia non eſt tanta eorum iuſtitia, vt vel ſine peccato ſemper ſit, vel nihil illi addi queat. Sic tamen proficiunt in virtute, ſic quotidie renouãtur & expurgãtur, vt omni tamen immunditia careant, quatenus iuſtè agunt, & mente ſeruiũt legi Dei. Ideo de iuſtis pronunciat

Hæretici hodie non diſtinguunt inter praua deſideria & dominatum peccati.

Rom. 7. Apoſtolus illos amplius *non eſſe ſub lege & dominio peccati. Vos* inquit, *mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſitis Chriſti & fructificetis Deo. Quum enim eſſemus in carne paſsiones peccatorum quæ per legem erant operabantur in membris noſtris, vt fructificarent morti. Nũc autem ſoluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur, vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus non in vetuſtate literæ.* ad Rom. 7.
Rom 6. & paulo ante cap. 6. *Peccatum vobis non dominabitur: Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.* Ma-
Malũ quod mortificatur nõ contaminat quia nõ dominatur. lum ergo quod expurgatur in nobis quotidiè, mortificatur & crucifigitur non contaminat opera noſtra, quia non dominatur in operibus noſtris; ſed illuſtrat magis & clariora reddit ipſa opera noſtra: iuxta illud: *Dabit etiam cum tentatione prouentum.* Imò *beatus*
1. Cor 10. *vir qui ſuffert tentationem*, ait Iacobus. Et paulò pòſt oſtendit *vnumquemque tentari à concu-*
Iacob. 1. *piſcentia ſua, &c.* Denique Paulo *relictus eſt ſtimulus carnis, vt virtus eius in infirmitate perfice-*
2. Cor. 12. *retur.* Nõ vt ab illa infirmitate virtutes eius cõtaminarentur. Poſtremò *in hac oppugnanda concupiſcentia miles Chriſtianus glorioſa exercet certamina* (ait Auguſt. lib. 4. ca. 2. contra Iulianum) non fœda & turpia, vt aiunt proteſtantes. Auguſtino autem conſentit Hylarius qui de pugna hac concupiſcentiæ diſputans ait, *Emundamur à peccato per huius victoriæ gloriam.* Hæc ille, apud Auguſt. lib. 2. con. Iulianum. Contra aiunt proteſtantes: Contaminamur peccato per huius pugnæ ignominiam. Sic illi egregiè cum patribus concordant.

Arbor mala in ſcripturis quæ. Arbor autem mala quæ non facit fructus bonos, nec eſt natura noſtra quaſi malum quoddam eſſet à malo principio creatum, vt blaſphemabant Manichei referente Aug. in libello de hæreſibus hæreſ. 46. nec coniugium, vt volebant pelagiani apud Auguſti- E
num lib. 1. c. 3. cõtra Iulianum; Neque malus miniſter ſacramenti, vt Donatiſtæ volebãt apud Auguſt. lib. 3. ca. 44. contra petil. nec eſt ipſa caro aut vetuſtas corruptæ naturæ relicta, vt hodiè docent hæretici, manichæis hac in parte valdè affines; ſed eſt ipſa hominis voluntas: de qua alio in loco Chriſtus ait, *aut facite arborem bonam, & fructum eius bonũ*
Proteſtãtes manichæis valdè affines. *&c.* quod eo ſenſu dicitur, quo apud Ezechielem dixit Deus. *Facitè vobis cor nouum.* Itaq;
Matth. 12. renatus in Chriſto eſt arbor bona, quia bonæ voluntatis eſt, (*Gratia enim ſanat voluntatem vt ſanata voluntas impleat legem*, ait Auguſtinus de ſpiritu & lit. c. 9.) ideóque & fructus bonos profert, de quibus Apoſtolus dixit. *fructus Spiritus* (habent autẽ renati ſpiritum Dei)
Ezech. 18. *eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, &c.* ad contrà in quo nõ eſt ſpiritus Chriſti, ille eſt arbor mala & neceſſariò facit fruct⁹ malos. Sed quod Apoſtolus renatis dixit. *Fuiſtis tenebræ, nunc autem lux in domino; vt filij lucis ambulate*; ad idem eſt quod Chriſtus di-
Galat 5. xit, *arbor mala non poteſt bonos fructus facere, neque bona malos*, Vt exponit Auguſtinus contra Adimantum ca. 26. Idem quoque eſt quod Ioan. dixit. *Omnis qui natus eſt ex Deo, non pec-*
Ephes 5. *cat. Nam ſemen Dei* (quod eſt gratia) *manet in eo.* Cui ſimile eſt quod Chriſtus dicit. *Arbor*
Math. 7. *bona non poteſt facere fructus malos.* Mat. 7. Quia ſanè ex voluntate ſanata, id eſt ex radice
1. Ioan 3. charitatis diffuſæ in cordibus noſtris, non poteſt niſi bonum opus proficiſci: ſicuti ex voluntate impia & radice cupiditatis non poteſt niſi malus peccati fructus oriri.

Sed in vtriuſque huius radicis conſideratione duo hinc inde extrema, diligenter ca-
Duæ extremæ hæreſes, duas radices, charitatis & cupiditatem. uenda ſunt. Nam propter radicem charitatis in qua radicantur omnes qui per Chriſtũ iuſtificantur accepto Spiritu S. & propter ſemen Dei quod manet in renatis, hæreſis Iouiniani erat, hominem verè baptiſatum peccare amplius non poſſe, quia baptiſmi gratia F
ſemel accepta amitti non poterat, vt videre eſt toto lib. 2. contra Iouinianum. E contra Manichæi propter radicem cupiditatis, quæ eſt carnalitas relicta, radicem peccati ma-
Matth. 7 & 12. lam quandam in nobis quoque ſubſtantiam ponentes, eam nec in hac vita ſanari, nec etiam in altera ſanandam, ſed per ſeparationem carnis à ſpiritu conſumendam docuerunt. Vt declarat Auguſtinus in libello de hæreſ. hære. 46. In vtróque autem hoc extremo vtráque hæreſis ſcripturã illam de arbore bona & mala proferebat. Ad manichæorum autem blaſphemias quam proximè accedunt hodiè proteſtantes, qui ſic diſputant renatos ſecundum carnem eſſe arbores malas, vt omnia illorum bona opera caro ſemper contaminet; quia nũquam ſic in hac vita ſanatur per gratiam, vt poſſit ſpiritus renatorũ actiones verè ſpirituales & à labe peccati puras producere. Scribit enim Caluinus etiam ipſa bona opera filiorum Dei quibus Deus rependit quæ in lege promiſit [*probrũ*
Supra lib. 3. cap. 12. *magis quã laudem mereri, & ita eſſe omnia inquinata, vt peccatis magis quàm virtutibus accenſenda ſint.* Inſtit. lib. 3. cap. 17. ſect. 3. At verò fides Catholica inter vtrumque extremũ illud medium tenet, vt doceat, neque propter carnis corruptionem & cupiditatis radicem, omnia opera etiam non renatorum (multo minus renatorum) eſſe peccata, aut ſemper à tali radice omnia eorum opera promanare, vt in alia controuerſia de pecca. orig. effectibus

demon-

A demonſtratum eſt. Neque propter radicẽ charitatis omnia tenati opera ſemper eſſe bo-
na aut ex tali radice ſemper promanare: ſed tum homines extra gratiam interdum non
peccare & opera moraliter bona facere, tum baptiſatos fideles manente charitate, in-
terdum tamen ſubinde & alternis vicibus peccare: nõ quatenus ex charitatis radicè bo-
num operantur, ſed quatenus ex carnis infirmitate à bono deflectunt. Nempe arbor bo- *Arbor bona voluntas bona.*
na vel mala *eſt voluntas bona vel mala*, vt accuratè docet Auguſtinus contra Iulianum lib.
1. cap. 3. & lib. 4. cap. 3. & de gratia Chriſti c. 18. quæ quamdiu huiuſmodi eſt, & quatenus
huiuſmodi operatur, non niſi bonos fructus facit ſi bona eſt, & non niſi malos ſi mala.
In illo tamen qui eſt bonæ voluntatis, & mente ſeruit legi Dei, caro ipſa concupiſcit, &
concupiſcendo malum facit. Sed huic malo bona voluntas non conſentit: atque ita ſi-
ne vlla mala circunſtantia bonum facit; *etſi perficere bonum non inueniat*. Rom. 7.

Non contaminari iuſtitiam noſtram propter peccata venialia admixta contra Proteſtantes oſtenditur.

CAP. XXII.

IN tertio & poſtremò capite diſputationis propoſitæ, in quo propter
admixta peccata venialia omnem noſtram contaminari iuſtitiam do-
cent hodiè proteſtantes, vrgent potiſſimum illa Eſaiæ verba. *Facti ſu-*
B *mus, vt immundi omnes nos & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ no-* Eſai. 64.
ſtræ. Quum enim in his verbis & ſeipſum ſanctus propheta complecta-
tur, ſeſe quoq; immundum eſſe aſſerens, & preterea non quædam, ſed
omnia opera iuſta. imò ipſas iuſtitias noſtras vniuerſas, immundas
& contaminatas pronunciet, maculis videlicet multorum peccatorum, non ſecus
quã pannum menſtruatæ, docere videtur omnia quantumcunque bona iuſtorum ope-
ra propter admixta venialia peccata variáſque imperfectiones eſſe ſemper immunda,
ideóque in iudicio Dei pro vera iuſtitia conſiſtere non poſſe. Huic ſanè Prophetæ teſti-
monio variè admodum Catholici hodiè ſcriptores reſponderunt. Sed multiplici illa va
rietate prætermiſſa, hæc nobis maximè ſolida & vera reſponſio iuxta prophetæ mẽtem
eſſe videtur. Nempe dixit hæc verba Eſaias propter ſcelera & delicta quæ tunc in popu
lo iudaico ſub impio Achar & Manaſſe inundabant. Nam idcirco & in verbis proximè
præcedentibus dixit: *ecce tu iratus es & peccauimus: in ipſis* (ſcilicet peccatis) *fuimus ſemper* *Quomodo dixit Eſaias omnes iuſtitias noſtras quaſi pannus menſtruatæ.*
& ſaluabimur, & in verbis proximè ſubſequentibus etiam dixit: *& cecidimus quaſi folium*
vniuerſi & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. Non eſt qui inuocet nomen tuum, qui cõ-
ſurgat & teneat te Hæc Eſaias. Ille ergo populus ſic illo tempore cultui idololatrico aliiſq; Eſai. 64.
flagitiis ita deditus, vt non inuocaret amplius verum Deum, non in ſuis operibus à qui-
bus tum longiſſimè aberat, immundus erat; ſed vniuerſas iuſtitias præteriti tẽporis (quo
ſic purè Deum coluerat, vt diceret illi per propetam Deus, *perfectus es in decore meo.*) Se-
quentibus ſceleribus contaminauerat, vt iam illæ tanquã pannus menſtruatæ factæ fue-
rint. Hoc aliis verbis idem propheta Eſaias antea dixerat. *Argẽtum tuum verſum eſt in ſco-* Ezech. 15.
C *riam vinum tuum miſtum eſt aqua.* Quod paulò antè apertiſſimè dixit. *Quo modo facta es me-* Eſai. 1.
retrix ciuitas fidelis plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Tali ergo ſenſu pro-
pter frequentia flagitia, factæ ſunt illius populi præcedentes omnes iuſtitiæ tanquã pan-
nus menſtruatę. Hic literalis eſt, & genuinus huius loci ſenſus, qui ſolus ad dogmatis cõ-
firmationẽ validè afferri poteſt. Nihil autẽ hæc verba vel de ipſorũ Iudæorũ vel de Chri
ſtianorũ bonis operibus per Chriſti gratiam factis loquuntur. Loquitur autem prophe-
ta in prima perſona cõcionatorum more, qui ſic populi vitia redarguũt, vt ſeipſos quo-
que complectantur, vtcunque ſint à vulgaribus illis, flagitiis immunes.

Iã verò quod ad rẽ ipſam & propoſitionẽ præſentẽ attinet, peccata venialia admixta
operibus bonis iuſtorum nec ipſa bona opera in ſe, nec vniuerſam quæ ex bonis operib᷒
accreſcit iuſtitiã contaminãt. Nõ ipſa opera in ſe, quia vnũ peccatũ quod fortè inter be-
ne operandũ cõmittitur, puta leui aliqua vel mẽtis euagatio, vel cõplacentia vana, illud
bonũ opus inficere aut maculare nõ poteſt, niſi quãdo ex intentione eiuſdẽ peccati tale
op᷒ bonũ fieret: puta ſi propter vanã gloriã oraret, aut propter homicidiũ aut latrociniũ
intentum hoſpitem in via deduceret. Tunc enim illa oratio & illa deductio hoſpitis ab
intentione illa ſcelerata prorſus contaminarentur: id eſt verterentur in peccata, iuxta il-

Pſal.108.

Quando opus bonum inficitur ab extrinſeco.

lud, *oratio eius fiat in peccatum*. Tunc enim inficitur bonũ opus ab aliquo extrinſeco quando ex bono malum fit: vt quando opus in ſubſtantia actus bonum ex obiecto aut fine malo vitiatur, non quãdo minus bonum fit. Hoc enim eſt minuere & imperfectius reddere, non contaminare & immundum efficere. Adeo vero peccatum veniale non inficit opus charitatis, vt nec ex ipſo originali peccato (de quo verè poſt Chryſo. in Commen. ad Rom. 5. ſcripſit Auguſtinus lib. 1. contra Iulianum, quod *omnia in homine contaminauit*,) omnia tamen & quæcunque opera ſic ante baptiſmum contaminẽtur, vt verè ſint peccata, quæcunq; moraliter bene fiunt: vt in alia controuerſia iam demonſtratum eſt: multo minus illo peccato iam deleto, eiuſque relicto corruptionis *reatu prorſus abſumpto*, (vt loquitur Aug. lib. 1. c. 13. contra. 2. epi. Pelag.) ex aliis leuioribus peccatis ad quæ nulla bona operis intentio reſpexit, renatorum bona opera cõtaminari poterunt. D

Iam verò totum iuſtitiæ curſum quaſique corpus leuiora peccata cõtaminare, nõ poſſunt, partim quia cum leuioribus peccatis vera iuſtitia cõſiſtit, etiã ex ipſa regula virtutũ, quia veniale peccatũ non tollit habitum charitatis, ſed tantũ impedit eius vſum, partim quia per Chriſti gratiam ignoſcentem delentur ſic leuiora peccata iuſtorũ, vt nulla corũ macula etiam in diſtricto Dei iudicio bona iuſtorũ opera contaminet, vt eſt ſuperius ex Auguſt. demonſtratum: quibus adde eius verba in qq. ad dulcitiũ q. 8. Tom. 4. vbi oſtendit quomodo Dauid fuerit *vir ſecundum cor Dei ablatu & nõ imputatu omnibus peccatis eius*.

Act.13.

Si bona opera Contaminãtur per venialia peccata, fides quoq; per eadem contaminabitur.

Poſtremò hic ſemel iterũ à Proteſtantibus quęrere debeo: ſi per venialia peccata quibus iuſti non carent, contaminatur reliqua iuſtitia, quare per eadem fidei quoq; iuſtitia & ipſa fides non cõtaminantur? Si nulla eſt operum iuſtitia propter venialia peccata, nec vlla erit iuſtitia fidei. Fides enim opus, actus, & operatio eſt intellectus pariter ac voluntatis, qua credimus Deo vel in Deum. Eſt illud opus, quod operari Iudæos docuit Chriſtus, quum ab eo quærerent. *Quid faciemus vt operemur opera Dei*. Reſpondit enim: hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille. Ioan. 6. Si reſpondent proteſtantes iuſtitiã fidei diſtingui ab operibus legis apud Paulum, replicamus (quod ſatis luculenter eſt in ſuperioribus demõſtratum) charitatem quoq; & vniuerſa opera gratiæ, opera facta in fide Chriſti, opera quæ Deus operatur in nobis, diſtingui ab operibus legis nõ ſecus quã fidẽ. Fides ergo quum ſit opus noſtrum quod nos operamur credẽdo, vtcunq; ſit etiam Dei opus in nobis, quia reuelante & excitante nos Deo, imò & dono ac facultate captiuãdi intellectum in obſequium Chriſti, id eſt credendi in eum, nobis impartito credimus, & illa quoq; per venialia peccata credentiũ contaminabitur, & ad iuſtificationem inutilis fiet, ſi charitas aliáq; opera gratiæ Dei in nobis per huiuſmodi peccata contaminãtur, & ad negotium iuſtificationis noſtræ coram Deo inutilia reddantur. Hunc mihi nodũ ſoluere & ſcrupulum eximere proteſtantes, vehementer cupio, ſi poſſunt. His ergo ita explicatis, manet firma Catholica doctrina de perfectione iuſtitiæ noſtræ corã Deo, iuxta ſtatum præſentis vitæ, non obſtantibus vel perfectionis mandatis, vel prætenſa ab aduerſariis operum noſtrorum inchoatione & immunditia. E

Iuſtificationis noſtræ cauſa & partes omnes.

Nunc igitur vt quæ in vtróq; hoc libro & in prolegomenis prioris libri, pro Catholicæ ſententiæ confirmatione, circa iuſtificationis noſtræ modum diſputauimus, breuiter recolligamus, totum iuſtificationis negotium iuxta omnes eius cauſas & partes breui Epilogo ante oculos ſtudioſi lectoris proponemus. Primum itáque vitia carnis ſeu veteri hominis debellata, ſunt iuſtitiæ materia circa quã illa exercetur & verſatur. Vitiata enim hominis natura (quam propterea in primis 4. libris tractauimus) ſubiectum eſt iuſtitiæ proprium; quatenus per illam natura reparatur, & tam Deo quam ſibi quodammodo reſtituitur: quãquam vt naturę humanæ præcipua pars adeóque ipſa forma eſt anima rationalis, ſic pars ſubiectiua iuſtitiæ propriiſſimè loquendo eſt ipſa anima. Peccata condonata (ſi leuia) expiata (ſi grauia ſunt) iuſtitiæ pars ſunt: non ſanè eam conſtituẽs, vt materia & forma cõpoſitum, ſed ad eam neceſſariò præſuppoſita, ideóque ex parte grauiũ peccatorum quæ impium hominem conſtituunt, principium iuſtitiæ, vt priuatio & corruptio eſt via ad nouam formam & generationis ſeu alterationis cuiuſque terminum. F

Rom 5.
eT.mo.1.
Rom 12.

Ipſius verò iuſtitiæ noſtræ in hac vita materia ex qua, vt parte cõſtituente, ſed adhuc cõfuſa & informi, eſt ipſa fides, ſpes, pœnitentia, aliæque virtutes nondum charitate formatæ. Forma verò & perfectio ac complementum tam reliquarum omnium virtutum & actionum quã iuſtitiæ noſtræ ex qua verè & formaliter iuſti ſumus coram Deo, eſt ipſa *Charitas Dei diffuſa in cordibus noſtris, vt ſit finis præcepti & plenitudo legis*, id eſt, vt per

illam

A illam impleatur lex totáque voluntas Dei, qua impleta iuſti ſumus coram Deo, & in iu- Rom. 8.
ſtitia creſcimus ambulantes in præceptis eius & ſecundum Spiritum non ſecũdum car- Gal. 4.
nem. Sic enim *iuſtificatio legis impletur in nobis.* Sic *Spiritu facta carnis mortificantes viuimus,* Rom. 5.
Deo ſcilicet vita gratiæ & iuſtitiæ; quam per Chriſtum etiam *abundanter accepimus, in vita* Galat. 5.
regnantes per ipſum. Sola ergo Charitas dat eſſe completũ iuſtificationi noſtræ ſicuti om- 1. Time. 1.
nis forma rei cuius eſt forma: quia per illam fides ac reliquæ virtutes ad ſalutem *in Chri-*
ſto valent, q̃uatenus *per illam operantur,* & perficiũtur, iuxta illud Apoſtoli. *Finis præcepti charitas.* Rom. 5.
Cauſa autem efficiens totius iuſtificationis noſtræ tam in progreſſu quam in princi- Rom. 3.
pio eius, eſt Deus per Chriſtum operante Spiritu Sancto. Vt enim tum ad remiſſionem Ioan. 1.
peccatorum tum ad nouos virtutum habitus infundendos Spiritus S. nobis daretur (ſi- Ephes. 1.
cuti enim *Charitas* ſic fides aliæque virtutes *diffuſæ ſunt in cordibus noſtris per Spiritum S. qui* Coloſſ. 1.
datus eſt nobis) partim mors & paſſio Christi (*hunc enim propoſuit Deus propitiatorem per fidem* Ephes. 4.
in ſanguine eius) meruerunt partim ipſa eius participata gratia quã *ex plenitudine capitis* om- 2. cor. 3.
nia eius membra deriuatam accipiunt effecit, facítque in dies. Sic enim placuit *in Chriſto*
omnia reſtaurari, vt in illo repleti omni ſpirituali benedictione, agnoſcãt omnes, quia ipſe eſt, *Ca-*
put ſuper omnem Eccleſiam, ipſe Saluator corporis ſui, ipſe denique noſtra *iuſtitia, ſanctificatio, re-*
demptio. Quod totum in ſequenti libro copioſius explicabitur. Hic ergo ſit huius diſputa-
tionis terminus, vt Catholica ſententia per omnes ſuas partes hactenus explicata, hære-
ticorum paradoxa de imputatiua iuſtitia, de ſola fide iuſtificante, ac de certitudine gra-
B tiæ aliunde initio ſumpto, fauente Deo ſubuertamus.

Libri ſexti finis.

 D

DE IMPVTATIVA IVSTITIA.

LIBER SEPTIMVS.

Proteſtantum ſententia de Iuſtitia imputatiua explicatur; & variæ hæreſes quæ illa poſita conſequuntur vel propter illam defenduntur, commemorantur.

CAPVT I.

E

HÆRETICORVM huius temporis proprius & grauiſſimus error eſt, hominis Chriſtiani iuſtitiam qua apud Deum ad vitã æternam acceptus eſt, eſſe ſolam ipſius Chriſti perfectiſſimã iuſtitiam & obediẽtiam homini chriſtiano à Deo imputatam & per huiuſmodi imputationem cuilibet credenti propriam factam. Adeò ſanè vt excellentiſſima illa & perfectiſſima Chriſti iuſtitia à Deo Patrem iſericordiarum nobis per fidem illam apprehendentibus imputata & gratuitò cõmunicata, ſit ſola noſtra formalis iuſtitia per quam ſumus iuſti coram Deo: ídque perinde iuſti ac ſi illam ipſam Chriſti iuſtitiam ſinguli noſtrum operati fuiſſemus. Obedientiam ſcilicet Chriſti, pænas quas ſuſtinuit, opera ſanctiſſima quæ fecit, aiunt perinde eſſe noſtra, quando per fidem ſeu fiduciam ea apprehẽdimus, & in promiſſiones Chriſti certiſſima fide iucumbimus, ac ſi illam obedientiam & bona opera ipſimet ad iuſtitiam aſſequendam feciſſemus, vel pænas ad peccatorum ſatisfactionem ſuſtinuiſſemus. Hæc eſt Proteſtãtum hodiè de Imputata nobis Chriſti iuſtitia ſententia. Quam ſententiam quia hodiè Eccleſia Catholica per Concilij Tridentini Patres ſeſſ. 6. can. 10. & 11. anathemate iugulauit, incredibiliter vociferantur Proteſtantes, nos efficaciæ mortis Chriſti & iuſtitiæ eius impiè detrahere, & *Authorem ac cauſam ſalutis noſtræ Chriſtum* (vt Apoſtolus ad Heb. 1. 2. & 5. loquitur) cum Iudæis & gentibus incredulis ſcelerate reſpuere, & noſtras quaſdam qualitates eius loco ſupponere vt iuſtificemur. F

Variæ hæreſes ex imputatiua iuſtitia enatæ.

Operæpretium itaque erit antequam eius tractationem aggredimur varias & nefandas hæreſes, quæ ex hoc vno plauſibili & nouo dogmate enatæ ſunt, breuiter commemorare. Primum ex hac imputatiua iuſtitia inferunt nullam propterea eſſe in nobis verè inhærentem iuſtitiam nulla opera verè bona; nullam internam renouationem integram & ſinceram, vnde iuſti, grati vel accepti ſumus coram Deo, ſed omnia opera noſtra, quibus etiam rependit Deus quæ iuſtitiæ & ſanctitatis cultoribus in lege ſua promiſit, probrum magis quam laudem perpetuò mereri, & peccatis magis quàm virtutibus accenſenda eſſe; (quæ ſunt Caluini verba Inſt. lib. 3. cap. 17. ſect. 3.) ideóque horũ omnium loco Chriſti iuſtitiam nobis donari qua ſola nobis imputata iuſti ſimus. Secundò ſanctificationem ſeu renouationem in nobis Dei ſpiritu operante inchoatam, nullam eſſe iuſtificationis noſtræ partem, etſi inſeparabiliter eum ea coniunctam, quia tota imperfecta eſt, & in iudicio Dei conſiſtere nequit; ideóque res eſt à vera iuſtitia toto genere diſtincta, ſicuti calor ſolis à ſplendore eiuſdem. Sic docet Cal. Inſt. lib. 3. cap. 11. ſect. 6. & 11. Tertiò ſanctitatem illam quam Deus Spiritu ſuo in nobis operatur, non per ſe & immediatè, Deum in nobis operari, ſed per Chriſtum; eo ſanè *ſenſu* quòd abundantia

1.

2.

3.

eius

A eius (in quo omnis plenitudo diuini ſpiritus habitauit) inopiæ noſtræ qui membra eius
ſumus ſubueniat: vt ſolius Chriſti iuſtitia ſit noſtra, nulla autem in nobis. Sic enim rem
explicat Caluinus Inſtit.lib.3.cap.11. ſect. 12. ac denique ſanctificationem noſtram non
eſſe aliam quàm quæ in Chriſto erat propria, nobiſque imputatur, vt idem docet Calui-
nus lib.eodem cap.16. ſect.1. Atque hæ ſanè hæreticæ ſententiæ gratiæ Chriſti quam
Apoſtolus commendat, gratiæ noui Teſtamenti, adeóque ipſi Chriſto apertiſſimè de-
trahunt, vt in ſuperiori diſputatione copioſè ex Scripturis oſtenſum eſt. Quartò homi- 4.
nem ex ſeipſo inobedientem, & omni vera ac ſolida virtute vacuum, imò peccatis vn-
dique obſeptum, tamen per obediente & omnibus virtutibus pleniſſimè ornato apud
Deum haberi, Chriſti iuſtitia donatum: quia auerſo ab operibus intuitu ſola fide inter-
cedente citra operum ſubſidium Deus fideles ſuos in Chriſto ſibi reconciliat, ait Calui-
nus Inſtit.lib.3.cap.17.ſect.3. Quintò omnes per Chriſtum iuſtificatos æqualiter eſſe iu- 5.
ſtos, & omnes Chriſtianos æquè eſſe ſanctos ac fuit B. virgo; vt aſſeruit Lutherus in ſer-
mone de Natiuit. B.Mariæ; & addit Flaccus Illyricus in defenſione confeſſ. Miniſtrorũ
Martiniſtarum contra Tiletanum, *ſummam eſſe blaſphemiam negare perinde fuiſſe iuſtos mulie-*
rem peccatricem & latronem quibus Chriſtus in Euangelio peccata condonauit, quam erant Ioannes
Baptiſta vel Euangeliſta: quia vtriſque æqualiter ſuam pleniſſimam iuſtitiam Chriſtus imputauit.
Sexto nullam pro peccatis ſatisfactionem eſſe neceſſariam, quia omnem & culpam & 6.
pœnam Chriſti iuſtitia pleniſſimè redemit & perſoluit. Septimò certitudinem gratię ſeu 7.
ſalutis prorſus indubitatam etiam ex hac imputatiua iuſtitia colligunt, quia tota certi-
B tudo pendet ex promiſſione Chriſti, ſuam iuſtitiam nobis imputantis & appropriantis.
Octauò ex hac imputata nobis Chriſti iuſtitia occaſionem accepit Oſiandrina hæreſis 8.
docendi, nos ipſa eſſentiali Dei iuſtitia nobis communicata & donata iuſtos fieri: quia *Oſiandrina hæreſis in ſchola Lutherana enata.*
quùm in ſchola Lutherana didiciſſet, Chriſtum eſſe noſtram iuſtitiam, Chriſtus autem
ſit & Deus & homo, concluſit ille reſpectu diuinæ naturæ non humanæ, factum eſſe no-
bis Chriſtum iuſtitiam & ſanctificationẽ. Poſtremò vt imputatam non inhærẽtem ſan-
ctitatem in iuſtificatis hæc ſententia ponit, ita quoque imputatam non veram peccato- 9.
rum remiſſionem docet: idque adeò vt nulla ſacramenta vel remiſſionem peccatorum
verè efficiant, vel gratiam aliquam aliam cõferant, ſed propter merita & virtutes Chri-
ſti nobis imputatas manentia delicta non imputentur: (vt de concupiſcẽtia apertiſſimè
docent. & ſacramenta tanquam ſigna tantum ac pignora huius imputationis à fideli-
bus ſuſcipiantur: teſtificantur & obſignant. Hæ omnes abſurdiſſimæ & hæreticæ ſen-
tentiæ propter hanc imputatiuam Chriſti iuſtitiam partim ſua ſponte conſequuntur,
partim ab hæreticis hodiè aſſeruntur, vt hac vna hæreſi confutata cæteræ illæ omnes
concidant neceſſe ſit.

Sed vt Chriſti Domini ac Saluatoris noſtri excellentiſſima iuſtitia quatenus nobis re- *Diſtributio præſentis libri.*
uera applicatur, communicatur, & aliquo etiam ſenſu imputatur, quatenus verò non
imputatur, rectè intelligatur, primum de ipſa Chriſti iuſtitia per aliquas propoſitiones 1.
quid orthodoxè ſentiendum ſit, breuiter diſſeremus. Secũdo loco hanc commẽtitiam 2.
C imputationem ab hæreticis hodiè aſſertam, idoneis argumentis confutabimus. Tertio
ac poſtremo loco hæreticorum argumenta quibus illam confirmare nituntur euerte-
mus. His finibus tota hæc præſens controuerſia terminabitur.

Chriſti iuſtitia quotuplex, & quanta qualiſque in ſeipſa fuerit, ſeu reſpectu perſonæ Chriſti, dilucidè explicatur.

CAPVT II.

P*Rima propoſitio*. Iuſtitia Chriſti dupliciter conſiderari poteſt: vel vt habitualis, qua eius ſanctiſsima anima a primo inſtanti ſuæ conceptionis iuſtificata eſt, plenitudine gratiæ ſtatim donata; vel vt actualis, quam videlicet in tota hac vita mortali operatus eſt, quæque fuit alterius effectus. Vtróque autem modo Chriſtus eſt iuſtitia & ſanctificatio noſtra, quanquam diuerſimode vt poſtea explicabitur. Prior autem illa iuſtitia in Chriſto non creuit, nec creſcere potuit: nec ex parte ipſius gratiæ (quia ab initio fuit plenus *Chriſti iuſtitia habitualis non creuit.*

adeóq; vnigenitus à Patre, id eſt, vnita fuit eius anima Deo in perſona, nulla autem maior eſſe poteſt animæ iuſtificatio quam vnio cum Deo qualis eſt perſonalis perfectiſſima) nec etiam ex parte ſubiecti quia etiam fuit verus comprehenſor, & ad terminũ gratiæ peruenerat, fruens viſione diuina propter hypoſtaticam vnionem. Quæ omnia D. Thom. 3. par. quæſt. 7. artic. 12. in corp. docet. Poſterior autem iuſtitia creuit iuxta illud Lucæ. *Ieſus autem proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.* D

Luc. 2.

Chriſti iuſtitia nõ fuit ipſa Dei iuſtitia.

Secunda propoſitio. Neutra hæc Chriſti iuſtitia eſt ipſa Dei iuſtitia qua Deus iuſtus eſt, ſed participatio eius & creata iuſtitia. Patet, quia quum omnis Chriſti iuſtitia correſpódeat gratię tãquam effectus ſuæ cauſæ, gratiam autem Chriſtus vt homo habuerit creatam & participatam, (fuit enim in eius anima tanquam in ſubiecto, nec illud excedere potuit, vt docet D. Thom. 3. p. q. 7. ar. 11. in corp.) neceſſe eſt vt iuſtitiam quoque habuerit creatam. Præterea ſecundum naturam creatã Chriſtus non eſt ſua iuſtitia: hoc enim Deo proprium eſt; participata igitur & creata fuit. Poſtremò vt duas naturas, ita duas voluntates & operationes in Chriſto fateri ex fide neceſſe eſt. Iuſtitia ergo ſiue quam habitualiter accepit, ſiue quam vt homo operatus eſt, ſcilicet obedientia, paſſio, mors ipſa, humanæ naturæ iuſtitia erat ideóque creata & participata. Nam vt quantum ad habitualem attinet, plenitudo gratiæ ei attribuitur ſecundum capacitatem creaturæ nó autem per comparationem ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ (vt docet S. Thom. 3. par. quæſt. 7. artic. 9. ad 3.) ſic & actualis iuſtitia creatæ iuſtitiæ modum excedere non potuit. Valet autem hæc propoſitio tum contra Oſiandri inſaniam qui Chriſtum iuxta diuinam naturam factum eſſe nobis iuſtitiam delirauit, tum etiam *vt intelligamus* quoties in Scripturis legimus iuſtitiam Dei, qua ſanè ipſemet iuſtus eſt, vt illud ad Rom. *Iuſtitia Dei in eo reuelatur ex fide in fidem;* Et iterum. *Si iniquitas noſtra Iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus?* Diſtinguendam illam eſſe à iuſtitia Chriſti qua Chriſtus vt homo iuſtus fuit, vel quam vt homo pro noſtra ſalute operatus eſt. Hoc enim ad efficientem noſtræ iuſtificationis cauſam rectius intelligendam plurimum faciet, vt poſtea apparebit. Dei enim æterna iuſtitia eſt fons omnis iuſtitiæ & gratiæ. Chriſti iuſtitia eſt participata; ſed reſpectu noſtri fontana, adeóque efficiens per modum inſtrumenti non authoritatiuè. E

Rom. 1. & 3.

Tertia propoſitio. Chriſti iuſtitia habitualis etſi creata, fuit tamen pleniſſima & omnibus modis excellentiſſima. Quia ſcilicet habuit gratiam non quidem infinitam vt Deus, ſed tum in maxima excellentia qua potuit haberi à ſubiecto creato, quantum ad eſſentiam gratiæ, tum etiam in maxima extenſione ad omnes gratiæ effectus quoad virtutem gratiæ vt docet S. Thom. 3. par. quæſt. 7. art. 10. Et vtroque modo non ſolum omnes homines, ſed & Angelos omnes lõgiſſimè excellit: homines ſanè quia quoad eſſentiam gratiæ *vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti.* ad Epheſ. 4. Chriſto autem *non ad menſuram dat Deus Spiritum.* quo ad virtutem autem gratiæ, quia hominibus datur gratia *vnicuique iuxta vocationem* & functionem ſuam: *non enim omnes Prophetæ, non omnes doctores,* &c. Chriſto autem data eſt gratia tanquam vniuerſali principio in genere habentium gratiam; & vnde ad omnes transfunderetur vt docet S. Thom. 3. par. quæſt 7. ar. 9. de qua re mox plura. Vnde illud Ioan. 1. *de plenitudine eius accepimus omnes.* Et iterum. *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam.* ad Epeſ. 1. ſcilicet vt principium gratiæ in totum corpus quòd eſt Eccleſia diffundendæ. *Quia per hunc habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus.* Tali autem vniuerſali principio omnis gratiæ, debuit omnis habitualis gratia communicari. Angelos omnes tum eadem ratione excellit, quia principia vniuerſalis gratiæ Angeli non ſunt, tum etiam propter hypoſtaticam vnionem ipſius animæ cum diuina perſona. Hanc enim vnionem tanquam præſentiam Solis lumen gratiæ ſplendidiſſimum neceſſariò conſequebatur. 3. par. quæſt. 7. artic. 13. F

Chriſti iuſtitia fuit omnimodo excellentiſſima & ſuprema.
Ioan 3.
1. Cor 12.
Chriſtus principium vniuerſale omnis gratiæ.
Rom. 5.

Quarta propoſitio. Chriſti iuſtitia actualis ſeu operationes Chriſti ſanctiſſimæ habent quoque in ſe virtutem gratię perfectiſſimam, quo ad omnes effectus gratiæ. Ratio quoque huius eſt, vnio hypoſtatica cum Deo operantis animæ Chriſti. Hinc enim factum eſt vt humana opera diuinè exequeretur. Quum enim actus ſint ſuppoſitorum, quæcunque Chriſtus pro nobis operatus vel paſſus eſt, vt perſona Dei & hominis operatus eſt, & paſſus; ideóque infinitam & inexhauſtam virtutem habebant eius opera & paſſiones. Et hoc ſenſu Apoſtolus dixit. *Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus*: quia videlicet

1. Cor. 1.

A cet ipſa infirmitas Chriſti, quæ maximè elucet in paſſionibus humanis, inquantum eſt Dei, & perſonæ diuinæ, habet virtutem inexhauſtam, & quæ omnem humanam longiſſimè excedit.

Quomodo Chriſti Iuſtitia eſt principium, & fons omnis iuſtitiæ noſtræ, ideóque omnes in Chriſto iuſtificantur, deníque quomodo ſit caput Eccleſiæ influens vitam gratiæ iuſtificantis in omnia membra.

CAPVT III.

QVINTA *propoſitio.* Chriſti iuſtitia tam habitualis quam actualis eſt
cauſa & principium quoddam omnis iuſtitiæ noſtræ, vel quod idem *Chriſtus fons totius iuſtitiæ & ſalutis humanæ.*
eſt, omnis iuſtificatio noſtra à Chriſti iuſtitia ortum habet, & ſine illa
nulla eſſe poteſt. Hoc vt fundamentum ſalutis & totius religionis
B Chriſtianæ Scripturæ Euangelicæ & Apoſtolicæ creberrimè incul- Luc.2.
cant. Idcirco enim nomen accepit *Ieſus quia ipſe ſaluum faceret populum* Luc.5.
ſuum, vocatur *medicus, quia venit ſaluos facere peccatores.* Et in parabola Sa Luc.10. Hebr.2.5.& 12.
maritani ille ſolus curam habuit naturæ humanæ grauiter vulneratæ, & ſemiuiuæ in via Act.5.& 4.
relictæ. Dicitur ab Apoſtolo *factus eſſe nobis iuſtificatio & redemptio*, vocatur *Author & conſummator fidei ac ſalutis noſtræ.* Denique *Author vitæ, & vnicum nomen ſub cælo in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Sed hoc totum quo ſenſu & quomodo verum ſit diligenter per aliquot adhuc propoſitiones explicandum eſt. Hoc enim quia non diſtinguunt hæretici, falluntur & fallunt.

Sexta propoſitio. Chriſtus quia datus eſt à Deo caput vniuerſæ Eccleſiæ credentiũ, pro-
pterea eſt ille in quo omnes iuſtificantur. Nempe hoc eſt myſterium religionis Chriſtia- *Totius religionis Chriſtianæ cardo.*
næ proprium, & totius ſalutis noſtræ cardo credere & intelligere, datũ eſſe à Deo Chri-
ſtum, vt per illum ſalui fierent. *Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum Deum verum & quẽ* Ioan.17.
miſiſti Ieſum Chriſtum. Ego indicaui me nihil ſcire inter vos niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixũ. 1.Cor.2.
Totum Euangelium nihil eſt aliud quam *reuelatio huius myſterij temporibus æternis taciti*, ſed Rom.6.
poſtea per Scripturas patefacti, vt Apoſtolus ſcribit ad Rom.16.ver.25.ad Coloſſ.1.verſ.26.& ad Epheſ.3.ver.5. *Gentes ſcilicet, eſſe cohæredes & cõcorporales & comparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu per euangelium.* Sed quis ſit huius myſterij ſenſus & explicata intelligẽtia,
paulò operoſius propter præſentem controuerſiam declarandum eſt. Nempe propria *Propria euangelij doctrina.*
Euangelij doctrina eſt, quòd humanam naturã à perſona filij Dei aſſumi beatiſſima Trinitas voluit, & ipſe filius Dei homo eſſe verbum caro fieri voluit, vt hoc ineffabili boni-
C tatis modo illa perſona Dei & hominis caput, principium, fons & origo eſſet reparatio- Epheſ.1.
nis, ſalutis, & iuſtificationis totius humani generis. Hoc nobiſcũ agnoſcunt hodiè hæreti- Epheſ.5.
ci, & ſubſcribunt Apoſtolo dicenti. *Ipſum dedit* (ſcilicet Deus) *caput ſuprà omnem Eccleſiã*, Coloſſ.1.
& rurſum. *Chriſtus caput eſt Eccleſiæ ipſe Saluator corporis ſui.* Et iterum. *Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ qui eſt principium, primogenitus ex mortuis &c.* Sed veram & propriam huius capitis rationẽ agnoſcere & videre non volunt. Ea igitur explicanda adhuc eſt, vt quo ſenſu Chriſtus ſit ſaluator ſeu iuſtificator corporis ſui clariſſimè intelligatur.

Septima propoſitio. Chriſtus eſt caput & ſaluator Eccleſiæ non ſolum, quia ordine & *Chriſtus eſt caput influens in corpus quod eſt Eccleſia.*
perfectione excellit omnia membra, ſicuti corporis naturalis caput, ſed etiam quia virtutem habet effectiuè influendi gratiam & ſalutem in omnia memba corporis ſui, ſicuti
caput naturale habet. Hoc apertiſſimè in Scripturis Sanctis reuelatum eſt, & ad iuſtifi- Ioan.1.
cationem noſtram per Chriſtum factam intelligendam mirabiliter conducit. Chriſtus ergo prædicatur à Ioanne eſſe, *plenus gratia & veritate*, vbi perfectio huius capitis deſcribitur vt in 3. propoſit. dictum eſt: ſed ſubiicit Ioannes: *& de plenitudine eius nos omnes acce-
pimus.* Vbi participatam cuiuſcunque membri gratiam à capite Chriſto deriuatam aper- Epheſ.4.
te docet. Sed apertius Apoſtolus. *Creſcamus in illo per omnia qui eſt, caput Chriſtus: ex quo totũ*

corpus compactum & connexũ ter omnẽ iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in D
menſuram, vniuscuiuſque membri, augmentum corporis facit, &c. In quibus verbis ex Analogia
coloſſ.2. corporis naturalis, operatio & influentia gratiæ à Chriſto capite in myſtici ſui corporis omnia membra manifeſtiſſimè deſcribitur. Idem repetit Apoſtolus ad Coloſ.2.cap.ver. 9. addens ver.10 *in Chriſto nos eſſe repletos qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis*, propter hanc ſpiritualem influentiam gratiæ à capite Chriſto in corporis ſui membra, id eſt in
Ephes.2. fideles regeneratos, & veræ Eccleſiæ membra dicitur Deus *conuiuificaſſe nos in Chriſto cuius gratia ſaluati ſumus.*

Modus quo Chriſtus effectiuè influit in membra ſua, & quo eſt omnis iuſtificationis noſtræ principium vniuerſale, quantum ad habitualem eius gratiam, accuratè explicatur.

CAP. IIII.

O*ctaua propoſitio*. Chriſtus nõ ſolum vt Deus, nec ſolum vt perſona *vnigeniti à patre*, Ioan.1. & *in quo omnis plenitudo diuinitatis habitauit corporaliter* ad Coloſ.2. ſed etiam vt homo, & vt perſona Dei & hominis, eſt E
Chriſtus vt homo influit gratiam in omnia membra. caput Eccleſiæ effectiuè influens per gratiam in omnia ſua membra. Nempe quum ad ſpiritualem aliquem ſenſum & motum deriuãdum, poteſt aliquid intelligi influere dupliciter, vno modo ſicut principale agens & per ſe, ſuáq; tũ vi & facultate tum etiam authoritate; Alio modo inſtrumentaliter & Organicè, ſanè gratiam in animam primo modo ſolus Deus influit, ſecundo autem modo etiam humanitas Chriſti, quæ vnita hypoſtaticè diuinitati eſt inſtrumentum quodammodo ipſius diuinitatis, idque coniunctiſſimum. Exemplũ
Damaſcenus. Baſilius. ponit Damaſcenus *de ferro ignito propter ignem ſibi cõiunctum vrẽte*. De orthodoxa fide li.3. cap.15. & cap.18. Quod ex Baſilio ſumpſiſſe videtur qui homi. 25. de humana Chriſti generatione, hanc ſimilitudinem fusè tractat. Neque vero alio modo naturale caput in ſua membra influit, quam ratione latentis virtutis, cuius influendæ ipſum eſt organum ſeu inſtrumentum. Sicut ergo in Chriſto erat duplex natura, & conſequenter duplex plenitudo, vna diuinitatis de qua ad Coloſ.2. vt ſupra citatum eſt: altera gratiæ habitualis & creatæ, de qua ad Coloſ.1. dicitur, *in ipſo complacuit omnẽ plenitudinem inhabitare*, & à Ioãne
Chriſtus dupliciter influit gratiam. vocatur *plenus gratia & veritate*, ita Chriſtus dupliciter eſt caput Eccleſiæ, & dupliciter influit gratiam: vt Deus ſanè authoritatem & principaliter, vt homo autem inſtrumẽtaliter, vtróq; tamen modo effectiuè, vt docet S.Thom.3.p.8.art.1.ad 1. & in quæſt. diſputatis, de veritate q.29.ar.4.in corp. Denique vt Deus, plenus omni gratia & ipſa plenitudo, vt homo, repletus ſpiritu ſancto & omni gratia. F

Nona propoſitio. Propter hanc influentiam capitis Chriſti effectiuam in omnes fideles, tribuitur Chriſto tanquam principio cuidam vniuerſali, tota ſalus, gratificatio totius generis humani, non ſecus quam ſoli tanquam generali principio Lucis omnis aëris illu-
Ephes.1. minatio attribuitur. Hoc ſenſu dixit Apoſtolus, *Benedixit nos Deus omni ſpirituali benedictione in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo*, (vt membra in capite) *ante mundi conſtitutionem*, & paulò pòſt. *In laudẽ gloriæ gratiæ ſuæ, in qua* (ſcilicet gratia) *gratificauit nos in dilecto filio ſuo*: quia videlicet ille eſt principiũ vniuerſale gratificationis in humana natura ait S.Tho.3.p. q. 7. ar.11. in corp. id eſt eius abũdantiſſima gratia & plenitudo eſt repletus ſons omnis gratiæ
Ephes.2. quæ hominibus ab eo cõmunicata homines Deo gratos reddit. Hoc ſenſu dixit iterum Apoſtolus. *Quum eſſemus mortui peccatis cõuiuificauit nos in Chriſto cuius gratia ſaluati eſtis, & cũ*
coloſſ.2. *reſuſcitauit*, &c. Quod iterũ, ad Coloſ. repetit. *Quũ mortui*, inquit, *eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ cõuiuificauit vos cũ illo donãs vobis omnia delicta*, &c. Hoc autẽ totum eo ſenſu ve-
Vita gratiæ chriſti impartita credentibus eos viuificat. rũ eſt, quod quẽadmodum per caput & in capite naturali cætera membra mouent, ſentiunt, & viuunt, ita in Chriſto & per Chriſtũ, id eſt per vitã gratiæ quæ in Chriſto abũdauit, credentibus in eum impartitam (per fidem enim vnimur chriſto) omnia chriſti mẽ-
Ephes 4. Act.20. bra vitam ſpiritualem gratiam & iuſtitiam habent. Præterea adeo hoc verum eſt, vt quãuis quoad externam gubernationem non ſolus chriſtus ſit caput Eccleſiæ, ſed alios

Paſtores

A *Paſtores dedit qui regant Eccleſiam eius*, tamen quoad principium internæ gratiæ in totum
corpus influendæ ſoli Chriſto hoc proprium ſit. Et ideo, quod Chriſtus de ſeipſo dixit. Ioan.10.
Ego ſum oſtium omnium: per me ſi quis introierit ſaluabitur &c. *ſibiipſi proprium tenuit; & nemo noſtrum hoc de ſe dicere poteſt*. ait Auguſtinus tract.47. in Ioan. exponens hunc locum.
Hoc etiam ſenſu dixit Chriſtus. *Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitẽ* Ioan.15.
in me ferentem fructum purgabit pater meus, &c. Quæ verba exponens Auguſtinus tract. 80.
in Ioan. oſtendit Chriſtum *ſecundum hoc quod eſt caput Eccleſiæ eſſe vitem noſque palmites, quia membra eius: ideoque non aliter nos fructum ferre niſi manſerimus in vite*, Chriſtus ibidem ſubiecit. Quia (vt tract. 81. Diſputat Auguſtinus contra Pelag.) veram iuſtitiam à Chriſto capite haurimus, & gratiam palmitibus Chriſtus præbet, vt homo quidem: quod tamen vt
homo non faceret, *niſi etiam Deus eſſet*, ait ibidem Auguſtinus. *Quo ſenſu Chriſtus Author vitæ & ſalutis eſt.*

Notandum ergo hoc loco diligenter iuxta hanc propoſitionem multas ſcripturas
intelligi, quæ Chriſtum *Authorem vitæ* Act.3. *Authorem fidei & ſalutis*. Ad Hebr.2. 5. & 12.
Denique *iuſtitiam & ſanctificationem noſtram*, 1. Cor.1. & alibi vocant. Hæc enim omnia
Chriſto veriſſimè tribuuntur tanquam capiti omnium Eccleſiæ membrorum, tanquam
principio vniuerſali, & fonti primæuo omnium gratiarum ſeu totius iuſtitiæ quæ fidelibus datur, ipſiſque inhæret. Totum hoc luculentiſſimè Apoſtolus docet per compara- *In Chriſto omnes viuificantur.*
tionem Adami & Chriſti. Sicuti enim Adam principium naturæ humanæ per primum Ioan. 1.
peccatum ſuum naturam totam ſic infecit, vt tabe peccati omnes ſuos poſteros tabifi- Rom.5.
B caret; & in illo omnes peccauerant, quia peccatum, ab eo propagati naſcendo cõtraxerunt; itemque in illo omnes ſunt mortui, quia reatum mortis non ſolum temporalis, ſed etiam æternæ omnes per eum incurrerunt; ſic è diuerſo Chriſtus homo filio Dei hypoſtatice vnitus, *plenus gratia & veritate*, eſt totius gratiæ principium. *Si enim vnius delicto* (ait Apoſtolus) *multi mortui ſunt multo magis gratia Dei & donũ in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abũdauit*. Et rurſum adhuc apertius, *Si vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnũ Ieſum Chriſtũ* Hæc Apoſtolus. Hoc nimirum ſenſu vocatur *primogenitus ex mortuis*, ad Coloſ.1. vel vt 1. Cor.15. clarius loquitur *primitiæ dormientium, quia vt per hominem mors, ſic & per hominem reſurrectio mortuorum, & ſicut in Adam omnes moriuntur ſic in Chriſto omnes viuificabuntur, factus eſt oſtium*. Ioan.10. per *quem habemus acceſſum in gratiam iſtam*. ad Rom.5. *factus eſt vitis*. Ioan.15. *vt nos in eo manentes fructum ferremus, factus eſt caput Eccleſiæ*, ad Epheſ.1. *vt nos creſcamus in illo per omnia* ad Epheſ.4. factus eſt *medicus non ſanis, ſed male habentibus*, Luc. 5. vt *eius gratia nos ſanaret* ait Auguſtinus de Spiritu & lit. cap.9. factus denique eſt non ſolum, *via & veritas*, ſed etiam *vita noſtra*, Ioan.14. nimirum *quia lex Spiritus vitæ quam Chriſtus dat liberat nos à lege peccati* Rom.8. *& ſalui ſumus in vita ipſius* ad Rom.5. & rurſum. *Si quis Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Si autem Chriſtus in vobis eſt, ſpiritus viuit propter iuſtificationem*, Rom.8. Quia videlicet, *ſui ſpiritus occultiſſimã gratiã fidelibus latenter infundit Chriſtus*, vt ait Auguſt. de pecc. mer. & remiſſ. lib.1. cap.9. Chriſtus ergo eſt vniuerſale principium gratiæ & vitæ ſpiritualis omnia ſua membra viuificans & iuſtificans, ſicuti Adam erat vni-
uerſale principium peccati & mortis omnes ab eo propagatos occidens & occulta ta- 1. Cor.15.
C be carnalitatis commaculans. Hoc ſenſu vocatur Chriſtus ab Apoſtolo *nouiſſimus Adam factus in ſpiritum viuificantem*, id eſt qui potuerit alios per ſpiritum ſuum viuificare.

Denique hoc eſt ſingulare pietatis noſtrę myſterium, quod quemadmodum per ver- *Singulare pietatis myſterium.*
bum Dei *omnia facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*. Ioan. 1. ſic per idem verbum Dei in- Ioan. 1.
carnatum omnes homines ſanctificantur & iuſtificantur. Nam quum in illo verbo Dei vita eſſet, vnde omnia crearentur, *& eadem vita eſſet lux hominum quæ tamen à tenebris non comprehenderetur*, quia creatorem Deum per viſibilia cognoſcere impij non poterant, *ea-* Ioan.17.
dem lux in propria venit factus filius hominis, vt *quotquot receperunt eum filij Dei fierent*. Hoc coloſſ.1.
myſterium ipſe in euangelio Chriſtus patefecit dicens, datam *ſibi eſſe poteſtatem omnis carnis, vt omne quod dedit ei pater det eis vitam æternam*. Hac de cauſa quemadmodum, vt verbũ Dei, vocatur *imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ* quatenus videlicet à patre accepit quicquid eſt, *ſed naturaliter non ex imperio vt naſci iuſſus* vt rem exponit Baſilius Homil. 15. de fide ſic vt verbum incarnatum, vocatur ibidem *principiũ & primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens: quia per eum placuit reconciliari omnia in ipſo*. Hoc etiã
ad Hebræos idem Apoſtolus luculenter docuit; *decebat* (inquit) *enim propter quem omnia,* Hebr.2.
& per quem omnia qui multos filios in gloriam adduxerat authorem ſalutis eorum per paſſionem con-

ſummari. Qui enim ſanctificat & qui ſanctificantur ex vno omnes: propter quam cauſam non cõfunditur fratres eos vocare. Eſt ergo verbum incarnatum ſolus ille per quem totum genus humanum ſanctificatur, ſicut ipſum per ſe Dei verbum ille eſt per quem omnia facta ſunt. D

Chriſti habitualis gratia noſtræ iuſtificationis meritum.
Epheſ. 1.

Decima propoſitio. Chriſtus vt caput Eccleſiæ etiam per modum meriti nos iuſtificat: id eſt propter Chriſti excellentiſſimam iuſtitiam tam habitualem quam actualem (cuius tamen ſpecialior quædam eſt merendi ratio vt poſtea dicetur) omnes tum ab æterno placuerunt, tum in tempore Deo placent quotquot placent. Hoc eſt enim quòd Apoſtolus dicit ad Epheſ. *vt notum faceret Deus nobis ſacramentum voluntatis ſuæ, ſecundum beneplacitum eius quod propoſuit in eo in diſpẽſatione plenitudinis temporum inſtaurari omnia in Chriſto.* Et rurſum. *In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius.* Item ad Timoth. *vocauit nos Deus vocatione ſua ſancta ſecundum propoſitum ſuum & gratiam* (id eſt fauorẽ gratuitum, ſic enim hoc loco ſignificat) *quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia, manifeſtata eſt autem nunc,* &c. Data eſt autem nobis gratia in Chriſto, ſicut membris in capite. Nam vt caput naturale non ſolum ſibi ſentit, indicat, diſcernit, ſed etiam omnibus ſuis membris, ſic Chriſti abundantiſſima gratia non ſolum illi meruit, ſed etiam omnibus membris ſuis: nimirum vt in illo & per illum omnes gratiam acciperent. Hoc nimirum ſenſu dicimur *noua creatura in Chriſto* .2. Cor. 5. & ad Gal. 6. Dicimur *Dei figmẽtum creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis.* Denique Chriſtus dicitur, *Finis legis* eſſe *ad iuſtitiam omni credenti.* Quia videlicet (vt exponit Auguſtinus de Spiritu & Lit. cap. 29. *Per Spiritum Chriſti incorporatus factuſque membrum eius, poteſt quiſque illo incrementum intrinſecus dante, operari iuſtitiam.* Quæ Auguſtini interpretatio multum notanda eſt contra imputatiuæ iuſtitiæ aſſertores: vt intelligamus Chriſti iuſtitiam membrorum eſſe iuſtitiam, quia ſpiritus eius tanquam capitis, operatur in membris, & *creat nouum ſpiritum & cor nouum*, vt loquitur ſcriptura prophetica: & non quia manẽte vetuſtate peccati, imputatur membris quam non habent iuſtitia, vt prophani Proteſtantes contra Scripturam loquuntur. E

Epheſ. 3.
2. Timo. 1.
Quo ſenſu ſumus in Chriſto noua creatura.
Epheſ. 2.
Rom. 10.
Ezechiel. 36.
Ierem. 31.

Chriſti actualis Iuſtitia quomodo noſtræ iuſtificationis cauſa, & origo eſt, tam per modum meriti quàm exemplariter ſecundo propoſitionibus explicatur.

CAPVT V.

ATQVE de habituali Chriſti gratia, & quatenus ſecũdum eam caput Eccleſiæ eſt, author & principium iuſtitiæ hactenus. Nunc de iuſtitia Chriſti actuali ſiue de Iuſtificatione noſtra quam Chriſti capitis noſtri ſanctiſſimæ actiones, & maximè ipſa eius beatiſſima mors & paſſio operatæ nobis ſunt, per aliquot etiam propoſitiones inquiremus. Eſt ergo *vndecima propoſitio.* Omnis Chriſti iuſtitia eſt exemplaris noſtra iuſtitia, ſiue facta vt illi aſſimilemur quotquot Chriſtiani ſumus. Hoc tum aliis multis in locis, tum expreſsè per Apoſtolum, Scriptura nos docuit. De electis enim omnibus ibi dicitur. *Quos præſciuit*, id eſt, ab æterno prælegit, eoſdem etiam ab æterno *prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij eius* (imago autẽ exemplarem cauſam ſignificat) vt *ſit ipſe primogenitus in multis fratribus*, id eſt primus iuſtorum & *princeps pacis pater futuri ſeculi.* Et iterũ alibi, *Apparuit gratia Saluatoris noſtri Dei erudiens nos vt abnegantes impietatẽ, & ſecularia deſideria ſobriè, piè & iuſte viuamus in hoc ſeculo.* Et rurſum. *Charitas Chriſti vrget nos æſtimantes hoc quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt*: Et, *pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt & qui viuunt iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit.* Ex quibus & aliis ſimilibus ſcripturis edocti S. Patres docuerunt Chriſtum non ſolum fuiſſe liberatorem ex meritò ſed etiam magiſtrum exemplo. Auguſtin. de tempore ſerm. 8 & 17. & epiſt. 120. cap. 4. Leo Magnus de Natiuitate Domini, ſerm. 1. & 8. Et de Reſurrect. Domini ſerm. 2. Baſilius de vita Solitaria, cap. 1. in Aſceticis cap. 43. In Hexameron Homil. 11. Grego. Magnus curæ paſtor. lib. 1. cap. 3. Ambroſius in Pſalm. 110. ſerm. 8. Chriſti ergo iuſtitia noſtra eſt, quatenus eum imitamur & induimus, non ſolum F

Propoſitio. 11.
Rom. 9.
Eſai. 9.
Tit. 2.
2. Cor. 5.
Chriſtus non ſolum liberator ex merito ſed etiam magiſter exemplo.

quàm

A quùm baptiſamur, vt docet Apoſtolus ad Gallat.3. ſed etiam quùm eum imitamur vt [*Chriſti iuſtitia quomodo noſtra.*]
idem docet ad Rom.13. Dicens iam baptiſatis. *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* Quo
vtroque modo indui Chriſtum notat Auguſtinus lib.5.cap.24.cōtra Donatiſtas de Ba-
ptiſmò.

Notandum in hac propoſitione diligenter, Chriſti gratiam efficienter nos iuſtificā- [*Exemplū Chriſti non eſt gratia iuſtificans.*]
tem non eſſe exemplum iuſtitiæ Chriſti, vt Pelagiani dogmatizabant teſte Auguſtino
de gratia Chriſti cap.38.& 39. vt videlicet non alio ſenſu nos iuſtificet eius gratia, quam
vt facta prius remiſſ. peccarorum per Baptiſmum, poſtea ad eius iuſtitiæ exemplum li-
bero noſtro arbitrio nos ipſos iuſtificemus. Hæc Pelagiana ſententia in hac exemplari
Chriſti iuſtitia diligenter cauenda eſt.

Nec minus cauenda eſt alia Platonica magis quam Chriſtiana opinio, ab hac Chriſti [*Denominatio iuſtitiæ extrinſeca vana & falſa.*]
exemplari iuſtitia, tanquam à forma ſeparata nos denominari iuſtos; ſicuti ſanè de ſua
Idea non quatenus in Deo, ſed quatenus in rebus creatis eſt, Plato (opinione Heracliti
de rerum omnium perpetua mutatione excitatus) Philoſophatus eſt: eam videlicet in
ſolo opifice Deo yerè exiſtentem, eſſe tamen omnium rerum creatarum principium
formale. Quamquam ſane nec hæc ipſa ſententia vel hæreticis hodie vel male Philoſo-
phantibus Catholicis quibuſdam recte intellecta multum patrocinatur. Etſi enim pri-
mum quidem rerum omnium principium formale extra res ipſas ponat Plato, quia ta-
le id eſſe vult quod ex alio ortum non ſit, ſed cum opifice Deo re idem ſit; tamē formas
B cum materia coniunctas (quas ipſius Ideæ participationes imperfectas eſſe vult, vt pro-
pterea huius doctrina imbutus Auguſtinus ſcribat nos eſſe *bonos bonitate quæ eſt in Deo*,
ſcilicet participando illam, vt optimus eius interpres D.Thom. notat 2.2.quæſt.23.art.
2.ad 1. Sic rebus ſingulis ineſſe docet, vt per adumbratam imitationem ipſius Ideæ, &
rudis cuiuſdam imaginis communicationem in rebus ſingulis exiſtāt: atque adeò hanc
ob cauſam ipſas Ideas non ſolum rebus ſingulis ineſſe, ſed etiam eſſentiam ſuam rebus
ſingulis dare docet, nō ſecus quam iuxta doctrinam Ariſtotelis forma dat eſſe rei. Quæ
ſanè Platonica doctrina vt in multis aliis ita & in hoc tanquam diuinior, ad ſanam & ſa-
cram doctrinam hactenus multo propior accedit, quam hodie hæretica opinio: quæ ſic
ab exemplari Chriſti iuſtitia nos denominari iuſtos vult, vt in immunditia peccatorum [*Hæretica hodie doctrina ethnica deterior.*]
manentes, ſine vlla vel adumbrata iuſtitia in ſe ipſa conſiderata nobis inhærente, ſimus
tamen per imputationem iuſti. Sed vtramque ſentētiam tam hæreticam vt prorſus fal-
ſam, quam Philoſophicam vt minus perfectam, ſacra diuinitus inſpirata Scriptura re-
fellit; quæ exemplarem ſane quandam eſſe noſtræ iuſtitiæ cauſam capitis noſtri Chriſti
excellentiſſimam iuſtitiam docuit; eandem tamen ſic præterea in nobis efficacem eſſe
docet vt veram & in ſuo genere perfectam in nobis iuſtitiam efficiat, etſi ab illa Chriſti
excellentiſſima iuſtitia longiſſimè deficientem. Quod vt de habituali Chriſti iuſtitia an-
te docuimus, ita nunc de actuali docebimus.

Duodecima propoſitio. Chriſti iuſtitia actualis meruit nobis iuſtitiam: id eſt non ſolum [*Chriſti iuſtitia actualis efficiens cauſa per modū meriti iuſtitia noſtra.*]
remiſſ. peccarorum, ſed etiam communicarionem gratiæ qua donari vere iuſtificemur.
C Hoc tum aliis in locis tum in epiſt. ad Rom.cap.5.& ſeq. luculenrer Apoſtolus demon-
ſtrat. Agens enim de Chriſti iuſtiria actuali quam Adami peccato actuali opponir, ait
*Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ſic & per vnius iuſtitiam in omnes
homines in iuſtificationem vitæ.* Móxque de quali iuſtitia loquatur, manifeſtè explicās ſub-
iungit. *Sicuti enim per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ſic per vnius* Cor.15.
obeditionem iuſti conſtituentur multi. Rurſum: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto o-
mnes viuificabuntur.* Quæ Antitheſis Apoſtolica quia luculentiſſimè oſtēdit noſtram per
Chriſtum iuſtificationem eam paucis verbis explicabimus. Quemadmodum ergo per
peccatum Adami actuale, cui auerſio à Deo paritērque priuatio originalis iuſtitiæ for- [*Explicatio antitheſis paulinæ de Adami inobedientia & chriſti obedientia.*]
maliter acceptæ intrinſeca erat, & per eius uoluntatem quæ noſtra in origine erat, nos
veram iniuſtitiam, ſcilicet peccatum, contraximus; & quidem quod ad materiale pec-
cati originalis attinet, concupiſcentiam ſcilicet per modum demeriti & pœnæ inflictæ
illam accepimus; ſic per iuſtitiam & obedientiam Chriſti actualem & per eius ſanctiſſi-
mam voluntatem, qua pro nobis obediens factus eſt, gratiam & veram iuſtiriam acce-
pimus qua iuſtificemur. Hoc ſolum diſcrimen eſt quod Adami peccatum fecit nos pec-
catores, non propriè per modum demeriti, quaſi voluntas peccanris Adami hoc intē-
diſſet vt totam ſuam poſteritatem condemnet & peccati tabe maculatet; ſed ex ante-

cedente voluntate Dei, quæ ſic dedit Adamo iuſtitiam originalem vt illo eam amittēte D
tota poſteritas quoque amitteret & contrà: Chriſti verò iuſtitia cōſtituit nos iuſtos per

Rom 8. Ioan. 3. Ephe. 5.

modum meriti, non ſolum ex voluntate Dei *qui filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis tradidit illum*, & *qui ſic dilexit mundum vt vnigenitum ſuum daret*, &c. ſed etiam ex voluntate ipſius hominis Chriſti, *qui ſic dilexit Eccleſiam vt traderet ſeipſum pro ea vt eam ſanctificaret*. & cauſa diſcriminis eſt, quòd potuit Chriſtus ex ſola ſua beatiſſima voluntate, pro nobis mereri primam gratiam & omnes gratias: non autem potuit toti generi humano demereri Adam, ſi millies hoc voluiſſet, niſi voluntas Dei anteceſſiſſet vt modo diximus. Tenet tamen comparatio Apoſtoli in hoc quod ſicut per voluntatem Adami tanquam noſtram in origine

Rom. 5.

peccatores conſtituti ſumus, ſic per voluntatem Chriſti pro nobis mereri volentis (nam ratio meriti Chriſti ex voluntate animæ Chriſti procedit vt docet S. Thom. 3. p. q. 48. ar. 6. ad 3.) *iuſti conſtituti ſunt multi*.

Quod chriſti actiones pro noſtra ſalute omnes ſuſcepta ſūt.

Quod autem Chriſtus pro nobis & noſtra ſalute omnem iuſtitiam adimpleuit infinitæ Scripturæ oſtendunt. De Natiuitate. *Natus eſt vobis hodie Saluator*, Luc. 2. De Paſſione. *Qui dedit ſemetipſum pro nobis*, ad Titum. De morte. *Ego animam meam pono pro ouibus meis*, Ioan. 10 De tota eius in terris conuerſatione. *Paruulus natus eſt nobis, Filius datus eſt nobis*. Eſaiæ 9. Ex hac ergo voluntate Chriſti, nobis merebantur omnia quæ in terris fecit, aut paſſus eſt.

Quid chriſtus pro nobis meruerit.

Tit 2. Ephes. 2. Gal 1.

Quid autem meruerit apertiſſimè Apoſtolus ad Titum docet, *Dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate* (quod fecit per remiſſionem peccatorum,) *& mundaret ſibi populum acceptabilem ſectatorem bonorum operum*. quod fecit per communicationē gratiæ, de qua Apoſtolus ad Epheſios, dicit *creatos nos eſſe in Chriſto Ieſu in operibus bonis*. Ruſum ad Gallat. *Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequā ſecundum voluntatem Dei*. Eripi autem de præſenti ſeculo eſt, E

Rom 12.

non conformari huic ſeculo, ſed reformari in nouitate ſenſus noſtri, vt probemus quæ ſit voluntas Dei bona & bene placens. Nempe

Regnum gratiæ chriſti per iuſtitiam.

hoc eſt regnum gratiæ per Chriſtum, quod ſucceſſit regno peccati per Adamum. De quo Apoſtolus. *Sicut regnauit peccatum in mortem, ita gratia regnat per iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum*. Regnat autem gratia Chriſti per iuſtitiam, quia iuſtitiam efficit

Rom. 5.

in nobis illa gratia vt illa mediante ad vitam æternam perueniamus. Rurſum hæc eſt

Vita gratiæ. Rom. 6.

vita gratiæ in Chriſto quæ ſucceſſit morti peccati in Adamo de qua Apoſtolus. *Si mortui ſumus peccato* (ſcilicet per Chriſtum) *quo modo viuemus in illo?* ſcilicet peccato. Sed *mortui peccato viuimus Deo in Chriſto Ieſu vt non regnet peccatum in mortali corpore noſtro*. Hæc eſt li-

Libertas ſpiritus.

Rom. 6. Ioan 8.

bertas ſpiritus quæ ſucceſſit ſeruituti carnis de qua Apoſtolus *Liberati à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ*. Et rurſum. *Si filius vos liberauerit, tunc verè liberi eritis*. Denique hæc eſt nouitas ſpiritus in qua ambulamus ſoluti à lege mortis. De quo Apoſtolus ad Roman. *Soluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur, ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus*. Poſtremò hæc eſt vi-

Nouitas ſpiritus

Rom. 7.

Victoria peccati.

1. Cor. 5.

ctoria peccati, quam Chriſtus nobis per ſuam iuſtitiam commeritus eſt. de qua luculenter Apoſtolus. *Stimulus mortis peccatum eſt, virtus vero peccati lex* (quia lex ſine gratia auget præuaricationem:) *Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum*. F

Tit. 2.

Impietas proteſtantium.

Hoc ſanè ſenſu, *populum acceptabilem & ſectatorem bonorum operum Chriſtus ſibi mundauit*, & vt id faceret. *dedit ſemetipſum pro nobis*. Sed hoc totum, hoc regnum gratiæ, hanc vitam gratiæ, hanc libertatem ſpiritus, hanc nouitatem ſpiritus, hanc victoriam peccati per Chriſtum nobis datam, euacuant prorſus & euertunt hodiè iuſtitiæ imputatiuæ aſſertores hæretici.

Quòd mors & Paſsio Chriſti nos potiſsimum iuſtificauit. Quot etiam modis illa nos iuſtificat, & quibus de cauſis illa maximè, diligenter ex Scripturis oſtenditur.

CAPVT VI.

Decima

A D*Ecima tertia propoſitio.* Inter omnes Chriſti actiones & paſſiones prò
humano genere ſuſceptas, ipſa eius beatiſſima mors, & paſſio eam
proximè antecedens, omnes in eum credentes maximè & potiſſimū
iuſtificauit. Ratio ſanè eſt varia: Primum quia Chriſti charitas per *cauſa ob quam*
mortem & ſanguinis effuſionem maximè ſe oſtendit. *Maiorem charita-* *Chriſti mors nos*
tem nemo habet quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Magnitudi- *maximè iuſtifi-*
nem autem charitatis ſequitur magnitudo meriti. Radix enim merē- *cat per modum meriti.* Ioan.15.
di eſt charitas. Maior autem fuit Chriſti charitas in Paſſione non quidem quia auctior
erat ſecundum habitum, quo ſenſu intelligendus eſt D.Thom.3.p. q. 48. art.1. ad 3. arg.
Vbi negat paſſionem Chriſti habuiſſe ſingularem aliquem effectum propter maiorem
charitatem, ſed quia actus ille charitatis intenſior erat, adeóque perfectiſſimus. Quod vt Luc. 12.
nos doceret Saluator prædixit, *baptiſmo habeo baptiſari, & quomodo coarctor vſque dum perfi-* 2.
ciatur? Secundo propter genus operis quo nullum conuenientius erat ad hominem li- *Nullū genus ope-*
berandum & à peccati ſeruitute eripiendum, ídque etiam variis de cauſis. Primum vt *ris cōuenientius morte Chriſti ad*
prouocaretur homo ad redamandum Deum. *commēdat Deus charitatem ſuam in nobis quo-* *hominem libe-randum.*
niam quum adhuc inimici eſſemus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Hanc cauſam multis verbis 1.
tractat Auguſt. de Trinit. lib.13. cap.10. ſerm.19. de Sanctis, & de Ciuit. Dei lib.10. cap.29. Rom.5.
Secundò vt multarum virtutum in hoc vno opere daretur nobis exemplum: ſcilicet 2.
obedientiæ, humilitatis, fortitudinis & aliarum plurimarum, vnde Petrus dixit. *Chriſtus* 1.Petr.2.
paſſus eſt pro vobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. Et iterum paulò pòſt.
B *Chriſto in carne paſſo & vos eadem cogitatione armamini.* Tertio vt homini maior eſſet neceſ- 1.Petr.4.
ſitas ſeſe immunem à peccato conſeruandi: iuxta illud. *Empti eſtis pretio magno, glorificate* 3. 1.Cor.6.
& portate Deum in corpore veſtro. Quartò ad maiorem humanæ naturæ dignitatem hoc 4.
factum eſt, vt ſicut homo a diabolo victus & morti addictus eſt, ita ab homine diabolus
vinceretur, qui etiam moriendo mortem ſuperaret. Vnde Apoſtolus. *Quia pueri commu-* Hebr.2.
nicauerunt carni & ſanguini, & ipſe communicauit eiſdem: vt per mortem deſtrueret eum qui mor-
tis habebat imperiū id eſt diabolum. Has cauſas recenſuit D.Thom.3.p.q.46.ar.3. Quibus ad-
di adhuc poſſunt plura. Quintò vt iuſtitia non potentia vinceretur diabolus, & redime- 5.
retur homo. Quod explicans Auguſtinus ait. *Vtique iuſtum eſt vt debitores quos tenuit diabo-*
lus, liberè dimitterentur in eum credentes quem ſine vllo debito occidit. Hoc eſt enim quod iuſtificari
dicimur in ſanguine Chriſti. Sic quippe in remiſſ. noſtrorum peccatorum ſanguis ille innocens effuſus
eſt, & ſic quæ non rapuit exoluebat. Pſal.68. *Vnde in Euangelio dicit.* Ioan.14. *Ecce, venit princeps*
mundi huius & in me non habet quicquam: Sed vt ſciant omnes quia facio voluntatem Patris mei,
Surgite, eamus hinc, & pergit inde ad paſſionem, &c. Hæc Auguſtinus & multo plura de Trin.
lib.13. cap.14. Hanc Dei iuſtitiam in Chriſti Paſſione oſtenſam Scriptura apertè cōme-
morat. *Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ propter re-* Rom.3.
miſſionem præcedentium delictorum. Sextò vt mortis formidinem (qua nihil formidabilius) 6.
humanis animis eximeret. Vnde Apoſtolus ad Heb. *vt liberaret eos qui timore mortis per totā* Hebr.2.
vitam obnoxij erant ſeruituti. Hoc enim (ait Auguſtinus) *egit mors Domini, ne mors amplius time-*
C *retur.* In expoſit. quarundum propoſit. in epiſt. ad Rom. Septimò vt per hanc infirmita-
tem ſuſceptam efficacior eſſet nobis Pōtifex & propitiator Chriſtus ipſe. Vnde iterum 7.
Apoſtolus ad Hebr. *Debuit per omnia fratribus ſimilari vt miſericors fieret & fidelis Pontifex*
apud Deum vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt & Hebr.2.
eis qui tentatur auxiliari. His ergo de cauſis propter genus operis ipſius Chriſti paſſio no-
bis fuit ad iuſtificationem noſtram medium potentiſſimum & medicina quædam effi-
caciſſima.

Sed quia hodie hæretici quum Chriſti iuſtitiam noſtram eſſe iuſtitiam & per Chriſti
iuſtitiam nos formaliter iuſtificari docent, hanc potiſſimum intelligunt quam in paſ-
ſione & morte exercuit, de illa paulò diligentius agemus, vt quo ſenſu nos per illam iu-
ſtificari Scriptura doceat luculenter intelligatur. Primum ergo paſſio Chriſti duplici *Chriſti paſſio ex*
reſpectu nos iuſtificauit, eo prorſus modo quo per alias eius omnes actiones. Quia enim *parte totius hu-*
humanitas Chriſti fuit inſtrumentum diuinitatis coniunctum, vt dictum eſt, ideo eius *manitatis dupli-*
paſſio fuit efficiens cauſa noſtræ iuſtificationis, non quidem principalis, tamen inſtru- *citer nos iuſtifi-cauit.* 1.Cor.1
mentalis. Quo ſenſu Apoſtolus dixit. *Verbum crucis* (non quatenus prædicatur ſed qua- Eſai.53.
tenus creditur) *his qui ſalui fiunt eſſe virtutem Dei.* Rurſum quia Chriſti paſſio maximè fuit
voluntaria (*oblatus eſt enim quia ipſè voluit,* &c.) ideo per modum meriti nos iuſtificauit;

Ex parte carnis chriſti mors duplicter quoque nos iuſtificauit. Epheſ. 5. Ephe1. 1. coloſſ. 1. Rom 5.

ex parte voluntatis animæ Chriſti. Sed tertius eſt quidam reſpectus paſſioni proprius, D ex parte carnis Chriſti ſeu vitæ corporalis. Hoc reſpectu dupliciter quoque nos Chriſti paſſio iuſtificat. Primùm per modum ſacrificij: ſecundò per modum redemptionis. Primo modo. *nos quum inimici eſſemus Deo reconciliauit per Hoſtiam ſui corporis*, Deo longè gratiſſimam. *Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & Hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Vt reconciliet ambos* (populos) *in vno corpore Deo per crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo. Reconciliauit nos in corpore eius per mortem. Iuſtificati in ſanguine eius*, &c. *Reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius.* Hoc autem genus ſacrificij (cuius proprius effectus eſt placare Deum) longè fuiſſe efficaciſſimum quatuor de cauſis docet Auguſtinus de Trinit. lib. 4. cap. 14.

Per modum redemptionis dupliciter mors chriſti nos iuſtificauit.

Per modum autem redemptionis dupliciter rurſum nos Chriſti paſſio iuſtificauit. Quem duplicem modum quia hæretici hodiè non conſiderarunt, ideo cum maxima iniuria paſſionis Dominicæ & redemptionis in ea per Chriſtum factæ, imputatiuam iuſtitiam docuerunt. Nempe redemptio per Chriſtum facta vt erat pleniſſima, ita omnem obligationem noſtram diſſoluit. Obligatio autem ſeu ſeruitus humani generis à diabolo inuecta duplex erat, ipſius ſcilicet peccati & pœnæ peccato debitæ. Chriſtus ergo tam à peccato quam à penis peccato debitis perſoluto ſuæ mortis precio nos redemit. De poſteriori dicitur. *Chriſtus nos redimit de maledicto legis factus pro nobis maledictum*: Paſſus ſcilicet pro nobis in ligno. Ibi enim vt Eſaias prædixit fore, *Languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & poſuit in eo Dominus iniquitatem omnium noſtrum.* Et hoc ſenſu dicitur Chriſti paſſio ſatisfactio quædam fuiſſe (quamquam illa vox ſatisfactio in Scripturis non legatur) ſiue *propitiatio* (vt loquitur Ioannes) *pro peccatis totius mundi.* Et de hoc ſenſu nulla eſt hodiè cum hæreticis difficultas niſi quòd per generalem illam ſatisfactionem Chriſti, omnem ex parte noſtra ſatisfactionem & mortificationem ad expiationem peccati neceſſariam impiè excludunt, de qua re alio loco.

Redemptio per chriſtũ à pœna peccati. Gal. 3. Eſai. 53. E

1. Ioan. 2.

Redemptio per chriſtũ ab ipſo peccato ſeu à ſeruitute peccati. Epheſ 1. Rom. 3.

Altera pars redemptionis eſt, ab ipſo peccato ſeu à ſeruitute peccati liberari qui per Chriſtum liberantur. Hoc autem volunt hodiè hæretici in ſola perpetua quadam remiſſione peccatorum conſiſtere iuxta illas ſcripturas. *In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius*, Item *illud quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine eius propter remiſſionem præcedentium delictorum.* Sed multo plus dicit redemptio à peccato per Chriſti paſsionem facta. Chriſti enim paſsio non ſolum redimit nos à peccatis, facta *omnium precedentium delictorum* (vt Apoſtolus expreſſè loquitur ad Rom. 3.) *remiſſione*, nempe in iuſtificatione impij; Sed etiam redimit nos à ſeruitute culpæ, qua ipſi peccato & conſequenter ipſi diabolo qui ad peccatum induxit, ideóque hominem in ſua quodammodo poteſtate aſtrictum tenebat, ſerui & ſubditi eramus. Vnde Scriptura. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et à quo quis ſuperatus eſt huius & ſeruus eſt.* Et hæc fuit maxima humani generis ſeruitus & miſeria, à qua Chriſti paſſio per modũ redemptionis omnia ſui corporis mẽbra liberauit. Hunc nobiliſsimum paſsionis Dominicæ effectum ſceleratè negant hodiè hæretici, vt imputatiuam iuſtitiam, ſolam fidem, immunditiam omnium bonorum operum aliáſque varias hæreſes introducant. Sed hunc effectum luculentiſsimè ſcripturæ docent. *De peccato damnauit peccatum in carne vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui ſecundum ſpiritum non ſecundum carnem ambulamus. Redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis pretioſo ſanguine*, &c. *Reconciliauit vos in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos ſanctos & immaculatos & irreprehenſibiles coram ipſo: Tradidit ſemetipſum pro Eccleſia vt eam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.* Ad Titum 2. *Dedit ſemetipſum pro nobis*, &c. *vt mundaret ſibi populum acceptabilem ſectatorem bonorum operum.*

Ioan 8. 1. Petr. 2.

Impietas proteſtantium. F

chriſti mors erat redemptio à dominio peccati. Rom 8. 1. Petr. 1. coloſſ. 1.

Denique hunc effectum per comparationem veterum ſacrificiorum quæ *iuſtitias carnis.* vocat Apoſtolus ad Hebr. 9. verſ. 10. luculentiſsimè eodem capit. verſ. 14. docet Apoſtolus. *Quanto* (inquit) *magis ſanguis Chriſti mundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti?* In quibus verbis oſtendit ſanguinem Chriſti tanquam pretium pretioſiſsimum Deo patri perſolutum, efficacem fuiſſe per modum cauſæ moralis, non ſolum ad remiſsionem peccatorum præteritorum, ſed etiam ad emundationem internam hominibus conſequendam, & in eum credentibus conferendam, vt de cætero ſeruiamus non carni & peccato, ſed deo viuenti.

Epheſ. 5. Tit. 1. Hebr. 9.

Hæc

A Hæc enim æterna Dei voluntas fuit, vt filio per carnem paſſo, ſanctificatio interna & noui Teſtamenti gratia nouo redempto populo daretur. Hoc ſequenti capite Apoſtolus manifeſtè docet his verbis. *Impoſsibile eſt ſanguine hircorum & taurorum auferri peccata. Ideò ingrediens mundum dicit, Hoſtiam & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi. Tunc dixi ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me vt faciam Deus voluntatem tuam.* Et paulò pòſt idem repetens Apoſtolus infert. *In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporu Chriſti ſemel.* Et iterum. *Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.* Quæ ſanctificatio qualis eſſet, & qualiter fieret docere volens Apoſtolus, ſubiungit. *Conteſtatur autem nos Spiritus Sanctus, dicens. Dabo leges meas in cordibus eorum & in mentem eorum ſuperſcribam eos.* Sanctificatio ergo per Chriſti ſanguinem facta & procurata, non eſt ſola remiſsio peccatorum præcedentium, ſed eſt emundatio interna conſcientiæ qualem gratia noui Teſtamenti per Spiritum Sanctum operatur in cordibus noſtris. Hoc nempe ſenſu ſcripſit B. Ioannes. *Sanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.* 1. Ioan. 1. videlicet efficiens per modum redemptionis, vt interna animæ mundicies nobis conferatur, & à peccati ſeruitute liberemur: Hunc enim quaſi propriiſsimum mortis Chriſti effectum variæ illę ſcripturæ ad Titum 2. ad Galat. 1. ad Roman. 6. 1. ad Corinth. 15. ſupra in propoſit. 13. citatæ manifeſtiſsimè docuerunt. Lege hac de re Cyrillum in Ioannem lib. 11. cap. 25.

Hebr. 10.

Sāctificatio per oblationem corporis Chriſti eſt interna credentium renouatio.

Deníque non alio magis ſenſu per mortem Chriſti diabolum ſuperatum eſſe omnes Scripturæ Euangelicæ atteſtantur, quàm quia à ſeruitute diaboli, quoad B ſeruitutem culpæ, per Chriſti mortem liberati ſumus. Quòd clariſsimis his verbis ad Hebr. 2. Apoſtolus ſcripſit. *vt per mortem deſtrueret Diabolum, & liberaret eos qui timore mortis obnoxij erant ſeruituti.* Quæ tamen liberatiò à ſeruitute, ne in ſola remiſsione manentium peccatorum conſiſtere videatur; adhuc luculentius Zacharias rem expreſsit, dicens: *Daturum ſe nobis* (dedit ſe autem maximè per mortem in cruce) *vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris.* Lucæ 1. Idem docet Ioannes epiſt. 1. cap. 3. *Qui facit peccatum ex diabolo eſt. In hoc apparuit Filius Dei vt diſſoluat opera diaboli.*

Diabolus hoc ſenſu per mortē Chriſti ſuperatus eſt, quia à ſeruitute peccati illa nos liberauit.

Hæc eſt ergo redemptio per Chriſti mortem facta, hic eſt Paſſionis Dominicæ proprius & nobiliſſimus effectus; Hæc eſt ipſiſſima iuſtificatio in ſanguine Chriſti; vt eius ſanguine emundante conſcientias noſtras, id eſt Deum nobis ſufficienter propitiante vt credentibus in eum omnibus *abundantiam gratiæ* (vt loquitur Apoſtolus ad Roman. 5.) conferat; per pretium & virtutem huius ſanguinis redimamur à veteri ſeruitute & obligatione non ſolum reatus peccati per remiſſionem gratuitam, aut reatus pœnæ per ſatisfactionem pleniſſimam, ſed etiam ipſius peccati & ſeruitutis eius per mundationem internam: talem ſanè, *vt peccatum amplius non dominetur in nobis.* quod diſertè affirmat Apoſtolus ad Roman. 6.

Hac ſanè de cauſa rectiſſimè ſic rem totam diſtinguit D. Thom. 3. part. quæſt. 48. artic. 6. ad tertium; vt doceat Paſſionem Chriſti ſecundum quod conſideratur in carne patientis Chriſti agere in nobis ad iuſtitiam per modum ſanè ſacrificij; inquantum C per eam reconciliamur Deo *interfectis inimicitiis*, Ad Epheſ. 2. id eſt, peccatis *quæ inter Deum & nos diuiſerunt.* Eſaiæ 59. per modum autem ſatisfactionis inquantum per eam liberamur à reatu pœnæ: per modum deníque redemptionis inquantum per eam liberamur à ſeruitute culpæ: qui ſanè propriiſſimus eſt redemptionis effectus, idémque nobiliſſimus & potentiſſimus; ſicut illa potentiſſima eſt medicina quæ non ſolum morbum depellit, ſed etiam in ſanitate conſeruat, non ſolum liberat à morbo, ſed etiam à periculo morbi. Chriſti enim paſſio liberat à peccatis cauſaliter vt medicina quædam generalis ad hoc inſtituta 3. p. quæſt. 49. ar. 1. ad tertium. Quo ſenſu vocatur ab Auguſtino *poculum immortalitatis quod in ſacramentis bibitur.*

In lib. aduerſus articulos falſo ſibi impoſitos art. 1.

Recollectio breuis præcedentis diſputationis de iuſtitia Chriſti per D 13. Propoſitiones tradita.

CAPVT VII.

Quo ſenſu in vniuerſū chriſti iuſtitia eſt noſtra vel nobis applicata.

EX hac ergo hactenus diſputatione, quæ de Chriſti iuſtitia quid orthodoxè iuxta Scripturas ſentiẽdum ſit, ſatis explicauit, facilè etiam colligi poteſt quatenus illa nobis applicatur & vel imputatur vel non imputatur. Breui collectione rem totam notabimus. Chriſtus ergo ſic & hoc ſenſu eſt noſtra iuſtitia, vt ſit principium vniuerſale noſtræ iuſtitiæ vt 5. propoſitio oſtendit idq; duobus modis. Primum vt caput omniũ noſtrum per modũ influentiæ ſpiritualis in omnia ſua membra, vt 7. propoſitio docuit: Deinde vt verbum incarnatum per quod omnia inſtaurata ſunt, ſicut per verbum æternum omnia facta ſunt, vt 9. propoſitio explicauit. Rurſum eſt noſtra iuſtitia per modum meriti, quia in illo & per illum omnis noſtra iuſtitia, accepta eſt Deo, vt 10. propoſitio declarauit. Chriſti quoque iuſtitia eſt exemplatiter noſtra, quatenus ad eam omnis veri nominis iuſtitia conformari debet: vt 11. propoſitio diſputauit præterea per modum meriti Chriſti iuſtitia iterum nos iuſtificat, quia meretur nobis communicationem gratiæ qua ſumus iuſti, Chriſto ipſo ob hanc ipſam cauſam omnia pro nobis faciente & patiente, vt talem gratiam & iuſtitiam Deus nobis conferret: vt 12. propoſitio ſatis demonſtrauit. E Denique Chriſtus eſt noſtra iuſtitia quia per ſuam paſſionem nos Deo reconciliauit & pro nobis ſatisfecit, quæ duo erant ad conſequendam iuſtitiam neceſſariò præmittẽda: ſed & præterea ab ipſa ſeruitute peccati redemit & liberauit, ſuo ſanguine effuſo emũdans conſcientias noſtras, id eſt pretiũ perſoluens quo ex voluntate Dei acceptato, *dedit Deus legem ſuam in cordibus noſtris, & fecit, vt ambularemus in præceptis eius, ſecundum Spiritum non ſecundum carnem*, quod totum 13. propoſitio ſatis luculenter enucleauit.

Hebr. 9.
Ieremę. 31.
Ezechiel. 36.
Rom. 8.

Imputatiua Proteſtantum iuſtitia variis & idoneis argumentis confutatur, planéque exploditur.

CAPVT VIII.

1. argumentũ.

HIs ergo ſic pertractatis, ad ſecundam diſputationis huius partem veniamus, & imputatiuam huius temporis iuſtitiam idoneis argumentis confutemus. Ac primũ ſanè ex diſputatione præmiſſa validiſſima argumenta cõfici poſſunt, hunc in modum. Chriſti iuſtitia ſic noſtra eſt ſicut Adami peccatum erat noſtrum vt Antitheſis Apoſtoli ad Rom. 5. ſuprà in propo. 3. explicata demonſtrat. Sumus autẽ peccatores in Adam, non quia eius peccatum nobis imputatur, nobis interim ſine peccato vllò naſcentibus; ſed quia in eius peccato tanquam in origine omnes peccatum F cõtraximus, & naſcimur peccatores ſumuſq; *natura filij iræ*. Similiter ergo ſumus iuſti in Chriſto, non quia Chriſti iuſtitia quæ extra nos eſt, nobis imputatur, ſed quia per Chriſti iuſtitiam & obedientiam tanquã meritum communicandæ gratiæ omnibus illi incorporandis, *iuſti conſtituuntur multi*, & gratia inhærente ſumus filij Dei. Rurſum Chriſtus eſt noſtra iuſtitia, cauſali non identica prędicatione: ſ. influendo & deriuãdo ex ſua plenitudine tanquam caput in omnia ſua mẽbra, participatam quandam iuſtitiæ & gratiæ mẽſuram, vt 6. & 7. propoſi. docuerunt. Ergo non per imputationem eius quod non habemus, ſed per communicationẽ eius quod accipimus, Chriſti iuſtitia noſtra eſt. Et notandum quod Chriſti capitis iuſtitia vocari poteſt noſtra quatenus eam in mẽbra ſua influit per ſpiritum ſuum; non autem vocari poteſt noſtra, quatenus nos ſumus *Corpus Chriſti, & membra de membro*, vt Apoſtolus loquitur. Eaq; cõſideratione dona eius ſunt dona membrorum per quandam mutuam communicationem proprietatum & virtutum in membris eiuſdem corporis: quia ex tali communicatione non ſequitur communicatio ſecũdum denominationem. Quamuis enim oculus videat, non ſibi tantum, ſed & manibus & pedibus, non tamen manus & pedes vident.

Epheſ. 2.
Rom. 5.
2. argumentũ.
1. Cor. 12.
Non quia quatenus membra Chriſti participamus dona eius, propterea eius dona ſunt etiam noſtra.
3. argumentũ.

Tertiò

A Tertiò Chriſtus meruit nobis non ſolum remiſſ. peccatorũ, ſed etiam renouationem internam, idque talem, *vt mundaremur in populum acceptabilem, &c.* Ergo per inhærẽtem nobis intrinſecus, non pet imputatam extrinſecus iuſtitiam Chriſtus nos iuſtificat. Tit. 2.

Quartò Chriſti paſſio & mors nos iuſtificauit non ſolum per modum ſacrificij reconciliando, & per modum ſatisfactionis debita peccatorum perſoluendò, ſed etiã per modum redẽptionis à ſeruitute culpæ: à qua liberati ambulamus ſecundum ſpiritum nõ ſecundum carnem. Ergo Chriſti paſſio non eſt noſtra iuſtificatio per modum imputationis. 4. argumentũ

Quintò omnes illæ Scripturæ, omniáque argumenta, quibus inhærens nobis iuſtitia demonſtrata fuit in præcedenti diſputatione per quinque concluſiones ſeu quinq; probationum capita, hanc imputatiuam Chriſti iuſtitiam extra nos poſitam funditus euertunt. 5. argumentũ. Supra lib. 5. cap. 2. & ſeq. Sextò ex his quæ iam hactenus diſputata ſunt, manifeſtum eſt omnem Chriſti iuſtitiam ideo eſſe noſtram, vel ideo nos iuſtificare, quia eſt omnis veræ iuſtitię cauſa aut efficiens, aut meritoria, quæ ad efficientem reducitur. & non aliter, formalis ergo cauſa eſſe non poteſt. 6. argumentũ. Cauſæ enim diuerſorum generum integram aliquam cauſam nũquam conſtituunt, vel in vnam totam cauſam concurrere nõ poſſunt. Eſt autem formalis cauſa ab efficiente ſicuti etiam finali & materiali toto genere diſtincta: ſed ab efficiente maximè, quia illa principij, hæc finis & termini rationem habet. Eſt enim ipſi⁹ efficiẽtis cauſæ plerumque effectus ipſa formalis cauſa. Certè in iuſtificatione hominis, formalis ipſa ho-
B minis iuſtitia, vel illud per quod formaliter iuſtus eſt, eſt effectus iuſtitiæ Dei & Chriſti per quam iuſtus efficitur, iuſtitiáque induitur. Nullo modo ergo Chriſti iuſtitia quæ efficiens tantum cauſa eſt, vel per modum agentis principalis, vt eſt Deus, vel per modum agentis inſtrumentalis, vt eſt homo & caput Eccleſiæ, vel per modum meriti, vel deniq; per modum redemptionis & ſacrificij (quæ omnia ad efficientem cauſam reducuntur) formalis iuſtitiæ noſtræ cauſa dici poteſt. Septimo formalis cauſa illa eſt, quæ ineſt & inhæret rei. 7. argumentũ. Nam in naturalibus quidẽ ſic ineſt, vt det eſſe rei, quæ propriè dicta forma eſt. In accidentalibus verò ſic ineſt rei, vt denominationẽ ſuã accidentalem vnaquæq; res à forma ſua intrinſecè ſortiatur. Denominatur enim aliquid formaliter album, nigrũ, frigidũ, calidũ, ab accidẽte tali vel tali illi inexiſtente, non extra rem ipſam poſito. Aẽr verbi gratia lucidus eſt lumine in ſe recepto, nõ luce ipſa quæ in ſole eſt. Chriſti ergo iuſtitia quum nobis non inhæreat, ſed vt iſti dicunt in ſolo Chriſto reſidens nobis tamen imputetur, formalis eſſe noſtra iuſtitia non poteſt. Quo in loco notandum eſt aliud eſſe nos Deo charos & acceptos eſſe, aliud nos iuſtificari & *iuſtos conſtitui*, vt ſcriptura loquitur. *Aliud eſt, eſſe Deo charum, aliud iuſtũ conſtitui.* Rom. 5. Itemque aliud nos iuſtos eſſe iuſtitia quæ in Deo eſt, aliud nos eſſe iuſtos per imputationem iuſtitiæ quæ in Deo vel in Chriſto eſt. Quamuis enim gratus aliquis & acceptus eſſe Deo poſſet ex natura rei, abſque aliqua inhærente bonitate ei quem Deus amat ſicuti fit in amore humano vbi res amata eſt obiectum amantis ſine aliqua ſemper inhærente qualitate propter quam vt mouentem cauſam ametur (etſi tamen reuera aliter ſe res in Deo habeat, qui neminem diligit niſi quem diligẽdo amore ſuo dignum facit faciens illum *conſortem naturæ ſuæ*, vt Petrus loquitur epiſt. 2. c. 1. amor enim Dei eſt infun-
C dens & creans bonitatem in rebus. vt docet S. Tho. 1. p. q. 20. ar. 2. ideóque de facto nemo gratus eſt Deo ſine inhærente ei bonitate quem amat) tamen iuſtus eſſe idq; formaliter coram Deo, ne quidem ex rei natura aliquis poteſt, in quo iuſtitia verè non ſit. *Deus neminem amat niſi amore ſuo dignum.* Iuſtitia enim abſoluta qualitas eſt in natura ſua, à qua denominari non poteſt, qui ea caret. *Iuſtus non eſt, in quo verè iuſtitia non ſit.* Amari autem vel acceptari relationẽ & reſpectũ notat in eo magis conſiſtentẽ qui amat quàm qui amatur. Iuſtificari ergo vel iuſtum conſtitui à Deo per imputationem & acceptationem tantum ex parte Dei non ſolũ falſum eſt, ſed etiam intelligibile nõ eſt. Quare & ipſe Caluinus hanc imputatiuam iuſtitiã, *iuxta quam Chriſti iuſtitia tecti extra ſe iuſti cẽſentur, vocat mirabilẽ iuſtificandi rationẽ.* Inſti. li. 3. c. 11. ſect. 11. vt quã nec ipſe ſatis intellexit. *Imputatiua iuſtitia merum & inane commentum eſt.* Rurſum quãuis aliquo ſenſu verũ eſſe poſſet, nos eſſe bonos bonitate Dei tanquam per formã ſeparatã in ſenſu Platonico (etſi etiam per illum ſenſum inhęrẽs aliqua nobis bonitas non excluderetur, ſignificaret enim nos bonos eſſe ex participata bonitate Dei, vt ſuprà in 11. propoſi. explicatũ eſt) tamẽ nos eſſe bonos aut iuſtos per imputationẽ bonitatis aut iuſtitiæ quæ in Chriſto eſt, vix etiã intelligibile eſt. Omnẽ enim participationẽ talis opinio excludit, atq; in ſola relatione & reſpectu (vt mox clari⁹ videbitur) iuſtitiã

iuſtorum ponit. Nullo ſenſu ergo Chriſti iuſtitia noſtra formalis iuſtitia eſſe poteſt; nec nos ab illa denominari iuſti poſſumus. D

8 argum. Octauò ſi per imputationem Chriſti iuſtitiæ fide apprehenſæ iuſti eſſemus, ſequeretur omnes credentes æqualiter & in pari gradu iuſtos eſſe, adeóque tam iuſtum vnumquemque fidelem eſſe quam Chriſtus erat. Chriſti enim iuſtitia vna & eadem, & in pari virtute, imò totus Chriſtus à quocunque credente apprehenditur. Denique ſola Chriſti paſſio fide apprehenſa & imputata (ſi per talem apprehenſionem & imputationem ſolā iuſti eſſemus) vnumquemq; credentem perfectiſſimè iuſtum redderet, quia erat illa paſſio

Non eſt æqualis in omnibus iuſtitia. perfectiſſima & pleniſſima omnibus modis iuſtitia. At vero iuſtorum ſingulorum iuſtitiā Scriptura deſcribit, variam, inæqualem & deniq; certo gradu menſuratam. Quum enim gratiæ reſpondeat gloria, & iuſtitiæ præmium vt cauſæ effectus, vel vt ſemini fructus, vnde

2. Cor. 5. Apoſtolus dicit, *vnuſquiſque referet propria corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Item*
1. Cor 3. *vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborē.* Et rurſum. *Qui parcè ſeminat, par-*
2. cor. 9. *cè & metet. &c.* ſequitur ex diſparitate gloriæ & premij, iuſtitiæ quoq; diſparitatem conſequi. De illa autem dicit Apoſtolus. *Alia claritas ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum: & ſtella differt*
1 cor 15. *à ſtella in claritate. Iuſti autem fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum.* In qua tamen *manſiones*
Matth. 13. Ioan. 14. *multas eſſe* eadem ſcriptura dicit. Ideoque de inſigniter iuſtis, *qui ſcilicet, erudiūt multos ad*
Dan. 12. *iuſtitiam* dicitur quod *fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Rurſum de mēſurata gratia & conſequenter iuſtitia manifeſtè Apoſtolus. *Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum*
Epheſ. 4. Ioan. 1. *menſuram donationis Chriſti. Et nos de plenitudine eius accepimus: vnuſquiſq; videlicet particulas ſuas, vt ſit hæc noſtra iuſtitia pro modulo ſuo perfecta,* ait Auguſtinus lib. 3. c. 7. contra 2. epiſt. Pelag. E
Pſal 44. Ille enim *vnctus eſt oleo exultationis & lætitiæ,* id eſt Spiritu S. *præ omnibus participibus ſuis.* Nō ergo Chriſti iuſtitia imputatur participibus eius, ſiue membris & electis eius, vt eius iuſtitia ſit eorū iuſtitia propria & identica prædicatione vt hodiè hæretici docent: ſed habet vnuſquiſque ſuam propriam iuxta menſuram gratiæ ſibi datā, & cooperationis atque laboris proprij.

9. argum. Nono, omnis noſtra iuſtitia eſt participatio diuinæ iuſtitiæ nobis per Chriſtum verè donata: vanum eſt ergo imputatiuæ iuſtitiæ commentum. Quod enim à Deo nobis datur, tum à nobis realiter accipitur, tum à Deo veraciter infunditur. Antecedens multæ
Rom. 5. ſcripturæ luculenter probant. *Si vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei & donum* (nota vtrumque) *in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.* Et iterum. *Si vnius delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipiētes in vita regnabunt per vnum Chriſtum.* Hic enim docet nos Apoſtolus per gratiam vnius

Dona iuſtitiæ verè à Deo per Chriſtū accipimus. Chriſti, non ſolum gratiam Dei ſeu fauorem gratuitum conſequutos eſſe, vt remitterētur nobis peccata, ſed etiam *donum accepiſſe,* imò & *donationis abundantiam:* Tale donum eſt fides: *Gratia ſaluati eſtis ex fide. & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt.* Tale donum eſt charitas Dei & proximi. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum S. qui datus eſt nobis.*

Epheſ. 2. Rom. 5. Tit. 3. 1. Cor 15. Tale donum e[ſt] Spiritus S. *quem effudit in nos abunde:* Nēpe per gratiam Dei fidelibus impartitam in variis virtutibus de qua gratia Apoſtolus *Deſiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis Gratias ago Deo ſuper inenarrabili dono eius.* Denique tale donum eſt illu-

Luc. 1. Epheſ 4. Ioan. 1. Hebr. 6. minatio eorum *qui ſedebāt in tenebris & in vmbra mortis,* iuxta Euangelicam & Apoſtolicā doctrinam: de qua Apoſtolus ad Hebræos. *Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte & participes facti ſunt Spiritus Sancti, &c.* Illuminatio ergo quæ F

Illuminatio eſt iuſtificatio, & lux iuſtitia. haud dubiè iuſtificatio eſt, (vnde iuſti in ſcripturis vocantur *filij lucis* Luc 16. Ioan. 12. ad Epheſ. 5. 1. Theſſal. 5. & ipſa iuſtitia *lux* vocatur: *vt conuertantur à tenebris ad lucem, induamur*

Actor 26. Rom. 13. Epheſ. 5. *arma lucis:* id eſt iuſtitiæ, *nunc autem lux in Domino: fructus enim lucis eſt, in omni bonitate & iuſtitia & veritate)* eſt donum cæleſte à nobis acceptum nobiſque inhærens, & eſt participatio Spiritus Sancti. Vnde Paulus de gratia data nobis, per Chriſtum dicit. *Manifeſtata eſt nunc per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per euangelium.*

Quod iterum his verbis luculentiſſimè Petrus docet. *Per Chriſtum maxima & pretioſa promiſſa nobis donauit, vt per hæc efficiamur diuinæ conſortes naturæ.* De quo etiam ad He-

2. Tim 1. bræos. *Participes Chriſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem fir-*
2. Petr. 1. *mum teneamus.* Vocat initium ſubſtantiæ Chriſti, renouationem in baptiſmo factam,
Hebr. 3. vt exponit in comment. in hunc locum Theodoretus, quam etiam alibi vocat *nouam*
Gal. 6. & 2. *creaturam in Chriſto:* quod luculenter explicans Iacobus dixit: *voluntariè nos genuit verbo*

veritatis

A *veritatis vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.* Sic ergo participes Chriſti ſunt omnes iuſti, iuſtificati per ipſum participata non imputata iuſtitia eius, & donata realiter, non reſpectiuè & relatiuè imputata. Auguſtini doctrinam de hac perticipata iuſtitia habes in altera controuerſia in cap. 4. probationum inhærentis iuſtitiæ. Cor. 5. Iacob. 1. Supra lib. 5. cap. 5.

Obſerua autem diligenter tum ex ſcripturis in hoc argumento citatis, tum ex illa Auguſtini doctrina, non ſolum hoc oſtendi quod gratia Dei nobis verè donatur (hoc enim concedunt hodie hæretici, partim quia totum Chriſtum cum meritis ſuis nobis donari per imputationem docent, partim quia per gratiam nos intus quadamtenus renouari affirmant, quamuis inchoatiuè, imperfectè, & cum immunditia & vero reatu etiam bonorum operum id fieri, & non aliter, doceant) ſed præterea quod ipſa gratia iuſtificans, ipſaque nobis conſequenter iuſtitia donatur. *Nemo Chriſtianus*, ait Auguſtinus, *vereatur dicere non per noſipſos nos fieri iuſtos, ſed in nobis hoc operante Dei gratia.* De Spiritu & Lit. cap. 19. *Iuſtificamur gratis per gratiam ipſius, qua gratia* (id eſt per quam gratiam) *in interiore homine renouato iuſtitia ſcribitur, quam culpa deleuerat.* Ibidem cap. 27. & alibi. *Gratia Chriſti illuminationem iuſtificationémque noſtram etiam intrinſecus operatur.* De peccat. mer. & remiſs. lib. 1. cap. 9. *Quòd ipſa iuſtitia nobis verè donatur, non ſolum gratia.*

Decimò ac poſtremò ſi Chriſti iuſtitia noſtra eſſet formaliter iuſtitia, ſequetetur non ſolum omnes virtutes & excellentias iuſtitiæ Chriſti noſtras eſſe, & nos per illas omnes iuſtificari; ſed præterea ex nulla alia virtute nos iuſtos denominari poſſe, vel nullā aliam virtutem ad noſtram imputatiuam iuſtitiam cōcurrere poſſe, quàm quæ in Chriſto erat. 10. argum.
B Quæ enim virtus in Chriſto non erat, illa nobis imputari ad iuſtitiam non poteſt, ſi verū eſt quòd ſóla Chriſti iuſtitia nobis imputatur ad iuſtitiam. At ſunt aliquæ virtutes etiā ad noſtram iuſtitiam, ſiue ad eius curſum perficiēdum maximè neceſſariæ quæ in Chriſto non erant. Nam vt continentiam ipſam in refrenandis carnis motibus, & verecundiam de turpi aliquo facto vel dicto, & pænitentiam ſiue dolorem de leui aliquo peccato commiſſo prætermittam; quæ virtutes ad cæterorum hominum iuſtitiam maximè neceſſariæ, non ſolum Chriſto non competunt (qui fuit *plenus gratia & veritate*) ſed nec ipſi Adamo in ſtatu innocentiæ conueniebant, (vt docet S. Thom. 1. p. q. 95. artic. 3.) ipſa etiam fides & ſpes ſine quibus nulla eſt in hac vita iuſtitia, in Chriſto non erant: quia iam comprehenſor erat à primo inſtanti conceptionis ſuæ, vt docet S. Thom. 3. p. q. 7. art. 3. & 4. Ad noſtram autem iuſtitiam adeò hæc duo pertinent vt quod ad fidem attinet, vocetur ipſa *iuſtitia fidei*, & vel ſola fide nos iuſtificari hæretici clamitant: quod ad ſpem attinet Apoſtolus dicit, *ſpe ſalui facti eſtis.* Imò quum de ſola fide in Scripturis legamus, quòd *credenti in eum qui iuſtificat impium, fides imputatur ad iuſtitiam.* Rom. 4. ſi aliqua iuſtitia Chriſti actualis nobis imputaretur ad iuſtitiam, vel maximè virtus fidei eſſet quā Chriſtus exercuit. At actus fidei in Chriſto nullus erat, vt iam oſtenſum eſt vaniſſimum eſt igitur per iuſtitiam Chriſti nobis imputatam nos eſſe iuſtos. Ioan. 1. *Iuxta imputatiuam iuſtitiam fides non iuſtificat.* Rom. 10. Gal. 3. Rom. 8. Rom. 4.

C *Argumenta Proteſtantum quibus imputatiuam ſuam iuſtitiam ſtabilire ſolent, confutantur: & quatenus abſque Chriſti iuſtitia iuſtificari non poſſumus, luculentius adhuc oſtenditur.*

CAPVT IX.

NVNC ad hæreticorum hodie argumenta quibus hanc imputatiuam iuſtitiam ſtatuere voluerunt, veniamus, & tertiam atque poſtremam huius diſputationis partem aggrediamur. Potiſſimum eorum argumentum à rei ipſius quam imaginati ſunt, neceſſitate deſumitur. Etenim hæc duo tanquam certiſſima ponentes, primum iuſtitiam quam à nobis Deus exigit, eſſe oportere perfectiſſimam, & in qua nihil deſiderare aut arguere Deus vel lex ipſa poſſit; ſecundum, noſtrā omnem iuſtitiam à tali perfectione quam longiſſimè abeſſe, multóſque non ſolum defectus, ſed & lapſus atque peccata habere; tertium hoc neceſſario ſibi concludēdum exiſtimarūt, vt Chriſti excellntiſſimam iuſtitiam fide à nobis apprehenſam, atque per fidem nobis

non ſecus ac ſi noſtra eſſet à Deo imputatam, Dei iudicio opponeremus. Sed hæc imaginaria collectio & argumentatio, idcircò tota vana eſt & falſa, quia vtrunque præſuppoſitum vanum eſt & falſum. Iam enim oſtenſum eſt in præcedēte diſputatione, neque tam exactam & omnimodam iuſtitiæ perfectionem Deum à nobis exigere in hac vita; neque tam imperfectam eſſe noſtram iuſtitiam; quin & Deo placeat, acceptáque ſit ad vitam æternam, & in ſuo genere perfecta ſit. Confugere ergo ad imputationem talem, vel potius talem comminiſci, hanc ob cauſam neceſſe non fuit. D

Variæ cauſæ cur abſque Chriſti iuſtitia iuſti eſſe non poſſumus.

Veriſſimum ſanè eſt ad Chriſti iuſtitiam & gratiam multis de cauſis neceſſarium eſſe vt confugiamus; neque abſque Chriſti iuſtitia nos iuſtos eſſe poſſe; nec denique noſtræ ſoli iuſtitiæ eſſe confidendum. Illas cauſas breuiter notabimus. Prima eſt quia ab æter-
1. no in Chriſto & propter Chriſtum ſumus à Deo præcogniti & electi ad iuſtificationis
2. gratiam conſequendam vt Apoſtolus docet ad Epheſ. 1. & ad Rom. 9. Secunda eſt quia remiſſionem peccatorum præcedentium & reconciliationem cum Deo, quæ ad temporalem vocationem & iuſtificationem impij neceſſaria eſt, ſine Chriſto non conſequimur; ſed per Chriſti iuſtitiam actualem, per merita & paſſionem eius, ea nobis cōfertur.
3. Tertia eſt quia pœnas peccatis debitas ſic Chriſtus perſoluit, vt eius paſſio nobis illi per baptiſmum incorporatis communicata, perinde tollat omnem reatum pœnæ ac ſi nosipſi ſufficientes pęnas perſoluiſſemus, vt celebris S. Thom. doctrina habet 3. p. q. 60. ar. 2.
4. Quarta eſt quia in præparationem ad iuſtitiam, præueniens gratia & ſpeciale auxilium Dei propter Chriſtum nobis confertur, in quo ſolo placuit Deo patri omnia inſtaurare. E
5. Quinta eſt quia habitualis gratia quæ iuſtificandis infunditur, vt iuſtificentur, per Chriſtum & à capite Chriſto in ſua membra influente infunditur, dato Spiritu S. *qui eſt &*
6. *ſpiritus Chriſti*. Sexta, quia gratiam & virtutem bene operandi, & iuſtitiā acceptam conſeruandi atque augendi, per Chriſti quoque merita & paſſionem accipimus, qui per ſuam redemptionem liberauit nos à ſeruitute culpæ. Septima quia leuiora peccata
7. quibus in progreſſu iuſtitiæ nemo iuſtus caret, per Chriſti miſericordiam & gratiā per-
8. petuò ignoſcuntur. Octaua, quia omnia ſacramenta per quæ vel à peccatis reſurgendi, vel in virtute progrediendi vim & facultatem accipimus, per Chriſti gratiam & virtutē ſacramentis inditam talem nobis vim & facultatem conferunt. His & aliis de cauſis, quas omnes in hac & præcedenti controuerſia (excepta vltima quæ ad aliam controuerſiam pertinet) confirmauimus, abſque Chriſti iuſtitia iuſtificari non poſſumus. Sed verò cauſa quam Proteſtantes commenti ſunt, ſuperius citata, nulla vel ratione vel authoritate ſacra nititur.

Quo tamen in loco ne propter affinitatem rerum aliquis erret, aut quicquam Chriſti Domini noſtri iuſtitiæ & gratiæ detrahere videamur, notandus eſt harum duarum propoſitionum ſenſus orthodoxus. Nempe quod noſtra iuſtitia innititur iuſtitiæ Chriſti, & quod Deus per Chriſtum ſupplet defectus noſtros. Nam quod ad priorem propoſitionem attinet non ille ſenſus eſt, vt Chriſti iuſtitia & noſtra iuſtitia tanquam duæ formales cauſæ, vna perfecta altera imperfecta, vna ſuperior altera inferior, & vna ſupplemētum alterius, ad vnam noſtram iuſtitiam conſtituendā concurrant; vt Proteſtantes imaginantur ponentes exemplum de duobus principi gratis & acceptis; ſed vno quidē per ſe grato longéque acceptiſſimo, altero non propter ſe ſed propter illum alium ſuo merito alterius defectus ſupplentem grato & accepto. Iuſti enim grati ſunt & accepti Deo propter iuſtitiam quæ in ipſis eſt, non ſolum propter iuſtitiam quæ in Chriſto eſt. Id eſt, F

Perſona iuſti eſt in ſeipſo Deo grata non in Chriſto tãtum.

iuſtos amat Deus & pro amicis ac filiis habet, non ſolum quia in Chriſto cuius membra ſunt, eſt quod amet Deus & perfectiſſimè amet; ſed etiam quia in ipſis iuſtis eſt ſimiliter, quod & propter quod Deus illos amat. Quos his verbis ille *iuſtus Dei* (ſic enim vocatur Eſaiæ 53.) atteſtatur. *Ipſe pater amat vos, quia vos me amaſtis*, &c. Idem docet dilectus eius diſcipulus. *Quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & quæ placita ſunt coram ipſo facimus.* Ab Apoſtolo autem Paulo. Iuſtorum bona opera vocantur, *Hoſtia accepta placens Deo.* Imò diſertiſſimè ait Chriſtus. *Si quis diligit me ſermones meos ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus.* Diliguntur ergo iuſti à Deo non ſolum propter Chriſtum, *in quo ei beneplacitum eſt*, ſed etiam propter iuſtitiæ opera quæ ipſimet faciunt, idque à Deo *vt Deus in illis maneat*, ſcilicet per abundantiam gratiæ & beneplacitum amoris Dei. *In hoc enim ſcimus* (ait Ioānes) *quia manet in nobis, de Spiritu ſuo quem dedit nobis.* Propter hunc Spiritum datum nobis, dicit Apoſtolus

Ioan. 16. Ioan. 3. Philipp. 4. Ioan. 14. Matth. 3. 1. Ioan. 3.

A Apoſtolus nos *habere inhabitantem Spiritum Dei*, adeóque *Spiritum Chriſti miſſum in corda* Rom.8.
noſtra. Eſt ergo perſona iuſti in ſeipſa Deo grata,& propter iuſtitiam veram illi inexiſtē- Gal 4.
tem Deo accepta & beneplacens. Dicimur tamen in Chriſto & propter Chriſtum Deo *Quomodo noſtra*
placere & accepti eſſe: dicitur quoque noſtra iuſtitia Chriſti iuſtitiæ inniti, quia origo *iuſtitia innititur chriſti iuſtitiæ.*
omnis & progreſſus noſtræ iuſtitiæ à Chriſto eſt, atque dependet: quia in genere cauſę
efficientis, tota noſtra iuſtitia dependet à iuſtitia Chriſti in fieri & conſeruari, propter
cauſas prædictas. Eo nimirum ſenſu quo ab Apoſtolo vocamur, *noua creatura in Chriſto*. Gal.6.
Non enim quia in Chriſto, id eſt per Chriſti gratiam, ſiue vt à capite in nos eius mem- 2.Cor.5
bra ſubminiſtratam, ſiue eius merito nobis collatam renouamur in nouam creaturam;
ideò reuera non renouamur, ſed ideò reuera niſi per Chriſtum nō renouamur. Sic enim
ſanè in Chriſto ſumus iuſti, placemus Deo,&c. verè nihilominus nos ipſi in nobis (etſi
non ex nobis excluſo Chriſto) iuſti ſumus & placemus Deo.

Iam verò quod ad alteram propoſitionem attinet, Chriſti iuſtitia ſupplet defectus
noſtros, nō vt imperfectum aliquem iuſtitiæ actum, puta verbi gratia, dilectionem pro- *Quomodo defectus noſtri ſupplentur à Chriſto.*
ximi parum intenſam, Chriſti iuſtitia & dilectio totius humani generis, tanquam perfe-
ctiſſima dilectio ſuppleat, faciátque ex imperfecta perfectam; vt ſic ad perfectionem
perducta ad diuinum tribunal pro vera iuſtitia ſiſti audacter queat; qualiter Prote-
ſtantes imaginantur docentes non ſolum imperfectiones noſtras à Chriſto ſupple-
ri; ſed etiam ipſas peccatorum ſordes, & immunditias noſtras à Chriſto tegi, nóſque
B illius iuſtitia tanquam veſte nuptiali ſuperindui, aut quaſi veſtibus Eſaŭ primogeniti fra-
tris noſtri nos veſtiri, vt ſic benedictionem Patris cæleſtis aſſequamur: non hoc inquam
ſenſu ſupplentur defectus noſtri à Chriſto. Nam defectus noſtri vt imperfectionem &
exiguitatem iuſtitiæ ſignificant, non ſupplentur aliquando vt fiant perfecta iuſtitia, qua-
lis Chriſti iuſtitia eſt; ſed pro vera iuſtitia huius vitæ admittuntur coram iuſto Dei iudi-
cio & approbantur, ſi peccato careat talis imperfectio: vt in poſtrema diſputatione ſa-
tis explicatum eſt. Et repugnant huic ſenſui Proteſtantum omnes illæ ſcripturæ quæ iu- Supra lib.6. cap.11.
dicium de nobis futurum pronunciant iuxta opera noſtra & labores noſtros, quales ſu-
prà citatos labes in argument.8. vt autem defectus noſtri ſignificant peccata leuiora & Cap. præced.
quotidiana non propriè ſupplentur, ſed ignoſcuntur per Chriſti etiam gratiam iuſtifi-
cantem vt in præcedente etiam controuerſia explicatum eſt. Hoc enim ſenſu Chriſtus
eſt *aduocatus noſter apud Patrem* 1.Ioan.2. Eſt adhuc alius modus ſupplendi defectus no- *Alius modus ſupplendi defectus per Chriſtum.*
ſtros quem Chriſtus facit, quum vel Deum nobis reconciliat iratum aut auerſum, vel in
accepta gratia & amicitia Dei nos cōſeruat, quorum neutrum homines per ſe poſſunt.
Sed etiam hoc modo nulla fit imputatio iuſtitiæ aut meritorum Chriſti, ſed fit tantum
opitulatio & propitiatio per Chriſtum, vt per eius vel propitiationem in cruce factam
reconciliemur Deo, vel per perpetuam gratiæ influentiam & aſſiſtentiam (quia *ſine eo ni-* Ioan.15.
hil poſſumus facere, non magis quam palmites in vite abſque radice.) in iuſtitia perſeuere-
mus. Propter prius *propitiatio pro peccatis totius mundi*, vocatur: & dicitur eſſe ille, *per quem* 1.Ioan.2.
placuit Deo Patri omnia reconciliare, propter poſterius, *Caput ex quo totum corpus compactum* Coloſſ.1.
eſt, &c, nuncupatur. Diſtinguenda ſunt ergo diligenter hæc omnia ne affinitate falſi, Epheſ.4.
C veriſimilis cōfundatur veritas. In hoc enim errauit Albertus Pighius aliique ante Con- *Cauſa erroris Pighij circa imputatiuam iuſtitiam.*
cilium Tridentinum ſcriptores quidam Catholici (magis verò hæretici, quia & longius
progreſſi & pertinacius in hac ſentētia verſati ſunt) quod quum Chriſti iuſtitiam nobis 1.
eius membris communicari in Eccleſia didiciſſent; nóſq; non in nobis ſed in Deo con- 2.
fidere oportere; nos gratis per Chriſtum iuſtificari, nos deníque omnes ſub peccato 3.
concluſos ad Chriſtum confugere debere; nobis poſtremò propter Chriſtum non im- 4.
putari delicta noſtra; & in hoc recōciliatos nos eſſe Deo in Scripturis legiſſent; propter 5.
has 5. propoſitiones iudicarunt. Primò Chriſti iuſtitiam fieri formaliter noſtram: Se- *Quinq; errores.*
cundo: noſtram propriam iuſtitiam quæ confidenter Dei iudicio opponi poſſet nullam 1.
prorſus eſſe: Tertiò quia gratuita noſtra eſſet iuſtificatio, ideo alienam illam eſſe nobis 2.
imputatam non nobis inhærentem: Quartò non alium fuiſſe Iuſtitiæ diuinæ conſer- 3.
uandæ modum quam vt Chriſti iuſtitia nobis imputaretur; Quintò ex non impu- 4
tatione peccatorum, imputationem iuſtitiæ conſequi. Sed ex illis quinque pro- 5.
poſitionibus veriſſimis non hi quinque errores, ſed aliæ quinque veritates orthodoxæ
iudicio Eccleſiæ ſcripturam interpretantis colliguntur. Primùm enim Chriſti iuſtitia *Quinque veritates.*
nobis eius membris communicatur, vel per influxum gratiæ à capite vel per modum 1.

2. meriti, aut etiam ſatisfactionis vt iam antea explicatum eſt. Secundò, in noſtra iuſtitia D
vtcunque vera confidendum non eſt, partim quia à Deo illa eſt, & eius gratia non à no-
Pſal. 18. bis aut naturæ noſtræ viribus; partim quia delicta noſtra non intelligimus ſemper, ſed
3. clamarè neceſſe eſt, *ab occultis & ab alienu parce ſeruo tuo*. Quas duas propoſitiones Patres
Ex gratuita iuſtificatione non ſequitur imputatiua. Tridentini ſapienter notarunt ſeſſ. 6. cap. 16. Tertiò ex gratuita iuſtificatione per Chri-
ſtum non ſequitur imputatiua iuſtitia ipſius Chriſti. *Iuſtificamur enim gratis* (id eſt nullis
præcedentibus meritis noſtris, & vt ipſe ſeipſum Apoſtolus exponit his verbis: *ſine operi-*
Tit. 3. *bus iuſtitiæ quæ fecimus nos*) per *gratiam Chriſti per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu*: redemp-
Rom 3. tio autem per Chriſtum facta non eſt gratia imputatiua, vt cenſeamur iuſti & liberati à
peccatis quum non tamen ſimus tales; ſed eſt gratia adeóque *abundantia gratiæ & donatio-*
Rom. 5. *nis*, nobis collata (eam *enim accepimus*) qua liberamur à ſeruitute culpæ, effecti realiter iu-
ſti, vt antea explicatum eſt. Quare illa verba Apoſtoli. *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius*, ex-
Rom. 3. plicans Auguſtinus, ait, *Qua gratia in interiore homine renouato iuſtitia ſcribitur, quam culpa de-
leuerat: & hæc eſt miſericordia ſuper genus humanum per Ieſum Chriſtum* D. N. Hæc ille de ſpiritu
& liter. cap. 27. Quartò concluſi omnes ſub peccato ad Chriſtum confugimus, non vt
eius iuſtitia qua ipſe iuſtus eſt induamur, ſed vt eius gratia donemur qua nos iuſtos facit,
id eſt, vires præbet implendi legem & ambulandi non ſecundum carnem, ſed ſecundum
Spiritum: (vt eſt in præcedentibus lib. 6. cap. 11.) demonſtratum. Quintò propter Chriſtũ
non imputantur noſtra delicta, quia propter Chriſtum nobis ignoſcuntur. Sed vt non in
ſola remiſſione peccatorum noſtra conſiſtit iuſtitia, ſic in ſola illa non imputatione de- E
lictorum non conſiſtit noſtra cum Deo reconciliatio, vt ſupra oſtenſum eſt libro 5.
cap. 9.

Aliud argumentum inde ſumunt, quod quia membra Chriſti ſumus, ideo commu-
nicãtur nobis omnia quæ Chriſti ſunt. Vnde Apoſtolus dixit, *ex Deo vos eſtis in Chriſto qui
factus eſt nobis ſapiẽtia & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio*; 1. Cor. 1. Et rurſum. *Qui pro nobis
omnibus tradidit filium ſuum, quomodo non cum illo omnia nobis donant*. ad Rom. 8. Hunc enim
inferunt, ſic Chriſtũ nobis omnia, vt nos in nobis ipſis ſtulti, infirmi, peccatores & mor-
tui, in Chriſto tamen ſapientes, fortes, iuſti, & viuentes ſumus. Sed breuiter reſpondetur
Chriſti dona nobis communicãtur, efficienter non formaliter. hæc omnia nobis eſſe Chriſtum, *ſapientiam, virtutem Dei iuſtitiam* adeoque vitam, efficien-
ter non formaliter. Quod autem ad communicationẽ attinet, in eo conſiſtit, quod quia
membra ſumus eius & ille caput influit in nos per *omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecũ-*
Ephes. 4 *dum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri*, ſuo videlicet Spiritu *diuidens ſingulis pro-*
1. Cor. 12. *ut vult*. Facit autem hæc diuiſio & ſubminiſtratio per Chriſtum facta, vt certas particu-
las gratiæ & donationis Chriſti vnuſquiſque fidelis in ſeſe recipiat, ſicuti vnumquodq;
naturalis corporis membrum certam vitæ & motus portionem à capite accipit: nõ au-
tem facit vt tota Chriſti gratia & iuſtitia nobis imputetur extrinſeca denominatione &
nulla infundatur intrinſeca communicatione Rurſum per modum meriti communicã-
Chriſti merita quomodo nobis communicãtur. tur nobis Chriſti opera, non vt noſtra cenſeantur, (alioqui eandem & animæ beatitudi-
nem & corporis noſtri exaltationem nos quoque ſinguli mereremur qualem ille meruit F
ad Philip. 2. & Luc 24.) ſed vt vniuerſa & omnis generis beneficia apud Deum per Chri-
ſtum & propter Chriſtum mercamur. Quæ cauſa eſt quod omnem ſuam orationem, &
petitionem apud Deum terminat ſancta Eccleſia *per Chriſtum* D. N. fit etiam hæc commu
nicatio meritorum inter fideles mutua, de qua propheta dixit, *Particeps ego ſum omnium
timentium te & cuſtodientium mandata tua*, Pſalm. 118. Non tamen propterea eadẽ ſunt om-
nium fidelium merita, & vnicuique alterius per imputationem propria.

Chriſti ſatisfactio verò eſt noſtra, eſſi-de relo- quamuis iuſtitia hoc verò non ſit. Aliquid tamen ſingulare eſt in illa iuſtitia & obedientia Chriſti qua pro nobis ſatiſ-
fecit quotquot eius membra per fidem ſumus. Illa enim ſanè per communicationem ſic
noſtra eſt, vt perinde nobis imputetur ac ſi nos ipſi ſufficienter ſatisfeciſſemus; iuxta ſcri
Eſai. 53. pturas quæ dicunt, *dolores noſtros ipſum portaſſe, & diſciplinam pacis noſtræ ſuper eum fuiſſe*. Nõ
1. Petr. 2. tamen idem de Chriſti vniuerſa iuſtitia dici poteſt Quæcunque enim Chriſtus pertulit,
quia pro peccatis pertulit, ſua autem peccata nulla erant, neceſſe eſt, vt non niſi pro no-
ſtris peccatis pertulerit: ideóque noſtrorum propriè peccatorum ſatisfactio & propitia-
tio eſt, quam Chriſtus fecit. Ipſa verò Chriſti ſiue habitualis gratiæ plenitudo, ſiue actua-
lis obedientia, humilitas, charitas, reliquaque omnium virtutum iuſtitia, ſic Chriſto erat
propria, vt ad alios tranſire aut aliorum propria fieri non potuerit, niſi duobus modis iã
prædictis; idque propter rationes prædictas maximè in 1. 6. 7. & 8. argumentis allatas.

Propterea

A Præterea mors & paſſio Chriſti ſeu ſanguis effuſus, eſt prætium quoddam redemptionis & liberationis noſtræ Deo perſolutum pro nobis. Hoc pretium pro nobis perſolutum noſtrum ſanè eſt, non in ſe ſed in fructu & effectu ſuo; ſicuti in redemptione captiui pecunia pro redemptione numerata, quaſi captiui propria à Domino acceptatur: & illa perſolutio eſt vera iuſtitia, qua domino captiui ſatisfactum eſt. Sed tamen quemadmodum illa perſolutio pretij non eſt ipſa libertas ad quam captiuus reſtituitur, ſed eſt cauſa eius, ſic pretium ſanguinis Chriſti & obedientia Chriſti humiliantis ſe Deo patri vſque ad mortem pro redemptione noſtra, non eſt ipſa vel libertas gratiæ ac iuſtitiæ & liberatio à ſeruitute culpæ, vel libertas gloriæ & beatitudo æterna redemptis per Chriſtũ data, ſed eſt cauſa vtriuſque efficiens; vt de libertate gratiæ ac iuſtitiæ eſt antea probatum in propoſit. vltima.

Notandum itaque diligenter quod Chriſti mors & paſſio, vt in ſeipſa duplici modo fuit vera iuſtitia, tum quia erat perfectiſſima obedientia voluntati Patris in modo agẽdi, tum quia pleniſſimè actus ipſe talis ſatis fecit patri pro nobis, ſic conſequenter & fauorem & gratiam renouantem Dei patris meruit nobis, vt diuino ſpiritu donati *filij Dei & nominemur & ſumus*, 1. Ioan. 3. ideoque noſtræ formalis iuſtitiæ cauſa quidem efficiens & meritoria fuit; non tamen fuit noſtra formalis iuſtitia qua nos ipſi coram Deo iuſti ſumus. Notanda eſt vt dixi hæc diſtinctio; quia ex hoc potiſſimũ argumento obedientiæ Chriſti pro nobis ſuſceptæ, quæ & vera iuſtitia erat, imputatiuã iuſtitiam imperitis pro- *Paſſionis Chriſti vt duplex iuſtitia ita duplex effectus.*
B teſtantes perſuadẽt. Ad quam etiam rectius intelligendam aduertendum eſt, quòd quũ ipſius iuſtitiæ ſeu (quod idem eſt) voluntatis diuinæ à nobis adimplendæ, duæ ſint partes, vna ſeruare mandata & viuere in illis, altera ſi non ſeruamus pœnam debitam ſubire (de vna enim dictum eſt, ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata Matth. 19. de altera dictũ eſt, *qua die comederis* de vetito ligno *morte morieris* Gen. 2. ideóque) vt ſcribit Auguſt. de lib. arb. lib. 3. cap. 15.) *non ſinitur anima non reddere debitum Deo: aut enim reddit benè vtendo quod accipit aut reddit amittendo quo benè vti noluit: ideóque ſi non reddit faciendo iuſtitiam reddit patiendo miſeriam*) prior ſanè pars primaria eſt, & iuſtitiæ propria, & quæ largitionem vitæ æternæ in ſua ratione propriè includit, ſine qua denique altera eſſe non poteſt. qui enim perſtat in malitia non liberatur à ſupplicio, nec niſi conuerſo ad Deum remiſſio fit peccatorum: atque ideo hanc partem non ſic meruit nobis Chriſtus vt prorſus extra nos eſſet, planè vt nobis ineſſet, *fieretque in nobis cor nouum*, &c. quia verò altera iuſtitiæ pars habet rationem eius quod extra nos eſt quia euaſio tantũ eſt ſupplicij quod pro nobis perſoluere alius poteſt, ideo fit vt Chriſti paſſio & ſatisfactio tale pretium & talis perſolutio pœnæ peccatis noſtris debitæ fuerit, vt ſine vllo ſupplicio noſtro nobis ad plenam ſatiſfactionem imputari poſſit.

Rurſum argumentantur ab illis vel ſcripturæ vel Patrum dictis quæ iubent nos in ſolo Deo ſpem ponere, non autem in nobis ipſis aut noſtra iuſtitia confidere. Et hoc in loco multorũ Patrũ verba proferũt, & Auguſtini verba inculcãt, *væ etiam laudabili hominũ vitæ ſi ſine miſericordia iudicetur*, in confeſſionibus & ſuper Pſal. 129. *Spes vna eſt, quoniã apud te propitiatio eſt.* Similia ex Baſilio in Conc. de humilitate, ex Ambr. in lib. de Iacob. & beata *3. argum.*
C vita c. 6. ex Hylario in Pſal. 51. ex Græгorio magno in Ezechiel. Homi. 71. coaceruãt. D. quoque Bernardi ſimilia verba ſerm. 61. in Cant. addunt dicentis. *Ego fidenter quod ex me mihi deeſt vſurpo mihi ex viſceribus Domini*, Et paulò pòſt. *Memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Ipſa enim eſt mea. Nempe factus es mihi tu iuſtitia à Deo.* Ad quæ omnia breuiter reſpondẽdum eſt in noſtra iuſtitia confidendum aut gloriandum non eſſe, non quia nulla eſt: ſed partim quia ex Deo & Chriſti gratia eſt quanta quãta eſt, non ex naturæ noſtræ viribus; partim quia delicta noſtra non intelligimus quæ quotidiana remiſſione indigent, ideoque ſemper *cũ metu, & tremore ſalutẽ noſtrã operari debemus*, & perpetuo clamare, *ab occultis meis mũda me domine*, &c. Has duas conſiderationes Patres Tridentini ſapiẽter notarunt ſeſſ. 6. c. 6. *Quare in noſtra iuſtitia confidendum non eſt.* *Philip. 2. Pſal. 18. Infra lib. 10. cap. vlt.*

Et priorem quidem tradit Auguſtinus Enarrat. in Pſal. 10. & ſuper illa verba. In *iuſtitia tua libera me*, & in lib. de ſpiritu & lit. ca. 10. oſtendens quomodo per legem fidei excluditur gloriatio. Poſteriorem tradit multis in locis quæ in præcedente controuerſia citauimus Nempè *nec dicendum eſt nihil nos iuſtitiæ habere ne aduerſum Dei dona mentiamur, nec totam, & plenam in hac vita iuſtitiam nos habere confidendum nobis eſt*, vt pulchrè vtrumque docet Auguſt. ſerm. 16. de verbis Apoſtoli. *Supra lib. 6. cap. 8.*

Alia Proteſtantum argumenta pro imputatiua iu-ſtitia ſtabilienda euertuntur. D

CAPVT X.

QVARTÒ argumentantur ab illis Scripturis quæ gratuitã per Chri-
Rom.3 & 4. ſtum iuſtificationem docent: vt ex illis verbis. *Iuſtificati gratis per gra-
tiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto. Et qui non operatur, credẽti au-
tem in eum qui iuſtificat impium fides eius reputatur ad iuſtitiam ſecundum pro-
poſitum gratiæ* DEI. Ex quibus inferũt noſtram iuſtitiam nihil eſſe aliud
quam gratuitam acceptationem propter Chriſtum, mediante fide
beneficium Chriſti apprehendente; ſiue gratuitam imputationem re
demptionis per Chriſtum factæ & iuſtitiæ quæ in Chriſto erat. Sed cauſa erroris in hoc
Cauſa erroris proteſtãtium triplex. argumento triplex eſt. Prima quod gratiam Chriſti iuſtificantem pro fauore tãtum Dei
gratuito accipiunt, quum illa ſit donum intus in corde diffuſum, & operans in nobis ſi-
1. ue operari nos faciens omnem iuſtitiam. Quare Auguſtinus explicans illa verba, *iuſtifi-
cati gratis per gratiam ipſius, qua* (inquit) *gratia in interiore homine renouato iuſtitia ſcribitur, quam
Supra lib.5. cap.4. culpa deleuerat, & hæc eſt miſericordia ſuper genus humanum per Chriſtum* D. N. Hæc ille de ſpiri-
tu & lit. ca. 27. Vide plura hac de re in diſputatione de inhærente iuſtitia. Secunda eſt, E
2. quòd redemptionem per Chriſtum factam in ſola remiſſione peccatorum cõſiderant;
Supra cap.6. quum illa præterea complectatur liberationem à ſeruitute culpæ, vt eſt ante explicatum
3. in propoſit. vltima. Tertia eſt quod gratuitam & imputatiuam iuſtitiam pro eodem ac-
Iuſtitia omnis noſtra quare gratuita eſt. cipiunt. Gratuita enim ideo eſt omnis noſtra iuſtitia, quia ſine vllis præcedentibus meri-
tis illa nobis gratia confertur qua operante in nobis iuſti ſumus. Hunc ſenſum Apoſto-
Tit.3. lus clariſſimè expreſſit. *Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos* (ſcilicet antè acceptam gra-
2.Timo 1. tiam) *ſed per miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit per lauacrum, &c. vt iuſtificati gratis ipſius hære-
des ſumus; &c. Qui nos liberauit & vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſe-
cundum propoſitum ſuum & gratiã.* Rurſum *Gratia ſaluati eſtis ex fide, non ex operibus* ad Epheſ.
2. Item ad Rom. 4. *Ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium imputatur fides
eius ad iuſtitiam ſecũdum propoſitum gratiæ* DEI. In his omnibus locis gratia iuſtificans ideo eſt
gratia & merè gratuita, quia non propter opera aliqua præcedentia confertur. Non autẽ
ideo eſt gratuita, quia donum Spiritus S. intus inhærens (quod pariter confertur) à ra-
tione iuſtitiæ excluditur: quaſi ſola fides ſeu apprehẽſio per fidem eſſet gratuita, alia au-
tem Dei dona non eſſent. Ipſa enim charitas aliæque virtutes infuſæ quæ renouationẽ
internam perficiũt, non minus ſunt gratuitæ, quam eſt ipſa fides aut apprehenſio per fi-
dem, vt in alia mox controuerſia per occaſionem amplius diſputabitur. Ipſa etiam fides
Infra lib.8. cap 22. non minus eſt noſtra quamuis à Deo data, quam ſunt aliæ virtutes aut virtutum opera,
vt in Controuer. de gratia & lib. arb. explicatum eſt. Præterea iuxta Scripturarum lo-
quendi modum imputandi vocabulum non ſolum gratuitam aliquam beneuolentiam
Imputare ſignificat veritatem rei ſubiectæ non acceptationem tantum. ex parte acceptantis Dei, ſed etiam ſinceram veritatem ex parte rei ipſius, tam in bono F
quam in malo ſignificat. Sic Abrahæ fides Rom. 4. & Phineæ Zelus legis Dei Pſal. 105. &
impij conuerſi fides Rom. 4. reputari aut imputari dicitur ad iuſtitiam, quia verè iuſtifica
tus fuit Arahã ex fide, quæ ſcilicet, *operibus eius cooperabatur*. Iacob. 2. Phineæs ex Zelo le-
gis Dei non ſine fide vera iuſtitiæ laudem coram Deo adeptus eſt. Impius habens fidem
in Deum que per dilectionem operatur (quia illa ſola valet Gal. 5.) verè iuſtificatur. Gra-
tis enim hæc dona virtutum à Deo dantur, verè tamen iuſtificant: quia vt iuſtificent dã-
tur. Hoc etiam ſenſu dicitur ad Rom. 2. *Si præputium iuſtitias legis cuſtodit, nonne præputium il-
lius in circunciſionem reputabitur*, id eſt, eum verè coram Deo iuſtificabit, *circunciſio cordis non
litera, cuius laus non ex hominibus ſed ex* DEO eſt. Sic enim ſeipſum ibidem Apoſtolus expo-
nit.

5 argum. Quintò argumentantur ab illis Scripturis quæ iuſtitiam noſtram deſcribunt per nõ
Rom.4. imputationem peccati, vt illud. *Sicut* DAVID *dicit beatitudinem hominis cui* DEVS *accepto fert iu-
2.Cor.5. ſtitiam ſine operibus, & beatus* (ſiue iuſtus) *vir cui non imputauit dominus peccatũ.* Et adhuc cla-
rius alibi. *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi non reputans illis delicta ipſorum.* Ex hac
enim non imputatione peccatorum, imputationem iuſtitiæ Chriſti neceſſariò cõſequi
exiſtimant.

A exiſtimant.Quod & ex Apoſtoli verbis paulò pòſt ſubſequentibus confirmant.*Eum qui non nouerat peccatum,pro nobis peccatum fecit vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.*Hæc Apoſtolus.Ex hoc enim loco ſic argumentantur. Ait Apoſtolus quod ſicuti Chriſtus factus eſt pro nobis peccatum, ſic & nos efficimur iuſtitia coram Deo in ipſo.Sed Chriſtus ideo factus eſt peccatum,& verè peccator coram Deo, quia tum Deus pater ei peccata no- Eſai 53.
ſtra potentiſſimè imputauit iuxta illud,*poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum*;tum quia ipſe peccata noſtra in ſeipſum voluntariè ſuſcepit.Ergo ſimiliter & nos ideo facti ſumus iuſtitia & ſumus iuſti coram Deo,quia Chriſti iuſtitia in nos tranſcripta eſt, nobiſque imputata Deo patre ita ſtatuente,& Chriſti voluntate ad hoc ipſum nos per fidem in illum acceptante.Hæc eſt vna præcipua proteſtantum hodie circa imputatiuam iuſtitiam cõfirmandam ſpeculatio.Adiungunt,autem ad huius argumenti confirmationem & alias illuſtres ſcripturas.*Chriſtus redemit nos de maledicto legis,factus pro nobis maledictum, vt in gen-* Gal.3.
*tibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto.*Item *Deus miſit filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege,vt eos qui ſub lege erant redimeret,vt filiorum adoptionem reciperemus.*Rurſum *dedit ſemet-* Gal.4.
*ipſum redemptionem pro omnibus.*Denique ex propheta Ieremia.*Hoc eſt nomen quod vocabunt* 1.Timo.2.
*eum Iehoua,iuſtitia noſtra.*Quod etiam ab Eſaia notatur. *In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus*
ſeruos meos multos & eorum iniquitates ipſe portabit. Poſtremò illud Apoſtoli. *Quod impoſsibile* Iereme.23.
erat legi,in quo infirmabatur per carnem,Deus mittens filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati, de Eſai.53.
peccato (id eſt per ſacrificium ſui corporis pro peccatis oblatum) *damnauit peccatum in car-*
B *ne*,id eſt in forma & natura humana quæ peccauerat: *vt iuſtificatio legis impleretur in nobis*, Rom 8.
id eſt vt iuſtitia abſolutiſſima quam lex exigit impleretur,non à nobis ſed in nobis;quia Chriſtus qui legem impleuit, in nobis eſt:hoc eſt,*per fidem in nobis habitat*, *Et qui ſpiritum* Epheſ.3.
Chriſti non habet hic non eſt eius:& iterum.*Quicunque in Chriſto baptiſati eſtis Chriſtum induiſtis.* Rom.8. Gal.3.
Sic ergo plena iuſtitia eſt in nobis,quando Chriſtus eſt in nobis quem pater credẽtibus donat,*& omnia cum illo* ad Rom.4.Nam quod ſequitur *qui non ſecundum carnem ambulant*, &c.eſt quidem impletio legis inchoata,quæ ſuum habet locum,ſed alium quendam nõ qui propriè ad iuſtitiam coram Deo ſpectat.Hæc eſt collectio Martini Chẽnitij ex ſcri- *In examine decret.trid.*
pturis citatis; & in hac collectione potiſſimum, probationis pondus conſiſtit, qua imputatiuam iuſtitiam confirmant.

Sed breuiter ad omnia reſpondetur.Primum quod ad rem ipſam attinet, ex non im- *Nõ ſequitur imputatio iuſtitiæ ex non imputatione peccatorũ.*
putatione peccatorum per Chriſtum ideo non ſequitur imputatio iuſtitiæ per Chriſtum aut propter Chriſtum quia non in ſola remiſſ. peccatorum noſtra conſiſtit iuſtificatio. Idcirco autem alteram ex altera conſequi imaginati ſunt proteſtantes,quia in ſola acceptatione gratuita ad vitam æternam,condonatis per Chriſtum peccatis, iuſtificationis noſtræ vim totam,ipſámque vocabuli iuſtificationis ſignificationem totam conſiſtere, ſibi perſuaſerunt.Vtrumque autem quam falſum ſit in præcedentibus explicatũ eſt: il- Lib. 3. cap. 9.
lud quidem in primo cap.obiectionum contra iuſtitiam inhærentem,hoc verò in prolegomenis.Deinde quod ad collectionem ex Apoſtoli verbis 2. Cor. 5. attinet, & antecedens falſum eſt,& conſequentia inualida.Nec enim noſtra peccata imputata ſunt Chri- *Quo modo Chriſtus tulit peccata noſtra & factus eſt peccatũ.*
C ſto vt ille eſſet peccator dicendus,nec vnquam hoc modo loquẽdi vſa eſt ſcriptura. Dicitur *tuliſſe peccata noſtra in corpore ſuo*, Eſai.53.quia pœnas illis debitas ſuſtinuit.Ipſius autẽ peccati ſedes propria eſt anima,adeóque ipſius animæ pars rationalis. Dicitur quoque Romm.8.
Chriſtus *factus eſſe peccatum,& de peccato damnaſſe peccatum*,non quia peccatum per impu- 2.Cor.5.
tationem erat(hoc enim nec ipſi peccatores ſunt)ſed quia fuit *hoſtia pro peccato* more veteris ſcripturæ Leuit.4.5.& 6.vt explicat iuxta communem Eccleſiæ mentem,S.Augu. in expoſit.quarũdam propoſit.in epiſt.ad Rom.Sed peccator in Scripturis non dicitur. *Chriſtus non eſt dicẽdus peccator.*
Eſt ergo non ſolum nouus,ſed & blaſphemus loquendi modus, denominare Chriſtum 2 Cor.5.
ſiue per imputationem ſiue quocunque modo peccatorem,qui in ſcripturis non ſolum Hebr.4.
ſine peccato fuiſſe dicitur, ſed etiam per agnominationem & per excellentiam vocatur à Eſai 53.
Deo patre.*Iuſtus meus, & iuſtitia noſtra.* Denique non dicit Apoſtolus,quod *Deus erat in* Ierem.23.
Chriſto mundum reconcilians ſibi,imputans delicta mundi ipſi Chriſto, ſed *non imputans illis*, *Non imputãtur Chriſto noſtra delicta.*
(vtique qui erãt peccatores in mundo) *delicta ipſorum*. Nec vlla alia ſcriptura dicit Chriſto imputata eſſe noſtra delicta (qui modus loquendi Chriſtum faceret vel authorẽ,vel aliquo modo cauſam noſtrorum delictorum,)ſed hac ſola de cauſa, quod pœnas peccatorum noſtrorum in ſuo corpore ſuſtinuit,ea ipſa portaſſe dictus eſt. Eſt ergo falſiſſimũ collectionis dictæ antecedens.Conſequentia autem & ideo eſt inualida, primum quia

etiam ex ipſa doctrina proteſtantum non eſſet neceſſe ſequi, vt imputatis Chriſto noſtris peccatis, nobis viciſſim eius iuſtitia imputaretur; quia quum ſecundum illos iuſtificatio ſit ſola acceptatio ad gloriam condonatis peccatis, ad hoc certè ſola peccatorum D nostrorum imputatio Chriſto facta ſufficeret. Simpliciter quoque non ſequeretur, quia collatio vnius beneficij non probat neceſſariam alterius quoque beneficij collationem: tum quia liberum eſt largitori Deo à beneficiendo nobis ceſſare, tum quia alio modo & via nobis benefacere vel ad iuſtitiam conſequendam prouidere potuit, ſicuti & fecit: nō filij ſui iuſtitiam nobis imputando, ſed per filium ſuum *Spiritum ſuum nobis impartiendo*, quo accepto iuſti eſſemus.

Rom. 5. Gal. 4. 1. Ioan. 3.

Scripturæ vero in argumento citatæ, partim inhærentem iuſtitiam manifeſtè probāt, vt explicatum iam eſt de loco ad Gal 3 in Controuerſia de iuſtitia inhærente, in 3. cap. obiect. circa finem. De loco ad Rom. 8. in ſequenti diſputatione, propoſit. 1. De loco ad Gal. 4. & 1. ad Timoth. 2. in hac controuerſia in vlt. propoſi. vbi ſimilia Apoſtoli verba ad Titum. 2 & quæ eſſet redemptio per Chriſtum facta explicuimus: partim efficientē cauſam noſtræ iuſtitiæ Chriſtum fuiſſe oſtendunt. Chriſtus enim vocatur *iuſtitia noſtra*, & dicitur *iuſtificare ſeruos ſuos*, quia eſt cauſa multiplex noſtræ iuſtitiæ, vt per varias propoſitiones explicatum eſt: non quia vel proprio ſermone vel per imputationem eius iuſtitia eſt noſtra.

Supra lib. 5. cap. 13. & lib. 6. cap. 2. Suprà cap. 6. Ierem. 23. Eſai. 53.

Poſtremus autem locus ad Rom. 8. flagitioſè deprauatur. Non enim *iuſtificatio legis impletur in nobis* & nō à nobis, quia Chriſtus habitat in nobis, donatus à Deo nobis, vt eſſet iuſtitia noſtra qua ipſi iuſti ſumus; vt Chemnitius Apoſtolum deprauat; ſed iuſtificatio legis impletur in nobis quia nos ipſi eam implemus *ambulantes ſecundum ſpiritum non ſecundum carnem*, vt ipſemet Apoſtolus ſeipſum ſtatim expoſuit: quæ Apoſtoli verba qualem ſenſum habeant, & quantam vim contineant, & quòd non ſolum inchoatam, ſed & ple- E nam huius vitæ iuſtitiam denotant, quia in præcedēte diſputatione loco mox citato copioſè explicatum eſt, ad eum locum recurrere moneo. Chriſtus autem habitat in nobis non ipſe totus, & iuſtitia eius (hoc enim vel maximè imputatiuam iuſtitiam euerteret, quæ omnem inhærentem & inhabitantem in nobis iuſtitiam excludit) ſed per gratiam, per dona, & virtutes quas nobis per ſpiritum ſuum infundit, atque communicat, vt *per fidem* ad Epheſ. 3. *per charitatem* ad Rom. 5. *per obſeruationem mandatorum* quam iſta charitas operatur. Ioan. 14. Denique *per ſpiritum ſuum nobis datum*. 1. Ioan. 3. *In hoc ſcimus quia manet in nobis: de ſpiritu ſuo quem dedit nobis*, imò *quem effudit in nos abundè*: ad Titum. 3. de hoc inhabitante Spiritu Dei ad inhærentem iuſtitiam noſtram in præcedente controuerſia multa diſputauimus, in 1. cap. probationum.

Iuſtificatio legis quo modo impleatur in nobis. Rom. 8. Supra lib. 6. cap. 2. *Chriſtus habitat in nobis non imputatiuè ſed per virtutes infuſas.* Lib. 5. cap. 2.

Neque vero quia dicit Apoſtolus iuſtificationem legis impleri in nobis, propterea negat impleri à nobis. Deus enim *operatur in nobis velle & perficere*, nos tamen ipſi volumus & perficimus opus gratiæ. Sic ad Galatas. *Qui tribuit vobis ſpiritum & operatur virtutes in vobis*: quas ſanè ipſi Galatæ per ſpiritum operabantur. Denique quomodo Deus operatur omnem iuſtitiam in nobis, non tamen ſine nobis, ſed ita vt nos ipſi illam operemur, vi- F de explicatum in Controuerſia de gratia & libero arbitrio, in primo capite, & in tertia claſſe Scripturarum quas hæretici obiecerunt. His ergo hæreticorum hodiè præcipuis pro imputatiua iuſtitia argumentis confutatis, ipſaque orthodoxa ſententia per varias propoſitiones & argumenta ſtabilita, huic controuerſiæ finem imponemus.

Philip. 2. Gal. 3. Supra lib. 4. cap. 3. & 5.

Finis Libri ſeptimi.

A

DE SOLA FIDE IVSTIFICANTE.

LIBER OCTAVVS.

PROEMIVM.

IN ampliſſima & nobiliſſima huius temporis Controuerſia qua de tota hominis Chriſtiani iuſtificatione, id eſt ſalutis via inquiritur, duę præcipuæ partes ſeu quæſtiones principales eſſe videntur: vna de iuſtitia ipſa in ſe qualis ſit, altera de modo ac ratione qua iu-
B ſtificamur. Ac de iuſtitia ipſa in ſe, hactenus per duas Controuerſias diſputatum eſt, & oſtenſum hominis Chriſtiani iuſtitiam, & ſalutem non eſſe (vt proteſtantes ſtatuunt) in ſola remiſſione peccatorum gratuita, cũ iuſtitię imputatione poſitam, vt ille iuſtificari dicatur qui acceptus eſt à Deo pro iuſto, cõdonatis illi per Chriſtum peccatis, & imputata illi quæ propriè in Chriſto eſt iuſtitia; ſed illum demum ſecundum ſcripturas iuſtificari, id eſt iuſtum ex impio fieri, qui præter reconciliationem per Chriſtum factam ſeu remiſſionem peccatorum etiam vera & inhętente iuſtitia per Spiritum S donatur, factus per gratiam Chriſti noua creatura. Illum verò in iuſtitia creſcere & iuſtè viuere qui ſecundum ſpiritum ambulat; & ipſa bona iuſtorum opera veram eſſe & perfectam in ſuo genere iuſtitiam: quæ ſcilicet iuſto Dei iudicio opponi queat: Chriſti vero iuſtitiã in ſenſu proteſtantũ nec in principio nec in augmento iuſtitiæ nobis imputari. Hęc in duabus proxi-
C mè præcedẽtibus controuerſiis, iuxta duas hæreticæ ſententię partes prædictas, qua potuimus methodo & breuitate de iuſtitia ipſa in ſe qualis ſit explicata ſunt. Poſtulat nunc doctrinæ ordo vt de modo iuſtificationis noſtræ proximè inquiratur. Qua in re quia duæ etiam ſunt aliæ hæreticæ ſententiæ partes, duabus aliis Controuerſiis totam quæſtionem abſoluemus. Nempè docent hodiè hętetici modum quo iuſtificamur, id eſt, quo reconciliamur Deo per Chriſtum, & eiuſdem Chriſti iuſtitia nobis imputatur, eſſe ipſam fidem, quæ Dei miſericordiam & promiſſiones apprehendit; idq; cum certitudine quadam prorſus indubitata & infallibili. Ex hac autem doctrina duæ celeberrimæ hæreſes emerſerunt. Prima, hominem ſola fide iuſtificari coram Deo. Secunda, hanc fidem cum certitudine gratiæ eſſe coniunctam. Prius ergo de ſola fide iuſtificante paulo copioſius diſſerere prorſus neceſſarium eſt. Poſtea de certitudine gratiæ, in alia ſeorſim controuerſia ſuccinctius diſputabitur.

D

Martini Lutheri de ſola fide iuſtificante prima & propria ſententia explicatur.

CAPVT I.

ITAQVE in hac celeberrima Controuerſia de ſola fide iuſtificante antequam ad pugnam cominus ineundam veniamus, primam ipſius Lutheri de ſola fide iuſtificante, & propriam ſententiam (qui primus ætate noſtra illam aſſeruit) explicabimus. Principio præſentium turbarũ, ſic Lutherus & eũ proximè ſequuti de ſola fide iuſtificante diſputarũt, vt tum omnia opera antecedentẽ iuſtificantẽ gratiã, & ad eã diſponentia prorſus condemnarent pro impiis, tum opera atque virtutes cum ipſa iuſtificante gratia cõcurrentia, ipſamq́; poſtea iuſtificationem adeptam ſubſequentia, nihil prorſus ad iuſtificationem facere, & pertinere docerent. Per ſolam enim fidem ſic hominem perfectè iuſtificari, vt cætera omnia, ſiue ſacramẽta ſiue bona opera eſſent ad ſalutem indifferentia & libera; nec præcepta, neque prohibita, ut in lib. de Libertate Chriſtiana, in lib. de captiuitate Babylonica, in expoſit. epiſt. ſuper Galatas, aliiſque in locis docuit Lutherus, vt diligenter notauit Dominicus Soto de natura & gratia lib.2. cap.5. Andreas vega in opuſculo de Iuſtificatione. quæſt.2. & ante vtrumque *Roffenſis* E noſter in cõfutatione art. Lutheri, art.1. Et hęc ſanè doctrina Lutheri à quam plurimis Lutheranis multis annis mordicus defenſa, hodiéque etiam à quibuſdam qui rigidi ſeu ſtoici Lutherani vocantur adhuc retenta, affinis certè & ſimilis fuit antiquæ hæreſi Eunomianæ, de qua ſcribit Auguſtinus *Eunomium tam fuiſſe bonis operibus inimicum vt aſſeueraret nihil cuiquam obeſſe quorumlibet perpetrationem ac perſeuerantiam peccatorum, ſi fidei quæ ab illo docebatur particeps eſſet.* In libello de hæreſibus hæreſ. 54. Diſcrepauit tamen eius hæreſis à Lutherana hodiè duobus modis. Primum quia fidei nomine doctrinam fidei Eunomius intellexit: Lutherus vero ſpecialem fidẽ ſeu fiduciam, vt poſtea explicabitur. Deinde quia opera in vniuerſum reieciſſe videtur. Lutherus verò non vult fidem ſuam eſſe otioſam, ſed hominem Chriſtianum etſi omnibus legibus ſolutum tamen liberè omnia facere & omnibus eſſe ſubiectum. Affinis quoque huic Lutheranæ doctrinæ erat illa vetuſtiſſima Simonis magi hæreſis qui ſuos docuit, [*nec Prophetas attendere, nec legis minas pertimeſcere, ſed tanquam liberos facere quæ voluerint. Non enim per bonas actiones, ſed per gratiam eos eſſe ſalutem conſecuturos:*] vt commem. Theodor. hęretic. Fabul. lib.1. Quibus etiam ſimilia Valentinus docuit vt eodem lib. idem teſtatur Theodoretus. Quanquam ſanè & in hac hæreſi duplex illa differentia ſupradicta locum fortaſſe habere poteſt. Sed vtcunque ab his duabus vetuſtiſſimis hęreſibus Lutherana hæc doctrina nonnihil diſcrepat, certè cum illa opinione deteſtanda quæ etiam Apoſtolorum tempore aliquorum animos occupauit, ſicuti commemorat Auguſtinus in libello de fide & operibus prorſus F conuenire videtur. Ait enim Auguſtinus, *temporibus Apoſtolorum non intellectis quibuſdam ſubobſcuris ſententiis Apoſtoli Pauli quoſdam exiſtimaſſe ad obtinendam ſalutem ſolam fidem ſufficere. Et quia hæc opinio tunc fuit exorta alias Apoſtolicas epiſtolas Petri, Iacobi, Ioãnis, Iudæ contra eam maximè dirigere intentionem, vt vehementer aſtruant fidem ſine operibus nihil prodeſſe.* Hæc Auguſtinus lib. prædicto cap.14. Hæc enim certè ipſiſſima eſt Lutheranæ doctrinæ ſententia ad ſalutem & iuſtificationem nihil facere bona opera quæcunque; ſolam fidem ſufficere; etſi fidem Lutherani quanto ſtrictius tanto veteribus hæreticis flagitioſius accipiunt.

Eunomiana hæreſis Lutherana ſimilis.

Simonis magi hæreſis lutheranæ affinis.

Solius fidei hæreſis Apoſtolorum temporibus vigebat.

Quanquam tamen nec hæc ipſa ſtricta & ſpecialis noſtrorum hodiè hęreticorum fides, veteribus hęreticis ignota fuit. Hęc eſt enim altera illa præſumptionis vorago ſeu præcipitium quod deſcribit Auguſtinus in Præfat. Enarrat. in Pſalm. 31. eorum ſcilicet quorum voces tales ibi commemorat. *Miſericordia Dei omnibus peccatoribus in quibuſlibet peccatis perſeuerantibus, tantum credentibus, quia Deus liberat, Deus ignoſcit, ita parata eſt in finem, vt nemo pereat fidelium iniquorum.* Hæc ibi Auguſtinus. Atque hæc ſunt quaſi ipſa Lutheri verba qui de ſua ſola fide ſic ſcribit. *Tam diues eſt homo baptiſatus, vt etiam volens non poſſit perdere ſalutem ſuam, quantiſcunque peccatis, niſi nolit credere.*

Specialis proteſtantiũ fides non ignota veteribus hæreticis.

Nulla

A *Nulla enim peccata poſſunt eum damnare niſi ſola incredulitas. Cætera omnia ſi ſtet fides in promiſſionem diuinam baptiſato factam, in momento abſorbentur per eandem fidem, imò per veritatem Dei qui ſeipſum negare non poteſt, ſi tu eum confeſſus fueris, & permittenti fideliter adhæſeris.*] Hæc ille in lib. de Captiuitate Babylonica. Eandem doctrinam tradit in lib. de Votis Monaſticis, & in lib. de Libertate Chriſtiana aliiſque multis in locis. Itáque ſic ſolam fidem commendauit in omnibus ſuis ſcriptis Lutherus vt bona opera baptiſatorum quatenus fiunt, nec ad iuſtitiam aut ſalutem, nec ad Dei gloriam, nec ad interni hominis vllam rectitudinem pertinere doceat, ſola fide cordis excepta. Sic enim diſertiſſimè docet multis verbis in lib. de Libert. Chriſt. vbi & nouum illud axioma in ſchola poſtea Lutherana celebratiſſimum edidit: *bona opera non faciunt bonum virum, ſed bonus vir facit bona opera.* Vult enim neminem ex vllis operibus bonis iuſtificari ſed ex fide tantum: iuſtum tamen opera bona facere, non ad iuſtitiam vel ad ſalutis neceſſitatem: ſed partim ad externi hominis regimen, ſeu corporis caſtigationem, partim ex libertate ſpiritus gratuito faciens quæcunque facit, nihil quærens aut commodi aut ſalutis, ſed ſolum beneplacitum Dei. Itàque omnia opera ante fidem iuſtificantem acceptam damnat. In ipſa prima iuſtificatione hominis impij ſolam fidem ſufficere docet. Opera autem hominis iam iuſti, tanquam ad iuſtitiam minimè pertinentia excludit prorſus tum ab augmento iuſtitiæ ſemel acceptæ, tum à ſalutis neceſſitate. L. 2.3.

Hanc peſtilentiſſimam Lutheri doctrinam optimo iure taxauit Concilium Tridentinum Seſſione ſexta, capite vndecimo, his verbis. *Nemo ſibi in ſola fide blandiri debet, putans fide ſola ſe hæredem eſſe conſtitutum*, &c. & apertius damnauit, eiuſdem Seſſion. can. 19. Pronuncians *anathema illis, qui dicunt præcepta Dei eſſe indifferentia*, nempe ad ſalutem & iuſtitiam: & can. 20. *hominem iuſtificatum non teneri* (ſcilicet ſub ſalutis æternæ periculo) *ad obſeruationem mandatorum Dei & Eccleſiæ ſed tantum ad credendum: quaſi Euangelium ſit abſoluta promiſſio vitæ æternæ ſine conditione obſeruationis mandatorum*: Optimo inquam iure hæc Lutheri doctrina his verbis damnatur, vtcunque nunc Lutherani moderatiores & molliores vt vocantur, (inter quos Martinus Chemnitius vel maximè) immerito Lutherum taxatum & damnatum affirment, quum is videlicet opera bona non damnet, ſed ab homine iuſto fieri clarè doceat. Meritiſſimè enim eius doctrina damnatur, non ſolum quia ex ea colligunt infirmi opera bona habenda eſſe tanquam arbitraria & indifferentia, ſolámque fidem vrgendam eſſe & retinendam (vt excuſat Concilij mentem Tiletanus,) ſed etiam quia reuera ex Lutheri doctrina hoc ipſum per ſe & neceſſariò ſequitur. Sequitur, inquam, quod ad iuſtitiam & ſalutem æternam, & ad Dei gloriam attinet, bona opera eſſe indifferentia, ſolam fidem eſſe retinendam. Sequitur quoque hominem Chriſtianum non teneri ad obſeruationem mandatorum ſub periculo amittendæ ſalutis æternæ. Talem autem indifferentiam & talem obligationem intellexit apertè Concilium Tridentinum. Ideóque tam moderatiſſimos hodiè Lutheranos quam ipſum Lutherum illud Anathema perſtringit. Omnes enim Lutherani omnem iuſtitiæ coram Deo & ſalutis æternæ efficaciam bonis C operibus etiam in fide factis detrahunt, vtcunque moderatiores illi multas & varias laudes, quædam etiam præmia iuſtorum bonis operibus tribuant, vt ſuo loco oſtendetur.

Lutheri doctrina in Con. Tridentino iure optimo damnata.

Diſputatio Lutheri de triplici fidei virtute vt ea ſola hominem iuſtificari doceat, profligatur.

CAPVT II.

IAm verò quia in hoc ſpecialis & ſolius fidei idolo erigēdo variæ poſt Lutherum variarum ſectarum contradictiones, variæ iuſtificātis fidei definitiones. D Denique variæ iuſtificationis viæ, quaſiq́ue hæreticorum dogmatum in hac materia ſcholæ exortæ ſunt, hanc omnem varietatē ad huius nobiliſſimæ controuerſiæ ſenſum rectè intelligēdum diligenter aperire, ſingulaſq́ue breuiter confutare operæpræcium erit. *Lutheri diſputatio pro ſola fide.* Lutherus ergo primus Proteſtātum pater ſic ſolam fidem iuſtificantem docuit, vt cætera omnia ſeu ſacramenta ſeu bona opera, *non magis ad ſalutem & iuſtitiam facere quam ligna & lapides* doceat. Ait enim *omnia opera eſſe per ſe res inſenſatas*; quod inde probat, *quia opera non qualia ſūt conſiderari debent, ſed qualis is eſt qui ea facit*, & *perducit: hæc eſt autem ſola fides cordis, quæ ſola omnia mādata implet.* Vnde infert mirabile corollarium: *ante omnia opera, præcepta eſſe impleta per fidem.* Probat autem per ſolam fidem omnia mandata impleri, & per ſolam fidem Deum glorificari & coli, ex triplici gratia ſeu virtute quam fidei aſſignat, prima eſt, quòd fides audiens præcepta & promiſſa Dei in ſcripturis quum præcepta implere natura humana non valeat, docet confugere ad promiſſa. Illa autem ſunt quòd credendo in Chriſtum omnia habemus iuxta has ſcripturas. Rom. 11. Ioan. 1. *Conclusit omnia ſub incredulitate vt omnium miſereatur dedit poteſtatem filios dei fieri, iis qui credunt in nomine eius.* Hinc enim ſequitur Deum patrem poſuiſſe omnia in fide, vt quiſquis hanc habet omnia habeat, qui ea caret, omnibus careat. Secunda fidei virtus eſt, quòd eum cui credit veracem & dignum æſtimat cui credendum ſit. E Atque hic ſummus eſt Dei cultus plenáque & omnimoda obedientia, credere Deum eſſe in ſuis promiſſis veracem. Et hoc ſolo modo glorificatur Deus cum ei tribuitur veritas & vniuerſæ bonitatis gloria; quòd fit credendo & veracem Deum confitendo non operando. Hinc autem ſequitur vt Deus videns ſibi tribui quod ſuum eſt per fidem, reddat quoque fidei noſtræ iuſtitiæ gloriam, iuxta illud. 1. Reg. 2. *Quicunque honorificat me glorificabo eum.* Sic Rom. 4. *Abrahæ fides reputata eſt ei ad iuſtitiam* quia per eam *dedit pleniſſimè gloriam Deo, confortatus fide. Non eſt autem ſcriptum tantum propter ipſum, ſed & propter nos quibus reputabitur ad iuſtitiam credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis.* Tertia fidei virtus eſt, quòd anima copulatur Chriſto per fidem, juxta illud Oſeæ. Oſe. 2. *Sponſabo te mihi in fide*, &c. *Imputatiuæ iuſtitiæ fundamentū à Luthero hic iactum.* idcóque omnia Chriſti ſunt etiam animæ credēti communia: adeò vt anima fidelis habeat iuſtitiam in Chriſto ſpōſo ſuo, de qua vt ſua propria præſumat: Chriſtus quoque habeat peccata, mortem & infernum, illa omnia propter nos ſuperans, & abſorbens in ſemetipſo. De qua victoria dixit Apoſtolus, 1. Cor. 15. *Deo gratias qui dedit nobis victoriam per Chriſtum.* In quibus verbis obiter obſerua Imputatiuæ iuſtitiæ fundamentum à Luthero hoc loco iactum & ex hac tertia fidei virtute quam ponit, à ſectatoribus poſtea ſuis, in magnam altitudinem extructum fuiſſe. Propter hanc ergo triplicem gratiam fidei concludit Lutherus ſola fide Deum coli & glorificari; ſola fide totam legem impleri; Denique ſola fide hominem ſic iuſtificari, vt cætera omnia ad iuſtitiam nihil pertineant: bonis tamen operibus vacare iuſtum vel ad externum hominem caſtigandum & ad corpus regendum vt ſubdatur ſpiritui, vel gratuito amore in obſequium Dei, ſolo intuitu beneplaciti Diuini abſque vllo vel commodi vel ſalutis propriæ reſpectu. F Hæc eſt Lutheri de ſolius fidei iuſtificantis ſufficientia aperta & manifeſta ſententia in lib. de Libertate Chriſtiana, circa prima hodiernæ hæreſis initia anno 1520. orbi Chriſtianò patefacta. Quam poſtea in aliis eius opuſculis ſupra allegatis conſtanter repetit.

Diſputationi Lutheranæ reſpōdetur. Sed toti huic diſputationi breuiter reſpondetur, quia nihil eſt aliud quam præpoſtera & paradoxa quædam fidei cōmendatio, quæ veris non falſis laudibus prædicanda erat. Primū enim verum eſt opera ex ſe & ex ſubſtātia operis ipſius nō eſſe Deo grata ad veræ Iuſtitiæ laudē & meritū, niſi intētio operis ipſius nō eſſe Deo grata ad veræ iuſtitiæ laudē & meritū, niſi intentio operantis ſit recta. *Intentio operis ex charitate ſit.* Fit autē recta operantis intentio non ſola fide, ſed vel maximè charitate: ex qua præcipuè fit vt fidelis & propter Deum rectè operetur ex parte finis, & non difficulter operetur ex parte obiecti, & meritoriè operetur ex parte ſubiecti ſeu agentis ipſius. Propter primum dicitur. Ioan. 14. *Qui diligit me ſermones meos ſeruabit.* Can. 18. *Valida eſt vt mors dilectio.* Aliáque ſimilia loca permulta quæ docent eum qui diligit Deū, propter Deum omnia facere. Propter ſecundum dicitur, Rom. 12. *plenitudo legis dilectio.* quia videlicet facit implere legem vt olim ex Auguſtino docuimus. Quod & docet Ioan. epiſt. 1. 1. Ioan. 5. *Hæc eſt charitas Dei vt mādata eius cuſtodiamus, & mādata eius grauia nō ſunt, ſ. ei qui donū charitatis accepit,*

A *accepit, vnde fiũt leuia,* vt exponit Augu. in lib. de Perfect. Iuſti. Propter tertiũ docet ſcriptu-
ra eſſe gratos Deo & filios Dei non ſolũ propter fidẽ, ſed & maximè propter charitatẽ. 1. Ioan. 3.
*In hoc manifeſti ſunt filij Dei & filij diaboli. Omnis qui non facit iuſtitiam non eſt ex Deo, & qui nõ
diligit fratrem.* Quæ verba tractans Auguſtinus, ſolum diſcrimen filiorum Dei, à filiis dia-
boli docet eſſe charitatem enarrat. in epiſt. Ioan. Nec aliter docet Paulus ſpem hæredi- Tract. 5. in epiſt. Ioan.
tatis quæ propriè eſt filiorum Dei, à charitate prorſus pendere. Quum enim dixiſſet
gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei, ſubiungit paulò pòſt. *Spes autem non confundit, quia charitas* Rom. 5.
Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum Sanctũ, qui datus eſt nobis. Nempe hoc ſenſu Spiri- Epheſ. 1.
tus S. eſt *pignus hæreditatis, quo ſignamur in cordibus noſtris,* & renouamur in filios adoptionis Tit. 3.
per Spiritum S. effuſum in nobis abundè: quia donũ charitatis impartitur nobis, quod vber-
rimos fructus nouæ obedientiæ producens *certam facit vocationem noſtram* in Chriſto: & 2. Petr. 1.
fiduciam habemus apud Deum quia non reprehendit nos cor noſtrum, imò *ſcimus quoniam tranſlati* 1. Ioan. 3.
ſumus de morte ad vitam, id eſt de peccato & ita Dei ad iuſtitiam & gratiam, *quia diligimus
fratres.* Ibidem. Denique *ſcimus quoniam Deus manet in nobis de ſpiritu ſuo quem dedit nobis.*
Ibidem iterum. Perſona igitur operans grata eſt Deo propter charitatẽ qua diligit Deũ,
ex qua charitate, & propter Deum operatur, quæcunque benè operatur, & quantum-
cunque ardua iuſtitiæ opera præſtat. Non autem ex fide cordis tantum, vt nugatur Lu-
therus.

Iam verò quod ad triplicem fidei virtutem & gratiam attinet, prima prorſus falſa eſt
in ſenſu Lutheri. Non enim Deus poſuit omnia in fide quia docet fides confugere ad
B promiſſa, ſed poſuit principium ſalutis in fide quæ docet confugere ad Chriſtum. Rom 8.
Vt quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, iam fiat ſolum poſſibile, ſed & fa-
cile per Chriſtum *qui damnauit peccatum in carne*, id eſt redemit nos à ſeruitute pecca-
ti per ſacrificium carnis ſuæ, *vt iuſtificatio legis impleatur in nobis qui ambulamus ſecundum ſpi-
ritum*, gratiæ videlicet cordibus noſtris infuſæ. Rurſum promiſſa Dei nõ ſunt illa, vt cre-
dendo in Chriſtum omnia habeamus: imò diſertè dicit Apoſtolus. *Si omnem fidem habue-* 1. Cor. 13.
ro, charitatem autem non habeam, nihil ſum, & nihil mihi prodeſt, & apertius Iacobus dicit, quod Iacob. 2.
Abraham iuſtificatus eſt ex operibus, & non ex fide tantum. Eſt autem veriſsimum quod pro-
pter totius mundi incredulitatem, omnes egent miſericordia Dei: ſed nõ inde ſequitur
quod hanc miſericordiam ſola fides impetrat, vel acquirit. Nam quod Ioan. dicit. *Datã* Ioan. 1.
eſſe poteſtatem fieri filios Dei ijs qui credunt in nomine eius, docet ſane ſine fide nemimem poſſe
eſſe filium Dei, ſed non docet nec dicit propter ſolã fidẽ aut tantummodo quia credunt
illos fieri filios Dei: Imò quum addat, *qui non ex ſanguinibus &c. ſed ex Deo nati ſunt*, mani- Sola fides nõ facit filios dei.
feſtè docet ad poteſtatem illam fieri filios Dei multo plus requiri quam fidem. Ait enim
Ioannes. *Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit, quia ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt* 1. Ioan. 3.
peccare quiã ex Deo natus eſt. Intelligit autem Ioan. peccati nomine odium fraternum, vt lu-
culenter hunc locum explicat D. Auguſtinus tract. 5. in epiſt. Ioan. ipſéque Ioãnes ſeip-
ſum ſatis expoſuit, ſubiiciens, quod *non eſt ex Deo qui non diligit fratrem.* Soli ergo illi ſunt
C filij Dei qui habent cum fide recta charitatem ſinceram. Idem docuit Paulus vocans re-
nouationem noſtram qua nati ſumus ex Deo, *renouationem Spiritus S. quem effudit in nos* Tit 3.
abunde. Non ergo qui fidem habet omnia habet, vt dixit Lutherus; ſed niſi Charitatem
habeat nihil habet, ut docuit Paulus. 1. Cor. 13.

Secunda fidei virtus quæ pronunciat Deum veracem, & tribuit gloriam Deo, eſt
quidem propria fidei & magna laus: ſed non eſt (quod infert Lutherus) vel ſummus Dei
cultus, vel omnimoda obedientia, vel ſola glorificatio Dei ipſa fides: multo minus ſolæ Fides nõ eſt ſummus Dei Cultus.
huic fidei retribuitur iuſtitiæ gloria. Fidem non eſſe ſupremum Dei cultum docet aper-
tiſsimè Paulus, dicens. *Manent tria hæc: fides, ſpes, charitas, maior autem horum eſt charitas.* Et ſu- 1. Cor. 3.
perius cap. 12. dixerat de charitate diſputaturus, *æmulamini chariſmata meliora. Et adhuc ex-
cellentiorem viam vobis demonſtro.* Ecce viam ſalutis & colendi Deum, (Nam de tali via diſ-
putat ibi Apoſtolus) excellentiorem eſſe charitatem apertiſsimè docet. Fidem non eſſe
omnimodam obedientiam apertiſsimè docet Iacobus, dicens. *Fides ſine operibus mortua* Fides non eſt Omnimoda obedientia.
eſt. Imò & Chriſtus ipſe dicens iam credenti adoleſcenti. *Si vis ad vitam ingredi ſerua man-
data.* Denique omnes illæ ſcripturæ idem docent quæ obſeruationem mandatorum ad Iacob. 2.
iuſtitiam conſeruandam, & augendam oſtendunt eſſe neceſſariam: quas in alia contro- Matth. 19.
uerſia produximus. Non ſola fide Deum glorificari apertiſsimè ipſemet Saluator docuit, Lib. 5. cap. 7.
dicens. *Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona & glorificent patrem ve-* Non ſola fide glorificatur Deũ.

Matth 5. *ſtrum qui in cælis eſt*. Et de caſtitate conſeruanda diſputans Apoſtolus ait: *glorifica te & por-*
1.Cor.6. *tate Deum in corpore veſtro*. Poſtremò quod non ſoli fidei retribuitur iuſtitiæ gloria, tum D
aliæ permultæ ſcripturæ docent in controuerſia de iuſtitia inhętente in citatę probatio-
nibus orthodoxæ ſententiæ, tum ipſæ ſcripturæ per Lutherum in contrarium adductæ
1.Reg.2. oſtendunt. Quod enim dictum eſt Samueli. *Quicunque honorificat me, glorificabo eum*, non
propter incredulitatem ſacerdotis Heli, ſed propter ſcelera filiorum eius, & propter cō-
niuentiam eorūdem ſcelerum dictum fuit: vt illa Hiſtoria tota demonſtrat. Abrahæ ve-
ro reputata eſt fides ad iuſtitiam quia ille actus credentis Abrahæ fuit actus iuſtitię, non
Abraham non quia per ſolum fidei illius actum omnem & vniuerſam iuſtitiam conſequutus eſt. Quod
fuit iuſtificatus ne quis ex iſtimaret, diſertè docet Iacobus, quod Abraham etiam *ex operibus iuſtificatus eſt*
per ſolam fidem. *offerens Iſaac filium ſuum*, id eſt auctiorem & conſummatiorem iuſtitiam adeptus eſt: quia
Iacob.2. *ex operibus fides eius conſummata eſt*, ait Iacobus id eſt, facta eſt plena & vera iuſtitia, quæ ſi-
ne opere obedientiæ fuiſſet mortua fides, vana & inutilis ad iuſtitiam. Et hoc ſane ſenſu
reputabitur & nobis credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis ſi bonis operi-
bus noſtra fides conſummetur. Chriſtus enim moriens propter delicta noſtra facta eſt
Hebr.5. *cauſa ſalutis æternæ omnibus obtemperantibus ſibi*. Præterea alia bona opera prætęr fidem repu
tari nobis ad iuſtitiam crebertimę ſcripturæ docent, quas in alia Controuerſia de inhæ-
rente iuſtitia copioſè produximus.

Iam verò quod ad tertiam fidei virtutem attinet, collectio inde facta eſt dupliciter
falſa. Nam neque ſola fide copulatur & deſponſatur anima Deo, ſed vel maximè cha-
ritate, neque ex illa copula animæ cum Deo talis attributio & communicatio bonorum
Non ſola fides Chriſti cum anima credente ſequitur qualem fingit Lutherus. Quod ad primum atti-
copulat animā net, adeo ſola fides nō copulat animam Chriſto, vt illa ſola imperfectè & initialiter vni-
Chriſto. at nos Deo, quia primus motus in actu gratiæ eſt, credere Deum, eſſe; perfectè autem E
1.Cor.6. viuere, & adhærere Deo ſola facit charitas. *Qui enim adhæret Deo vnius Spiritus eſt cum Deo.*
Epheſ.4. Fit autem homo vnus Spiritus cum Deo voluntate & affectu conformis factus Deo.
Charitas eſt Ideo charitatem vocat Apoſtolus *vinculum pacis, quo ſeruatur vnitas ſpiritus*. Et hæc eſt per-
perfecta vnio fectiſsima vnio cum Deo, qua nō ſolum cognoſcimus Deum ſicuti fide, nec ſolum ten-
cum Deo. dimus in Deum ſicuti ſpe, ſed ſiſtimus in ipſo Deo, ipſóque fruimur ac potimur. Nihil
Coloſſ.3. enim coniūctius quam amatum amanti. Vnde & charitatem mutuam vocat Apoſtolus
vinculum perfectionis. Quod ad ſecundum attinet ex copula credentis animæ cum Chri-
Supra lib 7. ſto ſequitur communicatio bonorum Chriſti, non qualem fingit Lutherus, ſed qualem
ex Scripturis in poſtrema controuerſia oſtendimus: nimirum quod Chriſti capitis no-
Ephe.4. ſtri dona nobis ad iuſtitiam communicantur per participationem realem *iuxta menſuram*
donationis Chriſti, & iuxta capacitatem vniuſcuiuſque, non per apprehenſionem imputa-
tiuam ex parte Chriſti, & intellectualem ex parte fidei noſtræ.

Poſtremò quod ſolam fidem ita commēdat Lutherus, vt bona opera nō reiiciat qui-
dem & condemnet, ſed doceat vel ad corporis caſtigationem, vel ad gratuitum obſe-
quium ea tantummodo pertinere non minus eſt à Sacræ Scripturæ doctrina abhorrens F
Paulus enim docet ſe *caſtigare corpus ſuum & in ſeruitutem redigere, ne fortè* (inquit) *cum aliis*
Bona opera aſ- *prædicauero ipſe reprobus efficiar*. Ergo ne à ſalute æterna excidat & acceptam iuſtitiam amit-
ſumūtur propter tat, incumbit caſtigationi corporis: vt non hæc bonorum operum finis, & fructus vni-
vitam æternā. 1.Cor.9. cus, ſed huius finis ac fructus ſit ſalus ac iuſtitia Sed & eodem in loco de vniuerſo bono-
rum operum ſtudio apertiſsimè contra Lutherum, ſic diſputat Apoſtolus. *Sic currite vt*
1.Cor.9. *comprehendatis. Omnis qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem*
coronam accipiant; nos autem vt incorruptā. In quibus verbis docet bonorum operum finem
non eſſe tantum corporis caſtigationem, ſed etiam coronam incorruptam, id eſt vitam
æternam. Vnde ſequitur bona opera partem eſſe iuſtitiæ. Corona enim æterna iuſtitiæ
2.Timo.4. merces eſt. Quod idem Apoſtolus clariſsimis verbis alibi docuit dicens. *Bonum certamen*
Matth.11. *certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, &c.* Nempe edoctus à
Saluatore *regnum cælorum vim pati & violentos rapere illud*. Quod autem addit ſolo intuitu
beneplaciti diuini abſque vllo vel commodi vel ſalutis propriæ reſpectu, & ex gratuito
amore in obſequium Dei hominem iam credētem bona opera facere, & fidem ſtudiosè
1. operari, multiplicitet ad ſolam fidem ſtatuendam vanum eſt. Primum enim etſi fidelis
Bona opera gra- bene operās nihil ſuum, ſed ſolam Dei gloriam ſpectaret, non propterea bona eius ope-
tuito amore Dei *facta iuſtificāt.* ra iuſtitiæ vel laude vel mercede carebunt: ſed ipſamet ex ſe opera propter Deum in fide

facta

A facta, ſiue ſalutē & iuſtitiā inde intēdat operans ſiue nō intēdat, vtrūque iuſtitiæ fructū
percipiet. Neque enim qui fide lutherana credit ſibi remitti peccata atque ira iuſtificari
ideo iuſtificatur quia intendit per illam fidem iuſtificari. Sed toties ſecundum Lutherū
& tamdiu vnuſquiſque iuſtus eſt, quandiu hoc credit, ſiue actu intendat per illam fidem
iuſtificari ſiue non. Intētio enim & reſpectus talis actualis plane extrinſecus eſt ad iuſti-
tiæ meritum, nec vllo modo adeſſe requiritur, etſi etiam adeſſe poſſit, vt mox dicemus.
Nec talis intentio eſt ſpes ipſa. Spes enim futuram mercedem reſpicit, hæc autem intē-
tio præſentem operationis iuſtitiam & acceptationem coram Deo. Deinde ſi fidelis nō 2.
ex ſolo gratuito amore Dei, ſed propter ſalutem, æternam ſcilicet, rectè operetur, non *Bona opera ſalutis propriæ cauſa aſſumpta*
ſolum non peccat, aut mercenarium agit (vt cenſet Lutherus) ſed laudabiliter & iuſtè *Deo ad iuſtitiā placent.*
facit. Docet enim Scriptura iuſtos *inclinare corda ſua ad faciendas iuſtificationes domini propter* Pſal.118.
retributionem, vt Dauid de ſemetipſo ſcribit, & Moyſes *maiores diuitias æſtimabat theſauro*
Aegyptiorum improperium Chriſti eligēs affligi cum populo Dei, quia reſpiciebat in remunerationem. Hebr.11.
Quin & Abrahamo patri & exemplari credentium multa bona opera operato: vt ala-
crius operaretur dixit Deus. *Noli timere Abraham: Ego protector tuus ſum & merces tua ma-*
gna nimis: Dixitque Abraham: Domine Deus quid dabis mihi? &c. Geneſ.15. Denique iubet Geneſ.15.
Chriſtus vt *lūbis præcincti & lucernas ardentes in manibus habentes*, id eſt bonis operibus ſedu-
lò vacantes, *ſimiles ſimus hominibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur à nuptiis.*
Luc.10. id eſt, remunerationem expectantes, vt exponit Auguſtinus in lib. de continen-
tia cap.7. dicens Chriſtum hoc loco docuiſſe *quo fine bona opera faciamus.* Poſtremò de
B omnibus credentibus definit Apoſtolus quod *accedentem ad Deum oportet credere quia eſt,*
& inquirentibus ſe remunerator ſit. ad Hebr.11. Poteſt ergo iuſtus non ex ſolo gratuito amo-
re ſolóque intuitu beneplaciti diuini bonis operibus incumbere, ſed etiam quærere cō-
modum & ſalutem propriam. Et ſpe quidem futuræ mercedis nunquam excidere iu-
ſtus debet: ad præſentem tamen ſemper intentionem, & expectationem mercedis, vt
non aſtringitur, ita tamen à ſpiritu Dei ſæpius prouocatur. Tertiò quia illud perfectiſſi-
mum genus eſt bene operandi, quod ex ſolo intuitu beneplaciti diuini operatur, profe-
ctò ſi ſola fides Lutheranorum non alios admittit operatores, erit illorum ſola fides in-
finitis modis magis ardua & rara quam Catholicorum fides cum charitate cæteriſque
virtutibus coniuncta. Denique erit minimè ſola, quæ dum neceſſitatem operum ad iu-
ſtitiam excludere videtur, omnimodam perfectionem quoad modum agendi neceſſa-
riò includit.

Hæc ergo doctrina dupliciter eſt peſtilentiſſima. Primum quia à ſalutis & iuſtitiæ ne-
ceſſitate bona opera excludit. Deinde quia non niſi perfectiſſimum bene operandi mo- *Sola fides Lutheri dupliciter*
dū in ſuis deſiderat. Hæc enim duplex perſuaſio frigidos & infirmos Chriſtianos (quo- *peſtilentiſſima.*
rum maxima turba eſt) ad bonorum operum contemptum inducit: alacriores & fortio-
res in deſperationem trahit. Illi enim bene operandi ſtudium, vt minimè neceſſarium li-
benter deponunt. Iſti propter perfectionem ſummam aſſumere deſperant. Quæ cauſa
C eſt quod (vt ipſemet ſcripſit Lutherus & experientia quotidiana demonſtratus) decuplo
peiores euadant ſub Euangelio Lutheri Lutherani, quam ſub papatu extiterint. Atque
hæc hactenus breuiter de craſſa Lutheri doctrina pro ſola fide iuſtificante circa initium
hodierni ſchiſmatis orbi propalata. Quæ eius ſententia quatenus à ſuis poſtea ſectatori-
bus partim defenſa, partim reiecta fuit, & quam variis modis à doctrina ſolius fidei quæ
nunc apud hæreticos obtinet diuerſa ſit, in conſequentibus dicetur.

Facta futuræ diſputationis diſtributione definitio fidei iuſtificantis Lutherana inquiritur.

CAPVT III.

A *ritum, & vitam*. Hæc ille in claue ſcripturæ. pat.1.

Nec aliter definit Chemnitius in examine Conc. Trident. niſi quòd potiùs ex fide iuſtificante fiduciam conſequi, quàm ipſammet eſſe fiduciã ſingulariter docet. Vtcunque eſt, multo ſanè Lutheranorum horum accuratior eſt fidei iuſtificantis definitio quam fuit Lutheri. Et quia in hac vſque hodiè ſententia Martiniſtarum ſeu Confeſſioniſtarum ſecta (hoc enim nunc nomine Antuerpiæ à cæteris diſtinguuntur) perſiſtit, eam confutare diligenter neceſſe eſt. Poſtea ad Caluiniſtarum fidem iuſtificantem quæ multum diuerſa eſt deſcendemus.

Hæc ergo fidei iuſtificantis definitio, ſicuti tres habet partes, ita tres parit quæſtiones. Prima pars eſt, quod fides iuſtificans aſſentitur vniuerſo verbo Dei. Secunda 1. 2.
pars, quòd eſt præterea ſpecialis quidam aſſenſus in promiſſionem de gratuita peccatorum remiſſione cum expectatione & deſiderio eiuſdem. Tertia pars quod eſt etiam 3.
fiducia ſeu fiducialis acceptatio & apprehenſio miſericordiæ per Chriſtum promiſſæ. Singulas has partes excutere, & neceſſe eſt, & ad cognitionem rei Theologicæ perutile eſt.

Quid verè & propriè ſignificat fides quæ iuſtificat, iuxta Catholicam ſententiam, & quod iuxta doctrinam Apoſtoli in epiſt. ad Roman. illa ſententia tradita eſt.

B

CAPVT IIII.

QVOD ad primam partem attinet, minus certe illa & Controuerſię & falſitatis habet: eo quod talis reuera iuxta Scripturæ doctrinam & Catholicam intelligentiam, fidei iuſtificantis natura eſt, vt ſit aſſenſus reuelatis à Deo; & hoc ipſum Sectæ magna ex parte agnoſcunt; niſi quod de hac fidei natura quod ad iuſtificandi vim attinet tam à ſeipſis quàm à nobis diuerſè admodum doceant. Eſt igitur hoc loco breuiter docendum, quæ ſit illa fides aut quid verè & propriè ſignificet fides quæ iuſtificat, iuxta Catholicam ſententiam ac doctrinam. Deinde quatenus hanc naturam vel ſignificationem fidei ex ſenſu Catholico ad iuſtificationem pertinere vel negent vel agnoſcant hodiè ſectarij.

Quod ad priorem partem attinet; fides quæ iuſtificat nihil aliud ſignificat quàm fidẽ *Fides iuſtificans & Catholica quæ.*
illam Catholicam quæ omnibus neceſſaria eſt, vt ſalui fiant. Hæc fides Catholica eſt firmus aſſenſus mentis diuinitus inſpiratus omnibus à Deo reuelatis. Itaque habet pro ſuo obiecto omne illud quicquid eſt quod in Scripturis vel extra Scripturas per Eccleſiam ad ſalutem noſtram Deus reuelauit. Hoc totum eſt illud quod nomine fidei Ca-
C tholica Eccleſia intelligit, quando fidem iuſtificare docet. Hic ergo primum Controuerſiæ punctum eſt, quod fidei iuſtificãtis nomine, nos Catholicam fidem intelligimus, illi ſpecialem ſuam ſuperius definitam. Oſtendendum eſt ergo primo loco Scripturis & veritati conuenire quod Catholica docet Eccleſia.

Ac primum Apoſtolus Paulus qui ſæpius fidei iuſtificationem tribuit, hanc fidem Ca- *Fides iuſtificans apud Paulum eſt fides catholica.*
tholicam non illam tantum ſpecialem intelligit. Statim in principio Epiſtolæ ad Rom. *Euangelium*, inquit, *virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti. Iudæo primum & Græco. Iuſtitia enim* Rom. 1.
Dei in eo (ſcilicet Euangelio) *reuelatur ex fide in fidem*, id eſt, ex *fide annunciantium in fidem obedientium* (vt optimè exponit illa verba Auguſt.) *ſicut ſcriptum eſt, iuſtus autem ex fide vi-* De Spir. &
uit. Reuelatur enim ira Dei de cælo, &c. In his verbis manifeſtiſſimum eſt de illa fide Apo- lit. cap. 11.
ſtolum loqui qua credimus Euangelio & omnibus reuelatis in illo; tam quæ ad iuſtitiam Dei quam quæ ad bonitatem & miſericordiam eius pertinent, ſicuti in ſequentibus ad longum diſcurrit. Mox vero cap. 3. oſtendens fidem Chriſti in Euãgelio reuelatam, non ſolum ſcriptæ iam olim legis cognitionem ad ſalutem eſſe neceſſariam, dicit. *Nunc ſine* Rom. 3.
lege iuſtitia Dei manifeſta eſt. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes qui
credunt in eum. Rurſum fidem commendat *qua credimus in Chriſtum* (vt exponit Auguſt. Auguſtin. 9.

de Spiritu & Littera, cap.9.) nihil diſtinguens ſpeciale. Et docens hanc fidem eſſe ad D ſalutem neceſſariam, addit paulò pòſt. *Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius*, &c. Móxque concludit, quod *Deus eſt iuſtus & iuſtificans eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti*, id eſt, qui eſt de numero credentium in Chriſtum, *vt per illam fidem credat ex Deo ſibi eſſe plenius̕que futurum eſſe quòd iuſte viuat*: vt exponit Auguſtinus de Spiritu & Lit. cap. 11. Hinc ſtatim commendat legem fidei quam Euangelium gratiæ attulit, non legem operum quam litera legis docuit: dicens *excluſam eſſe gloriationem per legem fidei*; *& iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis*, ſcilicet, præcedentibus vel ſine gratia factis. Quod mox inde probat, *quia vnus & idem eſt Deus qui iuſtificat circuncifionem*, id eſt, Iudæos legem obſeruantes. *ex fide* (qua in Chriſtum venturum credebant, & credentes Chriſti gratiæ participes erant) *& præputium*, id eſt gentes qui legis opera non fecerunt, *per fidem* credendo ſcilicet Euangelio vt deinceps iuſtè viuant. *Hoc enim* ait Auguſtinus, *non ad aliquam differentiam dictum eſt, tanquam aliud ſit ex fide & per fidem, ſed ad varietatem locutionis*. Hæc ille de Spiritu, & Littera, capite vigeſimo nono. Mox verò capite quarto ſequenti, exemplo Abrahæ cuius præclara opera ex fide erant, & ante circuncifionem acceptam, oſtendit fidem fuiſſe ad ſalutem etiam veteribus neceſſariam; idque ante circuncifionem, multo magis ante legem datam. Fidem autem Abrahæ commendat non ſpecialem illam qua credidit ſibi remitti peccata propter Chriſtum (de hac enim fide Abrahæ nec in illo cap.4. ad Rom. nec alibi vſpiam diſputat Paulus) ſed generalem illam & Catholicam fidem quia credidit omnibus quæ à Deo dicerentur. E Cuius videlicet fides tanta erat *vt contra ſpem in ſpem crederet, & non infirmatus eſt in fide, In repromiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo, pleniſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit Deus, potens eſt & facere. Ideò & illi reputatum eſt ad iuſtitiam*. Móxque addit, *ſed & nobis reputabitur credentibus in eum qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis*: id eſt in Deum credentibus, & pleniſſimè ſcientibus quia quæcunque promiſit Deus ſeu præmia bonis ſeu ſupplicia malis, potens eſt & facere: maximè quòd poteſt nos à morte peccati ad iuſtitiæ vitam reuocare, ſicuti potuit Chriſtum ſuſcitare à mortuis. Itaque fidem generalem commendat hoc exemplo Abrahæ Apoſtolus, vt in omnibus credamus Deo.

Fides abrahæ qua iuſtificatus eſt non fuit fides ſpecialis.
Rom 4.

Rurſum in eadem epiſt. cap. 10. ad hanc fidem iuſtificantem iterum commendandam rediens, & dicens. *Finis legis Chriſtus eſt, ad iuſtitiam omni credenti*; primum dicit hanc fidem ex qua eſt iuſtitia, eſſe *verbum fidei quod prædicamus*. Deinde hoc verbum fidei eſſe, *quod Chriſtus eſt Dominus, & quòd Deus illum ſuſcitauit à mortuis*. Rurſum per hanc fidem, *corde credi ad iuſtitiam ore autem confeſſionem fieri ad ſalutem*. Denique hanc fidem eſſe prædicationis Euangelicæ doctrinam. ait enim. *Quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo audient ſine prædicante*. Móxque concludit. *Ergo fides eſt ex auditu, Auditus autem per verbum Chriſti.* Quæ tota Apoſtoli diſputatio manifeſtiſſimè docet fidem iuſtificantem, ſiue ex qua eſt iuſtitia, eſſe fidem generalem qua vniuerſo Euangelio creditur, non ſpecialem quam commenti ſunt hæretici. Verbum enim fidei quòd prędicauit Paulus, eſt verbum totius prædicationis Euangelicæ, non ſolum huius articuli quod per Chriſtum nobis remittuntur peccata. F Imò ſpeciale maximè huius obiectum eſt reſurrectio Chriſti quam ibi Paulus ſpecificat, quæ typus eſt noſtræ renouationis, ſicut mors Chriſti noſtræ Reconciliationis de qua re plura poſtea. Rurſum fides quam *ore confitemur ad ſalutem*, eſt vniuerſa fidei doctrina cuius vel minimam particulam qui negat, ſaluus eſſe non poterit, vt Symbolum Athanaſianum loquitur. Denique fides illa *quæ eſt ex auditu*, vniuerſa eſt doctrina fidei. Hæc autem eſt fides iuſtificans Paulo, & his verbis deſcribit iuſtitiam quæ eſt ex fide quam opponit iuſtitiæ quæ eſt ex lege. Ergo generalis & Catholica fides eſt apud Paulum fides iuſtificans.

Rom. 10.
Fides iuſtificans eſt prædicationis euangelicæ doctrina.
Rom. 10.

Idem ſenſus fidei iuſtificantis ex doctrina Apoſtoli in epiſt. ad Galatas colligitur.

CAPVT V.

A SED & ex epiſt. ad Galatas idem nunc demonſtremus. Nempe circa
finem capitis ſecundi dicit. *Nos natura Iudæi & non ex gentibus peccato-* Gal. 2.
res, ſcienses quod non iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem Ieſu Chri-
ſti & nos in Chriſto Ieſu credimus vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex ope-
ribus legis. Hæc Paulus diſputans cum Petro contra legalium obſerua-
tionem, & docens (quod antea in Concilio Hieroſolymitano com-
muni conſenſu Apoſtoli etiam Authore Petro docuerunt) non per Actor. 15.
opera legis ceremonialia & eorum obſeruationem homines ſaluari & iuſtificari, ſed per
fidem in Chriſtum, quam Euangelica prædicatio docuit. *Vos ſcitis* (ait Petrus) *quoniam*
elegit Deus per os meum audire gentes verbum Euangelij & credere, & qui nouit corda Deus nihil
diſcernit inter nos & illos, fide purificans corda eorum, &c. Actorum decimo quinto. Hæc er- *Fides verbum euangelij.*
go fides purificans corda tam gentilium quam Iudæorum, hæc fides Chriſti ex qua
tam Iudæi, quam gentes iuſtificantur, eſt verbum Euangelij prædicatum gentibus &
creditum. Quam propoſitionem proſequens Paulus eodem capite ſecundo ad Galat.
dicit ſe *legi quidem mortuum eſſe*, id eſt, non amplius obſtrictum cæremoniis eius, *viuere* *Fides pro gratia Chriſti.*
autem illum in fide filij Dei: id eſt, in illa gratia quam fides Euangelica docuit, vt poſt
magis explicabitur. Quare adiicit ſtatim & concludit. *Non abiicio gratiam Dei. Si enim*
per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Móxque capite tertio ſequenti, ad Gala-
tas ipſos ſermonem conuertens, hanc poſtremam propoſitionem iterum inculcat; &
vt fidem Chriſti iuſtificantem ſeu iuſtitiam quæ ex fide eſt magis amplificet, oſtendit
B propoſitionem illam non ſolum de legis cæremoniis, ſed etiam de moralibus veram
eſſe: ita tamen vt fidem ſemper generalem vt antea non ſpecialem hanc hæretico-
rum intelligat. Dicit ergo in principio cap. 3. *Ex operibus legis Spiritum accepiſtis an ex au-* *Auditus fidei*
ditu fidei? Et rurſum. *Qui tribuit vobis ſpiritum*, &c. *ex operibus legis an ex auditu fidei?* Vbi *generalis eſt fides*
ſemper per auditum fidei intelligit vt ad Roman. 10. *prædicationem fidei per Euangelium.*
Móxque iterum (ſicuti ad Roman. 4.) exemplo Abrahæ credentis promiſſis Dei,
huius Euangelicæ fidei excellentiam & neceſſitatem commendat. *Sicut* (inquit) *ſcri-*
ptum eſt: Credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Hinc enim infert. *Cognoſci-*
te ergo quia qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ. & confirmat magis eandem concluſio-
nem addens. *Prouidens autem Scriptura quia ex fide gentes iuſtificat Deus, prænuntiauit Abra-*
hæ. Quia benedicentur in te omnes gentes. Quia enim hoc pertinet ad ſemen Abrahæ quod
eſt Chriſtus, in quo credere debent omnes qui ſalui fiunt, apertè docuit Scriptura per
fidem in Chriſtum benedicendas, id eſt iuſtificandas & ſaluandas eſſe omnes gentes.
Ideóque iterum concludit Apoſtolus. *Igitur qui ex fide ſunt benedicentur cum fideli Abra-*
ham. Vbi ſemper per fidem non ſpecialem aliquam, ſed totam Euangelicam prædica-
tionem de Chriſto intelligit vt ſuprà. Quòd adhuc ex ſequentibus manifeſtum fiet. *Quare ex fide & ex lege iuſtificamur.*
Proſequens enim Apoſtolus cæptam diſputationem quod ex lege nemo iuſtificatur
ſed ex fide, probat hoc primum quia *Iuſtus ex fide viuit, lex autem non eſt ex fide*: quia lex
non docet confugere ad gratiam Chriſti, ſed fides Catholica hoc docet; ex qua pro- 1.
C pterea fide iuſtus viuit: vt aliàs ex Auguſtino oſtendimus.

Secundò hoc idem probat quia lex comminatur & maledicit tranſgreſſoribus, Chri- 2.
ſtus autem *liberauit nos de hoc maledicto, vt pollicitationem Spiritus*, id eſt promiſſam Spiri-
tus ſancti gratiam, *accipiamus per fidem*; credendo ſcilicet: & quia credimus orando, ac
denique per orationem fidei impetrando iuſtificantem gratiam. Adhuc tertiò idem
probat Apoſtolus, quia promiſſio de Chriſto *in quo omnes benedicerentur.* Facta Abrahæ 3.
præceſſit legem Moyſaicam, nec potuit per eius promulgationem ſemel facta abrogari.
Neque enim vel aduerſus promiſſa Dei, vel talis quæ poſſet viuificare, data fuit lex.
Sed *concluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio* (id eſt *beneficium gratiæ* vt exponit
Auguſtinus de Spiritu & Litera, capite decimo nono,) *ex fide Ieſu Chriſti daretur creden-*
tibus. Prius autem quam veniret fides ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelan-
da erat. Hæc Apoſtolus. Hæc autem fides reuelata primum in Euangelio omnem do-
ctrinam Euangelicam complectitur, non hanc tantum particulam quod propter Chri-
ſtum remittantur nobis peccata: ergo fides ex qua iuſtificat gentes Deus, & ex qua iu-
ſtus viuit, eſt talis fides generalis, non ſpecialis.

Sed & iterū ex ſequentibus Apoſt. verbis clare hoc colligi poteſt. Ait enim cōcludens

prædictam diſputationem. *Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. Omnes enim filij Dei eſtu per fidem quæ eſt in Chriſto.* D

Duplex argumẽtum pro generali fide.

Ex his enim verbis ſic licebit argumentari. Legi pædagogo opponitur fides Chriſti reuelata: ſed nomine legis tota lex intelligitur, tam moralia quam cæremonialia & iudicialia, non aliqua legis particula ergo & nomine fidei tota eius doctrina intelligitur, non aliquid obiectum ſpeciale. Rurſum ſumus filij Dei per fidem vniuerſam? Neque enim filius Dei eſt, qui aliquid fidei neget ergo fides ex qua iuſtificamur eſt fides vniuerſa. Ex hac ergo duplici & illuſtri Apoſtolica diſputatione de fide iuſtificante in epiſtola ad Roman. & Galat. manifeſtum iam euaſit fidem Euangelicam generaliter Apoſtolum intellexiſſe, quoties fidem iuſtificantem commendat; non autem ſpecialem illam quam ſolam deprædicant hodiè hæretici.

Sed & duplici ratione idem confirmari poteſt. De eadem fide iuſtificante agit Apoſtolus ad Roman. & ad Galat. de qua agit in epiſt. ad Hebræos. Ibi enim ex propoſito

Hebr.11.

diſputat quomodo *per fidem* veteres iuſti *iuſtitiam adepti ſunt*, itémque de neceſſitate fidei in genere. Neque enim diuerſa eſſe fides poteſt quæ olim veteres & quæ nos hodiè iuſtificat. Sed in ea epiſt. illam fidem commendat quæ eſt generalis aſſenſus verbo Dei.

Epiſt. ad Hebræos fidem generalem iuſtificantẽ docet.

Ait enim *Sine fide impoßibile eſt placere Deo.* cap.11. quòd de ſpeciali tantummodo fide dici, nemo hodie vel hæreticus dixerit. Sed & explicat ſatis ſeipſum Apoſtolus, *quam fidem* intelligat, dicens. *Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei,* &c. *Et iterum credere oportet* E *accedentem ad Deum, quia eſt,* &c. Hæc enim planè verba de fide loquuntur, quæ eſt aſſenſus mentis & intellectus in veritatem reuelatam, non quæ ſit voluntatis fiducia. Huc accedit quòd de huiuſmodi fide hic agere Apoſtolum ex ipſa definitione fidei ibidem

Infra cap.12. & 20.

data, (quam alio loco tractabimus) facilè colligi poteſt ſicuti collegerunt etiam Sanct. Patres Auguſtinus Homil.32. ex Homil. 50. & D. Baſilius in Pſalm. 115. & Bernardus epiſt.190.

Præterea egit ſemper Paulus de illa fide iuſtificante quæ nobis ex parte noſtra ad iuſtitiam conſequendam neceſſaria eſt quæ via & diſpoſitio eſt ad iuſtificationem. Patet

Fides iuſtificans eſt fides diſponẽs ad iuſtitiam.
Rom.9

hoc euidenter ex verbis illis, *Iſrael ſectando legem iuſtitiæ in legem iuſtitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide ſed quaſi ex operibus.* Id eſt non per viam fidei, ſed per viam operum: non mediante & manuducẽte fide ad legem iuſtitiæ peruenerunt, ſed quaſi meritò operum ſuorum, ſolis naturæ viribus, aut ſola doctrina legis imbuti eam conſequi voluerunt. Sic Auguſtinus rem exponit. *Non ex fide, ſed quaſi ex operibus, id eſt, quaſi legem per ſemetipſos operantes non in ſe credentes operari Deum,* Hæc ille de Spiritu & Lit. cap.29. Hac etiam de cauſa commendat ſemper *iuſtitiam quæ eſt ex fide*, opponens eam *iuſtitiæ quæ eſt ex lege*: id eſt docet illam iuſtitiam eſſe quærendam à nobis qualem docet nos fides Euangelica de Chriſto, & qualem fides Chriſti in nobis efficit, atque operatur; non autem illam iuſtitiam quam ſola legis cognitio affert, vel qualem ſola legis obſeruatio literalis poſſet efficere. Hæc autem fides ex qua Iudæi non peruenerunt ad legem iuſtitiæ, eſt fides in

Ro.9.

Chriſtum, quòd ſtatim poſt verba ſupra dicta Apoſtolus explicat, *Offenderunt enim in lapidem offenſionis*: id eſt in Chriſtum petram non crediderunt. Eſt autem hæc fides in F Chriſtum tota Euangelica fides atque doctrina, quæ nos docet omnia ea facere & pati quibus iuxta doctrinam Chriſti vel iuſtificemur vel acceptam iuſtitiam augeamus, vt magna ex parte explicat Auguſtinus contra 2. epiſt. Pelag. lib.3. cap.5. de fide & operibus cap.21. de Spiritu, & Lit. cap.32. Non ergo fides iuſtificans ex qua eſt iuſtitia, id eſt ex qua & per quam nos ad legis iuſtitiam peruenimus, eſt tantum ſpecialis ille aſſenſus ab hæreticis confictus, ſed eſt generalis vniuerſo verbo Dei aſſenſus datus, & maximè Catholica fides de Chriſto.

Quam fidem iuſtificantem Chriſtus in Euangelio & Apoſtoli in Actis commendauerunt.

CAPVT VI.

Erunt

A ERVNT adhuc iſta multo illuſtriora, ſi quam fidem iuſtificantem in
Euangelio Chriſtus, in Actis Apoſtoli commendauerint, inquiramus:
Certè Chriſtus Dominus non aliam quàm Euangelicam illam aper-
tiſſimè commendat, qua credimns in nomen eius, id eſt omnem ve-
ritatem ab eo prædicatam. Quum enim hanc fidem ſic commendaret *Ioan.3.*
vt diceret Nicodemo: *Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum* *Chriſtus doctrinæ ſuæ fidem exigit.*
daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, &c. non aliam ſe quam doctrinæ ſuæ fidem in-
telligere ibidem apertè docet. *Nos,* inquit, *quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur,*
& teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo ſi dixero vobis
cæleſtia credetis? Et paulò pòſt de huius generis fide dicit. *Qui credit in eum non iudicatur qui*
autem non credit iam iudicatus eſt. Ioan.3. Quod de tota fide in Chriſtum neceſſariò intelli-
gendum eſt. Rurſum incredulitatem exprobrat Iudæis huic fidei contrariam. *Si crede-* Ioan.5.
retis Moyſi crederetis forſitan & mihi. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis cre-
detis? Hanc fidem profitetur pro omnibus Apoſtolis Petrus. *Domine verba vitæ æternæ ha-* Ioan.6.
bes & nos credimus, &c. de hac fide dixit Chriſtus. *Qui credit in me ſicut dicit Scriptura, flumi-* Ioan.7.
na de ventre eius fluent aquæ viuæ. Id eſt vt exponit ſtatim Euangeliſta. Credentibus verita-
ti Euangelicæ, dabitur Spiritus Sanctus huius fidei defectum taxat in Iudæis Chriſtus. Ioan.8.
Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi? Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Fides ergo qua *Chriſtus fidem a Iudæis poſtulabat doctrinæ ſuæ.*
deſtitutos Iudæos reprehendit Chriſtus, eſt aſſenſus veritati & verbis Dei, quem illi in-
creduli adhibere nolebant. Itaque huic fidei oppoſitam incredulitatem illis acerrimè
B exprobrans ait. *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & ſi mihi non* Ioan.10.
vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis & credatis quia Pater in me eſt, & ego in Patre. Po-
ſtremò de hoc incredulitatis peccato poſtea dixit. *Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius* Ioan. 15.
fecit peccatum non haberent. Hæc ergo incredulitas quam exprobrat Iudæis Chriſtus non
fuit dubitatio de remiſſione peccatorum oppoſita fiduciæ quam fingunt fidem eſſe Lu-
therani. Hæc fides quam exigit tantopere Chriſtus non fuit apprehenſio miſericordiæ
promiſſę, ſed fuit fides Catholica quod Chriſtus eſſet verus Meſſias in mundum miſſus,
idémque verus Dei filius Patri coæqualis, &c.

Denique hanc Catholicam fidem ad ſalutem æternam efficacem eſſe eodem in Euã- *Fides ad vitam æternam efficax eſt fides generalis.*
gelio clariſſimè docet. Quum enim dixiſſet, Ioan.6. *operamini non cibum qui perit, ſed qui*
permanet in vitam æternam, Móxque Iudæi rectè intelligentes hunc cibum non corpo-
ralem ſed ſpiritualem eſſe aliquam operationem, interrogaſſent, *quid facerent vt opera-* Ioan.6.
rentur opera Dei? Reſpondet Chriſtus. *Hoc eſt opus Dei vt credatis in eum quem miſit ille:* ma-
nifeſtiſſimè docens fidem qua credimus in Chriſtum *permanere* id eſt efficacem eſſe
ad vitam æternam. Idcircò & in eodem Euangelio docens hanc poteſtatem ſibi datam,
vt omne quod dedit ei Pater det eis vitam æternam: ſubiungit. *Hæc eſt autem vita æterna vt co-* Ioan.17.
gnoſcant, te ſolum Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Iterum manifeſtè docet viam *Fides qua Deus cognoſcitur eſt vita æterna.*
conſequẽdæ vitæ æternæ eſſe fidem illam rectam & aſſenſum mentis de vno vero Deo
& vno Mediatore Chriſto. Quare in eadem concione diſcipulis ſuis dicit. *Ipſe Pater* Ioan.16.
C *amat vos quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia à Deo exiui.* Ecce propter quam fidem Deo
ſumus grati id eſt iuſti.

Ipſemet verò Ioannes de toto ſuo Euangelio idem luculentiſſimè concludit, di-
cens. *Hæc ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei, & vt credentes vitam ha-*
beatis in nomine eius. Ioan. 20. Manifeſtè docet finem & vſum Scripturarum eſſe, fi- *Fides qua creditur Scripturis facit vitam habere.*
dem in nobis gignere non ſpecialem ſed Catholicam quòd Chriſtus eſt Dei filius; &
quòd hæc fides Catholica facit nos vitam habere, id eſt, iuſtificat nos in virtute Chri-
ſti, quia totam virtutem gratiam & medicinam Chriſti fides nos docet.

Iam verò nec in aliis Euangeliis aliam fidem commendat Chriſtus quum vel eam
ad ſalutem animæ & corporis accipiendam flagitat, vel ei ſalutem iam datam pro-
nunciat, quàm hanc fidem Catholicam & generalem. Quæ ſanè demonſtratio di-
ligenter obſeruanda eſt propter hæreticos qui hoc totum non fidei Catholicæ ſed
fiduciæ ipſorum commentitiæ tribuunt. Exiſtimant enim omnes ſanitates Chriſtum
operatum fuiſſe, & ipſam conſequẽter animæ ſalutem ſiue remiſſionem peccatorum in
Euangelio contuliſſe, propter fiduciam illam ſuam commentitiam, non propter fidem
iſtam Catholicam.

Sanitates Chriſtus operatus eſt propter fidē omnipotentiæ eius. D

Luc.5. *Luc.7.* *Luc 8.* *Matth.9.*

Sed contrarium nunc clarè eluceſcet. Ac primum pro ſanitate corporali interpellatur Chriſtus à leproſo clamante, *Domine ſi vis potes me mundare.* Hanc fidem quæ de omnipotentia Chriſti vt Dei erat, non fiducia miſericordiæ (de illa enim dubitanter dixit, *ſi vis*) reſpiciens Chriſtus ſtatim *tetigit eum dicens volo, mundare.* Ibidem paralyticum ſanat, *videns fidem eorum qui eum per tegulas ſummiſerant cum lecto in medio ante Ieſum.* Hotum autem fides erat de potētia Chriſti in ſanandis morbis. Rurſum. Centurionis fides tantopere à Chriſto laudata, vt diceret. *Nec in Iſrael tantam fidem inueni*, erat etiam fides Catholica de omnipotentia Chriſti, quod omnia eius imperio obeditent &c. *Dic*, inquit, *verbo & ſanabitur puer meus.* Hemorroiſſæ fides, de qua dixit Chriſtus: *filia, fides tua te ſaluā fecit.* Erat quoque firma animi conceptio de virtute & potentia Chriſti. *Dicebat enim intra ſe. Si tetigero tantum veſtimentum eius ſalua ero*, vt Mathæus narrat. Ibidem quoque cæcis clamantibus, *miſerere noſtri fili David; dicit eis Ieſus. Creditis quia hoc poſſum facere vobis?* illiſque reſpondentibus *vtique domine, tetigit oculos eorum, Dicens ſecundum fidem veſtram fiat vobis.* Hæc fides cæcorum apertiſſimè à Chriſto ipſo flagitatur talis, qualem fides Catholica docet.

Matth.8. *Matth.13.*

Ad hanc fidē patrē lunatici hortatur, dicens. *Si potes credere omnia ſunt poßibilia credenti.* Denique in patria ſua *non fecit Chriſtus virtutes multas propter incredulitatem eorum.* Poſtremò hanc fidem euangelicam Chriſtus in animis hominum plantaturus propter illam miracula & ſanitatates fecit, vt hæc exempla luculentiſſimè demonſtrant, docetque Auguſt. de vtilitate credendi, ca.14.

Remiſſio peccatorum data fidei Catholicæ. E

Luc.7 *Luc.23.* *Iacob.5.*

Sed & huic fidei Catholicæ peccatorum remiſſionem in euangelio contulit Chriſtus Paralytico enim prius dixit, *remittuntur tibi peccata tua*, quàm *tolle grabatum &c. Videns fidem eorum qui tum ſcilicet è tecto dimiſerant*, & ipſius indubie Paralytici, qui ſe ſic dimitti curauit. Rurſum fides illius peccatricis cui dixit Chriſtus *fides tua te ſaluam fecit*, erat firma perſuaſio tam de potentia quam de bonitate Chriſti, qua freta, *vnxit & lauit lachrymis ſuis pedes eius, &c.* Latroni quoque in cruce remiſſa ſunt peccata proptet fidem qua credidit Chriſtum & innocenter pati & filium Dei eſſe, dicens. *Domine memento mei quum veneris in regnum tuum*: Denique qua credidit dicenti Chriſto *hodie mecum eris in paradiſo.* Hæc enim fuit *oratio fidei*, quam etiam proptetea in mortis articulo à preſbyteris faciendam docet Iacobus, *vt ſaluet infirmos.*

Fides ſaluifica & fides euangelio data.

Marc.14. *1.Cor.15.*

Poſtremò de hac fide Catholica diſertiſſimè concluſit ſuam œconomiam Saluator dicens Apoſtolis ſuo loco in mundum mittendis. *Euntes prædicate Euangelium vniverſæ creaturæ. Qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſaluus erit. Qui non credederit condemnabitur.* Hoc autem Euangelium totam Euangelicam Doctrinam, (quod Mattheus magis explicuit, recitans dixiſſe Chriſtum, *Docete omnes gentes ſeruare omnia quæcunque dixi vobis*: Matth.vlt.) maximéque ſymbolum fidei complectitur: de quo ne dubitemus apertiſſimè ſic Apoſtolus ſcribit. *Notum vobis facio Euangelium quod prædicaui vobis, &c. per quod & ſaluamini*: *móxque* recitat præcipuos fidei articulos, *quod Chriſtus pro peccatis noſtris mortuus eſt, & ſepultus, & reſurrexit tertia die. &c.* Fides ergo iuſtificans eſt fides Euangelio data, quod qui credit ſaluus erit, & per quod ſaluamur. F

Acta Apoſtolica fidem generalē iuſtificantem docent.

Act.2. *Act.3.* *Act.4.*

Nec ſanè aliam quam fidem ſaluantem & iuſtificantem in actis ſuis Apoſtoli iuxta mandatum Chriſti Marc.vltim. & Matth.vltimo prædicauerunt. Petrus in prima ſua concione prædicat reſurrectionem Chriſti & hunc eſſe Meſſiam repromiſſum, & effundere in credentes Spiritum Sanctum. *Qui ergo* (ait textus) *receperunt ſermonem eius*, id eſt, qui crediderunt verbis Petri, *Baptiſati ſunt, &c.* Similiter quum poſtea eundem ſermonem repetiiſſet Petrus, aliaque multa ex veteri teſtamento, protuliſſet ad fidem Catholicam confirmandam, dicitur in ſequentibus. *Multi eorum qui audierant verbum crediderunt.* Mox vero coniecti Apoſtoli in vincula, laxantur ab Angelo & iubentur *loqui in templo plebi omnia verba vitæ huius.* Act.5. quod & quotidie fecerunt *Euangelizantes Chriſtum Ieſum* id eſt vniuerſam de Chriſto fidem docentes. Denique ſeq.cap.6. dicitur. *Verbum domini creſcebat & multiplicabatur numerus diſcipulorum*, &c. Tota hæc fælicitas & tot millium ad Deum conuerſio ſeu iuſtificatio, ex fide Catholica quam Apoſtoli prædicabant, non ex fide ſpeciali Lutherana, facta eſt. Similiter Act.8. *Eunuchus credens filium Dei eſſe Chriſtum*, à Philippo baptiſatur & iuſtificatur. Prædicatur Cornelio mors & reſurrectio Chriſti quod venturus ſit iudex, & credentibus in eum remiſſionem peccatorum daturus. Hac fidem edoctus à petro baptiſatur & accipit Spiritum Sanctum. Denique Paulus

Fides iuſtificans ab Apoſtolis prædicata eſt fides catholica.

Act.10.

in

A in prolixa illa concione Antiochiæ habita, poſt multa de Chriſti morte, itemque reſurrectione diſputata concludit. *In hoc omnis qui credit iuſtificatur*, id eſt per totam illam fidem quam doctrina prophetica & euangelica complectitur de Chriſto: Illam enim proſecutus ibi eſt Paulus, vt crederent, & credentes iuſtificarentur: ideóque diligenter adiecit Iudæis præſentibus. *Videte ne ſuperueniat vobis quod dictum eſt in prophetis, videte contemptores &c.* Deniq; non credentibus illis, ſed *repellentibus verbum* Dei apertè pronunciat *indignos illos iudicari æterna vita*. Hoc ergo ipſum aſſentiri verbo Dei, quod eſt fides Catholica, illa fides eſt quæ facit dignum vita æterna, id eſt quæ iuſtificat. Poſtremò per hanc fidem *purificari corda gentium* & ſaluari eos non ſecus quam Iudæos, docuit Petrus, quia videlicet audientes verbum Euangelij crediderunt non ſecus quam Iudæi. Hæc ergo eſt fides quam Apoſtoli ex mandato Chriſti prædicarint, *vt credentes ſalui fierent, non credentes condemnarentur.*

Act. 13.

Diſſentiri verbo facit indignum vita æterna.

Act. 15.

Marc. 14.

Quam fidem iuſtificantem patres (maximè Auguſtinus) intellexerint & tradiderint.

B

CAP. VII.

ATQVE hæc hactenus ex doctrina tum euangelica tum Apoſtolica petita luculenter oſtenderunt, fidem illam quæ ſaluat & iuſtificat credentes, eſſe Catholicam fidem & maximè Euangelicã, quia de Chriſto credimus quicquid vel Euangelium docuit, vel lèx & Prophetæ prædixerunt. Eadem doctrina in S. patrum ſcriptis clariſſimè elucet, maximè in Auguſtino, ex quo quia de fide iuſtificante plenius occaſione data ſcripſit, pauca annotabimus. In lib. de ſpiritu & lit. capit. 31. proponit hanc quæſtionẽ. *Vtrum fides ipſa in qua ſalutis eſſe videtur exordium in noſtra conſtituta ſit poteſtate.* Id eſt de fide iuſtificante quæſtionem proponit. Hæc autem fides quæ ſit, paulò pòſt explicat. *De illa* inquit, *fide quærimus vtrum in poteſtate ſit, qua credimus* Deo *vel credimus in Deum.* Et iterum cap. ſeq. *Nulli dubium eſt eam fidem ab Apoſtolo commendari qua creditur* Deo. Ergo fidem iuſtificantem & fidem ab Apoſtolo commendatam in natura ſua (nam de qualitate & adiunctis huius fidei diſcernit ibi ſtatim diligenter, vt poſtea oſtendetur) intelligit Auguſtinus fidem Catholicam; qua credimus Deo quicquid nobis credendum proponit. Sed adhuc apertius alibi. *Noſtra* (inquit) *fides, id eſt Catholica fides iuſtos ab iniuſtis non operum, ſed ipſa lege fidei diſcernit: quia iuſtus ex fide viuit, per quam diſcretionem fit, vt homo ducens vitam ſine crimine & in multa virtute, cum ſuis tamen iſtis velut laudabilibus*
C *moribus, ſi non in Deum fidem rectam & Catholicam teneat, ex hac vita damnandus abſcedat. Alius autem habens quidem opera bona ex fide recta quæ per dilectionem operatur, non tamen, vt ille bene moratus ſaluandus emigret propter rectam fidem quæ illi eſt in* Deum *ex qua viuit, & ſecundum quam in omnibus delictis ſuis ſe accuſat, in omnibus bonis operibus ſuis* Deum *laudat, illi gloriam ſibi tribuẽs ignominiam, atque ab ipſo ſumens & indulgentiam peccatorum, & dilectionem rectè factorum.* Et paulò pòſt. *Et fit propter hanc maximam differentiam, vt quum dubitante nullo perſeuerans virginalis integritas coniugali caſtitate ſit potior, tamen mulier etiam bis nupta Catholica profeſſæ virgini hereticæ præferatur. Nec ita præferatur, vt iſta melior ſit in* Dei *regno, ſed vt illa ibi omnino non ſit.* Hæc ille contra 2. epiſto. Pelagian. libro tertio, capite 5. manifeſtiſſimè docens fidem ex qua iuſtus viuit, & qua diſcernitur iuſtus ab iniuſto eſſe Catholicam & rectam fidem de Deo & Chriſto eius.

Fidem iuſtificantem intelligit Auguſtinus fidẽ Catholicam.

Iuſtus ex fide viuit, rectè credendo.

Rurſum alibi adhuc lucul ẽtius, ſed breuius fidẽ Abrahæ ab Apoſtolo cõmendatam, oſtẽdit hanc fuiſſe fidẽ rectã & catholicã non ſpecialẽ aliquã. *Iacobus* (inquit) *Abrahæ opera commendauit, cuius Paulus fidem commendauerat. Et non ſunt ſibi aduerſi Apoſtoli.* Dicit *autem Iacobus opus Abrahæ omnibus notum quod filium ſuum immolandum* Deo *obtulit. Magnum opus, ſed ex fide; laudo ſuperædificationem operis: ſed video fidei fundamentum.* S*i enim hoc præter fidẽ rectã*

Abrahæ fides nõ fuit ſpecialis fides ſed catholica.

faceret Abraham, nihil illi prodeſſet qualecunque illud opus eſſet. Hæc ille in præfat. enarr. in Pſal. D
31. Ergo fides Abrahæ laudata à Paulo atque item à Iacobo (ait enim *quod fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides eius conſummata eſt*) erat fides recta in Deum, quæ eſt Catholica fides, non ſpecialis aliquis aſſenſus in vnum aliquem ſpecialem articulum hunc vel illum. Eodem modo in lib. de perfect. iuſtitiæ exponit Auguſtinus *iuſtum ex fide viuere, quia tota iuſtitia iuſti eſt rectè currere per bona opera, faciendo illa in doctrina ſana, qua ædificatur fides recta, ſpes firma, charitas pura.* Hæc ille. Nec diſſimiliter de ſerm. Domini in monte lib. 1. cap. 9. *Vbi*, inquit, *ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia, iuſtus enim ex fide viuit.* Denique in tota illa longiſſima diſputatione contra Iulianum pelagianum, quod infidelium laudabilia opera non ſint veræ virtutes quia fiunt abſque fide, nomine fidei rectam & ſanam doctrinam intelligit lib. 4. cap. 3. Iuliani enim ſententia erat infideles & alienos à fide Chriſti, veram poſſe habere iuſtitiam, quam ibi impugnat Auguſtinus. Sic ergo ſemper intellexit Apoſtolum Auguſtinus de fide iuſtificante diſputantem, vt eum de fide Catholica & orthodoxa, iuxta ſenſum omnium fidelium, non de fide hæreticorum hodie ſpeciali intelligeret. Ex aliis patribus idem demonſtrare nimis eſſet prolixum.

Iuſtus viuit ex fide catholica.

Quid hæretici horum temporum de illo ſenſu fidei iuſtificantis iam confirmato ſenſerint, & quatenus eum amplexi fuerint. E

CAPVT VIII.

VIDEAMVS nunc igitur quid de hac Catholica fide in iuſtificationis negotio ſentiant hæretici. Confeſſioniſtæ ponunt in definitione iuſtificantis fidei. Hanc particulam, *aſſentiri vniuerſo verbo Dei nobis propoſito.* Sed hoc totum tamen vocant *cognitionem hiſtoriæ*; ſicuti prima definitio confeſſionis Auguſtanæ loquitur. Sic Illyricus in ſua definitione. *Fides vera ac iuſtificans eſt notitia*, Et hanc ſanè ob cauſam fuit olim hæreticorum hodie ſolemnis iſta fidei diuiſio non quaſi generis in ſpecies, ſed quaſi æquiuoci in ſua ſignificata, vt alia eſſet fides Hiſtoriæ, alia miraculorum, alia promiſſionum. Vbi nomine fidei Hiſtoriæ generalem illam aſſenſionem verbo Dei comprehenderunt. Quod ideo tum fecerunt, vt imperitis perſuaderent, Catholicorum fidem Catholicam nihil aliud eſſe quã totius Scripturæ & cæterorum quæ

Fides hiſtorica quare à Proteſtantibus inuecta fuerit.

1\. creduntur cognitionem Hiſtoricam propter teſtimonium Eccleſiæ; qualis eſt fides Hiſtoriæ Titi Liuij data propter teſtimooium totius orbis. Hanc putidiſſimam calumniã Apologia Confeſſ. Auguſtanæ his verbis habet. *Aduerſarij*, inquit, *fingunt fidem eſſe notitiã Hiſtoriæ.* Quibus ſubſcribeos in hac parte Caluinus, ait, *Bona pars orbis audito fidei nomine nihil altius concipit, quam vulgarem quendam euangelicæ hiſtoriæ aſſenſum.* Hæc ille Inſtit. lib. 3. F
ca. 2. §. 1. Et rurſum eodem libro. *Tota terra ſcholaſtici aberrant qui in fidei conſideratione nudũ ac ſimplicem ex notitia aſſenſum arripiunt, præterita cordis fiducia & ſecuritate.* Et paulò pòſt. *Habetur id quidem paradoxotaton quum dicitur neminem cui donatum ſit poſſe in Chriſtum credere.* Hæc ille Inſt. lib. 3. cap. 2. §. 33. Tantundem aſſerit Muſculus in loc. com. tit. de fide par. 1. & 4. frequens eſt in hæreticurum hodie ore & libris iſta calumnia. Nihil autem receptius in ſcholis Catholicorum quàm fidem eſſe virtutem Theologicam, non ſolùm quia in Deum tendit, ſed etiam quia ex Deo eſt diuinitus data; ideóque celebris eſt illa Catholicorum diuiſio in fidem infuſam & acquiſitam: hanc humanam & hiſtoricam, illam verò diuinam & Chriſtianam ſemper agnouerunt Catholici.

Scholaſticorum defenſio.

Etenim quamuis (quod hinc fortaſſe hæræticorum vel calumniæ vel errori occaſionem dedit) aliqui ſcholaſtici, vt durandus ad diſt. 28. lib. 2. quæſt. 1. & ad diſtin. 25. libro 3. quæſt. 3. Gabriel biel ad diſtinct. 23: libro 3. & horum ſequaces docuerint ſine fide infuſa ſolo Eccleſiæ teſtimonio audito, poſſe homines totam fidem habere, & omnibus à Deo reuelatis firmiter credere; tamen illam ſuam ſententiam tradidiſſe putandi ſunt, vel excludendo ſolum habitum non autem auxilium ſpeciale, (vt Scotum quem iſti ſequuti ſunt, excuſat Andreas vega in ſimili doctrina de

dilectione

A de dilectione Dei ſuper omnia libro ſexto, cap. 28. de Iuſtificatione) vel certè quia Eccleſiæ teſtimonium non vt vocem humanam, ſed (vt verè eſt) tanquam vocem loquentis per illam Dei intellexerunt. Docebant enim Eccleſiam infallibiliter regi à Spiritu ſancto, ideóque fidem eius teſtimonio acceptam, etſi acquiſitam ſtudio & diſciplina, tamen eſſe plus quàm hiſtoricam. Nempe quoad obiectum formale cui nititur, quæ eſt Authoritas non humana ſed diuina, quia Deus per Eccleſiam loquitur. vt eſt apud Durandum 3. ſent. diſtinct. 24. q. 1. & apud Gabrielem Biel diſt. 23. q. 2. De hac autē quorundam ſcholaſticorum ſententia vide quæ diſputata olim à nobis ſunt in opuſculo noſtro de principiis fidei doctrinalibus lib. octauo, cap. 2. & 3. item capite 20. & 23.

Vtcunque tamen eſt de hac quorundam ſcholaſticorum opinione, quam Eccleſiæ Catholicæ impingere hæretici non debebant, in ipſa Eccleſiæ doctrina publica, in ipſis probatiorum ſcholaſticorum ſcriptis euidens & manifeſta fuit doctrina Catholica, fidem Chriſtianorum eſſe donum Dei ratione principij, niti quoque veritate reuelata à Deo non aliqua authoritate humana, ratione obiecti: ideóque his duobus maximè modis ab hiſtorica fide differre, quę tantum quoad effectum id eſt aſſenſus firmitatem quę omnem dubitationem abſtergit Chriſtianæ fidei ſimilis aliquo modo & interdum eſt. Dico aliquo modo & interdum; quia nec fides hiſtorica ſemper omnem dubitationem abſtergit, ſed probabilis magis quam certa eſt, nec etiam quando certitudinem adiunctam habet, alia illa quam moralis certitudo eſt cui ſubeſſe falſum queat. Fidei autem certitudo talis & tanta eſt vt illi ſubeſſe falſum nequeat. Hæc in ſcholis Catholicis vul- *Catholicæ fidei ab hiſtorica duplex diſcrimen.*

B garia ſunt, vt quæ apud Magiſtrum lib. 3. & S. Thom. 2. 2. docentur. breuiter tamen contra hæreticorum maximè Caluini putidas calumnias notanda fuerant.

Iam verò præter hanc calumniam euidentem, inſigni quoque fraudulentia hanc fidem Catholicam etiam ipſimet docent hiſtoricam tantum eſſe notitiam eorum quæ creduntur. Sic enim definiunt hanc fidem generalem quæ aſſentitur vniuerſo verbo Dei. *Eſt* (inquit Chemnitius) [*quedam fides generalis quæ complectitur in genere hiſtoricam notitiam eorum quæ in ſcriptura à Deo propoſita ſunt: & generalem aſſenſionem qua ſtatuimus ea quæ in verbo Dei nobis reuelata ſunt vera eſſe, non propter argumenta rationis, ſed quia certi ſumus à Deo, qui verax & omnipotens eſt, illa tradita & propoſita eſſe.*] In hac autem definitione fidei generalis, & manifeſta eſt nequitia & latens aſtutia. Nequitia manifeſta illa eſt, quòd fidem generalem ait *complecti hiſtoricam notitiam eorum quæ in ſcriptura proponuntur.* Notitia enim hiſtorica eſt cognitio ex teſtimonio humano acquiſita, cui propter tale teſtimonium animus aſſentitur, & credit vera eſſe quæ narrantur. *Definitio fidei catholicæ per Chemnitium impia & fraudulenta.*

At cognitio eorum quæ in ſcriptura dicuntur non eſt cognitio ex humano teſtimonio acquiſita, ſed eſt (vt ipſimet fatentur) ex reuelatione loquentis in ſcriptura Dei comparata. Flagitioſa ergo blaſphemia eſt cognitionem ex reuelatione Dei comparatam notitiam hiſtoricam vocare, nec diuinum teſtimonium ab humano diſtinguere. Maior autem eſt aſtutia latens in hac deſcriptione quam etiam potiſſimum eos reſpexiſſe non eſt dubium. Idcircò enim aiunt hanc fidem generalem complecti noti- *Proteſtantium dolus malus.*

C tiam hiſtoricam &c. quamuis eam diuinitus infuſam nobiſcum agnoſcant, vt exiſtimet imperitus lector huiuſmodi fidem ad nudam quandam ſcientiam, & (vt loquitur Caluinus loco modo citato (*ad ſimplicem ex notitia aſſenſum*, non ad virtutem aliquam Chriſtianam pertinere: vt propterea neque Apoſtolum de hac fide diſputaſſe veriſimile ſit, neque etiam mirum videri debeat ſi talis fides non iuſtificet. Quare ad hanc hæreticorum inſignem fraudem depellendam; & vt certius conſtent quæ antea de fidei virtute ex Scripturis & Auguſt. diſputauimus; itémq; vt clarius teneantur quæ poſtea de hac fide neceſſaria diſputaturi ſumus, aduertendum eſt diligēter fidem generalem etiam per ſe & ſolitariè ſumptam, id eſt vt eſt aſſenſus vniuerſo verbo Dei datus, virtutem quandam eſſe propriè Chriſtianam veréque Diuinam, omni non ſolum hiſtorica ſed etiam ſcientifica & Philoſophica notitia excellentiorem.

Fides generalis vniuerſo Dei verbo aſſentiens, per ſe & ſolitariè ſumpta quanta & qualis virtus ſit. D

CAPVT IX.

Fidei ſolitariè accepta depoſitio.

HOc ergo in loco ex ſcholaſtica diſciplina paulò altius neceſſariò te-
petendum eſt; quòd etſi fides vt in ſua natura per ſe ſolitariè conſi-
deratur, (id eſt vt ſignificat actum intellectus illuminati à Deo ſecũ-
dum quòd mouetur à voluntate ad aſſentiendum reuelatis à Deo)
non ſit vera & perfecta virtus, nec etiam meritoria vitæ æternæ, niſi
formetur charitate, quia talis fides informis eſt & imperfecta ex
parte voluntatis cuius actus ad fidei actum requiritur (vt docetur
apud S. Thom. 2.2.q.4.artic.5.) ideo autem imperfecta eſt ex parte voluntatis quia etſi
actus fidei ſine charitate bonus eſt, tamen non bene fit ideóque perfectè bonus non eſt

Quare fides ſine charitate nõ eſt perfecta virtus.

(vt docetur 1.2.q.65.art.4.) ideo autem non fit, quia ad finem boni vltimum talis actus
non dirigitur, ideóque forma veræ & perfectæ virtutis caret; (vt docetur 2.2.q.23.art.8.) E
etſi inquam propter has cauſas fides informis id eſt actus fidei per ſe ſolitariè *ſumptus*

Charitas forma fides quo modo.

(charitas enim dicitur forma fidei inquantum informat actum ipſius, ſicuti & actus om-
nium aliarum virturum, non autem habitum vt docetur 2.2.q.4.art.3.ad 1.& q.23.art.8.)
negetur eſſe vera & perfecta virtus, itémque meritoria; eaſdémque etiam ob cauſas vo-

Fides per ſe accepta quanta virtus.

cetur à Iacobo *fides mortua*; tamen adoertendum eſt quòd ſolus ille prædictus fidei actus
per ſe conſideratus & necdum charitate formatus. Primum *eſt Dei donum* vt ab eodem
1. Magiſtro docetur 2.2.q.6.art.2. Non enim caret forma propria fides ſine charitate vt eſt
2. fides, ſed caret forma quadam exteriori & perficiente actũ eius. Deinde quòd donũ eſt
3. *quadam propria perfectione perfectum*, vt ibidem docetur in reſpõſ.ad 1.argum. Tertiò quòd
perfectio eius eſt *perficere intellectum proprio quodã habitu* (vt ibidem docetur q.4.art.2.& 4.)
4. Quartò quòd perficit fides intellectũ *quia facit eum infallibiliter tendere in ſuũ bonũ* quod eſt
verum (vt docetur in eadem quæſt.art.5. (ideóque caret imperfectione illa fidei huma-
næ, quæ quia nititur rationi humanæ non concludenti ex neceſſitate, fallere & falli po-
teſt: propter quam imperfectionem noluit Philoſoph. Ethic 6. inter intellectuales virtu-
5. tes fidem connumerare. Quintò quòd ob has cauſas licet non ſit virtus moralis, bonum
aut perfectum illum faciens in quo eſt, (hæc eſt enim virtutis moralis ratio intrinſeca
vt docetur 1.2. quæſt. 55. articul. 2. & 22. quæſt. 23. articul. 7.) tamen eſt virtus intel-
6. lectualis apud veros theologos; Sextò quòd eſt virtus Theologica ſeu diuina, & ad
Deum eum diſponens in quo eſt; quia principium quoddam eſt diuinitus datum quo
ordinatur intellectus ad beatitudinem conſequendam non ſecus quam charitas & ſpes F
7. per quas ordinatur voluntas ad idem, (vt docetur 1. 2. quæſt. 62. articul.1.) Septimò
quòd ita per fidem ordinatur, vt abſque illa præexiſtente nec ſpes vlla eſſe poſſit in
voluntate nec charitas; ideóque ordine generationis eſt prima inter virtutes Theo-
8. logicas: (vt ibidem docetur articul.4.& iterum 2. 2. quæſt. 4. articul. 7.) Octauò quòd
hæc fides perficit intellectum vt non ſolum careat imperfectione fidei humanæ, ſed
etiam vt longè ſuperet omnem ſcientiam & certitudinem humanam ſimpliciter: id
eſt ſecundum cauſam ſuæ certitudinis: (vt docetur 2. 2. quæſt. 4. articul. 8.) ideóque
quum diuinæ veritati reuelanti tanquam medio imitatur, reddit intellectum incredi-
biliter certiorem quam vlla ſcientia quantumcunque demonſtratiua.

9. Poſtremò perficit intellectum fides non ſolum ex parte certitudinis; quia etſi non in-
telligendo pleniſſimè, tamen aſſentiendo firmiſſimè, rei creditæ adhæret tenaciſſi-
mè; ſed etiam ex parte obiecti quòd creditur. Illud enim quia de illis eſt quæ ſunt
ſupra facultatem & captum naturæ humanæ; profectò illa credendo apprehendere,
actus eſt qui excedit omnem virtutem homini proportionatam, ideóque excellen-
tis cuiuſdam virtutis eſt, vt docetur. prima parte, quæſt. 62. articul.3. ad tertium ar-
gumentum.

Atque

A Atque hinc emergit fidei Chriſtianæ excellentia ſupra omnem non ſolum notitiam
hiſtoricam, ſed & ſcientiam demonſtratiuam, quòd quum ad eam conſequendam ne- *Fidei chriſtianæ excellentia vnde.*
ceſſe ſit eleuari hominem ſupra naturam ſuam dono ſuperaddito, habeat propterea pro
obiecto formali ſine medio ad credendum, non rationes aliquas humanas ſed ipſum
Deum loquentem reuelantem & docentem: cuius voci (non quia conuincitur intelle-
ctus ſed quia paret voluntas) humiliter & obedienter credendo, veram & excellentem
virtutem exercet: & opus Dei ſeu diuinum facit. *Hoc eſt enim opus Dei vt credatis in eum,*
&c. Ioan.6. Hinc denique emergunt fidei laudes in ſcripturis. Nam hæc obedientia fi- *Laus fidei in Scripturis vnde.*
dei laudatur ab Apoſtolo variis in locis. *Gratias ago Deo quòd obediſtis ex corde in eam formā*
doctrinæ in qua traditi eſtis. Et rurſum. *Veſtra obedientia in omni loco diuulgata eſt.* Laudantur Rom.6. Rom.16.
Theſſalonicenſes quod verbum Pauli acceperint, *non vt verbum hominis, ſed vt verè erat* 1.Theſſ.2.
Verbum Dei. vocatur hoc *captiuare intellectum in obſequium Chriſti.* Cōqueritur Paulus quod 2.Cor.10. Rom.10.
non omnes obediunt Euangelio: repetens veterem Prophetæ quærelam. *Domine, quis credidit* Eſa.53.
auditui noſtro. Hac obedientia fidei honoratur Deus. Sic laudatur Abraham, quòd *confor-* Rom.4.
tatus eſt fide dans gloriam Deo.

Denique huic actui fidei qua credimus Deo, vel reuelanti, vel promittenti vel dicen-
ti aliquid, quantumcunque humanis ſenſibus & rationibus impoſſibile videatur, tribui- *Laus iuſtitiæ quare & vnde fidei tribuatur.*
tur in Scripturis laus iuſtitiæ in Abrahæ exemplo ad Rom.4. & ad Gal.3. tribuuntur ſa-
nitates, Luc.5.7.8. Matth.8. & 13. vt ſuprà citatum eſt. Tribuitur etiam remiſſio pecca-
torum in exemplis ibidem citatis. *Hac fide purificantur corda*, id eſt, primum principium Actor.15.
B purificationis cordis eſt hæc fides, qua videlicet purificatur impuritas erroris vt eruditè
exponit D.Thom.2.2.q.7.articul.2. Quum enim proprium intellectus obiectum ſit ve-
rum (vnde habet illud celebre Philoſophorum axioma, naturaliter homines ſcire deſi-
derant, ideóque vt ſcribit Auguſtinus tract.26. in Ioan. *Quid fortius deſiderat anima quam*
veritatem? fit vt anima intellectualis veritatis cognitionem quam tātopere appetit quaſi
viuida ac purior reddatur, falſitatis vero & errorum caligine deturpetur.

Vana igitur & fallax eſt hæreticorum hodiè ſententia, quæ docet fidem, vt eſt aſſen-
ſus verbo Dei, eſſe notitiam hiſtoricam eorum quæ in ſcripturis proponuntur. Eadem *Fides dæmonū qualis.*
erroris abſurditate hanc fidem vocant fidem dæmonum. Dæmones enim etſi actu cre-
dant, fidem tamen quæ Dei donum eſt non habent. Non enim quia reuelanti Deo vo-
luntas obſequitur, ſed quia euidentia rerum ipſis perſpecta intellectus conuincitur, cre-
dere dicuntur. vt docet S.Thom.2.2.q.5.art.2. quòd adeo verum eſt vt nec Angeli poſt
confirmationem, nec beati poſt hanc vitā fidem habeant: ſed *ſola charitate non excidente ſi-*
ue Prophetiæ euacuabuntur ſiue ſcientia deſtruetur, Eſt autem hæc fides ſine charitate mortua 1.Cor.13.
quidem Iacob.2. & ficta ſeu hypocritica.1.ad Tim.1. quantum ad perfectę iuſtitiæ vitam *Fides ſine charitate quo ſenſu mortua.*
& veritatem non autem quantum ad ſeipſam, ſibíque propriam virtutem ſuperius expli-
catam: Ideóque Iacobus comparat fidem corpori non toti homini: vt quemadmodum
corpus non viuit quidem ſine ſpiritu, ſubſiſtit tamen per ſe in natura quadam ſua inte-
grum atque completum, ita fides etſi non viuit id eſt non operatur opera vitæ ſpiritua-
lis ſine charitate (quia *fides per dilectionem operatur*) tamen per ſe in ſua quadam propria Gal.5.
C perfectione ſubſiſtit vt iam explicatum eſt: nempe vt perpetuum principium vitæ, quo
anima adhuc aliquatenus, viuitur Deo, non ſecus quam palmes etſi ſterilis à vite non-
dum præciſus.

Sed hoc in loco Caluini ſtupida quædam ignorantia vel potius intemperans calum- *Caluini ſtupida ignorantia.*
niandi libido taxanda venit. Diſputās enim cōtra fidem informem inſulſis cauillis non
ſolidis argumentis, hanc vnam tandem rationem adfert vt ſibi videtur ſolidiſſimam, ſed
verè ſtolidiſſimam. Ait. [*Si vna hæc nobis ſuppeteret ratio valere deberet ad litem finiendam: aſſen-*
tionem ſcilicet ipſam cordis eſſe magis quam cerebri & affectus magis quàm intelligentiæ: qua ratione
vocatur obedientia fidei, vno ergo verbo ſtatuimus eós ineptè loqui qui fidem formari dicunt acceſſio-
ne piæ affectionis ad aſſenſum facta: quum aſſenſus quoque pia affectione conſtet.] Hæc ille Inſtit.
lib.3.cap.2.ſect.8. Sed ſtultiſſimus cauillator ſenſum orthodoxum vel non eſt aſſecutus
vel improbè diſſimulauit. Fides enim non dicitur informis quia caret affectu cordis, ſi-
ue actu voluntatis ex qua naſcitur obedientia fidei, quam piam affectionem vocat Cal-
uinus, (diligenter enim docuerunt ſcholaſtici fidem eſſe actum intellectus & volunta-
tis, ſiue ad actum fidei ſemper requiri actum voluntatis. ex cuius imperio non ex intel-
lectus dictamine naſcitur fidei virtus, vt iam ex ſcholaſtica doctrina diligenter repetū-

Fides vnde informis.

mus)ſed fides eſt informis quando eſt abſque charitate,quando credit tantum & nõ diligit nec obſequitur mandatis Dei(probario enim dilectionis eſt exhibitio operis) D Denique quando tali caret pia affectione *per quam fides ipſa operatur*(ait Apoſtolus)id eſt perficitur,non in natura ſua,ſed in virtute iuſtificandi. De qua re alias.

Quid fidei iuſtificantis nomine propriè intelligi Proteſtantes volunt.

CAPVT X.

Chemnitius in Examine.

ET ſic quidem illi veri nominis fidem extenuare & obſcurare conati ſunt. Quantulum autem huic fidei in cauſa iuſtificationis illi tribuant poſtea videbirur in ſecundo huius Controuerſiæ capite. Nunc quid illi fidei iuſtificantis nomine intelligant videndum eſt. Aiunt ſanè aſſenſum generalem verbo Dei ad fidem iuſtificantem neceſſariò præſupponi;non hunc tamen, ſed generalis huius fidei vnicum tãtum & ptoprium obiectum,eſſe illam proprie fidem quæ iuſtificat. Iſtud autem ſic explicant. *Fides vniuerſum quidem Dei verbum intuetur,agnoſcit, amplectitur; ſed habet* " *tamen in Scriptura ſeu verbo Dei ſuum proprium,peculiare & certum obiectum, quod ita reſpicit &* E " *intuetur vt in eo quærat,apprehendat,accipiat & ſibi applicet illud,cuius reſpectu merito & dignita-* " *te credens coram Deo iuſtificetur.* Hoc autem proprium fidei obiectum ſtatuunt,*eſſe gratuitam* " *promiſsionem miſericordiæ & remiſsionis propter Chriſtum. In hoc enim ſolo obiecto fidem & quæ-* " *rere & inuenire iuſtificationem;in aliis autem ſuis obiectis ſeu articulis fidei non ita. Alia tamen illa* " *neceſſariò prærequiri,partim quia articulus iſte redemptionis per Chriſtum non poteſt rectè intelligi niſi* " *præcedente notitia reliquarum partium verbi Dei,partim quia in lucta & certamine retineri hoc obiectum non poteſt,reliqua fide vacillante.* Huius ergo ſpecialis obiecti ſpecialem quandam fidem eſſe propriè fidem iuſtificantem ſtatuunt. Sic rem diſertè explicat Mart. Chemnitius. Nec multum differenter Caluinus: qui[*fidem ſanè vniuerſum Dei verbũ amplecti docet, ſed in miſericordiæ promiſsionem tanquam proprium ſcopum deſtinari partim quia non conſiſtit fides donec ad hanc peruenerit,id eſt in hac ſola cõquieſcit, partim quia non aliter fides nos Deo conciliat,niſi nos Chriſto copulando,id eſt niſi quando Chriſtum in officio mediatoris apprehendimus.*

Caluini explicatio Inſtitut. lib.3.cap.2.ſect. 29.& 30.

Secundum Controuerſiæ præſens punctum.

Hinc ergo iam emergit ſecunda pars primi huius capitis de fidei iuſtificantis natura & conditione, & ſecundum controuerſiæ punctum, in quo videlicet fidei iuſtificantis nomine fidem hanc ſpecialem intelligi volunt hæretici,nolunt Catholici.

Generali fidei quantulum tribuunt Proteſtantes.

Quam tamen partem priuſquam aggrediamur,attende diligenter, quod generali fidei tribuere in hac parte videntur hæretici vel nihil eſſe, vel ſi quid eſt ſolam ſuam ſpecialem fidem euertere. Nam quod aiunt ideo generalem aſſenſum prærequiri, quia ſine illo ſpeciale obiectum rectè intelligi non poteſt, vides iterum quod fidei Catholicæ nihil amplius quam doctrinam & notitiam quandam neceſſariam tibuunt,qualem legi tribuit Apoſtolus. F At vero fides vt generalem aſſenſum verbo Dei ſignificat,opponitur ab Apoſtolo legi ſeu cognitioni quæ ex lege eſt, quia fides docet non ſolum eſſe facienda quæ in lege iubentur,ſed etiam modum quo fieri debeant ac poſſint oſtendit. *Hic autẽ* modus eſt confugere ad Chriſti gratiam per orationem fidei, quæ illud impetrat quod lex imperat. *Lege operum dicit Deus,fac quod iubeo,lege fidei dicitur Deo,da quod iubes.* Sic Augu. de ſpiritu & lit.cap.13. Fides ergo vt eſt generalis aſſenſus verbo Dei, non ſolum eſt doctrina vt intelligatur articulus redemptionis,ſed præterea eſt purificatio cordis,vt quæratur redemptor,& inueniatur redemptionis via ac modus.

Fides quæ opponitur legi eſt fides generalis.

Suprà cap.5.6. & 7.

Nunc vt ad rem redeam non ſpecialem illam hæreticorum fidem ſed fidem Catholicam iuſtificantis fidei nomine intelligi debere, iam ſatis pro catholica ſententia confirmanda oſtendimus, & Concilij Tridentini expoſitionem corroborauimus, qua dicunt patres cap.6. ſeſſ.6. *diſponi fideles ad iuſtitiam,credentes vera eſſe quæ diuinitus reuelata & promiſſa ſunt.*

Argumentatio

A *Argumentatio Proteſtantum pro ſua ſpeciali fide explicatur: & varius in ea error oſtenditur.*

CAPVT XI.

VIDENDVM nunc quibus argumentis ſuam ſententiam tuentur. Primum enumeratione oſtendunt reliqua obiecta fidei ad iuſtificationẽ non pertinere, quia nec hiſtoria rerum geſtarum in Scripturis nec illas pars verbi Dei quæ arguit peccata & cõminatur pænas, nec denique illa pars verbi quæ præcipit obedientiam & præſcribit opera, docet hominem quicquam de reconciliatione eius cum Deo. Fides autem aliud in verbo quærere aut inuenire non poteſt quam quod verbum docet. Quia ergo fides non reſpicit illa obiecta quando per eam reconciliamur Deo, ſequitur illa ad iuſtificationem noſtram non pertinere. Probant autem maioris propoſitionis ſingulas partes. Primum de hiſtoria rerum geſtarum, quia illa non docet
nos quomodo à peccato & ira Dei liberemur. *Imò* (ait Mel.) *notitia hiſtoriæ auget pauores* Melanch. in
& deſperationem ſicuti in Diabolis. Quod enim terribilius eſt ſignum iræ Dei, quàm placari Deum non loc. com.
alia victima potuiſſe niſi filij morte. Hæc ille. Deinde de illa parte verbi quæ iuſtitiam Dei "
nobis patefacit, quia *illa pars iram & maledictionem Dei nobis proponit*, ait Chemnitius. *Vbi* "
B *autem ſolam indignationem & vindictam conſcientia noſtra conſpicit, quo modo non trepidabit &* Chemnitius.
exhorreſcet? Deum autem quem exhorreſcit quomodo non refringeret? Atque Deum quærere fides debet "
non refugere. Hæc Caluinus inſtit. lib. 3. cap. 2. par. 7. Tertio de illa parte verbi quæ præcipit obedientiam mandatorum, quia promiſſionibus legis annexa eſt conditio perfectæ impletionis; quæ quia in hac infirmitate non inuenitur, *fides nec poteſt nec debet ſtatuere quod* "
propter opera iuſtificemur, ait Chemnitius. *Præterea vacillaret ſemper fides ſi operibus niteretur*, ait "
Caluinus Inſtitu. libro 3. cap. 2. par. 29. Imò ait Mel. in loc. com. *Si iudicandum eſſet tum habituros nos remiſſionem peccatorum quum contritio aut dilectio ſufficiens eſſet, adigeretur animus ad deſperationem.* His ergo de cauſis non iſta obiecta ſed ſolam gratuitam promiſſionem miſericordiæ Dei qua propter Chriſtum gratis remittuntur peccata noſtra, reſpicit fides quando per eam iuſtificamur: quia in hac ſola parte verbi Dei inuenit fides recõciliationem cum Deo, iuſtitiam, cõſcientiæ pacem, & vitam æternam. Hæc eſt hodie tota ſummatim collecta proteſtantum argumentatio qua probant non generalem aſſenſum verbo Dei, ſed ſpecialem hanc fidem, ſeu hoc ſpeciali fidei obiectum illud eſſe per quod iuſtificamur.

Sed multiplex eſt in hac argumentatione tum error tum fallacia. Primum in eo vel *Proteſtantum*
graui errore falluntur, vel fallaciter fallunt, quòd in tota quæſtione iuſtificationis, eius *errores in ſpecia*
nomine ſolam reconciliationem ſeu ſolam remiſſionem peccatorum intelligunt; quæ *li fidei vnico obiecto.*
tantum exordium eſt noſtræ iuſtificationis, ſeu primæ iuſtificationis pars vna qua ex im- 1.
pio fit aliquis iuſtus: & in hac ſola fidei officium ac vim perpendunt, fides autem iuſtifi-
C cans non in hac tantum prima iuſtificatione, ſed etiam in toto curſu & augmẽto iuſtitiæ
ſuas partes agit. Deinde alius error eſt, quem etiam pro fundamento huius argumenta- 2.
tionis ponunt, in ſola reconciliatione conſiſtere iuſtificationem quem in alia controuer-
ſia de inhærente iuſtitia confutauimus. in 1. cap. obiectionum. Tertiò (quod notandum 3.
eſt) ponunt proteſtantes hominem Chriſtianum ſemper in ſtatu peccati mortalis, ſem-
per in lucta & certamine cum peccatorum ſuorum conſcientia & carnificina, vt ſic ſem-
per per fidem apprehendens miſericordiam promiſſam ſemper iuſtificetur, & ſemper ſe-
curus ſit de ſalute, vtcunque ſceleribus & flagitijs obrutus. Aliud eſt autem fideles ſem-
per in peccatis quotidianæ infirmitatis laborantes perpetua indigere remiſſione per
Chriſtũ, vt ſic veræ iuſtitiæ curſum impleant: vt olim docuimus: Aliud verò læthiferi cri-
minis horrore cõſcientiam ſemper grauari, vt ſic ſemper ſola gratuita miſericordia pro- 4.
pter Chriſtum iuſtificetur per ſolam fidẽ ſeu fiduciam gratuitæ reconciliationis. Quartò
etiam in eo grauiſſimè errant, quod in hac etiam prima iuſtificatione quam ſolam agno-
ſcunt, varia fidei iuſtificantis officia non conſiderant; ſed hoc vnicum tantum quòd do-
ceat Chriſtum pro peccatis noſtris eſſe mortuum. Quare mox explicabitur quam variè
& quot modis fides concurrat ad omnem noſtram iuſtificationem ſeu primam ſeu ſecũ-

dam, vt ſic intelligamus non vnicum eius obiectum, ſed varia admodum ad cauſam iuſtificationis noſtræ neceſſariò requiri. Sic enim ſtatim corruet argumentatio proteſtantum & ſpeculatio illa tota pro ſpeciali fide ſtabilienda excogitata. D

5. Quintò & ille grauis error eſt, quod quum vna ſit & eadem ſpecie ac natura fides, quæ in verbo Dei vel hiſtoriam rerum geſtarum vel comminationes iuſtitiæ vel promiſſiones miſericordiæ, vel denique legem mandatorum Dei reſpicit atque conſiderat; proteſtantes ſic illam conuellunt ac lacerant, vt aliam eſſe generalem, aliam hanc ſpecialem fidem doceant, aliā quoque fidem promiſſionum, aliam fidem hiſtoriæ ponant, ac denique aliam miraculorum fidem. Fides enim natura ac ſpecie vna eſt, cuius illa omnia ſunt varia obiecta, quæ omnia eadem fides in iuſtificationis negotio variè reſpicit atque conſiderat. Miraculorum autem fides in ſenſu hæreticorum nulla eſt. Fides enim miracula quidem Chriſti & eccleſiæ credit non ſecus quam alia obiecta. Sed fides quæ operatur miracula non eſt ſpecialis aliqua aut diſtincta fides, ſed eſt communis fides, auctior & maior, maior autem nō ex parte obiecti quod creditur, ſed ex parte voluntatis cuius imperio creditur non ex parte aſſenſus, ſed ex parte affectus & fiduciæ quæ fidei proles & effectus eſt, denique non extenſiuè, ſed intenſiuè maior & excellentior eſt. Reliqua autem omnia enumerata, fidei ſunt obiecta materialia, circa quæ variè verſatur fides vt iuſtitiæ negotium, quantum ex ſe eſt perficiat. Quod vbi mox oſtenderimus, vana & inanis apparebit Caluini euaſio contra hoc quod poſtremo loco illi obiicitur, fidem ab illis conuelli ac lacerari. Reſpondet enim *ideo ab illo fidem non lacerari, quia etſi fides cætera obiecta reſpiciat, tamē nec conſiſtit niſi in gratuita promiſſione, nec Chriſto nos copulat, nec denique iuſtificat niſi per illam ſolam apprehenſam.* Oſtendemus nunc ergo contrarium. E

Miraculorū fides nulla.

Inſtitut. lib. 3 cap. 2. ſect. 30.

Quot & quanta ſunt obiecta & officia fidei iuſtificantis, præter vnicum & ſpeciale ſpecialis fidei proteſtantum obiectum atque officium, copioſè oſtenditur.

CAPVT XII.

SCIENDVM ergo & notandum diligenter contra hos omnes proteſtantū errores, fidem quatenus iuſtificat, id eſt quatenus vel diſponit ad iuſtitiam nondum iuſtificatum impium, vt reconcilietur, copuletur Chriſto & iuſtificetur vel hominem iam iuſtum in curſu & progreſſu iuſtitiæ promoueat, Deum ſeu veritates à Deo reuelatas variè cōſiderare atque reſpicere. Nam vt iuſtificetur impius, & copuletur Chriſto, primum per fidem aſſentitur vniuerſo verbo Dei, & captiuat intellectum in obſequium Dei: ſine quo obſequio nulla inchoari diſpoſitio poteſt, ad recōciliationem cum Deo aut copulam cum Chriſto ineundam: quia *accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt*: & ſine hac fide recta & ſana *impoßibile eſt placere Deo*: multò minus copulari Chriſto. Sic captiuato & humiliato necnon & purificari cœpto intellectu, fides in verbo Dei videt Deum eſſe iuſtum & in æternum punire impios. Hæc fides timorem incutit vtilem & neceſſarium: vt alibi oſtendimus. *Initium enim ſapientiæ timor Domini.* Prouerb. 9 Sed & eadem fides videt in verbo Deum eſſe miſericordem inuocantibus eum, *Omnis qui inuocauerit nomen domini ſaluus erit.* Sed inuocationem ſine cōuerſione ad Deum inanem eſſe fides etiam in verbo videt. *Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos.* Conuerſionē ad Deum ſine dolore de præteritis peccatis vanam eſſe fides, quoq; in verbo videt. *Triſtitia enim quæ ſecundum Deum eſt, id eſt* propter offenſum Deum, *pænitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Sic fides ad pænitentiam ducit, quam ſemper in iuſtificatione impij exigit ſcriptura in exemplis Dauidis 2. Reg. 12. Publicani Luc. 18. filij prodigi Luc 15. Magdalenæ Luc. 7. Iudæorum Act. 2. Simonis magi Act. 8. Inuocantem autem conuerſum & penitentem, veniam ſperare iubet fides propter Chriſtum & eius merita; ſine quibus nulla hominum inuocatio conuerſio & penitentia iratum Deum placaſſet. Sed fides reliquam omnem diſpoſitionem per ſe inualidam eſſe agnoſcens, nec vllo modo meritoriam veniæ aut ex ſeſe ſufficientem ad reconciliandum nos Deo, proponit redem- F

Officia fidei in diſpoſitione ad primam iuſtificationem.

Hebr. 11.

Supra in prolegom. lib. 5. Proleg 1.

Rom. 10.

Ioel. 2.

2. Cor. 7.

A redemptionem factam per Chriſtum docétque nos totum meritum, totamque efficiẽtem cauſam noſtræ reconciliationis cum Deo eſſe Chriſtum per mortem eius. Hoc ergo obiectum non vnicum reſpicit fides, ſed certè maximè & potiſſimum, quando hominem diſponit ad iuſtitiam. Quod & his verbis patres Tridentini docuerunt ſeſſ. 6. capite 6. *Diſponuntur ad iuſtitiam credentes vera eſſe quæ diuinitus reuelata & promiſſa ſunt: atque illud in primis à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto.* Hæc ibi. Fides ergo iuſtificans ſeu diſponens ad iuſtitiam principaliter quidem reſpicit Chriſtum, vt mediatorem, & redemptionem per illum factam, non tamen vnicum & proprium eſt illud fidei iuſtificantis obiectum, vt volunt hæretici; quum tot præterea alia obiecta fides reſpiciat, dum ad iuſtitiam diſponimur, vt iam dictum eſt. Neq; etiam quum ad hoc obiectum fidei ventum eſt, conquieſcit ibi fidẽs aut ſubſiſtit, vt iuſtificetur impius, ſicut Caluinum ſpeculari modo audiuiſtis, ſed præterea videt in verbo Deum eſſe diligendum vt ei copulemur, Quia *qui non diligit manet in morte.* 1. Ioan. 3. Quare & charitatem adiungi oportere docet, *per quam fides ſalutem operatur, & ſine qua mortua eſt*, id eſt ad ſalutem & iuſtitiam protſus inepta & inutilis. Gal. 5. & Iacob. 2. De iſtis autem ſingulis diſpoſitionibus iam olim explicatius egimus in prolegomenis Controuerſiæ de inhærente iuſtitia. Hac ſanè de cauſa fidem propitiationis per Chriſtum ſeu fidem mediatoris, tum Paulus in epiſto. ad Rom. & Gal. tum euangelia & Acta Apoſtolica maximè inculcarunt, quia in prima ad Deum conuerſione & iuſtificatione illud fidei obiectũ maximè neceſſarium eſt. Prima enim iuſtificatio propriè gratuita eſt, & quam nullum ex parte noſtra meritum præcedere poteſt, ſed ſoli innititur Chriſti merito, tanquam ſoli & pleniſſimæ cauſæ ſuæ reconciliationis cum Deo: vt iam olim in alia controuerſia ſatis explicatum eſt. An vero fides ſiue per hoc principale ſuum obiectum ſiue per alia, ſola per ſe ſufficienter & proximè diſponat ad iuſtitiam, poſtea plenius videbitur.

Propitiati per Chriſtum fidei obiectum in prima iuſtificatione.

In prolegom. lib. 5. proleg. 1.

B

Iam vero in toto curſu & progreſſu iuſtitiæ, quando fides iuſtificat (de qua ſanè iuſtificationis noſtræ parte potiſſima quæſtio inter fideles iam iuſtificatos eſſe debet) hoc ſpeciale obiectum de gratuita remiſſione & propitiatione per Chriſtum fides nec propriè nec potiſſimum reſpicit, ſed è diuerſo Deum, vt datorem omnium bonorum atque etiam remuneratorem iuſtum conſiderat. Fides enim *ex qua iuſtus viuit* eſt fides remunerationis futuræ, & gratiæ præſentis ſeu auxilii in tempore oportuno. Talem hominum iam iuſtificatorum fidem deſcribens in epiſto. ad Heb. Paulus, ſic iam credentes & iuſtificatos alloquitur. *Teneamus ſpei noſtræ indeclinabilem confeſſionem (fidelis enim eſt qui repromiſit) & conſideremus inuicem, in prouocationem charitatis & bonorum operum*, Hic ergo hortando ad curſum & progreſſum iuſtitiæ per bona opera, officium fidei quæ repromiſſam mercedam reſpicit, diligenter inculcat, addens, paulò pòſt eodem capite. *Nolite amittere confidentiam veſtram* (τὴν παρρησίαν) *quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes reportetis repromiſſionem. Adhuc enim aliquantulum qui venturus eſt veniet, & non tardabit. Iuſtus autem meus ex fide viuit*: ea. ſ. quæ expectat remuneratorem Deum.

Quæ obiecta fides reſpicit in toto curſu Iuſtitiæ noſtræ.

Fides ex qua iuſtus viuit quæ.

Hebr. 10.

C

Moxque fidem ex qua iuſtus viuit, id eſt iuſtificantem, definit Apoſtolus; idque non per obiectum hoc ſpeciale, quod vnicum agnoſcunt hæretici, ſed per obiectum generale, idque tam de futuro quam de præterito, dicens. *Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium*: Id eſt fides hominis iam iuſti (nam talem potius fidem definit hic Apoſtolus, quàm diſponentem ad iuſtitiam; & de tali fide non diſponente diſputat hoc loco Apoſtolus) habet pro obiecto res ſperatas, (ſperamus autem bona futura) & fidei tanquam baſi & fundamento (hoc enim ſignificat vox *ſubſtantia*, ὑπόστασις) nititur ſpes iuſti de perpetuo gratiæ auxilio & futura remuneratione. Eſt etiam *argumentum* ſeu firma probatio atque euidens perſuaſio (ponitur enim effectus pro cauſa) *rerum non apparentium*: quia quæ fides nobis dictat atque affirmat, vtcunque rationi non appareant, firmiſſimè tamen probantur & certiſſimè creduntur. Illa autem quæ non apparentia vel ſenſibus vel rationi creduntur, & quæ nondum nobis præſentia ſperantur, generale & vniuerſum obiectum fidei complectuntur, quæcunque verbo Dei nobis reuelantur.

Definitio fidei Apoſtolica non per obiectũ ſpeciale ſed generale.

Fides ergo iuſtificans hic definitur per obiectum generale non ſpeciale; & ſi per ſpeciale, certè per obiectum remunerationis quam ſperamus, potius quàm propitiationis

Exempla veterum iuſtorū docent non reſpicere vnicū ſpeciale obiectum. Hebr. 11.

per Chriſtum, quam iuſtificati iam habemus. Sed & exemplis quæ ſubiicit Apoſtolus oſtendit fidem iuſtificantem, etiam in hoc quòd iuſtificat, alia multa obiecta reſpicere præter gratuitā promiſſionē. *Noe factus eſt hæres iuſtitiæ quæ per fidem eſt, quia reſponſo accepto de ijs quæ non videbantur, metuens* (id eſt credens futurum orbis diluuium) *aptauit arcam &c. Abraham iuſtitiam operatus eſt, obediendo in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem, & exiit neſciens quo iret. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem cuius artifex & conditor Deus. Sara iuſtitiam operata eſt quia fidelem credidit eum qui repromiſit conceptionem ſeminis præter tēpus ætatis.* Denique omnes illi alij ab Apoſtolo enumerati per illam fidē *operati ſunt iuſtitiam, & adepti ſunt repromiſſiones*, cuius obiectum principale & ſpeciale erat nō propitiatio propter Chriſtum facta, ſed remuneratio à Deo futura. D

Alia iuſtificantis fidei officia.

Sed & alia ſunt iuſtificātis fidei in progreſſu iuſtitiæ officia; quorum vel hoc potiſſimum eſt, quòd docet fides orare & orando gratiam impetrare, qua fiat quod lex iubendo imperat: ex quo fidei officio vera iuſtitia coram Deo vocatur ab Apoſtolo *iuſtitia fidei & ex fide*, non iuſtitia operum, vel ex lege. Notandum enim diligenter veram iuſtitiam vocari ab Apoſtolo iuſtitiam fidei & iuſtitiam ex fide, non hoc ſolo nomine quod ad remiſſionem peccatorum conſequendam *propoſuit Deus Chriſtum propitiatorem per fidem in ſanguine eius*, ad Rom. 3. & quia ſine fide in mediatorem Chriſtum nemo ſaluari poteſt; quod tota doctrina euangelica & Apoſtolica ſonat, & quod ſolum atque vnicum conſiderant hodiè hæretici, ſed præterea quia eundem Chriſtum propoſuit Deus *ſanctificatorem Eccleſiæ ſuæ, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. ſic de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis qui ſecundum ſpiritum ambulamus, idque propter ſpiritum Chriſti habitantem in nobis, vt inueniamur in Chriſto non habentes noſtram iuſtitiam quæ ex lege eſt*, id eſt ex ſola doctrina legis, *ſed illam quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide*: id eſt vt illam iuſtitiam habeamus quæ eſt ex adiutorio gratiæ Chriſti, ad quam confugere & quam implorare fides docet vt luculentiſsimè exponit Auguſtinus in lib. de gra. & lib. arbitrio, cap. 12. & in epiſt. 106. vbi dicit. *Iuſtitia ex fide eſt qua credimus nos iuſtificari id eſt iuſtos fieri gratia Dei per Chriſtum vt ſit in nobis iuſtitia quæ ex fide Chriſti eſt, quæ ex Deo eſt iuſtitia ex fide, vtique in fide qua credimus nobis iuſtitiam diuinitus dari non à nobis in nobis noſtris viribus fieri.* Hæc ille. Idem docet de ſpiritu & lit. cap. 13. 20. & 30. & contra 2. epiſt. pelag. lib. 3. cap. 7. Hanc iuſtitiam fidei & hunc ſenſum iuſtificandi per fidem expreſsit Apoſtolus quum diceret. *In Chriſto neque circuncisio neque præputium aliquid valet, ſed fides quæ per charitatem operatur.* Gal. 5. ſiue illud actiuè legimus, vt illa fides valeat ad ſalutem quæ per charitatem omnium virtutum radicem, opera virtutum exercet; ſiue paſsiuè vt illa fides iuſtificet quæ operatur id eſt perficitur & in actum perfectæ virtutis educitur per charitatem. Hoc enim totum officiū fidei in curſu & augmento iuſtitiæ exprimit. Hic autē verborum Pauli ſenſus ſi euidens non eſt ex aliis verbis ad Gal. 6. *Neque circuncisio neque præputium, ſed noua creatura* &c. vbi nouæ creaturæ nomine nouum hominem intelligit qui *ambulat in nouitate vitæ non ſecundū carnem ſed ſecundum ſpiritum* ad Rom. 8. certè ex eiuſdem Apoſtoli verbis. 1. Cor. 7. *Circuncisio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum.* euidentiſsimè colligitur. Hanc iuſtitiam fidei, hanc alteram partem gratiæ Chriſti nos iuſtificantis per fidem ignorant hodiè proteſtātes. Gratia enim Dei per Chriſtum non eſt ſolum *fauor gratuitus*, quo propter mortem & meritum Chriſti *Deo patri reconciliamur per fidem* ad Rom. 5. ſed eſt etiam, *donum Dei* quo etiam propter mortem & meritum Chriſti à patre cæleſti *donamur per fidem*, vt eodem in loco docet Apoſtolus dicens: *per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus: & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* Cauſam enim huius gloriationis ſpei gloriæ ibidem explicans addit: *Spes enim non confundit quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctū qui datus eſt nobis.* Hoc donum Spiritus Sancti, per Chriſtum vocat eodem cap. Apoſtolus *abundantiam gratiæ, & donationis & iuſtitiæ per Chriſtum.* Vtrumque hoc totum in vna ſentētia expreſsit eodem cap. Apoſtolus. *Si quum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius, & iuſtificati in ſanguine ipſius, multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius.* Hæc eſt vita gratiæ iuſtificantis quam à Chriſto capite per fidem accipimus de qua ad Galla. 2. *Viuo autem iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei qui dilexit me, &c.* Sed quia hanc duplicem vel potius dupliciter iuſtificantem Chriſti gratiam non agnoſcunt hodie hæretici; propterea quoque

& dupli

Margin notes and section letters:

- *Iuſtitia fidei duplici de cauſa ſic dicta.*
- Epheſ. 5.
- Tit. 2.
- Rom. 8.
- Philipp. 3.
- *Iuſtitia ex fide, quæ ex adiutorio gratiæ quam fides implorat.*
- E (beside "ſiæ ſuæ, vt nos redimeret…")
- F (beside "dum ſpiritum ad Rom. 8…")

A & duplicem fidei iuſtificantis reſpectum ſiue duplicem rationẽ iuſtitiæ ex fide non con-
ſiderant;ſic vnam affirmantes vt alteram negent, quum vtramque ſcriptura euidenter
commendet.
Sed vt alia nunc officia iuſtificantis fidei in progreſſu iuſtitiæ breuiter expedia- *Alia adhuc iuſtificantis fidei officia.*
mus, ea ex Auguſtino ſummàtim recenſebimus. *Secundum rectam fidem* (ait Auguſti-
nus) *iuſtus iuxta legem fidei, in omnibus delictis ſuis ſe accuſat, in omnibus bonis operibus Deum*
laudat, ſibi tribuens ignominiam illi gloriam, atque ab ipſo ſumens & indulgentiam peccatorum
& dilectionem recte factorum. Hæc ille contra 2. epiſtol. Pelagian. libro tertio, capite 5. 1.
Duplex fidei officium deſcribens. Vnum quo propria infirmitas accuſatur, alteram 2.
quo adiuuantis gratiæ gloria & laus tribuitur. Rurſum aliud duplex officium alibi 3.
conſtituit, vnum quo docet auxilium petere; alterum quo datum auxilium recogno- 4.
ſcat. *Ideo* (inquit) *iubet lex vt admoneat quid faciat fides, id eſt, vt cui iubetur ſi nondum po-*
teſt, ſciat quid petat: ſi autem continuò poteſt & obedienter facit, ſciat quo donante poſſit. Hæc ille
de Spiritu & lit. cap. 13.
Sed in eodem libro capite 32. adhuc copioſius iuſtificantis fidei officia & partes de-
ſcribit. Nam præter illa iam commemorata quæ ibidem repetit adiungit. *Fides ex qua* 5.
iuſtus viuit eſt quæ poſtulat iuſtus ſapientiam à Deo, & poſtulat in fide nihil heſitans. Hæc eſt fides *Fidei ex qua iuſtus viuit vnũ officium.*
qua creditur in eum qui iuſtificat impium (ſcilicet per gratiam dupliciter conſideratam, vt
antè eſt explicatum.) *Hæc eſt fides qua impetratur largitas ſpiritus; iuxta illud. Nos ſpiritu ex fide* Iacob. 1.
ſpem iuſtitiæ expectamus: quia fides eſuriens ſitienſque iuſtitiam proficit in ea. Hæc eſt fides qui ſalui Galat. 2.
B *ſumus. Poſtremò hæc eſt fides quæ per dilectionem operatur non per timorem: quia hanc dilectionem fi-* Epheſ. 2.
des ipſa impetrauit. Hæc ibi ille. Gal. 5.
Fides autem impetrat charitatem ſicut impetrat iuſtificationem, vt idem doctor *Quo ſe ſit fides impetrat charitatem vel iuſtificationem meretur.*
docet epiſtol. 106. Non quia vel proximè & immediatè vel per ſe & virtute ſua, fides
hoc vtrumque impetret; ſed quia mediantibus aliis operationibus quarum omnium fi-
des radix eſt & fundamentum, charitas & iuſtificatio impetrantur: quod in eadem epi-
ſtola idem doctor ſatis inſinuat, docens *ante omne meritum præcedere fidem, quæ ſanè gratis*
data meretur augeri, vt aucta mereatur perfici. Ob hoc ipſum enim meretur ampliora, quia piè agno-
ſcit fides à quo ſibi bona ſunt omnia: Hæc ille: meretur, inquam, non vt meritò & digni-
tate actus ſui, ſed quia diſponit egregiè materiam vt iuſtificationis donum accipiat,
docens animam humanam, vt à Deo illud petat, & petendo accipiat. Hoc ſanè ſen-
ſu diſpoſitæ materiæ dixit Auguſtinus contra Iulianum libro quarto, capite 3. *Naturam*
humanam quia eſt imago Dei mereri gratiæ opitulationem: non quia cenſuit deberi rationali
naturæ gratiam Dei; ſed quia iudicauit, illam naturam eſſe ſubiectum aptum natum
ſuſcipiendæ gratiæ Dei, qualis pecorum aut rerum inanimatarum natura non eſt.
Hæc obiter paulo limatius, ne dum fidei officia & partes deſcribimus, in errorem circa
fidem incidamus. Ad rem ergo vt redeamus; fides iuſtificans quot & quanta obiecta
reſpiciat, & circa quàm varia eius officium verſatur, tam in prima quam in ſecunda iu-
ſtificatione hactenus dictum ſatis eſt.
Sed & hoc loco obſeruatione dignum eſt, illam fidem de Chriſto incarnato quam
C Petrus profeſſus eſt Matth. 16. & cuius nomine beatus à Chriſto vocatur, quæ non
eſt ſpecialis proteſtantum fides, magnis laudibus apud SS. Patres frequenter ornari.
Hæc fides (ait leo Magnus) *Diabolum vincit, & captiuorum eius vincula diſſoluit. Hæc erutos*
mundo inſerit cælo & portæ inferi aduerſus eam præualere non poſſunt. Hæc ille ſermo. 2. in die
Aſſumptionis ſuæ. Sic Hylarius: *Hæc fides Eccleſiæ ſuæ fundamentum eſt. Hæc fides regni cæle-*
ſtis habet claues: multaque ſimilia: libro ſexto, de Trinitate. Nec diſſimiliter Cyrillus Ale-
xandrinus Dialogorum de Trinitate, libro quartò, & poſt eum Chryſoſtomus Homil.
55. in Matth. 16. docent ſuper hanc fidem Petri ædificatam eſſe Eccleſiam & fundatam
de ſpeciali proteſtantum fide nuſquam ita apud veteres legas.

Reſpondetur ad formam Argumentationis Proteſtantum ſupra cap. 11. facta, necnon & Scripturæ ad eius confirmationem proferri ſolitæ exponuntur.

CAPVT XIII.

Fides per hiſtoriam rerum ſacrarũ iuſtificat.

NVNC ad argumentationis hæreticæ formam reſpondendo, breuiter dicimus in hiſtoria rerum geſtarum fidem multa inuenire, quibus vel ad iuſtitiam impium diſponat vel in iuſtitia pium promoueat. Nam præter exempla varia lapſorum à iuſtitia, & vel conuerſorum ad Deum per fidem, vel perfidè in peccatis perſiſtentium; vt in primo genere Dauidis, Manaſſis, totiúſque perſæpe veteris populi Magdalenæ, Latronis in cruce, Corinthij ſornicatorij, aliorúmque plurimorum; in altero generè Caïni, Iudæ, Achab, Simonis Magi & aliorum; prætet etiam exempla iuſtorum per fidem qualia enumerat ad Hebræos 11. Apoſtolus; ipſa facta diuina in puniendis malis & remunerandis bonis, excitant mirificè fidem, tam vt hominem impium ad Deum conuertant, quam vt iuſtum in officio contineant: E iuxta illud Prophetæ. *à iudiciis tuis timui*. Pſalm. 118. & illud Apoſtoli 1. Corinth. 10. *Hæc ſcripta ſunt ad correptionem noſtram.* Quare falſiſſimum eſt, quod ſcribit Chemnitius, „ *Hiſtoriam rerum geſtarum non docere nos quo modo à peccato & ab ira Dei liberemur.* Hoc enim docet diligenter Apoſtolus dicto capite decimo, 1. ad Corinth. & ad Hebræos 13. item Iacobus capite quinto, exemplis & factis tam veteris hiſtoriæ quam etiam prædicatorum verbi Euangelici. Non ergo notitia hiſtoriæ auget pauores vt adigat ad deſperationem (vt ſtultè colligit Melancht.) ſed *corripit nos* vt docet Apoſtolus *ad emendationem.* Et mors quidem filij Dei pro genere humano eſt ſignum iræ Dei aduerſus peccata hominum, ſed eadem quoque mors eſt maximum & euidentiſſimum ſignum amoris Dei erga homines. Quod propterea non ſemel Sancta Scriptura nos docet Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum vt vnigenitum ſuum daret*, &c. & Roman. 5. *Commendat charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam ſi quum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis*, &c. Eſt ergo notitia mortis Chriſti & recordatio ac meditatio eius maximũ argumentum amoris Dei erga nos, & fortiſſimũ incitamentũ ad redamandum Deum. Melanchthon tamen ibi nihil niſi iram Dei conſiderat & pauores. Hinc etiam apparet quod & altera pars verbi quæ arguit peccata & comminatur pœnas, ducit nos ad iuſtitiam, & facit accedere ad Deum; non fugere à Deo vt colligit Caluinus. *Ideo*

Pars verbi Dei comminatoria ducit ad iuſtitiam.

enim minatur Deus gehennam vt non inferat (ait egregiè Chryſoſtom. Homil. 1. de *pœnitentia*) ſicuti Niniuitis ſubuerſionem vrbis minatus eſt, ne ſubuerteret. Quare Propheta quum dixiſſet *à iudiciis tuis timui*, ſubiungit ſtatim, *feci iudicium & iuſtitiam*. Ideò F Paulus, iam iuſtis & baptiſatis ne iterum relabantur, *terribilem expectationem iudicij*, &c. addens, *horrendum eſſe incidere in manus Dei viuentis.* Denique terror iſte filios quidem adducit ad gratiam & gloriam, reprobos autẽ ad interitũ, qui hoc ipſo ſe adulteros oſtendunt non filios; quòd non ſolum diſciplinæ vt diſputat ad Hebræ. 12. Apoſtolus ſed nec comminationis paternæ patientes ſunt: quorum e numero ſe Caluinus fuiſſe oſten- „ dit, diſputans eos à *Deo refugere qui indignatione diuina perterreſiunt*. Nec verò obſtat quod fides tandem in ſola miſericordia Dei conquieſcat; quia ad iuſtitiam diſponit fides non ſolum in vltimo ſuo actu atq; primario, ſed etiam in aliis omnibus præuiis ſuis actibus, ſine quibus nec vltimus ille actus prodeſſet, nec facilè ad vltimũ peruenitur. Qui enim ſine præuio timore Dei, odio peccati & pœnitentia ſpe veniæ, & cæteris ſolam gratuitam promiſſionem Chriſti apprehendit, non ille fide iuſtificatur, ſed præſumptione præcipitatur. Iam verò pars illa verbi Dei quæ præcipit obedientiam mandatis Dei, & obedientibus promittit vitam æternam vel maximè docet iuſtificationis noſtræ viam & modum ideóque in illa parte quærere iuſtificationem fides debet vt copioſè oſtendimus in alia Controuerſia de inhærente iuſtitia. Nam quod addit Chemnitius, *iſtis promiſſionibus annexam eſſe cõditionem perfectè adimpletionis quæ in hac vita non inuenitur*, quam

Pſal. 118. Hebr. 10.

Caluinus ſe oſtendit adulterũ non filium dei fuiſſe.

Fides diſponit ad iuſtitiam in omnibus actibus ſuis.

vanum

A vanum & falſum ſit lib.6.per vatias propoſitiones accurate iam oſtēdimus.Et præterea
longè minor atque inferior eſt ratio operū quæ ad primā iuſtificationē diſponūt, quàm
eorum quibus accepta Iuſtitia conſeruatur & augetur; ad quam ſolam pertinet propriè
adimpletio mandatorum Dei; non ad priorem. Nec in hac parte fides vacillabit vt in-
fert Caluinus; quia quod infirmum eſt ex parte noſtra, Chriſti abundans & adiuuans
gratia ſupplet; & quod minus plenè præſtitum eſt, eiuſdem ignoſcens gratia condo-
nat: de quibus inſtructa fides nec vacillat nec dubitat, ſed certiſſimè ſperat gratiam
præſentem & gloriam futuram. Nec poſtremò vt Mel. ſomniat, vel contritionem in
prima, vel dilectionem in ſecunda iuſtificatione ſufficientem eo ſenſu ponimus vt ex rei
dignitate & ſimpliciter ſit ſufficiens, ſed vt pro ratione infirmitatis noſtræ & inquan-
tum Deus à nobis exigit, ſufficiens ſit. Quod etiam in contritione deeſt miſericordia
Dei & Chriſti meritis, ipſáque clauium virtute ſuppletur & compenſatur. Non ergo
illa ad deſperationem adigit, ſed in certa ſpe confirmat: *Spes enim non confundit quia* Rom.5.
charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, &c.

His ergo hunc in modum explicatis, Scripturis quas pro fide hac ſpeciali confir-
manda magno numero adferunt, breuiſſimè reſponderi poteſt; illis in locis omnibus *Explicantur*
Apoſtolū principale fidei iuſtificantis obiectum quatenus hominem impium diſponit *Scriptura qua*
& perducit ad iuſtitiam docere & cōmendare, hoc enim fidei officiū tractat in epiſt. ad *fide propitiatio-*
Rom. & ad Gal. ſæpéq; inculcat. Non tamen vel hoc ſolum obiectū etiam in illis epiſt. *nis per Chriſtū*
& in hac parte iuſtificationis cōmendat, vel etiam quando hoc docet, alia obiecta exclu- *nos iuſtificari*
B dit Docet ſanè, *Deum propoſuiſſe Chriſtum propitiatorem per fidem*. Et iterū, *nos iuſtificatos eſſe* *docent.* Rom.3.
ex fide in ſanguine eius. Item ad Galatas, quod *in fide viuimus filij Dei qui tradidit ſemetipſum* Rom.5.
pro nobis: adeóque, *Si per legem eſſet iuſtitia, gratis Chriſtus mortuus fuiſſet*. Attamen non ſo- Gal.2.
lum mortem Chriſti per quam reconciliati ſumus, ad iuſtitiam credi & fide apprehen-
di, ſed etiam reſurrectionem Chriſti (quæ renouationis noſtræ internæ cauſa eſt) fide
quoque ad iuſtitiam apprehendi in eiſdem epiſtolis docet. Ait enim diſertiſſimè *quòd*
reputabitur nobis ad iuſtitiam credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, qui traditus eſt pro- Rom.4.
pter delicta noſtra & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Vbi iuſtitiam fidei ſpecificat
Apoſtolus in obiecto reſurrectionis Chriſti, non in ſolo obiecto mortis eius. Rurſum in
eadem epiſtola diſertiſſimè ſpecificans fidem iuſtificantem, dicit. *Prope eſt verbum in ore* Rom.10.
tuo & in corde tuo; hoc eſt verbum fidei quod prædicamus. Quia ſi confitearis in ore tuo Dominum
Ieſum, & corde credideris quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Alio vero loco ſpe- 1.Cor.15.
cificans fidem Euangelicam *per quam ſaluamur & in qua ſtatuimus*, vtrumque coniun-
git, & mortem Chriſti pro peccatis noſtris, & reſurrectionem Chriſti, *ſine qua vana eſſet*
omnis fides noſtra, & adhuc eſſemus in peccatis noſtris. 1. Corinth.15. Niſi enim remiſſionem
peccatorum ſequatur renouatio interna, niſi *conſepulti cum Chriſto in nouitate vitæ ambu-* Rom.6.
lemus. (quæ eſt noſtra vera tantiſper reſurrectio & regeneratio vt docet Auguſt. de Spiri-
tu & Lit. cap.29.) ſumus adhuc in peccatis noſtris, in ſtatu iræ & mortis. Fides ergo
iuſtificans in vtroque hoc obiecto diſertè ab Apoſtolo ſpecificatur, non in altetutro
tantum; id eſt, non ſolam apprehenſionem miſericordiæ propitiantis Dei per mor-
C tem Chriſti, ſed etiam conſiderationem iuſtitiæ diuinæ, conuerſionem cordis & noui-
tatem vitæ exigentis, conformem Reſurrectioni Chriſti, complectitur.

Variæ Proteſtantum & diſſonæ ſententiæ de ſpecialis fidei acceptione & vnici eius obiecti ad iuſtificationem applicatione diligenter explicantur.

CAPVT XIIII.

HACTENVS ergo de fidei iuſtificantis nomine eatenus diſputaui- D
mus vt primo loco eius nomine generalem aſſenſum verbo Dei intelligendum eſſe oſtenderimus: ſecundo verò loco ſpecialem aſſenſum gratuitæ promiſſioni à tota & integra fidei iuſtificantis natura & indole quam plurimum abeſſe probauerimus, cófutatis illis quæ ad ſpecialem illum aſſenſum confirmandum potiſſimum diſputare Proteſtantes ſolent. Ad tertiam nunc huius primi capitis partem accedimus; in qua oſtendendum eſt fidei iuſtificantis vocabulo fiduciam vel fiducialem acceptationem & apprehẽſionem huius gratuitæ promiſſionis, nullo modo intelligendam eſſe: ſicuti hodiè hæretici pertinaciſſimè affirmant.

Hoc vero in loco campum diſputationis ingredimur, non tam latè patentem quàm variis errorum deuiis implicatum; vt neceſſarium nobis ſit dum hęreticos perſequimur, per ſingula iſta auia diſcurrere, ſi totam hanc hæreſim, omnéſque eius partes iugulare volumus. Hæretici enim ſanè hodie omnes in hoc primum conueniunt, quòd ſpecialem hanc fidem iuſtificantem circa hoc ſolum obiectum gratuitæ promiſſionis verſari volunt. Sed quia ad iuſtificationem ſatis non eſt (ipſorũ iudicio) hoc ſpeciale obiectum, quaſi in genere credere, eique generaliter aſſentiri, Chriſtum videlicet omnium peccata redemiſſe, & hanc redemptionem omnibus credentibus repromiſſam eſſe, niſi etiam adhuc ſpecialius vnuſquiſque hoc obiectum ſibi ipſi applicet & apprehẽdat, *credátque* Chriſtum ſua peccata redemiſſe, ſibique in particulari hanc redemptionem repromiſſam eſſe; factum eſt vt de hac ſecunda (vt ſic loquar) ſpecialitate variè & diuerſè tãquam de re noua & Eccleſiæ Dei inaudita Philoſophatentur, non ſecus quàm de noua alicuius rei fama variè homines & diuerſè admodum referre ſolent. E

Diſſenſio proteſtantium circa applicationem ſpecialis obiecti per fidem ſuam ſpecialem.

Itáque aliqui volunt propter hanc ſpecialem applicationem huius ſpecialis obiecti, fidem iuſtificantem eſſe ipſam fiduciam, & voluntatis actum quo credens confidenter apprehendit & acceptat Dei miſericordiam per Chriſtum; id eſt remiſſionem peccatorum, pariterque Spiritum S. & vitam æternam. Et iſti volunt fidem iuſtificantem & fiduciam prorſus ſynonima eſſe, idémque ſignificare. Hi ſunt Cóſeſſionis Auguſtanæ ſocij & plęrique Lutherani: ideóq; fidem illi definiunt non ſolum eſſe aſſenſum ſpecialem huic promiſſioni ex parte intellectus; ſed eſſe prætereà expetitionem & deſiderium huius promiſſionis, eandémque fiducialem ex parte volũtatis: ideóque eſſe fiduciam qua certò ſtatuit fidelis ſibi remitti peccata propter Chriſtum: atque hoc ſtatuendo iuſtificatur, id eſt, apprehendit & accipit hac ſua ſtatuente fide ipſam remiſſionem peccatorum iuſtitiam Chriſti imputatam, Spiritu S. & vitam æternam.

Prima opinio quod fides eſt fiducia.

Alij vero Lutherani quoque ſed molliores ſeu moderatiores exactius iſta diſtinguẽtes faciunt circa hanc ſpecialem fidem tres gradus ſeu tres quæſtiones. Volunt enim primo ipſum ſanè obiectum fidei iuſtificantis eſſe ſolam gratuitam promiſſionem, &c. in quo conueniunt cum Confeſſioniſtis & Caluiniſtis: ideóque hanc primam ponunt quæſtionem, circa quod obiectum verſatur fides iuſtificans: de quo inter nos tantum & ipſos omnes controuertitur; quòd illi omnes ſpeciale hoc obiectum, nos Catholici F
vniuerſum Dei verbum, fidei iuſtificantis obiectum eſſe aſſerimus. De quo Controuerſiæ puncto iam ſatis diſputatum eſt. volunt ſecundò fidem iuſtificantem circa hoc ſpeciale obiectum non in generali quadam aſſenſione verſari, ſed in hac ſpeciali, qua ſibi vnuſquiſque credit remitti peccata, &c. Et in hoc gradu ſeu in hac quæſtione fides iuſtificans circa ſuum obiectum ſpeciale verſatur, omnes inter ſe conueniunt Proteſtantes, modo & ſenſu iam dicto. Volunt tertiò etiam hanc ſpecialem determinationem, huius ſpecialis obiecti, certo quodam modo per fidem fieri. Nempè quòd gratuitã promiſſionem remiſſionis peccatorum propter Chriſtum non ſolum ſibi in particulari dari hæc ſpecialis fides expetit & deſiderat, aut etiam credit, ſed quòd reuera hæc fides accipit illam promiſſionem, apprehẽdit illam, ſibi applicat & ſuam facit. In hoc enim tertio gradu iuſtificantis fidei vim & naturam propriè conſiſtere aiunt. Ex hac autem apprehenſione promiſſionum per fidem facta, conſequi volunt fiduciam; qua iam ſtatuit certò vnuſquiſque ſe eſſe coram Deo acceptum iuſtum & hæredem vitæ æternæ. In hoc ergo tertio gradu ab aliis Lutheranis (vel rectè à ſeipſis & à priori ſua doctrina) iſti diſcrepant, quod fidem iuſtificantem nolunt eſſe ipſam fiduciam, ſed volunt ex hac fide hanc fiduciam naſci. In qua etiam ſententia eſt Caluinus, qui ex hac fide qua Dei promiſſiones

Secunda opinio quod fides eſt manus ipſa apprehendens iuſtitiam quã apprehenſionem ſequitur fiducia.

A miſſiones noſtras facimus, naſci fiduciam illam ſcribit, quam Apoſtolus pacem vocat. *Iuſtificati ex fide pacem habeamus apud Deum* Quin & Apoſtolum ait ex fide deducere fiduciam. *In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentiam per fidem eius*. Alij nihilominus Lutherani ſuperius nominati omnino cõtendunt fidem iuſtificantem eſſe fiduciam de miſericordia Dei per Chriſtum, & tali fiducia nos iuſtos eſſe. Rom.5. Epheſ.3.

Iam verò contra vtrumque hoc Lutheranorum genus, Ioannes Caluinus fidem hãc ſpecialem & iuſtificantem nec eſſe fiduciam vult, nec cum fiducia coniunctam, nec denique voluntatis actum expetentis iuſtitiam, aut apprehendentis eam, vt Lutherani ſtatuunt; ſed definit eam eſſe *diuinæ erga nos beneuolentiæ firmam certamque cognitionem, quæ gratuitæ in Chriſto promiſſionis veritate fundata, per Spiritũ S. & reuelatur mentibus noſtris, & cordibus obſignatur*. Hæc ille Inſtit. lib. 3. ca. 2. par. 7. Iſte ergo nec in obiecto, neque in ſubiecto, neque in actu fidei iuſtificantis cum Lutheranis concordat. Vult enim iſte fidem eſſe cognitionem & intellectus actum, cuius obiectum ſit promiſſio quidem gratuita, ſed tanquã reuelata in verbo & Spiritu Sancto obſignata in corde ſicuti reliquæ veritates, quę creduntur: Lutherani autem volunt fidem eſſe voluntatis actum applicantis ſibi & apprehendentis promiſſionem gratuitam, non quatenus reuelatur & creditur, ſed quatenus per organum fidei id eſt fiduciæ apprehenditur & accipitur. Caluinus fidẽ vult eſſe perſuaſionem iuſtitiæ iam acceptæ, & intellectualem virtutem infallibiliter adhærentẽ promiſſioni factæ, in eáque conquieſcentem, ideóque iuſtificantem. Lutherani volunt

3. opinio Caluini propria quòd fides eſt notitia certa &c.

Diſcrepantia Caluini & Lutheranorum triplex circa naturam fidei iuſtificantis.

B fidem eſſe inſtrumentum quo accipitur iuſtitia repromiſſa, ideóque fidem iuſtificare nõ per ſe, ſed correlatiuè, reſpiciendo illud quod apprehendit; ſcilicet meritum & promiſſionem gratuitam, per quod iuſtificamur, non per ipſam fidem niſi quatenus fides illam accipit, apprehendit, ſibíque applicat. Docet quidem Caluinus contra Oſiandrum pro imputatiua iuſtitia diſputans, *fidem non per ſe nec ſua aliqua virtute intrinſeca iuſtificare, ſed eſſe inſtrumentum percipiendæ iuſtitiæ, eſſe vas & ollam fictilem qua iuſtitiæ theſaurus continetur & accipitur*, Inſtit. libr. 3. cap. 11. ſect. 7. in quo cum hac Lutheranorum ſecunda ſententia probè conuenire videtur. Sed hanc ab eo confeſſionem Oſiandri diſputatio extorſit; in reliqua tota ſua doctrina fidem non vt inſtrumentum ſed vt virtutem ad intellectus notitiam ac voluntatis confidentiam generandam datam, reuelatam & obſignatam iuxta prædictam ſuam definitionem, iuſtificare docet Quanquam & in hac explicatione manendo, ab apprehendente Lutheranorum fide multum diſcrepat. Lutherani enim fidẽ eſſe inſtrumentum docent per modum mendicæ manus quæ accipit oblatam iuſtitiam. Caluinus vult eam eſſe inſtrumentum per modum vaſis & ollæ fictilis, qua continetur iam accepta iuſtitia. Noluit nempè Caluinus aliquid à Lutheranis didiciſſe videri. Denique Caluinus fidem huiuſmodi vult eſſe perſuaſionem, Spiritu Sancto obſignatam, vt ſit ſolis electis propria; adéoque indelebilis, & quæ nunquam amitti poſſet ſemel accepta. Sic enim prolixè & accuratè docet, Inſtitu. libro 3. cap. 2. par. 11. & 12. per totum. Lutherani cõtra volunt tam reprobis quam electis illam communem eſſe, ideóque quouis

C peccato mortali excuti & amitti fidem iuſtificantem, vtcunque antea acceptam & aliquamdiu retentam. Tanta ergo hodiè hæreticorum varietas circa ſpecialem ſuam & iuſtificantem fidem ſemel aſſignandam, nõ modicam huic diſputationi moleſtiam & perturbationem pariter conabimur tamen quam poſſumus breuiſſimè & lucidiſſimè ſingula iſta opinionum portenta refellere; vtcunque multis & argumentis & Scripturis vnaquæque pars niti videatur.

Specialis fides qua vnuſquiſque credit ſibi remitti peccata propter Chriſtum (quam omnes Proteſtantes vnanimiter docent) multis argumentis exploditur.

CAP. XV.

EST ergo primo loco refutanda illa ſpecialis applicatio ſpecialis ob-
iecti ſupradicti,in qua omnes hodie proteſtantes conueniunt. Poſtea D
reliquæ tres ſententiæ Lutheranorum veterum,recentiorum,&Cal-
Argumenta contra ſpecialem fidem. uiniſtarum,ordine quoque refellentur. Primum igitur contra hanc
ſpecialem fidem ſeriem argumentorum quaſi in prima acie ſtatue-
1. mus,poſtea hæreticorum argumentis reſpondebitur. Specialis hæc
fides qua vnuſquiſque credit ſibi remitti peccata propter Chriſtum,
„ & (vt paſſim ſcribunt Lutherani) *qua vnuſquiſque in vniuerſales promißiones de gratuita miſe-*
„ *ricordia ſeipſum includit*,in verbo Dei nuſquam reuelata eſt: Ideo obiectum fidei eſſe non
poteſt. Conſequentiam libentiſſimè concedunt proteſtantes: fidem enim cum verbo
Dei perpetuam habere relationem,nec poſſe ab eo ſeiungi,imo totam eius baſim & fun-
damentum eſſe verbum,nobiſcum accuratè docent. Antecedens nuſquam in Scriptu-
ris(quas illi pro ſolo Dei verbo agnoſcunt) inuenitur. Neque enim determinantur illic
perſonæ,vel quibus hæc gratuita promiſſio applicabitur,vel qui hanc applicationẽ par-
Matth.11. ticularem credere debeant. Vniuerſales ſanè propoſitiones iſtæ ſunt. *Venite ad me omnes*
Ioan.3. *qui laboratis,vt omnis qui credit in eum non pereat.Omnis qui credit in eum non confundetur*.Aliæq;
Rom.10. conſimiles gratiæ euangelicæ promiſſiones.Sed nuſquam dicitur.Statue te iam à Chri-
ſto refectum eſſe,te non periiſſe,te in æternum non confundi. Non eſt ergo *materia fi-*
2.argum. dei talis propoſitio.Præterea vt hoc aliquis certò ſtatuat, præſupponit neceſſariò *cona-* E
tum aliquem humanum,ſaltem vt firmiter credat tum omnia reuelata tum ſpeciale hoc
obiectum gratuitæ promiſſionis, tum etiam huius obiecti ſpecialem aſſenſum, expeti-
tionem,apprehenſionem ac denique applicationem.Sed totus iſte motus & conatus hu
manus,quia ex libero arbitrio per gratiam adiuto proficiſcitur,poteſt eſſe non verus nec
legitimus conatus,poteſt deficere à vero aſſenſu, ex petitione &c. Poteſt ex ſua parte
obicem ponere diuinæ gratiæ vocanti per verbum & excitanti intrinſecus ad iuſtitiam.
Denique vtcunque obicem non ponat, tamen de conatu & præparatione requiſita ac
neceſſaria ad iuſtificationem nemo certò ſibi aliquid perſuadere poteſt, certitudine fi-
Nemo de ſuo conatu ad iuſtitiam certus eſt. dei:iuxta illud Apoſtoli.*Sed neque meipſum iudico, nihil enim mihi conſcius ſum,ſed non in hoc iu-*
ſtificatus ſum & illud Pſalmiſtæ,*delicta quis intelligit?*& Prophetæ Hieremiæ: *Cor hominum*
1.Cor.4. *inſcrutabile*.Lege de hac hominis ſui ipſius ignorantia Aug.enarr.in Pſalm.41.& libr.10.
Pſal.81. cap.32.Confeſſ.nullo modo ergo poteſt eſſe fidei obiectum, quod ſemper infallibiliter
Iereme.71. & neceſſariò eſt verum:id eſt ita verum,vt falſum eſſe non poſſit.Quod in omnibus aliis
quæ credimus planum eſt,& ideo planum quia cætera omnia fidei obiecta ex noſtra co-
operatione non pendent;puta Chriſtum eſſe natum,paſſum,&c. Sed Chriſtum mihi re-
Supra in prolegom lib. 1. miſiſſe peccata,à mea etiam cooperatione pendet,ſupradicta videlicet vt minimum,&
ipſorum hodiè hæreticorum confeſſione;ſed vt Catholica veritas habet, iamque *olim*
oſtenſum eſt,præparatione & cooperatione multo maiore & latius patente.

2.argum. Præterea quicquid ex fide credendum eſt,omnes fideles æquè obligat, & eadem fi-
des omnes iuſtificat.Si ergo fidei iuſtificantis officium eſt,vt ego certò credam mihi re- F
mitti mea peccata, tenentur omnes fideles idem de mea ſalute credere: teneor & ego
idem de iuſtificatis omnibus ex fide tenere.Quo vtróque nihil abſurdius.Alioqui hære-
4.argum. ticum eſſet non credere vel ſe vel alios eſſe in gratia.Quartò fides Lutherana iuſtificans
Lutherana fides ſpecialis ſibi ipſi contradicit. præterquam quod credit ſe eſſe promiſſionis participem, etiam vult & accipit promiſ-
ſionem gratuitam.Non ergo in hoc ſolo quod credit ſibi remitti peccata iuſtificatur.
Diuerſa enim & diſtincta iſta ſunt;aſſentiri,velle,& accipere.Vt manifeſta ſit contradi-
ctio in vno tantum horum trium fidei iuſtificantis vim ponere,moxque etiam alia duo
requirere,adeoque in ipſius fidei definitione collocare.Accedit ad hanc contradictio-
nem quod ad fidem etiam iuſtificantem neceſſariò requirunt & pænitentiæ actum præ-
5.argum. cedentem,& virtutes quoque conſequentes,vt poſtea videbitur. Quintò credunt cer-
tiſſimè ſibi remitti peccata propter Chriſtum cuiuſcunque hodiè ſectæ hæretici. Ideo
etiam credunt interdum multi mali Catholici & hypocritæ,iuxta illud Iob. *Spes hypo-*
Iob.8. *critæ peribit,& ſicut tela araneorum fiducia eius*.Sed nec alias ſectas præter ſuam vnaquæque
ſecta,nec hypocritas præſumptuoſos vlla ſecta iuſtificari dicet.

6.argum. Sextò,ſi fides illa qua credo mihi remitti peccata propter Chriſtum me iuſtificat, id
Specialis fides ſeipſam euertit. eſt,ſi eſt cauſa vel apprehenſiua(vt plerique proteſtantes volunt) vel diſpoſitiua vt non-
nulli exiſtimant,vtroque modo remiſſionem peccatorum præcedit:ita vt ante talem fi-

de m meam

A dem meam non fuerit mihi facta remiſſio, cauſa enim ſemper præcedit effectum. At talis fides qua credo mihi remitti peccata non præcedit, ſed ſequitur remiſſionem peccatorum iam factam. Non enim poſſum credere factum eſſe quod prius factum non fuerit: tum quia alioqui falſum mihi dictaret fides, tum etiam quia aſſenſus fidei non facit vt verum ſit cui aſſentimur (ſicut enim per noſtrum negare vel affirmare nihil mutatur in re, ita per noſtrum credere vel non credere nihil mutatur in eo quod creditur) ſed potius quia verum eſt ideo aſſentimur; & rei veritatem ſemper ſequitur aſſenſus fidei: Sic enim credimus verbo Dei iam antea reuelato & propoſito ad credendum, non quod tunc demum incipiat exiſtere, quando ei creditur. Hæc ergo ſpecialis fides ſeipſam euertit, quæ quia non anteuertit remiſſionem peccatorum aut iuſtificationem, ſed ſequitur & præſupponit illam, cauſa illius eſſe non poteſt ſeu immediatè & proximè diſponendo ad illam ſeu oblatam recipiendo & apprehendendo. Sed certè illa fides ſeu fiducia, qua credimus nobis remitti peccata, eſt quædam conſolatio ſpiritualis & iuſtificationis iam adeptæ fructus, quem pacem vocat Apoſtolus ad Rom. 5. *Iuſtificati ex fide pacem habeamus apud deum*, de qua re plura poſtea. Fides autem quæ reuera iuſtificat, ipſam iuſtificationem præcedit, vt eadem verba clare oſtendunt, *iuſtificati ex fide*: item paulò pòſt. *Corde creditur ad iuſtitiam*, & alibi. *Iuſtificatur ex fide Chriſti*: aliaque ſimilia loca permulta quę poſtea tractabuntur.

Fides iuſtificans præcedit iuſtitiā ſpecialis fides ſequitur eam.

Rom. 5. & 10. Gal. 2.

Septimò docent vnanimiter proteſtantes hanc fidem ſpecialem in animis hominū

B generari ex auditu euangelij, remiſſionem gratuitam peccatorum omnibus credētibus annunciantis. Nam hanc ſolam verbi partem qua prædicatur gratuita remiſſio peccatorum per Chriſtum, verum eſſe euangelium volunt Ex hoc autem audito euangelio, hanc fidem qua quis credit ſibi remitti peccata generari ſtatuunt. Nunc autem hoc euāgelium non habet peculiarem annunciationem ad quemlibet audientium, ſed generalem tantum: non annunciat mihi aut tibi remiſſionem peccatorū, ſed omnibus credentibus, Diligentibus, & ſperantibus in Deum, pænitentibus, obedientibus, &c. Et vox iſta ſonat tam in aure & corde reproborum quam iuſtorum. Eſt *enim quibuſdam odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem*, & pax prædicatur non ſolum in domo pacis, ſed etiam *in domo vbi non eſt filius pacis. Et ſemen verbi* Dei *cadit non ſolum in terram bonam facientem fructū* &c. ſed etiam *inter lapides & ſpinas, & ſecus viam*, vt interdum non capiatur omnino, interdum vtcunque acceptum non permaneat. Hæc ergo ſpecialis fides vel ex auditu euangelij non eſt, ideóque falſa, vel ex auditu alterius generis euangelij eſt, quam quale Chriſtus prædicandum docuit: ideoque non Chriſtiana, ſed imaginaria & hæretica fides eſt. Certe iuxta proteſtantum doctrinam vel ſolis iuſtificandis prædicari debet euangelium contra Scripturas modo citatas, vel falſa debet eſſe eius prædicatio, quam tot impij audiunt nihilo iuſtiores facti; ſi omnibus illud audientibus prædicat certam peccatorum remiſſionem; vel ſi omnes illud audientes & credentes iuſtificantur; vel denique ſi quicunque euangelio credunt, talem fidem animo concipiunt qua certo credāt ſibi remitti peccata, ex eaq; iuſtificātur.

7. argum.

Specialis fides peruertit euangelij prædicationem.

Vox euangelij ſeu promiſſio gratuita auditur & accipitur à bonis & reprobis.

2. Cor. 2. Matth. 10. Luc. 8.

C Euangelium enim Chriſti neq; illam ſpecialem remiſſionem annunciat, neque ex talis ſpecialis remiſſionis fide quemquam iuſtificari vel in particulari, vel etiam in genere docet. Peruertit ergo prorſus Dei verbū & vniuerſam euangelij prædicationem ſpecialis illa Lutheranorum fides.

Octauò pro iis quæ fide certa iam accepimus orare non oportet. Ideo blaſphemum eſſet orare cum veteribus prophetis & pari intentione pro aduentu chriſti in carnem, & dicere vt illi dicebant *vtinam diſrumperes cælos, &c.* Eſai 64. Item *Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum.* Eſai. 45. *Emitte agnum domine dominatorem terræ* Eſai. 16 Et Dauid Pſal. 143. *Domine inclina cælos tuos & deſcendet, &c.* Sed pro remiſsione peccatorum quotidie nos orare dominus docuit, & clamare, *dimitte nobis debita noſtra.* Eſt ergo perfida & blaſphema fides (non iuſtificans fides) qua certo quis credit iam ſibi remiſſa eſſe peccata propter Chriſtum. Oramus quidem, interdum etiam pro beneficiis iam acceptis, quia etiam orantes præuenit Deus, quod de fidelibus futurum prædixit Eſaias, *eritque antequam clament ego exaudiam: adhuc illis loquentibus ego audiam*, & Dauid. *Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Nihilominus tamē idcirco pia & recta eſt huiuſmodi oratio, quia de accepto beneficio non eſt ex fide certus qui orat; vtcunq; ex ſpe eſt interdum egregiè animus orantis confirmatus. Habemus enim *teſtimonium Spiritus in nobis quòd ſumus filij Dei*, & quòd remiſſa ſunt nobis peccata.

8. argum.

Specialis fides deſtruit orationē pro remiſſione peccatorum.

Obiectionis remotio.

Eſai. 65. Pſal. 31.

Sed hoc teſtimonium, Spei eſt; quo *id quod non videmus ſperamus & per patientiam expe-*
ctamus, vt ibidem ſubiicit Apoſtolus; non autem fidei quo certo illud credimus. Nam D
& ideò vt ſtatim ſubiungit Apoſtolus, *ipſe Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram*: qua vide-
licet ſperamus tantum, non certò cognoſcimus beneficia nobis collata vel conferen-
da. Nam propter hanc cauſam ſubiungit adhuc Apoſtolus. *Nam quid oremus ſicut oportet*
neſcimus. Ipſe autem Spiritus orat pro nobis, id eſt, *docet nos orare* vt exponit Auguſt. epiſt. 121.
ad Probam vel vt exponunt Græci interpretes *inhabitans gratia diuini Spiritus excitat nos ad*
orandum. Ergo fides iſta ſpecialis certò credens ſibi iam remiſſa eſſe peccata, & oratio-
nem in genere (cuius fundamentum ſpes eſt non fides) & orationem Dominicam quæ
orare iubet pro remiſſione peccatorum, impiè deſtruit.

9 argum. Nono euertitur ſpecialis iſta fides exemplis iuſtorum, quos Scriptura commemorat
prorſus abſque huiuſmodi fide iuſtos fuiſſe. Abraham poſt multos iuſtitiæ progreſſus,
Iuſti in Scripturis ſine ſpeciali fide iuſtificati. audit à Domino poſt egregiam tentationem. *Nunc cognoui te* (id eſt *cognoſcere te feci* vt in-
terpretatur Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 16. cap. 32. & Hilarius lib. 9. de Trinitate) *quod timeas*
Deum. Nondum ergo antea vtcunque iuſtus hoc certò cognouerat. Noë poſt longam
Gen. 7. & multam iuſtitiam ſimiliter audit à Deo. *Te vidi iuſtum coram me in generatione hac*. Hac
atteſtatione Dei opus nô eſſet, ſi ipſe Noë hoc certo ex fide cognouiſſet. Deus in Scri-
Deuter. 13. pturis *tentat ſuum populum an diligat eum in toto corde necne*, fruſtra hoc facturus, ſi iam certò
ſciret ille populus ſe eſſe in gratia. Idem affirmat Moyſes Deũ feciſſe in deſerto *tentans &* E
Deuteron. 8. *affligens eos vt nota fierent quæ in eorum animo verſarentur. Vtrum mandata illius cuſtodiant, an*
non. Denique ipſe Paulus tantum abeſt vt certò ex fide credat ſibi remiſſa eſſe peccata,
1. Cor. 9 ſe eſſe ſecurum de gratia, & iuſtitia, & vita æterna; vt dicat ſe *caſtigare corpus ſuum ne forte*
Philip. 3, *cum aliis prædicauerit reprobus fiat*. Ad Philip. autem, ait quidem ſe *omnia detrimentum feciſſe*
vt iuſtitiam haberet quæ ex fide eſt Chriſti ad cognoſcendum illum & virtutem reſurrectionis eius &
ſocietatem paſſionem eius, &c. Non tamen affirmat ſe certò credere hoc ſe aſſecutum eſſe.
Imò adiungit ſe de hoc prorſus incertum eſſe. Ait enim. *Si quo modo occurram ad reſurre-*
ctionem quæ eſt ex mortuis; non quod iam acceperim aut iam perfectus ſim: ſequor autem ſi quo modo
comprehendam, &c. Voces iſtæ ſunt non certò credẽtis ſe iam Chriſti iuſtitiam adeptum
eſſe, ſed ad eam adipiſcendam toto pectore anhelantis, totiſque gratiæ viribus conten-
dentis. Lege ſuper hæc verba Chryſoſt. in Comment. ad hunc locum. Hæc ergo ſpecia
lis Lutheranorum fides nec Abrahæ, nec Pauli, nec veterum iuſtorum fides erat.

10. argum. Decimò & poſtremò ſpecialis iſta fides excludit timorem illum iuſtitiæ cuſtodem,
Specialis fides excludit timorẽ iuſtitiæ cuſtodẽ. toties in Scripturis commendatum. *Cum metu & tremore ſalutem noſtram operari* iubet
Paulus ad Philipp. 2. & ad Roman. 11. *Tu fide ſtas noli altum ſapere, ſed time*. Sed ad Hebr. 2.
Hebr. 2. ſtuſtioſiſſimè. *Timeamus ne fortè relicta pollicitatione eundi in requiem eius exiſtimetur ex nobis*
Ecclei. 5. *aliquis deeſſe*. Quibus conformiter Eccleſiaſtes, *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu*: idque
non ſolum *vt adiicias peccatum peccato* vt ſtatim ſubiungit, ſed etiam vt mox ſubſequitur,
ne dicas apud te miſeratio Domini magna eſt. Multitudinis peccatorum meorum miſerebitur: præ-
teritorum ſcilicet; quæ tamen nobis certò remitti ex fide credendum eſſe docent Lu- F
Prouerb. 28. therani. Similiter & Salomon poſtquam dixiſſet, *qui confeſſus fuerit ſcelera ſua & reliquerit*
ea, miſericordiam conſequetur, tamen ne de hac miſericordia ſecurus & ex fide certus ali-
quis, eſſet ſubiungit. *Beatus homo qui ſemper eſt pauidus*. Denique & in veteri Script. iubent
Scriptura peccatores ad ſpem veniæ inuitat, non ad fidem. Prophetæ pœnitentiam agere, *ſi fortè conuertatur Dominus & ignoſcat*, Ioël. 2. Ierem. 26. &
51. Amos 5. Ionæ cap. 1. & in noua Euangelica doctrina ſub eadem incertitudinis forma
loquũtur Apoſtoli; vt non tam ad fidem quam ad ſpem remiſſionis peccatorum pecca-
Act. 8. tores inuitent. Sic Simoni Mago Petrus ait *roga Deum ſi fortè remittatur tibi*, &c. Nec diſ-
2. Timo. 2. ſimiliter Paulus ad Timothæum. *Corripe eos qui reſiſtunt veritati; nequando Deus det illis pœ-*
nitentiam, &c. Sed vniuerſum hunc timorem pium & innocentiæ cuſtodem optimum,
totámque illam diuinæ miſericordiæ ſub ſpe bona expectandæ non certa fide præſu-
mendæ formam, ac modum in Scripturis deſcriptum, ſpecialis iſta Lutheranorum fi-
des prorſus euacuat atque repellit; ipſa hoc nomine pænitus repellenda & execran-
da.

Accedere ad hæc argumenta poteſt, quòd ſaltem in paruulis fides ſpecialis locum
Sacramentorũ doctrinam ſpecialis fides euertit. non habet in quibus videlicet actus fidei nullus eſt. Imò & ipſum baptiſmum ad ori-
ginale peccatum delendum & panis Euchariſtici vſum, qui etiam ad gratiam recon-
ciliationis pertinet iuxta doctrinam Proteſtantum, Hæc ſpecialis fides, ſi ſola iuſtificat,
in

A in vniuerſum euacuat, tam in adultis, quàm in paruulis. Fruſtra enim ad remiſſionem peccatorum baptiſatur fruſtra cibo Euchariſtico veſtitur vt reconcilietur Deo, qui ſola ſpeciali fide hoc iam ante conſequutus eſt. Non dubium ergo quin & falſiſſima & blaſphemię plena hæc ſententia ſit. Hæretici ſanè hodiè vt hanc ratiocinationem euadant, non dubitarunt docere ipſos paruulos baptiſatos actu credere, & ipſum baptiſmum non eſſe ad ſalutem neceſſarium: denique nulla ſacramenta quicquam conferre, ſed gratiam collatam obſignare per fidem. Ita vno abſurdo poſito multa & maiora admittere coacti ſunt.

Reſponſio vulgaris Catholicorum ad Proteſtantum argumenta, quòd fides iuſtificans apud Apoſtolum ſignificat fidem charitate formatam non autem ſolam fidem contra varias Proteſtantum cauillationes defenditur.

CAPVT XVI.

B ARGVMENTIS tamen illi & teſtimoniis tam Scripturatum quam Patrum hanc ſuam ſpecialem fidem confirmant, quæ nunc diligenter expendenda ſunt. Primum quod Apoſtolus dicit. *quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine eius*, ſic exponunt placatur ira Dei per mortem filij, ſed hoc beneficium fide applicari oportet. Statuendum eſt quòd propter hunc propitiatorem tibi vere propitius ſit Deus. Hęc fides eſt fiducia, &c. Reſpondentibus autem Catholicis hoc loco & aliis ſimilibus fidei nomine intelligi non ſpecialem illam ſtatuentem fidem, ſed fidem formatam; vt fidei nomine non natura, ſed perfectio fidei intelligatur; & eſſe Synecdochen qua parti tribuitur quod toti conuenit; replicant illi multipliciter. Primum ex hac reſponſione docere Catholicos, fidem eſſe notitiam hiſtoriæ. Secundò docere illos quod non propter mediatorem, ſed propter virtutes noſtras fidei adiunctas ſumus filij Dei: Paulus autem (aiunt illi) ſeq. cap. Hunc Synecdoches ſenſum manifeſtiſſimè excludit, dicens. *ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium fides imputatur ad iuſtitiam*, Móxque adducitur exemplum Abrahæ, cui *credenti Deo imputatur fides ad iuſtitiam*. & itetum ibidem clarius, *Si qui ex lege hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio, lex enim iram operatur, vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. Sed ideo ex fide* (ſcilicet eſt hæreditas) *vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio*. Hic ſanè excluditur illa Synecdoche. Si enim promiſſio reconciliationis, penderet à conditione legis, ſiue virtutum per quas fides formatur, incerta eſſet illa promiſſio, ſicut incerta eſt noſtra obedientia. Lex enim

Rom. 3.

Multiplex Proteſtantum cauillatio contra fidē formatam iuſtificantem.

Rom. 4.

C iram operatur, cum nemo legi ſatisfaciat. Ideo ergo eſt gratuita illa promiſſio, & ex fide, quia fides certò ſtatuit placari iram Dei propter mediatorem. Excluditur etiam illa Synecdoche aliis Pauli verbis ad Epheſios. *Gratia ſaluati eſtis per fidem, non ex operibus*: & ad Galatas. *Scientes quod non iuſtificetur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti*. Eſt ergo Paulus propriè intelligendus non Sophiſticè quaſi fidei tribuerit excludendo opera, quod tamen operibus non ſecus ac fidei tribuendum ſit: nec iuuat dicere excludi opera ante gratiam vel opera legis Moſayce, quia neque opera facta in fide aut ſequentia regenerationem merentur remiſſionem peccatorum. Tertiò ex hac Synecdoche aiunt conſequi perpetuam dubitationem de reconciliatione cum Deo. Secundum hanc enim placemus Deo ſi ſatis habemus meritorum. Hæc autem dubitatio affert deſperationem & odium Dei. Neque enim exoriri in cordibus dilectio poteſt, niſi prius fide ſtatuas iram Dei placatam eſſe vt ab Apoſtolo dicitur. *Fide per Chriſtum habemus acceſſum ad Deum*. Denique hæc dubitatio manifeſtè pugnat cum illa doctrina Pauli qua ibidem dicit, *Iuſtificati ex fide pacem habemus apud Deum*. Quartò ex hac Synecdoche aiunt & hunc errorem conſequi, quòd merentur homines remiſſionem peccatorum propria dignitate. Ita detrahitur Chriſto & merito eius: hac etiam ratione negantur

Epheſ. 2.
Gal. 2.

Rom. 5.

eſſe peccata, manentes in tenatis vitioſi concupiſcentiæ affectus, imperfectiones dile- D
ctionis Dei, leues timores & dubitationes de gratia, aliáque huiuſmodi. Reiicienda er-
go prorſus illa Synecdoche, & proprietas ſermonis quò Paulus vtitur retinenda, quòd
habemus Chriſtum propitiatorem per fidem qua certo ſtatuimus eum eſſe nobis pro-
pitium; quicquid ſit de noſtra vel dignitate vel indignitate.

Huic argumentationi reſpondetur, primò Synecdochen per quam multi Catholici
Pauli loca de fide iuſtificante exponunt, & quam tantopere perſequuntur hæretici, di-
Fides formata ſenſus Apoſtolico conſentanea. ſputationi Paulinę nō aduerſari; ſed nō obſcurè ex ipſis Apoſt. verbis alibi ſeſe explicátis
duci poſſe, vbi dixit ad Gal. 5. *Quod in Chriſto Ieſu neq; circumciſio aliquid valet, neque præputiū, ſed fides quæ per dilectionem operatur*, vel vt 1. Cor. 7. loquitur, *ſed obſeruatio mandatorum Dei*: vt
videlicet nō in aliis locis vel improprie vel ſophiſticè ſed breuius loquutus fuiſſe Apo-
Matth. 19. ſtolus iudicandus ſit. Non enim omnia in omni ſermone Scriptura loquitur. Roganti
modum conſequendi vitam æternam, reſpondet Chriſtus. *Serua mandata. Nec tamen* (ait
Synecdoche vſitata Scripturæ figura. Auguſtinus) *quia hic de fide videtur tacuiſſe, morum tantummodo præcepta ſaluandis præſcribimus vtraque enim connexa ſunt, ſeruare mandata & habere fidem. Ideo autem aliquando alterum ſine altero pro plena doctrina inuenitur Scriptura commemorare, vt hoc modo intelligatur alterum ſine altero eſſe non poſſe: quia & qui credit Deo debet facere quod præcepit Deus, & qui propterea facit quia præcepit Deus neceſſe eſt vt credat Deo.* Hæc ille de fide & operibus cap. 13. Simili Synec-
Ioan. 5. doche dixit Dominus, *Procedent qui bene fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui autem malè egerunt in reſurrectionem iudicij*: *Hic enim* (ait Auguſtinus) *non eſt dictum qui crediderunt, & qui* E
non crediderunt, idem tamen intelligitur quia inſeparabilis eſt bona vita à fide quæ per dilectionem ope-
2. Petr. 2. *ratur.* Hæc ille in eodem opere, cap. 23. Item quod ſcribitur: *non eſſe recedendum a tradito nobis mandato ſancto; non quidem* (ait Auguſtinus) *intelligitur illud mandatum quo præceptum eſt vt in Deum credamus, ſed tamen eo ipſo totum continetur, ſi eam intelligamus fidem credentium quæ per dilectionem operatur.* Hæc ille eiuſdem lib. cap. 25. Quare non eſt Scripturis inuſitata ta-
lis Synecdoche. In Paulo verò quando de fide iuſtificante diſputat, familiarem illam &
Fides per Synecdochen accepta familiaris Paulo perpetuam eſſe eodem in lib. cap. 14. docet Auguſtin. Ait enim *Paulum in ſuis epiſtolis non qualemlibet fidem qua in Deum creditur, ſed ſalubrem, planéque Euangelicam definiuiſſe, cuius opera ex dilectione procedunt.* Hæc ille lib. eodem cap. 14. Idem quoque docet in lib. de Spiritu &
Litera, cap. 32. Quare Synecdoches illa non eſt Pauli menti aduerſa, ſed ſemetipſo inter-
Epheſ. 3. pretę valde conſentanea. Sic quum alibi dicit Apoſtolus, *Chriſtū per fidem habitare in cordibus noſtris, illam fidem intelligit* (ait Auguſtinus) *quam poſtea definiuit quæ per dilectionem opera-*
Matth. 15. *tur.* de fide & operibus cap. 16. Talem quoque fuiſſe fidem Chananeæ à Domino lau-
datam, eodem cap. affirmat: & hanc eſſe fidem Chriſtianorum à dæmonum fide diſtin-
Iacob 2. Luc 17 ctam ex Iacobo demonſtrat. Poſtremò de hac fide dictum eſſe, *Regnum cælorum intra vos*
Rom. 10. *eſt.* quod Apoſtolus repetit ex Deuteronomio, *Propè eſt verbum in ore tuo & corde tuo: hoc*
Deuteró. 30. *eſt verbum fidei quod prædicauimus*, in eodem opere cap. 21. oſtendit. Quætens enim ex
propoſito quæ ſit illa fides quam tanta conflictatione commendat Apoſtolus, conclu-
dit *illam eſſe quæ per dilectionem operatur.* Idem facit ſerm. 16. de verbis Apoſtoli & in lib. de
Gratia & Libero arb. cap. 7. F

Reſponſio ad ſingula argumentationis hæreticæ puncta. Quæ autem hæretici contra hanc Synecdochen diſputant quam vana ſint breuiter
oſtendetur. Non enim iſta Synecdoche facit fidem eſſe notitiam hiſtoricam, nec dero-
gat fidei etiam per ſe & ſolitariè ſumptę vim illam & virtutem iuſtificandi, quam illi pro-
priam eſſe ſuprà oſtendimus; ſed oſtendit per fidem ſanè Mediatoris nos iuſtificari tan-
quam per diſpoſitionem neceſſariam & primariam ad remiſſionem peccatorum con-
ſequendam, vt ſuprà explicatum eſt; non tamen hanc ſolam diſpoſitionem requiri, ſed
Ad ſecundū. prætere a timorem, ſpem, pænitentiam, dilectionem & cæteras virtutes. Neque tamen
(quod ſecundo obiiciunt) docent Catholici propter tales virtutes noſtras, excluſo me-
diatore, impios fieri filios Dei. Sed vt ſæpe dictum eſt, docent tales virtutes abſque vllo
merito aut dignitate primæ gratiæ, diſponere ad illam vnâ cum fide in propitiatorem
Chriſtum; cuius ſolius ſanguini & morti vt iuſto precio, cauſæque meritoriæ & efficien-
ti, noſtra reconciliatio tribuitur. Neque Paulus has diſponentes virtutes in adultis re-
Rom. 4. conciliandis excludit, dicens, *ei qui non operatur, ſed credenti imputari fidem ad iuſtitiam.* Sed
Quomodo credito imputetur fides ad iuſtitiam. partim oſtendit etiam interdum ſine vllo operæ externo (vbi operandi aut tempus aut
facultas non datur) ipſo actu credendi, qui dilectionis actum internum non excludit,
ſed requirit; impium iuſtificari; partim excludit opera ſub ratione debiti & meriti, id eſt
talia

A talia opera, quibus debitum primæ gratiæ tribuitur, manifeſtè dicens *ei qui operatur merces imputatur non ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum*, Talem operantem & de ſuis operibus præſumentem, quaſi per illam poſſet & debeat iuſtificari, excludit Apoſtolus; non autem per pœnitentiam & dilectionem ſeſe cum Dei adiutorio diſponente. Lege Auguſt. in Præfat. enarrat. in Pſal. 31.

Quæ fides & quomodo Abrahæ eſt imputata ad iuſtitiam. Exemplum autem Abrahæ contra hanc Synecdochen nihil facit. Fides enim Abrahæ imputata fuit ad iuſtitiam, non illam qua ex impio factus eſt iuſtus (antea enim Deo placuerat & iuſtus erat) ſed ad illam iuſtitiam qua magis iuſtificatus eſt; id eſt ad augmētum iuſtitiæ: nempe actus ille fidei quo credidit Abraham promittenti ſemen Deo fuit actus iuſtitiæ. Gen. 15. Non autem vel tunc primum iuſtificatus eſt, vel ſolus ille fidei actus reputatus eſt ei ad iuſtitiam: 1. ſed & antea *egreſſus de terra cognationis ſuæ promiſſionem benedictionis in ſemine ſuo acceperat*. 2. Geneſ. 12. Geneſ. 12. & poſtea quoque Gen. 22. actus obedientiæ *quo immolauit filium ita miſſus à Deo*, reputatus eſt ei ad iuſtitiam vt docet Iacobus cap. 2. 3. Neque eum ob finem exemplum Abrahæ producit Apoſtolus hoc in loco vt doceat iuſtificari impium ex fide, ſed vt oſtendat *beatitudinem illam qua beati ſunt quorum remiſſæ ſunt iniquitates non minus eſſe in præputio quam in circumciſione*. Rom. 4. Abraham enim nondum circumciſus iuſtitiæ laudem ex fide conſequutus eſt; multo magis remiſſionem peccatorum in eadem fide iam ante conſequutus fuerat. Nulla enim ex fide iuſtitia eſt ad augmentum iuſtitiæ, vbi prima ex fide iuſtificatio comparata prius non fuerit.

B *Quomodo ex fide & non ex lege eſt hæreditas & promiſſio.* Sed neque illud quod addit Apoſtolus *ideo ex fide eſſe hæreditatem, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio, non autem ex lege quia lex iram operatur*, vel antedictam Synecdochem excludit, vel ſpecialem Proteſtātum fidem vllo modo iuuat. Non enim ideo negatur promiſſio eſſe ex lege, quia excluditur omnis conditio operum, id eſt virtutum illarum præſentia quibus fides formatur vt ſit viua & iuſtificans fides per dilectionem operans; ſed ideo dicit Apoſtolus promiſſionem non eſſe ex lege, ſed ex fide; vt oſtendat promiſſionem factam *de ſemine in quo benedicerentur omnes gentes*, id eſt de Chriſto, ſe extendere tam ad gentes, quàm ad Iudæos, nec reſtringendam eſſe ad eos ſolos quibus data eſt lex Moſayca: idque ſecundum propoſitum prædeſtinantis gratiæ Dei quæ ad omnium gentium homines ſe extendit. Hæc enim eſt vera & tota Apoſtoli intentio ex ipſius verbis dilucidè apparens, ſi tota & integra eius verba proferantur, quæ truncatim & mutilatè proferunt Proteſtantes. *Explicatur Apoſtoli intentio ad Rom. 4.* Quum enim interrogaſſet *an beatitudo illa qua beati ſunt quorum remiſſa ſunt peccata*, id eſt an prima iuſtificatio qua iuſtificatur impius, *in circumciſione tantum maneret, an etiam in præputio*, probat in vtroque illam reſidere; quia Abrahæ fides quæ reputata ei fuit ad iuſtitiam, *non in circumciſione, ſed in præputio*, id eſt quum adhuc circumciſus non eſſet, reputata fuit ei. Poſtea autem acceſſit circumciſio tanquam *Signaculum iuſtitiæ fidei quæ eſt in præputio*, idque ſingulari myſterio: vt *Abraham quomodo Pater Iudæorum & gentium.* ille iuſtificatus ante circumciſionem, & tamen poſtea circumciſus, pater eſſet tum omnium credentium per præputium, id eſt gentium, tum etiam ipſius circumciſionis, id eſt Iudæorum. Vtrumque enim dicit Apoſtolus. Ita tamen

C circumciſionis pater erat, ſi ſectarentur circumciſi veſtigia fidei eius quæ fuit in præputio, patris eorum Abrahæ. Et pro confirmatione iuſtitiæ fidei in præputio, id eſt quæ gentium futura erat, addit. *Non enim per legem promiſſio Abrahæ aut ſemini eius vt hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei.* Quod quidem verum eſt tam de promiſſione ipſa quàm de eius impletione. Hanc enim promiſſionem acceperat, Geneſ. 12. 15. & 17. & huius promiſſionis *Fides reputata erat ei ad iuſtitiam.* Circumciſionem autem acceperat eodem cap. 17. poſt promiſſionem tertiò repetitam. Multo autem minus per legem implenda eſſet promiſſio. Et hoc inconueniens oſtendens Apoſtolus, addit. *Si enim qui ex lege hæredes ſunt* (id eſt ſi illi ſoli hæreditatem conſequuntur qui legem obſeruant; hic enim eſt ſtatus huius diſputationis) *exinanita eſt fides Abrahæ*: ſcilicet qui credidit Deo promittēti Meſſiam itémque aliorum qui eius exemplo crediturí in Chriſtum erant. Probat autem exinanitam eſſe, addens, *Abolita eſt promiſſio*: quæ ſcilicet fuit generalis ad omnes gentes non ad ſolam circumciſionem quæ eſt ex lege. *Quomodo abolita eſt promiſſio ſi ex lege eſt hæreditas.* Dixit enim Deus: *In te benedicentur omnes gentes*. Gen. 12. Abolita eſt autē partim quia per legē irritū factū fuiſſet & ſuperordinatum pactum promiſſionis antecedēs; partim quia ſic non cōſequeretur ſuum effectū promiſſio, ſed potius impediretur effectus eius. Quod ſtatim probat, ſubiūgens.

Lex enim iram operatur: vbi enim non eſt lex nec præuaricatio: quaſi diceret, ex lege hæreditas promiſſa Abrahæ & ſemini eius eſſe non potuit, quia lex quatenus lex, occaſio potius D præuaricationis, iræ & maledicti eſt, quàm iuſtitiæ: quia iubet, ſed gratiam adimplendi non præbet.

Explicatio loci ad Gal. 3. quod ex fide non ex lege eſt hæreditas.

Idem inconueniens ad Gal. 3. proſequitur. Qui locus quia ad hunc elucidandum plurimum valet, paucis tractabitur: volens enim ibi oſtendere Apoſtolus *ex fide Chriſti iuſtificari gentes non ex operibus legis*, docet promiſſionem de Chriſto in quem credendum erat, & in quo credentes benedicendi fuerant, factam fuiſſe Abrahæ ante legem datam bene, 430. annis: vnde colligit teſtamentum ſeu pactum illius promiſſionis, confirmatum à Deo, per legem quæ tot annis ſecuta eſt, non potuiſſe irritum fieri, quaſíque per legem ſuperordinari ad euacuandam promiſſionem antegreſſam. Móxque infert. *Nam ſi ex lege hæreditas iam non ex promiſſione*, tãto videlicet tempore antegreſſa: quod aliis verbis ad Rom. 4. dixit. *Si qui ex lege hæredes, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. Abrahæ autẽ per repromiſſionem donauit Deus*, id eſt non per legem quæ tanto poſt conſecuta eſt, ſed per promiſſionem Gen. 12. 15. & 17. Factã donauit Abrahę Deus, vt pater eſſet credẽtium per fidem: quia *in ſemine eius* (quod Chriſtus eſt) *benedicerentur omnes gentes* credentes in eum, ſicut Abraham credidit, *videns diem venturi Meſſiæ & gauiſus in eo*, Ioan. 8. lex nihilominus poſtea data eſt, non vt in ea Meſſiã quæreremus, aut vt in ea iuſtificaremur; ſed *propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat*: id eſt, propter peccata hominum data E fuit lex, quæ illos tanquã pædagogus ſaltem metu pœnarum in officio contineret. *Non ergo lex fuit aduerſus promiſſa Dei*, id eſt, quæ poſſet euacuare promiſſionem prius factam de iuſtitia & ſalute per fidem in Chriſtum. *Nam ſi data fuiſſet lex quæ poſſet viuificare, vere ex lege eſſet iuſtitia*. Id eſt ſi lex dediſſet vitam gratiæ quæ homines in peccato mortuos reſuſcitare potuiſſet, certè ex illa non ex priore promiſſione de Chriſto, *per quem habemus acceſſum in gratiam iſtam*, noſtra fuiſſet iuſtitia. Nunc autem lege iram operante, & præuaricationem per occaſionem augente, *concluſit Scriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio* (id eſt promiſſa ſalus, iuſtitia & reconciliatio cum Deo) *ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus*. Itáque *prius quàm veniret fides* Id eſt priuſquam manifeſtatus erat Chriſtus mundo, *ſub lege cuſtodiebamur concluſi tanquam ſub pædagogo. At vbi venit fides iam non ſumus ſub pædagogo*, id eſt ſeruientes legi ex timore. *Omnes enim filij Dei eſtis per fidem quæ eſt in Chriſto*, quia in baptiſmo Chriſtum induimus omnes. Itáque *ſi Chriſti ſumus, ſemen Abrahæ ſumus, ſecundũ promiſsionem hæredes*; id eſt, facti participes gratiæ Chriſti quæ nos ad promiſſam hæreditatem ſeu benedictionem perducet. Hæc ad Gal. 3. non ſecus quam in illo cap. 4. ad Rom. Quo in loco illo inconueniente ſublato, concludit Apoſtolus principale propoſitum de fide in Chriſtum iuſtificante, & dicit. *Ideo ex fide* ſcilicet conſequimur hæreditatis promiſſionem: *vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini: non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ*, Diuina enim gratia iuſtificãs hominem per fidem, quia merè gratuita eſt, iuxta propoſitum gratiæ Dei, qui cui vult miſeretur, &c. & ab hominum operationibus non pendet, (hãc primam enim gratiam nemo mortalium meretur) ideo F firmam & indubitatam facit Dei promiſſionem, cuicunque illa gratia fidei conferatur, ſeu circunciſo ſeu non circunciſo, ſeu mandatis legis ante obſequutor, ſeu non.

Lex quare data ſit quum ex fide promiſſionis præcedẽtis fuerit hæreditas.

Rom. 5.

Quo ſenſu incerta eſſet promiſſio pendens à lege.

Eſt ergo ſanè verum, ſi promiſſio reconciliationis penderet à cõditione legis in ſenſu Proteſtãtum, fore vt incerta eſſet illa promiſſio. Sed non eſt ille ſenſus verus. Hoc eſt, verum eſt ſanè, incertam eſſe promiſſionem, ſi dicere volumus neminem reconciliari Deo poſſe & conſequi promiſſam benedictionem in Chriſto niſi prius accepta lege Moſaica ſeu mãdatorum ſeu cæremoniali & obſeruata; ídque ex ſolo auditu legis; hoc enim inconueniens ponit Apoſtolus. Sed hoc nemo Catholicus dicit aut dixit vnquam: vtcunque nos hoc dicere mentiuntur illi: longè enim aliud eſt dicere ac docere ad primam iuſtificationem varias virtutum diſpoſitiones per ſpeciale auxilium gratiæ in adultis vnâ cum fide in Chriſtum concurrere, ſine vllo tamen debito aut merito conſequentis reconciliationis, quod dicunt Catholici: Aliud vero dicere ac docere adimplendam eſſe totam legem vt reconciliemur cum Deo, & à conditione talis adimpletionis, itémque ex meritò & dignitate virtutum noſtrarum ſine fide in Chriſtum, pendere promiſſam reconciliationem; quod nos dicere partim apertè mentiuntur partim clanculum apud ſuos muſſitant hæretici.

Magnum diſcrimen ſenſus Catholici & à proteſtantibus conficto circa conditionem fidei formata.

Non eſt

A Non eſt autem verum incertam & infirmam eſſe promiſſionem de gratuita promiſſio-
ne,ſi fides iuſtificans per Synecdochen antedictam, id eſt non niſi charitate formata,
in ſenſu Catholico dicatur iuſtificare. Non enim illa fides in Chriſtum tantopere ab *Fides nõ exclu-*
Apoſtolo laudata excludit charitatem,quę eſt ex gratia & proprium Spiritusſancti do- *dit charitatẽ ſed*
num nos iuſtificans, ſed excludit *legem quatenus iram operatur*,id eſt quatenus eſt *litera oc-* *legẽ & quomodo.*
cidens ſine ſpiritu viuificante, quatenus *pedagogus eſt*, concludens nos ſub virga timoris &
ſeruitutis, quatenus iubet non adiuuat, quatenus præuaricationem auget ſine gratia;
non viuificat per gratiam;quam ſanè gratiam fides orando impetrat, lex iubendo non
adminiſtrat.Sic docet repetitio Confeſſ.Auguſtanę & Melanchthon in loc.com.quòd
vocabulum gratis in iuſtificatione non excludit ipſas virtutes, ſed meritum & dignita-
tem earum: quod in 1.iuſtificatione eſt veriſſimum.Sic ergo & hoc ſenſu in vtroque lo-
co ad Rom.4.& ad Gal.3.ex fide non ex lege nos iuſtificari docuit Paulus.

Iam verò ad ſecundam replicæ partem breuiſſime reſpondetur, neque ad Epheſ.2. *Excluſio operum*
neque ad Galat.2.excluditur illa Synecdoche de fide formata, ſed ad Epheſ.2. exclu- *non aduerſatur*
duntur opera naturæ quatenus ex nobis ſunt ad Gal.2.excluduntur opera legis quate- *fidei formatæ.*
nus literæ iubentis tantum,ideóque occidentis ſunt, vt tum ex hac poſtrema diſputa-
tione ſatis conſtare poteſt,tum olim à nobis in alia Controuerſia explicatum eſt. Non *Supra lib.5.*
autem excluduntur opera gratiæ & ſpecialis auxilij concurrentia cum fide,& diſponen- *cap.11.*
tia ad regenerationem & remiſſionem peccatorum: quæ tamen etſi concurrere dican-
B tur cum fide,non merentur tamen vllo ſenſu iuſtificationem primam,vt inferũt ex no-
ſtra ſententia aduerſarij.Nam illud meritum de congruo reſpectu primæ gratiæ iam ex *Meritum de cõ-*
ſcholis Catholicis penè exploſum eſt.Multo autem minus opera in fide facta & rege- *gruo exploſum.*
nerationem ſubſequentia illam merẽtur vitam quidem æterna aliáque beneficia: me-
rentur opera hominis iam iuſtificati,ſed remiſſionem peccatorum qualis eſt in iuſtifica-
tione impij illa bona opera nec merentur nec vllo modo eius cauſa eſſe poſſunt vtpotè
quę & natura & tempore ſubſequantur:quamuis venialium & quotidianorũ peccatorũ
remiſſionem,oratio fidei,multaque alia fidei opera frequentiſſimè mereantur.

Ad tertiam replicæ partẽ reſpondetur, ex illa Synecdoche non conſequi perpetuam *Ex fide formata*
dubitationem de reconciliatione cum Deo.Nam in diſpoſitione ad primam iuſtitiam *non conſequitur*
tollitur dubitatio reconciliationis,non per fidem diſponentem aut cæteras virtutes di- *dubitatio de re-*
ſponentes, ſed propriè per ſacramentum,vel baptiſmi in regenerandis vel pœnitentiæ *conciliatione cũ*
in reconciliandis relapſis.In illis enim virtus diuina infallibiliter operatur ipſaque pro- *Deo.*
pitiatio per Chriſtum facta nobis per illa certò applicatur, præmiſſa contritione & di-
lectione,non(vt hæretici nos aiunt dicere)prorſus & ſimpliciter ſufficiente, ſed pro ra-
tione infirmitatis noſtræ.ita vt vel affectatæ negligentiæ vel diſpoſitionis cõtrariæ (quæ
duo obiectẽ ponunt)nobis conſcij non ſimus.Eſt autẽ vaniſſima collectio.Fide per Chri- *Vaniſſima pro-*
ſtum habemus acceſſum ad Deũ.ergo niſi fide ſtatuas iram Dei placari, diligere Deum *teſtantium colle-*
non potes.non enim de hac ſtatuẽte fide,Paulus ibi loquitur ad Rom.5.ſed de fide Euã- *ctio.*
gelica & Catholica qua *credimus in vnum verũ Deum,& quem miſit Ieſum Chriſtum*.At verò *Ioan.17.*
C in ipſo progreſſu & curſu iuſtitiæ(ſunt enim iſta diſtinguenda quamuis ea hoc loco cõ-
fundant hæretici)tollitur dubitatio per virtutem ſpei bonis operibus nixæ.Quod aper-
tiſſimè Paulus eodem cap.docet.Quum enim dixiſſet. *Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei;* *Fiducia ad Deũ*
poſtea ſubiicit. *Spes autem non confundit,quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris*, &c. Idẽ *per fidei opera*
docet Ioannes. *Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos fiduciam habemus ad Deum &* *ſtabitur* *Rom.5.*
quicquid petierimus accipiemus ab eo quoniam mandata eius cuſtodimus,&c.Sic iterum Paulus ad *1 Ioan.3.*
Hebr.poſtquam fidelium Hebræorum opera bona commemoraſſet,quod *& vinctis cõ-*
paſſi eſſent,& rapinam bonorum cum gaudio ſuſcepiſſent,ſubiungit,*Nolite itaq; amittere confiden-* *Hebr.10.*
tiam veſtram, &c.Spes ergo fiduciæ ad Deum & confidentia iuſtorum non tollitur per
adiuncta fidei opera,ſed prorſus per ea ſtabilitur, ſtatuitur & roboratur;futura ſanè ſine
illis non ſpes ſed præſumptio, nec fiducia ſed audacia. Quam ſanè ob cauſam Iacobus
vocat eum *hominem inanem cuius fides non habet opera*. Et his ſanè ſcripturis conformiter, *Iacob.2.*
modum iuſtificationis noſtræ deſcribens Auguſt.ait.*diſcerne fidem tuam à fide dæmonum qui*
timent & ſpem non habent.Adde ergo fidei ſpem.Et quæ ſpes eſt niſi de aliqua conſcientiæ bonitate?
Adde ergo ſpei charitatem. Hæc ille de verbis Apoſtoli ſerm. 16. Non ergo ſtatuunt Ca-
tholici dubitationem qui iuſtificanti fidei adiungunt opera. Nec tollunt pacem illam
de qua Apoſtolus dixit, iuſtificati ex fide pacem habemus, ad Romanos quinto.

Sed veram viam ad conſequendam hanc pacem (iuxta eundem Apoſtolum vbi dicit, D
Rom.2. *Gloria & honor & pax omni operanti bonũ,*) ex Scripturis ſupradictis colligunt. Sed de tota
Infra.lib.19. hac quæſtione alio in loco latius agetur.

Fides formata non detrahit Chriſto iuſtificationis gloriam.

Ad quartam replicam adhuc breuius reſpondetur, etſi adiungantur fidei iuſtificanti etiam opera vel ad primam iuſtitiam diſponentia vel ad incrementum iuſtitiæ neceſſaria, non tamen detrahi Chriſto & merito eius iuſtificationis noſtræ gloriam. Nam opera diſponentia nullum habent meritum aut dignitatem ad primam iuſtitiam cõſequendã, vt iam ſæpe dictũ eſt. Sunt tamẽ, iuxta Scripturæ doctrinam in adultis neceſſaria, vt
Supra lib 5. in prolegomenis Controuerſiæ de inhærente iuſtitia oſtenſum eſt: Opera autem bona quibus augetur iuſtitia, merentur ſanè & augmentum gratiæ & gloriam ipſam, quia opera filiorum Dei, imo ipſius Dei in illis ſunt, quæ cum Deus coronat ſua dona coronat.
Infra.lib.10. De qua re in controuerſia de meritis operum exactior erit diſputandi locus. Manentes autem in renatis vitioſi affectus &c. (quæ poſtrema replicæ pars eſt;) vt ipſas concupiſcẽ-
Supra lib3., tiæ actiones & motus primò primos deſignant, prorſus peccata non ſunt, vt in Controuerſia de cõcupiſcentia in renatis copioſè oſtenſum eſt; vt autem leuiores & obreptitios conſenſus notant, reliquas item veniales imperfectiones, etſi veri nominis peccata ſunt tamen Synecdochen illam deformata fide non impediunt. Iuſtificamur enim per fidem & charitatem, aliaſque virtutes, vtcunque venialibus delictis implicati, quia venialia iſta nec charitati aduerſantur nec veram huius vitæ iuſtitiam tollunt, *vt in alia* E controuerſia de perfectione iuſtitiæ demonſtratum eſt. Manet ergo firma non obſtan-
Supra lib.6. cap.21.& 22. tibus his proteſtantum replicis, Catholicorum vulgaris reſponſio; Apoſtolum quando *per fidem nos iuſtificari* dicit, aut Chriſtum eſſe nobis *propitiatorem per fidem*, intelligendam
Rom 3. eſſe fidem charitate formatam, fidem *quæ per dilectionem operatur*, Denique perfectionem
Gal.5. non naturam fidei.

Alia reſponſio quòd Apoſtolus fidei naturam non perfectionem potuit intelligere, quum ex fide nos iuſtificari docet: nec quicquam hoc tamen ſolam fidem iuuare.

CAPVT XVII.

NIHILOMINVS tamen aliter etiam reſponderi poteſt, nec minus ſolidè & verè, in iſtis Scripturis,
Rom.3. *quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem.*
Rom 5. *Iuſtitia Dei per fidem Chriſti* ibidem, *habemus acceſſum per fidem, in gratiã iſtã*
Rom.9. *Gentes apprehenderunt iuſtitiã quæ ex fide eſt ex fide iuſtificat gentes Deus.* aliis- F
Gal.2 & 3. que ſimilibus, fidei nomine intelligi ipſam fidei naturam non perfectionem ſpeciem. ſ. & virtutem propriam; ſiue adiunctam charitatem habeat ſiue non. Fidei enim virtus propria, quatenus perficit & purifi-
Supra cap.9. cat intellectum (modo ſuperius explicato) prima eſt & maximè neceſſaria diſpoſitio, qua propitiatorem Chriſtum habeamus, qua iuſtitiam Dei conſequimur, qua acceſſum & aditum habemus in gratiam reconciliationis, qua gentes apprehendunt veram iuſti-
Fides prima diſpoſitio ad iuſtitiam. tiam, qua denique iuſtificat gentes Deus. Actus enim credendi non vnum aut alterum obiectum fidei, ſed vniuerſa quæ Deus dicit, eſt primus animæ actus quo Deo coniungimur, ideoque *primus ſpiritualis contactus per quem efficaciam ſortitur in anima paſſio Chriſti*, vt ſapienter docuit S. Thom. 3. p. q. 48. art. 6. ad 2. hunc igitur credendi actum tanquam primum motum ad ſalutis & iuſtitiæ viam, tanquam initium, ſubſtantiam, *& Baſi rerum om-*
Hebr.11. *nium ſperandarum*, Chriſtus in Euangelio Apoſtoli in Actis & prædicatione ſua, Paulus in
Quare fidei toties in ſcripturis iuſtificatio attribuitur. epiſtolis, diligenter & perpetuò commendarunt. Non vt vel illam ſolam ad propitiationem per Chriſtum conſequendam ſufficere docerent; vel vt quum illam commendabant, adiunctam charitatem fortaſſe intelligerent, ſed vt actum maximè neceſſarium & à quo exordiendum eſſet, ante omnia diligentiſſimè inculcarent. Denique fidem in locis

A locis ſupradictis commendat Apoſtolus, quatenus diſponit ad iuſtitiam, non quatenus perficit illam. Diſponit autem hominem in ſuo genere fides, perficiendo intellectum: & alio modo in ſuo genere diſponit actus dilectionis, perficiendo voluntatem. Diſtinctæ quoque virtutes ſunt *fides, ſpes, charitas.* Fides igitur iuſtificans intelligitur commodiſſimè, fides in ſua natura & propria virtute vel ad iuſtificationem diſponens, vel adeptã iuſtitiam conſeruans & perficiens. Quod vtrumque quomodo fides per ſe faciat in ſuperioribus oſtenſum eſt. Itaque retinendæ ſunt diligenter ipſius fidei prærogatiuæ propriæ, & valde eximiæ; ne (quod hæretici calumniantur nos facere) dum iuſtificationem omnem non niſi fide formatæ, & charitati, cæteriſque virtutibus tribuimus, ſic veras charitatis laudes importunè prædicemus, vt veram quoque fidei vim & efficaciam propriam auferamus. In quo certè in principio iſtarum hæreſum à Catholicis nonnullis tractatoribus nonnihil peccatum eſt. Itaque illæ phraſes, *ex fide & per fidem iuſtificari*, toties ab Apoſtolo repetitæ, non ſanè docent vel ſpecialem fidem vel ſolam fidem iuſtificantem, ſed docent duo: fidei videlicet neceſſitatem atque virtutem. Neceſſitatem, quia initium & ianua ſalutis eſt; virtutem, quia fundamentum & radix eſt qua cætera impetrantur. Rurſum neceſſitatem, quia *per illam habemus acceſſum in gratiam iſtam, & ſine illa impoſſibile eſt placere* Deo, ideóque *accedentem ad Deum oportet credere* virtutem, quia ſi fidei ductum ſequimur, ad iuſtitiam facile perueniemus. Fides enim docet nos confugere ad Chriſtũ, docet implorare gratiam, docet odium peccati & fugam: Denique *impetrat ipſa ſpiritum*
B *charitatis*, ait Augu. *quia reatus præuaricationis, quem ſola lex iubendo faciebat, credendo ſoluitur; & violentia fidei Spiritus S. impetratur cuius gratia lex impletur*, Hæc ille de fide & operibus cap. 21. hanc fidei virtutem propriam, opponit Apoſtolus operibus legis; vt illi iuſtificationẽ tribuat non legi: fides enim nondum formata credendo impetrat quo formetur, ſi tamen id fiat quod fide ſuggerit, id eſt, ſi oratio fidei adhibeatur. *Si quis enim indiget ſapientia* (*ſapientia autem eſt pietas*, vt oſtendit Auguſtinus, de Spiritu & lit. cap. 11) *Poſtulet à Deo & poſtulet in fide nihil hæſitans.* Sic fidei vim & virtutem deducit Auguſtinus, de Spiritu & lit. capite 22. idque magis explicat, cap. 30.

1. Cor. 12.
Supra cap. 12.
Ex fide iuſtificatio propter fidei vel neceſſitatem vel virtutem.
Rom. 5.
Hebr. 11.
Iacob. 1.

Argumenta Proteſtantum ex natura & proprietate promiſſionis gratuitæ petita, vt ſpecialem ſuam fidem continent, confutantur.

CAP. XVIII.

C QVòD ſi nunc ab hæreticis quæramus, quis eos docuit illud, *per fidem & ex fide*, de ſpeciali ſua & ſtatuente fide interpretari; illas ſtatim ſcripturas proferunt, in quibus partim ex natura, vt aiunt, & proprietate promiſſionis gratuitæ, partim ex proprietate fidei iuſtificantis, hoc ipſum ſeſe inuictè demonſtrare exiſtimant. Et ſanè quod ad primum genus Scripturatum attinet, vehementiſſimè ſemper vrgent illud Apoſtoli. *Ideo ex fide vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio*, ſic intelligentes Apoſtolum quaſi diceret promiſſionem reconciliationis non poſſe eſſe firmã in conſcientia fidelium, niſi ſit ex fide qua certò ſtatuimus illam nobis dari prorſus gratuitò, id eſt ſine vllo opere ad reconciliationem præparatorio. Sed Apoſtoli ſenſus lõgè alius eſt, nempè promiſſionem reconciliationis per Chriſtum non poſſe eſſe, *firmam omni ſemini*, id eſt non poſſe ſe extendere ad omnes gentes, niſi pendeat à fide promiſſionis: illius ſcilicet quæ facta fuit Abrahæ. Illa enim fides totaque fidei iuſtitia eſt ſecundum gratiam ſeu propoſitum Dei, id eſt ſecundum æternam Dei prædeſtinationem, quæ ad omnium gentium electos ſe extendit, & non ſecundum voluntatem electionis humanæ, vt exponit Auguſtinus, de prædeſtinat. ſanctorum libro primo, capite vndecimo. Infert ergo Apoſtolus ex fide pendere promiſſionem, vt ſit firma omni ſemini quia generalis eſſe debet; non vt conſcientiis ſingulorum

Rom. 4.
Promiſſio ex fide eſt firma vt ſit generalis.

A *confidit Abraham ſe recipi in gratiam Dei.* De hac igitur fide dicitur, *Imputatum eſt ei ad iuſtitiam.*
Hæc Melanchthon in locis com. in cap. de vocabulo fidei. Sed huic replicæ breuiter *Eiuſdem diſſolutio.*
reſpondetur. Illa præcedens conſolatio & promiſſio protectionis diuinæ eodem cap. 1.
Abrahamo facta, ad remiſſionem peccatorum Abrahæ non ſpectat; ſed partim ad con-
ſeruationem eius in gratia, quum *protectorem* ſe eius Deus fore affirmat, partim ad re-
munerationem piorum laborum, quum dicit ſe *mercedem* Abrahæ eſſe. Hac enim remu- Gen. 15.
nerationis promiſſione audita, ſubinfert ſtatim Abraham. *Domine, quid dabis mihi? Ego*
vadam abſque liberis, &c. Móxque promittit illi Deus *ſemen*, paritérque *poſſeſſionem terræ*
Chanaan ſemini ſuo. Secundò de fide huic promiſſioni de futuro ſemine adhibita, dictum 2.
illi eſt. *Credidit Abraham Deo & imputatum eſt ei ad iuſtitiam,* non de fide qua credidit Deum
eſſe ſuum protectorem, &c. de quo antea Abrahamum non dubitaſſe certum eſt: vtpoté
qui multa diuinæ gratiæ & protectionis argumenta iam prius ſenſerat. vt hiſtoria cap. 3. Rom. 4.
12. 13. & 14. Geneſ. luculenter commemorat. Tertiò Apoſtolus hanc fidem Abrahæ ex-
preſſe & nominatim commendat qua credidit de ſemine futuro, *non conſiderans corpus* Heb. 11.
ſuum emortuum, & emortuam vuluam Saræ: & alibi, *quoniam fidelem credidit eſſe eum qui re-* *Proteſtantium pertinacia.*
promiſit. vt planè incredibilis ſit hæc hæreticorum pertinacia contra tam manifeſtam,
tam hiſtoriæ Geneſæos quam Apoſtolicæ diſputationis lùcem. Non ergo vel hic locus
vel hoc exemplum Abrahæ ſpecialem hæreticorum fidem quicquam probat.

Adhuc ex aliis Pauli verbis ſic argumentatur, Deus in gratuita promiſſione *interpoſuit* *Aliud argumentum pro ſpeciali fide*
B *iuſiurandum, vt per duas res immobiles quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, firmam conſolationem* Hebr. 6.
habeamus qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem. Audis (inquiunt) non in genere tan-
tum nec per ſe firmam tantum eſſe promiſſionem; ſed vt nos qui confugimus ad appre- *Reſponſio firma.*
hendendam propoſitam ſpem, firmam conſolationem habeamus. Reſpondeo ex hoc
loco colligi (quod non negatur) fideles de ſua ſalute repromiſſa firmiſſimè ſperare debe-
re: & ſpem quidem fidelium efficere vt quod generaliter promiſſum eſt, vnicuíque
credenti applicetur: non autem fidem illud efficere. Certitudo autem ſpei non eſt certi- Infra. lib. 9. cap 11.
do fidei. de qua re tota plenius in ſequenti Controuerſia.

Proferunt poſtremò & illud 1. Ioan. 5. *Qui non credit Deo, mendacem facit eum.* Nec verò *Varia ſcriptura pro ſpeciali fide deprauata.*
de generali aſſenſione Ioannes loquitur. Subiungit enim: *hæc ſcribo vobis qui creditis in fi-* 1. Ioan. 5.
lium Dei: vt ſciatis quòd vitam æternam habetis. Nam ſi credo in filium Dei, & tamen dubito Ioan. 6.
an habeam vitam æternam, non credo huic promiſſioni. *Qui credit in filium habet vitam*
æternam. Iuxta Ioannem igitur facio Deum mendacem. Hæc illi. Reſponſio firma eſt, Ioan. 4.
has & ſimiles propoſitiones. *Omnis qui credit in eum non perit: In hunc omnis qui credit iuſtifi-* Act. 13.
catur. Omnis qui credit in eum non confundetur: non eſſe accipiendas de qualibet fide vtpote Rom. 10.
vel acquiſita vel impiorum aut Epicurea, ſed (vt omnes Proteſtantes agnoſcunt) de fide
diuinitus data, & per Spiritum Dei obſignata, & cui iuxta Lutheranos adiuncta ſit pœ-
nitentia, ex ſincero Dei amore profecta, cum propoſito nouæ vitæ. At ex tali fide ſe cre-
dere in Chriſtum nemo poteſt certitudine fidei id verbo Dei fundatæ cognoſcere. Ita-
que poſſum credere in filium Dei, & tamen dubitare an habeam vitam æternam, non
C quia dubito de veritate Dei promittentis (hoc enim eſſet facere Deum mendacem) ſed
quia meritò dubito an ipſemet credam, ea ſane fide & ſic ornata atque formata qua
credere debeo. Ioannes autem ſcribit ſuis, quod qui filium Dei habet, habet vitam æter- 1. Ioan. 5.
nam, *vt ſciant & ipſi quoniam habent vitam æternam qui credunt in nomine filij Dei.* id eſt ſi ve-
rè & ſicut oportet credunt in filium Dei. Ideo enim fidei conditio adiuncta eſt promiſ-
ſioni vitæ æternæ, vt non eſſet ſimpliciter præſumenda illa promiſſio, ſed fide tecta & Gal. 5.
Chriſtianorum propria accipienda: *quæ ſanè per dilectionem operatur, & ſine operibus mortua* Iacob. 2.
eſt, id eſt, ad vitam æternam inefficax & inualida. Atque hæ ſunt præcipuæ quas ex na- Infra. cap. 10.
tura & proprietate promiſſionis gratuitæ, pro ſpeciali ſua fide proferunt Scripturæ. Alia
Scripturarum loca ex proprietate fidei iuſtificantis deſumpta in proximo mox capi-
te, vbi de vocabulo fiduciæ diſputabimus expendentur. Multò autem plenius & latius Infra lib. 9.
de hac re tota aliiſque hæreticorum argumentis in proxima Controuerſia diſputabitur. Cap. 14.
vbi & de Patrum teſtimoniis quæ pro hac ſpeciali fide congerunt, conſiderabitur.

Veterum Lutheranorum ſententia quòd ſpecialis fides eſt ipſa fiducia miſericordiæ diuinæ refellitur. D

CAPVT XIX.

VENIAMVS nunc ad propriam illam veterum Lutheranorum ſententiam, circa modum & operationem huius ſpecialis fidei. Alitet enim hanc ſpecialem fidem promiſſionem gratuitam ſibi vnumquemque applicare ſtatuunt Lutherani veteres, aliter recentiores, ac denique differenter ab vtriſque Caluinus cum ſuis vt eſt antea oſtēſum. Prior ergo & omnibus ferè hodiè Confeſſioniſtis cōmunis de fide ſua ſpeciali error eſt, quòd ſit ipſa fiducia & volūtatis actus quo credēs confidenter acceptat & apprehendit Dei miſericordiam per Chriſtum. In hac autem ſententia refellenda, primum quòd fides verè iuſtificans non ſit fiducia ipſa, ſed à tota eius
1. natura longè latéque diſtincta, breuiter nos oſtendemus: Móxque hæreticorum diſpu-
2. tationibus in contrarium ſatisfaciemus. B

Quod fides non eſt fiducia. 1. argum. Primum fides eſt ipſius intellectus proprius actus, vt ante ėſt demonſtratum: ergo non eſt ipſa fiducia quę eſt propriè voluntatis actus. Nec obſtat quod ad actum fidei requiritur actus voluntatis. Etſi enim ex vtroque principio actiuo, intellectu & voluntate, actus fidei eliciatur, tamen quia ille actus tanquam proprium ſuum obiectum reſpicit verum non bonum, ideò eſt propriè in intellectu, tanquam in ſubiecto, non in voluntate: & conſequenter ipſius intellectus eſt propriè actus non voluntatis. Fiducia autem miſericordiæ habet pro proprio obiecto bonum, & eſt in voluntate tanquam in ſubiecto. eſt ergo tota ſpecie ac natura dinſtincta. Species enim diſtinguitur per actus, & actus per obiecta. Rurſum fides iuſtificans æquè reſpicit præterita ac futura. Ideo fidem iuſti-
2. argum. ficantem deſcripſit Apoſtolus eſſe illam *qua credimus quòd Deus ſuſcitauit Ieſum à mortuis,*
Rom. 10. & 4. *& quòd Chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra*. Fiducia autem nunquam reſpicit præterita, ſed vel præſens complectitur beneficium, vel futurum expectat. Tertiò fides Abrahæ
1 Cor 15. 3. argum. iuſtificans, propoſita nobis in exemplum fidei iuſtificantis, fuit credulitas quia credidit promittenti ſemen Deo, *pleniſſimè ſciens quia quæcunque promiſit Deus potens eſt & face-*
Rom 4. *re*, Non fuit fiducia fauoris aut gratiæ Dei erga ipſum: quam ante hanc ſuam fidem reputatam ſibi ad iuſtitiam habuit. Hac enim fiducia & ſpe bona fretus, *migrauit è terra co-*
Hebre. 11 *gnationis ſuæ, & exiit neſciens quo iret*, ait Apoſtolus ad Hebr. vndecimo. Ergo & noſtra fides iuſtificans erit credulitas non fiducia: Confirmatur hoc argumentum ex omnibus illis Scripturæ Euangelicæ & Apoſtolicæ locis, ſuperius productis, vbi oſtendimus fidem iuſtificantem eſſe fidem generalem & Catholicam qua verbo Dei creditur, non F ſpecialem iſtam.

4. argum. Fiducia eſt proles fidei nō ipſa. Ephes. 3. Quartò fiducia eſt proles & effectus fidei iuſtificantis, ergo non eſt ipſa. Antecedens ipſemet Apoſtolus manifeſtiſſimè docet, *In Chriſto habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius*. Ex quo loco etiam ipſemet Caluinus contra Lutheranos oſtendit *ex fide deducere fiduciam Apoſtolum*, Rurſumque, *ex fide naſci fiduciam* (ait Caluinus) *oſtendit*
Caluinus cōtra Lutheranos. *Apoſtolus*, Ad Rom. 5. *Iuſtificati ex fide pacem habemus apud Deum. Hæc enim pax quam iuſtitia fidei affert, eſt ſecuritas quæ conſcientiam coram Dei iudicio ſedat & ſerenat* hæc ille Inſtitut. lib. tertio, capite ſecundo, par. decima quinta, & decimaſexta. Et certè quum fides in natura ſua ſit aſſenſus firmus, tum aliis reuelatis, tum etiam maximè Dei promiſſionibus adhibitus, profectò ex hac parte promiſſionū generat fides ſpem conſequendi illa bona quæ promittūtur. Eſt autē hæc ſpes fiducialis expectatio quam peperit fides, ſed non eſt ipſa. Quod & Apoſtolus diſertè docuit, definiens ad Hebræos vndecimo, fidem eſſe non ipſam ſpem & expectationem, ſed *rerum ſperandarum baſim & ſubſtātiam*, principium & fundamentum, radicem & originem, cauſam deníq; & inchoationē. Facit enim fides vt gratiam præſentem & vitam æternam ſperemus, quia fides docet Deum vtriuſque

authoritatē

A authorem & miſericordem eſſe credentibus in eum,& potentem ad ſaluãdum. Ab illo
enim ſperamus quantumcunque ardua,quem & amicum & potentem credimus. præ-
cedit ergo fides ſpem atque fiduciam,adeóque gignit illam : vnde Apoſtolus. *Habentes*,
inquit , *fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti* (quem videlicet credimus obla-
tum ſemel eſſe pro remiſſ.omnium peccatorum) *accidamus cum vero corde in plenitudine*
fidei : teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem: & rationem ſubiungit. *fidelis enim eſt qui*
repromiſit. Hæc Apoſtolus ad Hebr.10.vbi iterum ex fide deducit fiduciam, tanquam ex
cauſa effectum. & hæc eſt habitudo ſeu reſpectus actus fidei ad obiectum voluntatis,
quam ex eo quòd baſis eſt rerum ſperandarum deducit D. Thom. 2.2.q.4. art.1. quia fi-
des in hoc reſpectu reſpicit Deum,vt bonum ſperatum,mouétque ad ſpem & fiduciam *Fiducia natum.*
concipiendam de Deo,& aliis bonis omnibus per Deum.Eſt ergo ex fide fiducia(vnde
& nomen ſumpſit) magíſque ad ſpei naturam accedit, quàm ad fidei : quanquam nec
fides nec ſpes fiducia eſt,ſed gradus quidam & modus vtriúſq;,id eſt, *ſpes roborata ex opi-*
nione firma; qualis fides eſt : ideóque potius conditio virtutis quam certa virtus, vt docet
D.Thom. 2.2.q.129.art.7.ad 3.

Quintò manifeſtè docent Scripturæ, accepta iam iuſtitia & reconciliatione po- 5.argum.
ſteriorem eſſe fiduciam ; ſiue proprius effectus eius & proles ſit, ſiue non. Nam in ſa-
nando Paralytico, *videns Ieſus fidem illorum* (portantium ſcilicet, atque eius qui por- *Fiducia ſequitur fidem.*
tabatur) *Dixit Paralytico : Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*, Hic enim iubetur Paraly- Matth.9.
ticus confidere & habere fiduciam gratiæ Dei, propter remiſſionem præcedentem per
B fidem; non vt per illam fiduciam remiſſionem conſequeretur.Sic hemoroiſſę dixit Do- Ibidem.
minus. *Confide filia : fides tua te ſaluum fecit*, manifeſtè docens poſt ſalutem ex fide compa-
ratam, fiduciam eſſe concipiendam. Atq; ideo iam recõciliatos & iuſtificatos ad fidu-
ciam & confidentiam hortatur Scriptura ad Rom.5.ver.2.ad Epheſ.3.ver.12.ad Hebr.3.
ver.6.ad Heb.4.ver.14.& 16.ad Hebr.10.ver.19.& 23. & 35.1.Ioan.2.ver.28. & cap.3. ver.
21.& cap.4.ver.17. At verò ſi fides iuſtificans eſſet fiducia,iuſtificationem illa præcedere
debebat, ſicuti ipſa fides præcedit : vt ſupra in arg.6.contra ſpecialem fidem docuimus.
Nunc quia ſequitur illam, fides iuſtificans eſſe non poteſt: non magis ſanè quam motus
animalis ex ſanguine per ſyderum influxum calefacto,influxus in ſe cęleſtis cẽſeri & vo-
cari poſſit.

Poſtremò manifeſtè contradicit hæc ſententia Apoſtolo dicenti. *Manent hæc tria : fi-* 6.argum. 1.Cor.12.
des, ſpes, charitas. Fiducia enim in Scripturis ſpei adiungitur,tanquam ipſius ſpei modus & *Fiducia diſtinguitur à fide ſicut ſpes.*
gradus quidam, *Domus Chriſti ſumus, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſque in finem firmam retinea-*
mus. Et paulò pòſt, quum dixiſſet , *teneamus ſpei noſtræ confeſſionem* ; Mox idem repetit. Hebr.3.
Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Sic Ioannes, *Manete in Chriſto vt quum apparuerit* Heb.4.
fiduciam habeamus & non confundamur ab eo. *Spes enim non confundit*. Sic denique ad Timo- 1.Ioan.2. Rom.4.
thæum. *Qui bene miniſtrauerint, bonum gradum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ eſt*
in chriſto, id eſt magnam remunerationis ſpem in fide Chriſti fundatam. Quum ergo ad
ſpei naturam accedat fiducia , manifeſte eſt à fide iuſtificante diſtinguenda, non ſecus
quam fides à ſpe.
C

Argumenta quibus fidem eſſe fiduciam veteres Lutherani contendunt, refutantur.

CAPVT XX.

NVNC quibus vel ſcripturis vel argumentis horum temporum hære-
tici, fidem iuſtificantem eſſe ipſam fiduciam miſericordiæ Dei qua
ad eum confidenter accedimus, oſtendere conantur, neceſſariò con-
ſiderandum venit. Oſtendere id primò volunt ex natura & proprie-
tate fidei iuſtificantis, cui in Scripturis tribuitur quòd ſit certa, & fir-
ma expectatio, confidentia & perſuaſio ſalutis per Deum. Quod fides *An fides ſit expectatio ſalutis.*
ſit expectatio probant ex Apoſtolo vbi definit *fidem eſſe* ὑπόστασιν *re-* Hebr.11.
rum ſperandarum. Aiũt enim ὑπόστασιν à verbo ὑφίστασθαι deriuari, quod ſignificat ὑπομένειν,
tolerare, vel longanimiter expectare; ideoque eſſe illam non *ſubſtantiam*, id eſt, princi-

pium & fundamentum,(vt vulgata habet verſio,& interpretatio Catholica) ſed *expecta-* D
Pſal.30. *tionem rerum ſperandarum*:iuxta illud Pſalmi.*Subſtanti mea apud te eſt*: ὑπόστασις μου, id eſt, *ex-*
Hebr.3. *pectatio mea ex te eſt*. Quod & confirmant magis ex eadem ad Hebr. epiſtola *Domus Chriſti* (ait Apoſtolus) *ſumus nos,ſi fiduciam & gloriam ſpei vſque ad finem firmiter teneamus.* Et paulò pòſt,*participes ſumus Chriſti,ſi tamē initium ſubſtantiæ eius* τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως *vſque ad finē firmum retineamus.* Hic iterum nomine ὑποστάσεως intelligit firmā fiduciam & expectationem,quam poſtea attribuit fidei,eam definiendo ad Hebr.11. Ideóque & in eodem capite 3.paulò pòſt verba citata oſtendit Apoſtolus, veteri populo qui cor ſuum obdurauerat in deſerto *iuraſſe Deum,quòd non introiret in requiem ſuam*,eò quòd increduli fuerint.
Hebr.4. Móxque capite ſequenti infert Apoſtolus. *Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius,exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. Etenim & nobis nuntiatum eſt quemadmodum & illis.Sed non profuit illis ſermo auditus non admiſtus fidei ex ijs qui audierunt. Ingredimur enim in requiem qui credidimus.* Hæc ibi Apoſtolus,manifeſtè (vt videtur) docens fidem qua peruenimus in requiem Dei,eſſe firmam fiduciam pollicitationis factæ vſque ad finem retentam à qua qui excidunt increduli vocantur, & tanquam increduli à requie promiſſa excluduntur:qui autem illam retinent credentes,ingrediuntur in requiem Dei. Eſt ergo fides ὑπόστασις,id eſt,fiducia & expectatio rerum ſperandarum. Hæc & in clauis priore parte Illyricus,& in locis com.Mel.& in examine Conc.Trid.Chemnitius,& alij plerique Lutherani.

Reſpondetur verbum ὑπόστασιν,multa ſanè poſſe ſignificare,& vel à verbo ἐφίστασθαι, E
vt proteſtantes volunt,vel à verbo ὑφίστημι,vt meliores grammatici docent,deriuari; at-
Varia ſignificata vocis hypoſtaſis apud græcos.
que ita ſignificare poſſe vel ſubſtantiam ſiue exiſtentiam,vt ſæpiſſimè apud Philoſophos
accipitur,& ſemel apud Apoſtolum ad Hebr.1.*qui eſt figura ſubſtantiæ patris* τῆς ὑποστάσεως
1. τοῦ πατρὸς, vel quod in vrina ſubſidit,vt medici accipiūt;vel etiam Metaphoricè audaciā
2. & fortitudinem animi,vt apud hiſtoricos ethnicos;in quo etiam ſenſu apud Apoſtolum
3. fortaſſe accipitur 2.Cor.9.& Cor.11.*in hac ſubſtantia gloriæ*, id eſt, ſpe & fiducia;vel deni-
que ſubſiſtentem perſonam,vt paſſim apud græcos theologos:imò propriè apud Eccle-
ſiaſticos Scriptores, & notauit Suidas; vel etiam per aliam quaſi Metaphoram *baſim &*
4. *fundamentum*; cui vel quaſi ſubſidenti materiæ cætera ſupernatant, vel quaſi ſubſtantiæ
ſubiectæ cætera innituntur;vel poſtremò quæ ſit principium,quaſique exiſtēdi primor-
5. dium à voce ὑποστάτης,quod conditorem ſignificat,vt apud Paulum ad Heb.3.& 11.ma-
nifeſtè accipitur. Eſt autem pudendum propter multiplicem vocis ſignificationem,à
vulgata & recepta in Eccleſia Dei verbi acceptione recedere, indéque nouas doctrinæ
6. ſententias fabricare. Licuit autem non ſecus theologis & ſcriptoribus ſacris, ad funda-
Pudenda proteſtantium concertatio.
menti & principij Metaphoram ὑποστάσεως vocem transferre, quam vel medicis licuit ad
ſubſidentem vrinæ materiam,vel hiſtoricis ad animi firmā quaſique immobilem forti-
tudinem, vel denique Græcis patribus ad perſonalis ſubſiſtentiæ proprietatem expri-
mendam,eandem vocem transferre. Itaque vox ὑπόστασις,fidei attributa ad Apoſtolo ad
Hebr.11.non magis neganda eſt ſubſtantiā & baſim,ſeu principium, ſignificare propter
hiſtoricorum ethnicorum morem,qui pro audacia vel fiducia animi hanc vocem vſur- F
pant,quam propter diuerſam longéque aliam partim Philoſophorum partim medico-
rum,partim etiam græcorum patrum in alio ſenſu eiuſdem vocis acceptionem.

Collatio hæreticorum nihil eos iuuat.

Collatio autem ex Scripturis facta nihil hæreticos iuuat. Nam Pſalm.38.quum bis legatur vox ὑπόστασις, verſ.6. indubitanter ſubſtantiam ſiue naturam hominis ſignificat in illis verbis.*Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos,& ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te.* Mox autem verſ. 8 quū dicit. *Et nunc quæ eſt expectatio mea? Nonne dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt?* ibi repetita vox ὑπόστασις,cōuenienter quoq; ſubſtantiā,ſiue vt Euthymius Græcus exponit οὐσίαν, *eſſentiam* ſignificare poteſt, quam ex Deo eſſe, proptereáque ſe totum à Deo pendere propheta ſcribit. Ideóque vocem hoc loco Hebraicam, etſi ſpem & præſtolationem ſignificet,tamen per ὑπόστασιν, verterunt 70. ſicuti in ſuperiori verſu, (vbi vox Hæbraica æuum vitæque humanæ tempus ſignant) per eandem vocem verterant: vt ſanè oſtenderent vtrumque per hanc Græcam vocem ſignificari poſſe:& ipſam durationem quaſique ſubſiſtentiam ex parte naturæ humanæ, & expectationem ſeu fiduciā,

Contentioſa proteſtātū altercatio.

ex parte animi humani. Ex ſola ergo contentione factum eſt, vt vocem ὑπόστασις, apud Paulum potius ad poſterioris verſus quam ad prioris ſenſum traherent,vt ea ratione receptam huius vocis interpretationem conuellerent: quum tamen non minus nobis liceat ad

A ceat ad priorem verſum recurrere,vt ſubſtantiam illa vox ſignificet,quam illi ad poſte-
riorem ſe recipiunt,vt expectationem eam ſignificare doceant.

Iam verò quòd ex eadem ad Hebr.epiſtola cap.3.proferunt,vt per vocem ὑπόςασις
quum fidei attribuitur,fiduciam ſeu expectationem ſignificari doceant,non tantum ni-
hil eos iuuat,ſed & confutat valde. Primum enim Apoſtolus fiduciam ſpei coniungit,
dicens:*ſi fiduciam & gloriam ſpei teneamus*:vt magis ad ſpem quum ad fidem illam accede- *Fiduciam ſpei coniungit Apoſtolus.*
re oſtendat:quod & poſtea clarius facit.Dum hortando ad fiduciam iubet *tenere ſpei no-*
ſtræ confeſſionem indeclinabilem.Deinde quòd dicit nos *eſſe participes Chriſti* , *ſi initium ſubſtã-* Heb.3.
tiæ eius vſque ad finem firmum retineamus , nomine ſubſtantiæ quæ hic eſt ὑπόςασις non in-
telligit ſoleam fidem in Chriſtum , ſed illam *nouam creaturam qua facti ſumus in Chriſto* de Heb.10.
qua idem Apoſtolus dixit.*Ipſius ſumus factura creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis* & ad Gal. *Initiũ ſubſtantiæ Chriſti quid ſignificet.*
*6.In Chriſto neque circuncisio aliquid valet,neque præputium,ſed noua creatura.*Hæc noua creatu
ra,quæ nõ eſt ſola fides,& multò minus fiducia,ſed *fides per dilectionẽ operans eſt initium ſub-* Ephes.2.
ſtantiæ Chriſti vſque ad finem firmiter retinendum: quod ſcilicet adepti ſumus in Baptiſ-
mo, in quo *voluntariò nos genuit verbo veritatis,vt ſimus initium aliquod creaturæ eius*,Iacob.1.
Sic autẽ *conſepulti Chriſto per baptiſmum & complantanti ſimilitudini mortis eius ſumus, vt pecca-* Gal.5.
to mortui in nouitate vitæ ambulemus.Ideoque Apoſtolus non ſola incredulitate , ſed etiam
peccatis aliis *hoc initium ſubſtantiæ Chriſti*, diſſolui atque amitti,illo in loco ad Hebr.3.do Rom.6.
cuit.Subiungens enim veteris populi lapſum, ad terrorem & exemplum noſtrum; non
B ſolum hoc notat *quòd increduli fuerunt* promiſſis Dei de terra promiſſionis,& quòd *propter*
incredulitatem ingredi non poterant in requiem promiſſam,(quod ſolũ in Apoſtolo hæretici hoc *Non ſola incredulitate ſed aliis amittitur ſalus.*
loco aduertũt)ſed etiã notat,quòd propter alia peccata inde excluſi ſunt. Ait enim:*Qui-*
bus infenſus eſt quadraginta annis?Nonne iis qui peccauerunt,quorum cadauera proſtrata ſunt in de-
ſerto? Hæc autem peccata commemorat alibi & breuiter Apoſtolus ex veteri hiſtoria,
quòd ſedit populus manducare & bibere , & ſurrexerunt ludere,quòd fornicati ſunt , quòd tentarent Hebr.3.
Deum,quòd murmurarent contra Moyſen, &c. Non ergo ſola incredulitas *initium ſubſtantiæ*
Chriſti diſſoluit,& per conſequens non eſt hoc initium ſubſtantiæ ſola fides,aut illius ge- 1.Cor.10.
neris ὑπόςασις , qualem ad Hebr.11.Apoſtolus fidei tribuit.Ibi enim baſim & principium
iuſtitiæ quod eſt fides,hic ipſam ſubſtantiam inchoatã & nouam creaturam quæ eſt ade-
pta iam iuſtificatio,illa vox ſignificat.

Poſtremò nec quæ in 4.ad Hebr.ſubiungit Apoſtolus hæreticorum ſententiam iu-
uant:docet enim illic ſanè Apoſtolus fidem pollicitationis factæ eſſe ad ſalutẽ neceſſa-
riam;& eos ingredi in requiem qui credunt;ſed non docet vel hanc fidem eſſe fiduciam
vel per hanc ſolam fiduciam homines ingredi in requiem promiſſam.Hoc ſolum docet
propter defectum fidei fiduciam & ſpem defuiſſe,dicens.*Non profuit illis ſermo auditus non* 1.
admiſtus fidei ex iis qui audierunt.Iudæi enim veteres non credentes ſe poſſe obtinere terrã 2.
Chanaan,exciderunt etiam à ſpe & fiducia obtinendi illam:quod ne conuerſis quoque *In defectu fidei deficit fiducia.*
ad Chriſtum Iudæis accideret , hortatur illos Paulus , vt fidem de futura æterna requie
firmiter retinerent,vtcunque interea in hoc ſeculo afflicti & vexati; & ex hac fide pro-
C miſſionum Dei fiduciam & ſpem gloriæ conciperent : ad quam propterea & in fine hu-
ius.4.cap.& iterum cap.10.Plurimis verbis hortatur.Non eſt ergo fides ipſa expectatio,
neque ὑπόςασις apud Paulum hoc ſignificat;ſed talem expectationem fides profecto ge- *Fides generat fiduciam ſalutis.*
nerat:quod egregiè idem docet Paulus eadem epiſto.cap.10.in fine,vbi hortatus ad cõ-
fidentiam & patientiam,*quia adhuc modicum & non tardabit*,inducit illud Abacuc.2.*Iuſtus*
meus ex fide viuet:quod ſi ſubtraxerit ſe,non placebit animæ meæ; fides enim eſt vita fiduciæ ex-
pectationis & ſpei;qua vacillante perit quoque ſpes omnis atque fiducia,& conſequen- *Fides anima ad recte & fortiter agendum.*
ter ipſa iuſtitia:quæ etiam fides *inclinat cor fidelis ad faciendas iuſtificationes* Dei *propter retri-*
butionem Pſalm. 118. quæ *cuſtodit vias duas propter verbum labiorum Dei* , fide conceptum,
Pſalm.10.quæ *tolerat improperia aſpiciens in remunerationem* ad Hebr.11.Hæc omnia ex radi-
ce fidei proueniunt,ſed non eſt fides hæc omnia.

Quod fidei

Quòd fides & fiducia pro eodem in Scripturis (vt volunt Lutherani) non accipiuntur. D

CAPVT XXI.

RVRSVM diſputant proteſtantes fidem & confidentiam Græce παρρησίαν, pro eodem in Scripturis accipi ideoque fidem eſſe fiduciam. Colligẽs enim flaccus Illyricus in claue ſcripturæ parte. 1. ſynonyma fidei, ait eius ſynonymum eſſe παρρησίαν fiduciam iſtis in locis. 1. Ioan. 2. *Cum apparuerit, habeamus fiduciam*. Sed eſt inſignis loci corruptela. Totus locus eſt: *Manete in filio, vt cum apparuerit habeamus fiduciã, & non confundamur ab eo in aduentu eius*, manifeſtè docet manendum eſſe in filio, vt *faciendo iuſtitiam ſicut ille iuſtus eſt*, bona cum fiducia in poſtremo iudicio aſtemus coram illo

Varia ſcriptura à flacco illyrico nequiter corrupta.

1. tribunali. Hanc fiduciam fides præcedit. In illo enim iudicio de fide non erit quæſtio,
quia *qui non credit iam iudicatus eſt*. Ioan. 3. Rurſum in illo loco. 1. Ioan. 4. *fiduciam habeamus*
2. *in die iudicij*. Sed ſimilis eſt priori corruptela, quum totus locus hic ſit. *In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum vt fiduciam habeamus in die iudicij*, ex charitate deducit fiduciam, vt alibi
ex fide. Tertiò profert illud. 1. Ioan. 5. *Hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum*. Sed ſequitur
3. quod tacuit, *quia quodcunque petierimus ſecundam voluntatem eius audit nos*. Hæc non eſt fidu- E
cia de remiſſione peccatorum (qua ſola nos iuſtificari proteſtantes docent) ſed de quibuſcunque Dei beneficijs. Sed adhuc maiori impudentia profert illud ad Epheſ. 3. *In*
4 *Chriſto fiduciam habemus*, vbi Apoſtolus ſtatim adiecit, *per fidem eius*: manifeſtè diſtinguens fidem à fiducia, vt cauſam ab effectu. Denique impudentiſſimè profert quod Apoſtolus
5. dicit ad Hebr. 4. *adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius*: & quod de Apoſtolis ſcribitur,
6. Act. 4. *loquebantur verbum Dei cum fiducia*. Vtroque enim loco nomine fiduciæ non fides de promiſſione gratuitæ remiſſionis peccatorum, ſed in priore loco ipſa ſpes obtinendi deſideratam gratiam, in poſtriori loco fortitudo & conſtantia animi in confeſſione & doctrina fidei intelligitur: quæ vtraque ex fide ſanè Catholica generantur, vel ſine fide eſſe non poſſunt, ab ipſa tamen fide maximè ſpeciali hæreticorum, tota ſpecie diſtincta ſunt. Poſtremò illud 1. Ioan. 3. *Qui manet in charitate*, exponit. 1. qui manet in fide. & illud 1. Ioan. 2. *ſeruare mandata eius*, id eſt credere in eum. Hæc abſurdiſſima argumenta ex Illyrico colligere libuit, vt hoc vno exemplo impudentiſſimam hæreticorum hodiè cõſuetudinem in citandis præpoſtere ſcripturis perſpectam haberetis.

Rurſum ad hoc idem probandum copioſè & accuratè diſputant alij proteſtantes, maximè Mel. in locis com quæ nos in pauca conferemus. Primum colligunt Phraſes Scripturarum, in quibus *credere* vſurpatur pro *confidere*. Maximè quòd apud Hebræos promiſcuè illa duo vſurpantur, vt Pſalm. 77. de diffidentia Hebræorum in deſerto, *quia non crediderunt in Deo & non ſperauerunt in ſalutari eius*. Hanc autem hebræorum conſuetudinem Apoſtolum haud dubiè ſequi affirmant. Ideo quòd ad Rom. 10. ſcribit. *Omnis qui credidit in eum nõ confundetur* apud Eſaiam legitur c. 8. *Omnis qui confidit in eum &c.* iuxta illud Pſal. 2. *Beati omnes qui confidunt in eo*. Vbi vtrobique vox eſt πιστών quod credere ſignificat. In quem etiam ſenſum accipitur Dan. 6. *Nulla læſio inuenta eſt in Daniel quia credidit Deo ſuo*. F

Allegationes, quod credere & confidere pro eodem vſurpãtur.

Reſponſio.

Ad hoc argumenti genus breuiter reſponde, quia indolem ſuæ cauſæ ſequitur omnis effectus, maximè in moralibus, propterea alterum pro altero promiſcuè accipi ſolere, fiducia itáque quia oritur tũ à fide, vt eſt expectatio quæ ad cognitiuã vim pertinet, quatenus id expectamus quod credimus nos poſſe conſequi; tum etiam à ſpe, vt eſt cum deſiderio conſequendi boni coniuncta, quæ ad vim appetitiuam pertinet; vtriuſque vocabulum aliquando ſortitur tam in prophanis quã in ſacris literis. Et hanc propriè ob cauſam fiducia denominatur à fide, vt docet Sanct. Thom. 1. 2. q. 40. articu. 2. ad a. & tam credere quam ſperare accipitur pro confidere. Non tamen propterea vtriusque natura cõfundenda eſt, loquendum enim cum vulgo (ad cuius captum etiam ſcriptura ſæpenumero ſe accommodat) ſentiendum cum paucis.

Fiducia ex fide & ex ſpe ſed diuerſo reſpectu oritur.

Sed magis vrgent proteſtantes quod Scriptura nomine fidei vult ipſam fiduciam propriè

A propriè intelligi. *O mulier magna eſt fides tua. Fides tua te ſaluam fecit. Si habueris fidem ſicut granum ſinapis &c. Poſtulet in fide nihil hæſitans. Credite in Deo veſtro & ſecuri eritis.* In quibus locis per fidem fiduciam: & per credere confidere ſignificati r. *Quod ſcripturâ fidem pro fiducia accipit.* Matth.15. Luc.7. Matth.17. Iacob.1. 2.Paralip.20.

Reſpondent his & ſimilibus locis dupliciter Catholici. Alij affirmando fidem his in locis propriè accipi pro credulitate omnipotentiæ & bonitatis Dei inter quos eſt dominicus Soto de natura & gratia libro ſecundo, capite ſeptimo, & Ioannes Heſſelius de ſpeciali fidè capite 18. & 19. *Reſpõſio duplex.* Alij concedendo fidem, vt multa alia in Scripturis ita fiduciam ſignificare. Significat enim fides (vt rectè colligit Andreas vega in Opuſculo de iuſtificatione, quæſtion. 1. & Albertus Pighius in Controuerſia de fide & iuſtificatione, noſterque Roffenſis in articu. 1. contra Lutherum) valde multa, in Scripturis non ſecus quam πίστις apud Græcos Authores, vtcunque eos immerito hoc nomine reprehendat Dominic. Soto loco ſupradicto. Has autem fidei ſignificationes collegimus & nos in Opoſculo noſtro de principiis fidei doctrinalibus libro vndecimo, capite 11. vt eas hic repetere non ſit neceſſe. Atque hæc poſterior firmior & tutior eſt reſponſio. Magnitudo enim fidei potius à fiducia voluntatis pendet quam à rationis & intellectus conſenſu, qui ferè in omnibus credentibus æqualis eſt.

Poſtremò id omnibus modis perſuadere volunt Proteſtantes, Apoſtolum Paulum fidei iuſtificantis nomine quam toties commendat, hanc fiduciam miſericordiæ diuinæ prorſus intelligere. *Quòd Paulus fidem pro fiducia accipit.* Sic enim diſputant. Ad Roman. 4. confertur promiſſio ad fidem

B correlatiuè. *Ideo ex fid: gratis, vt firma ſit promiſſio.* Hic disertè aſſerit ideo gratuitam eſſe promiſſionem, vt ipſi promiſſioni firmiter aſſentiamur ſine vllo ſcrupulo conditionis impletæ legis. Sic autem aſſentiri eſt fiducia amplectens promiſſionem. Quia in re conſideranda eſt vis promiſſionis euangelicæ. Non enim eſt inanis ſonus, ſed illi prorſus aſſentiendum eſt: quia *qui non credit Deo, mendacem eum facit*, & Abraham laudatur, quod *in repromiſſione Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide dans gloriam Deo.* 1.Ioan.5. Rom.4.

Hæc explicatio (ait Melan.) labefactari non poteſt. Sed labefactatur tamen facillimè, idque duobus modis. *Reſpõſio duplex.* 1. Primùm quia promiſſio Dei de miſericordia per Chriſtum quam fides reſpicit eſt generalis tantum, nec cuiquam in particulari reuelata aut promiſſa eſt illa miſericordia: ſicuti Abrahæ particulariter & ſpecialiter promiſſum eſt ſemen, & in ſemine eius benedictio generalis. Cui promiſſioni Dei tam quoad ſemen particulari quam quoad benedictionem generali, quia credidit Abraham ſine vlla diffidentia, imò cum certa fiducia, merito laudatur & iuſtificatur. Et nobis ergo promiſſiones Euangelicæ quæ generales ſunt, ſine vlla diffidentia amplectendæ ſunt, quatenus generales ſunt, & quantum ad ipſas attinet ex parte promittentis Dei infallibiles: *Chriſtum videlicet traditum eſſe propter delicta noſtra, &c.* Vt ſtatim ſubiungit Apoſtolus; docens *quòd & nobis quoque reputabitur, ad iuſtitiam credentibus.* Et hæc promiſsio generalis *eſt ex fide, vt ſecundum gratiam, id eſt, propoſitum prædeſtinantis* Dei, vt exponit Auguſtinus, de prædeſtin. ſanct. capite vndecimo. *Firma ſit promiſſio omni ſemini.* Et huic qui non credit, mendacem facit Deum: Qui inquam putat inanem eſſe tantum

C ſonum hanc prædicationem remiſsionis peccatorum per Chriſtum, & non eſſe indubitata fide amplectendam ab omnibus, vt ſalui fiant; ille mendacem facit Deum, & excidit à fide. Sed hæc talis fides non eſt fiducia Lutherana ſibi ipſi in particulari infallibiliter applicans generalem hanc promiſsionem, & ſemetipſum in eam concludens. De hac concluſione particulari nec Paulus, nec Scriptura vlla loquitur. Hæc ergo eſt cauſa erroris in Proteſtantibus, quòd quum promiſsionem aiunt ad fidem correlatiuè conferri, id eſt fidem circa ipſam promiſsionem perpetuò verſari, ipſamque indubitanter complecti non aduertant hoc totum verum eſſe de promiſsione generaliter accepta; non autem verum eſſe de promiſsione huic aut illi (de quo nihil Scriptura reuelauit) applicanda. *Cauſa erroris proteſtantium.*

Et notandum eſt Lutheranos ſanè non minus acriter docere promiſsionem hanc Euangelicam eſſe vniuerſalem, quàm docent eſſe gratuitã, fieri autem particularem in ſacramento, in quo quod fides in verbo generaliter accipit, ſuſcipienti applicatur in particulari per fidem. *Quo ſenſu Lutherani agnoſcunt promiſſionem euangelicã eſſe generalem*

Et hoc docent contra Caluiniſtas, qui partim nullam agnoſcunt in ſacramentis præ ſe
tis grariæ acceptionem, ſed olim acceptæ obſignationem, partim volunt promiſſio
Euãgelicas ſolis prædeſtinatis eſſe ptoprias: ſicuti in ſolis illis veri nominis fidem agr
ſcunt. At verò ſunt hæ promiſſiones generales non ſolum ex parte ſubiecti cui applic
tur, quia tam in electis quam in reprobis efficaces ſunt, (quanquam finaliter & perſe
ranter efficaces in ſolis electis, ſed etiam ex parte fidei ad quam correlatiue conferu
tur.

Et hæc eſt ſecunda ratio quæ hanc explicationem Lutheranorum labefactat. P
miſſio enim generalis ſecundum gratiam reſpicit fidem non ſolam aut quomodoli
Promiſſio generalis nõ reſpicit fidem ſolam. accepram, ſed fidem cum ſuis comitibus, pænirenria, charitate & aliis. Effectus enim g
tiæ ſeu propoſiti prædeſtinanris Dei, à quo firmitarem ſuam habet promiſſio, nõ ſolu
eſt fides ſed etiam charitas totáque mortificatio carnis & noua obedientia, vt docet A
guſtinus, de prædeſt. ſanct. lib. 1. cap. 10. & 11. Ideóque quod non omnes conſequunt
Euangelij promiſſa, non ſolum ex eo fit, *quòd non omnes credunt* (vt docet Mel. in loc. co
in tit. de promiſſione Euangelij & alij Lutherani exponunt) ſed quia deeſt interdum
dentibus pænitentia, charitas, mortificatio, cæteræque virtutes. Sine quibus nullam fi
vel reconciliationem ptimam, vel iuſtitiæ progreſſum; & per particulam *gratis*, non
virtutes aut earum conditionem, ſed harum virtutum dignitatem & meritum exclu
ipſimet Lutherani docent: rectiſſimè ſanè, excludendo meritum quod ad primam iu
ficarionem attinet; non rectè autem quantum ad progreſſum iuſtitiæ ſpectat. Ex quib
etiam intelligi poteſt, non ideo quia promiſſio eſt gratuita, aut quia fides gratis reſpi
Ex gratuita promiſſione non ſequitur fiducia Lutherana. promiſſionem, eſſe fidem iuſtificantem, fiduciam Lutheranam. Fides enim iuſtificans
ſpicit ſanè promiſſam miſericordiam ſine vllo præcedente merito noſtro, ad Titum
Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed per ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. ideóque ex
la parte magnam fiduciã concipit ſalutis ſuæ propriæ. Quia tamen docet Scriptura al
virtutes præter fidem à propoſito gratiæ Dei profluere, & in adultis requiri, non ſa
quæ mereantur reconciliationem, ſed quæ diſponunt ad eãdem (neque enim fides i
eam propriè meretur ex parte huius diſpoſitionis habet iuſtificandus quod impedi
quo minus indubitata fide credat ſe reconciliatum eſſe. Nõ tamen caret quo hoc firm
ter ſperet. Promiſſio ergo euangelica vtcunque ſit & gratuita, & firma, & efficax, fidéq
neceſſariò amplectenda. tamen quia generalis eſt, itémq; conditionata; fide ſpeciali, a
fiducia Lutherana amplecti eam nõ debemus; ideóque fides quæ illam correlatiuè r
picit, non eſt fiducia, ſed eſt fides Catholica vniuerſo Dei verbo aſſentiens.

Atque hæc ſunt ferè præcipua quæ ex Scripturis diſputant Lutherani veteres, vt
Flac. Illirici argumenta pro fiducia. dem iuſtificantem probent eſſe ipſam fiduciam. Habet tamen Illyricus in Claue Scri
turæ par. 1. quædam argumẽta quæ breuiter ſoluemus. Incredulitas eſt timiditas Mat
1. 6. *Quanto magis vos modicæ fidei:* & Matth. 14. ad Petrum *Modicæ fidei quare dubitaſti?* Ergo
des eſt confidentia. Reſponde per modicam fidem his locis ſignificari modicum & t
Modica fides eſt quadã incredulitas. nuem gradum fidei, non extenſiuè, ſed intenſiuè: non ex parte eorum quæ creduntu
ſed ex parte firmitatis qua credentes credunt. Reprehenditur enim illorũ fides qui cr
dunt Deum poſſe, ſed non ſatis firmiter & conſtanter credunt. Itaque non erat timic
tas, ſed propriè fidei defectus & quædam incredulitas, quam redarguit his locis Salu
tor qualem habuit pater lunatici clamans ad Chriſtum. *Credo domine. Adiuua incredulita*
2. *meam* quanquã ex hac incredulitate orta eſt timiditas, ſicuti ex fide naſcitur fiducia. S
Mar. c. 9. mile huic eſt & alterũ eius argumentũ Fortitudo eſt filia fiduciæ, fortitudo eſt filia fide
ergo fides eſt fiducia. Argumẽti vanitas ex ſimili apparebit. Rixa eſt filia iræ; Rixa eſt fil
Prouerb. 13. ſuperbiæ, (quia *in domo ſuperborum non deſinit iurgia*) ergo ſuperbia eſt ira. Vel in virtut
Euſdẽ virtutis & vitij matres diuerſæ. bus ſic. Parſimonia eſt filia temperantiæ; parſimonia eſt filia prudentiæ: ergo prudent
eſt temperantia. Nihil enim nouum eſt vel in moralibus eiuſdem aut vitij aut virtutis v
rias eſſe matres atque origenes, vel in naturalibus eiuſdem effectus varias eſſe cauſas,
ue ſubordinatas ſiue etiam diſparatas. Fides autem remota, fiducia verò proxima eſt a
certè magis propinqua fortitudinis & conſtantiæ in piis rebus cauſa. Argumentatur a
huc paulò (vt videtur) aptius. *Fides eſt ex auditu.* Sed Euangelicus auditus non eſt nu
3. narratio, aut doctrina ſpeculatiua, ſed practica, conſolatoria, adhortatiua, offerens pr
Rom. 10. miſſa bona &c. Ergo fides eſt fiducia acceptans quæ per verbum promittuntur. Effect

eni

A enim habet indolem cauſæ. Hoc proteſtantum argumentum quod magni faciunt, duplici nititur fundamenro, planè ficulneo & carioſo: ideoque nullas vires habeat neceſſe eſt. Supponunt enim primò verbum Euãgelicum eſſe ſolummodo promiſſionem miſericordiæ gratuitæ per Chriſtum: cætera autem quæ prædicantur, & docentur ad euãgelij propriè dicti prædicationem & doctrinam non pertinere, nec eſſe obiecta fidei iuſtificantis. Quam ſtultam opinionem ſuperius confutauimus. Supponunt ſecundò vocem Euangelij auditam quæ eſt efficax in iis qui audiunt, ideo ſic eſſe practicam &c. vt moueat efficaciter mentem ad ea acceptanda quæ promittuntur. Quam etiam ob cauſam aiunt fidem eſſe ipſum euangelium cordibus inſcriptum per Spiritum Sanct. quaſi lucem quandam & flammulam, qua excitatus animus apprehendit bona promiſſa & iuſtificatur. Sed & hæc ſuppoſitio, vt hoc malè ſupponit, quod ipſa fides ſit flammula faciens apprehendere bona promiſſa (de qua re poſtea) ita nihil ad propoſitum concludit. Verbum enim auditum per Spiritum Sanct. ſanè eſt efficax, ſed non in omnibus. *Non enim omnes obediunt Euangelio.* Roma. 10. quod etiam parabola de ſemine Luc. 8. luculenter docet. Rurſum vbi eſt efficax practicum & conſolatorium, non tamen generat talem fidem qualis eſt hæreticorum fiducia. Nec enim talem verbum fidei ſonat, vt indolem ſuæ cauſæ fides referat, (quanquam & illa propoſitio in cauſa inſtrumentali, qualis externa verbi prædicatio eſt, non eſt vera, ſed in cauſis per ſe agentibus) ſed generat verbum Dei fidem Catholicam qua vniuerſo creditur verbo, ſiue bona promittat, ſiue
B per comminationes deterreat, ſiue aliquid aliud doceat; & ex hac fide, adiuncta poſtmodum ſpe & charitate, oritur in animo fiducia ea bona conſequendi, quæ fides credidit. Auditus ergo verbi generat fidem, fides fiduciam. Sed non eſt fides ipſa fiducia. Atque hæc hactenus de priori & magis recepta Lutheranorum ſententia, quòd fides iuſtificans eſt ipſa fiducia acceptans gratuitam miſericordiam promiſſam, &c.

Verbum euãgelicum non eſt ſola promiſſio miſericordiæ.

Supra cap. 12.

cap. ſeq.

Auditus verbi qualē fidem generat & quomodo.

Alia Lutheranorum ſententia, quòd fides eſt manus ſeu organum quo Chriſtus, ſalus, iuſtitia apprehenditur, ideoque iuſtificans, exploditur.

CAPVT XXII.

C NVNC ſecundam ſententiam pauciſſimis expediemus, qua docetur fidem non iam eſſe fiduciam ipſam (nihil enim conſtans in ſua doctrina habent) ſed eſſe virtutem illam quaſique manum & inſtrumentum, quo Chriſtus mediator, quo iuſtitia & ſalus vniuerſa apprehenditur. Non quia fides ſit tanta & tam ſingularis virtus quæ quaſi mereatur Chriſtum & iuſtitiam omnem (quod Lutherus initio docuit ex triplici fidei virtute, vt nos ſuperius oſtendimus) ſed quia fides reſpicit propriè & purè Chriſtum mediatorem, gratis ignoſcentem: Itáque ſemper eſſe hanc propoſitionem, *fides iuſtificat*, correlatiuè intelligendam propter obiectum quod apprehendit, non propter ſe: hoc eſt, non fides ſed Chriſtus per fidem apprehenſus iuſtificat. Eſſe enim hanc fidei proprietatem ſeu proprium officium, vt promiſſionem Euangelij gratuitam accipiat; vel potius, vt in promiſſione Chriſtum, & in Chriſto miſericordiam iuſtitiam & ſalutem accipiat; non autem Charitatis, non operum non aliarum virtutum hoc officium eſſe poſſe. *Fides enim non alium quam gratuitæ Dei bonitatis reſ-* "
pectum habet (ait Caluinus) ideoque *eſt quaſi mendica manus* (ait Illyricus) *apprehendens bona* "
promiſſa: adeo ſanè, vt qui aliud præter fidem adfert, vt iuſtificetur ſuas opes oſtentet, & quaſi donan- "
tem omnia Deum contemnat. His ſanè de cauſis Apoſtolum non ſolum fidei tribuiſſe iuſtificationem, ſed etiam nominatim excluſiſſe opera notat Chemnitius ad Roman. 4.

Explicatur ſententia Lutherana de fide apprehendente.

ei qui non operatur, credenti autem in, &c. *Fides imputatur ad iuſtitiam*, operanti autem merces imputatur non ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Denique *ideo ex fide gratis* D (non ex lege) *vt firma ſit promiſſio*. Ad Rom. 4. fides ergo quia ſecundum gratiam ſine operibus quærit & accipit promiſſionem hæreditatis, ideò iuſtificat; accipiẽdo reconciliationem gratuitam, iuſtitiam, & ſalutem. Hæc eſt præcipua ſummatim collecta Proteſtantum ſpeculatio, vt oſtendant fidem ideo iuſtificare, quia tanquam manus & inſtrumentum huius rei proprium apprehendit iuſtitiam. Ad hoc etiam perſuadendum variis ſcripturis abutuntur, quas antequam expendamus, ſpeculationis huius vanitatem paucis oſtendemus.

Quod fides ideo non iuſtificat quia remiſſ. peccat. gratuito promiſſam accipit. Primum ideo in hunc modum ſpeculantur Proteſtantes, quia indicant ſola remiſſione peccatorum per Chriſtum, eáque gratuita prorſus, hominem iuſtificari; quam quia fides in Euangelio promiſſam audiens credit, & acceptat, propterea fidei proprium eſſe vt iuſtificet. Sed hæc huius ſpeculationis cauſa variis modis eſt falſa. Primum noſtra
1. iuſtificatio non eſt ſola remiſſio peccatorum, ſed præterea eſt infuſio nouarum quali-
2. tatum per Spiritum Sanctum, vt in alia Controuerſia eſt oſtenſum. Deinde fides non iuſtificat, hoc ſolo nomine quòd per fidem creditur per Chriſtum remitti peccata, ſed etiam quia creduntur omnia in Euangelio reuelata; quæ ſi non crederentur, nunquam
Act. 15. iuſtificaret fides: qua etiam credulitatis obedientia *purificatur intellectus*, vt ſit capax tam remiſſionis peccatorum quam gratiæ infuſæ. Tertiò fides eſt ſanè actus animæ, ipſiúſ- E
3. *Anima non accipit actiuè ſed ſuſcipit paſſiuè iuſtitiam.* que intellectus, per voluntatem, circa ea quæ creduntur: tamen quod ad iuſtitiam attinet, ipſamque gratiam iuſtificantem, ſeu in remiſſione peccatorum, ſeu in nouarum qualitatum infuſione illa conſiſtat, voluntas & intellectus circa vtramque magis paſſiuè ſe habent ſiue ſuſceptiue quàm apprehenſiuè, aut actiuè. Anima enim in ſuis potentiis & partibus iuſtificatur, rectificatur, & fit Deo grata, mutata in melius, & accepto beneficio reconciliationis & renouationis, non autem accipiens aut apprehendens illam.

Proteſtantum doctrina ſibi contraria. Quod ſanè adeò verum eſt, vt hæretici hodiè hac etiam in parte modum excedentes, (ſunt enim in hac re vt in aliis multis ſibiipſis contrarij, quia in mendaci ſua doctrina ſatis memores non ſunt) affirment animam humanam primam gratiam ſuſcipere ſo-
Suprà lib. 4. lo Dei opere in ea, ſine vllo motu Liberi arbitrij. Quam eorum ſententiam in Controuerſia de Gratia, & Libero arbitrio ſtudioſè refutamus. Si ergo primam gratiam quæ ſanè iuſtificans eſt anima ſic ſuſcipit, vt patiatur tantum non agat, quomodo illam actu apprehendit? Dicent fortaſſe quod fidem ipſam quæ Dei donum eſt anima pa-
Anima donatur fide & iuſtitia, non apprehendit illam. tiendo ſuſcipit, ſed accepta fide agit iam ipſa & apprehendit iuſtitiam. Sed hoc nugamentum illud euertit, quod iuſtitia ipſa non minus eſt purum Dei donum quàm fides; ſiue nomine iuſtitiæ remiſſionem peccatorum ſiue Chriſtum ipſum cum ſua iuſtitia, ſiue Spiritum Sanctum cum ſuis donis intelligant. Si ergo nullæ ſunt Liberi arbitrij aut voluntatis humanæ partes in ipſa fide, nec in iuſtitia erunt. Adde quòd ſecun-
" dum Lutheranos ipſa fides eſt tota iuſtitia. *Fides* (ait Melanch. in Apologia) *eſt illa* F
" *res quam Deus pronunciat eſſe iuſtitiam, & addit imputari gratis*, ad Romæ. 4. Quod ſi ita eſt, non alio modo iuſtitiam apprehendimus quàm fidem ipſam. Non ergo voluntas humana apprehendit iuſtitiam per fidem vt iuſtificetur, ſed donatur tum ipſa fide tum iuſtitia vt iuſta ſit: & vtramque accipit homo, *voluntate comitante non ducente, & pediſſe-*
Epiſt. 106 *qua non prævia*; vt de gratia iuſtificante contra Pelag. ſcribit Auguſt.

Actus reliquarum virtutum apprehendunt iuſtitiam nõ ſecus quàm fidei. Quartò non ſolus actus fidei apprehendit promiſſionem gratuitam, vt homo iuſtificetur, ſed (in quo caput erroris Proteſtantum eſt hoc non aduertentium) quemadmodum actus fidei credens Deum eſſe miſericordem & fidelem in ſuis promiſſis, ita actus ſpei erigens hominem ad promiſſam miſericordiam ſibi applicandam, ita & actus charitatis diligens Deum vt totius iuſtitiæ fontem, ita denique actus pœnitentiæ proponens vitæ nouitatem cum odio peccati, &c. apprehendunt promiſſionem gratuitam, id eſt diſponunt hominẽ ſufficienter ad illam apprehendendam ſiue con-
In prolog. lib. 5. prolog. 1. ſequendam vt olim in Prolegomenis, alterius Controuerſiæ ex Scripturis oſtendimus, iuxta Conc. tridẽt. doctrinam ſeſſ. 6. c. 6. Itáque non eſt proprium fidei officium (vt Proteſtantes imaginantur) ſed commune hoc eſt ſpei, charitati, cæteriſque virtutibus neceſſariis.

Neque

A Neque obſtat quod fides non alium quam gratuitæ Dei bonitatis reſpectum habet. Cauillationum hæreticarum abſterſio.
Neque enim alium reſpectum habet ſpes, charitas, pœnitentia. Spes enim veniæ nihil
aliud reſpicit quam Deum miſericordem: charitas diligit Deum vt totius bonitatis
fontem & largitorem. pœnitentia dolet de peccato propter amorem Dei. Rurſum qui
hæc adfert vt iuſtificetur non magis ſuum aliquid adfert quam quando fidem adfert.
Actus enim horum omnium non minus ex ſpeciali auxilio proueniunt, quam actus fi-
dei. Habitus horum omnium non minus ſunt dona Dei gratuita, quàm habitus fidei.
Denique fides non ſecus eſt opus noſtrum, quàm eſt ſpes, charitas pœnitentia. Itáque
non minus ſunt mendica manus hæc tria quàm eſt fides. Nec denique Paulus requirēs
fidē & excludēs opera, has virtutes à ſpeciali Dei auxilio profectus & fidei coniunctus
excludit; Sed excludit opera ſine fide: excludit legē ſine Mediatoris gratia: & fidē exigit
quæ ſit bonorum operum fundamentum: fidem inquam Mediatoris, *per quam ſtatuitur* Auguſt. de ſpiritu & li. cap 30.
lex non euacuatur ad Roman. 3. *quia impetrat gratiam qua lex impleatur*. Iſtæ enim virtutes ſi-
ue earum actus in prima quidem iuſtificatione neceſſariò adeſſe debent (quod Luthe-
rani ipſimet agnoſcunt) non tamen vt mereantur iuſtitiam, ſed vt diſponent ad illam,
ideóque à Deo iuſtitiam gratuitò per harum virtutum actus non ſecus quàm per actum
fidei accipimus. In progreſſu autem iuſtitiæ, etſi illæ virtutes non ſolum diuinæ boni-
tatis ſed etiam iuſtitiæ diuinæ reſpectum habent, qua ſcilicet *coronam iuſtitiæ iuſtus index*
bonum certamen certantibus reddit, 2. Timoth. 4. tamen & in ipſa iuſtitiæ mercede gratui-
B tam bonitatem agnoſcunt; quia cum illas Deus coronat, ſua dona coronat. Rurſum
in iuſtificatione impij (quæ propriè eſt iuſtificatio gratuita ab Apoſtolo toties inculca-
ta vt ex cap. 3. ad Roman. circa finem euidenter apparet) ſingulæ virtutes ſecundum
proprios ſuos actus gratuitam Dei bonitatem reſpiciunt, non ſecus quam fides.

Poſtremò nec harū virtutum conditio promiſſionem Dei gratuitā infirmat, nec ideò
eſt firma promiſſio gratuita, quia ex fide eſt in ſenſu Proteſtantum, id eſt quia ſola fi-
des ſine reſpectu aliarum virtutum promiſſionem apprehendit, & in ea Chriſtum. Sed
ideo ex fide (quæ eſt donum Dei non humanæ voluntatis merum opus) *eſt promiſſio non* Quomodo promiſſio ex fide non ex lege.
ex lege, vt ſecundum gratiam id eſt propoſitum Dei vocantis ad fidem quos vult firma ſit
promiſſio; & *vt ſit firma omni ſemini*, quia fides Mediatoris gentibus etiam communis
fuit, non iis tantum qui ex lege: idque iuxta gratiam ſeu propoſitum Dei; *qui non eſt* Act. 10.
acceptor perſonarum, ſed in omni gente qui timet eum & operatur iuſtitiam, (ſcilicet ex dono ſpe-
cialis gratiæ eius) *acceptus eſt illi*. Ideo ergo ex fide, vt omnibus in Chriſtum credentibus,
etiam ſi legem non acceperunt (*non enim Iudæorum tantum Deus, ſed & gentium*) aut legis Rom. 3.
mandata prius non adimpleuerūt (*non enim ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos*, &c. *ſaluos nos* Tit. 3.
fecit:) promiſſio, (id eſt ſemen promiſſum cum benedictione, reconciliatione, & re-
nouatione Spiritus S. in qua ſuos regenerat) communicaretur. Quum tamen dici-
tur credentibus communicari, & *omnes qui credunt in eum iuſtificari*, cogitandum eſt quod Non ſolis credentibus datur promiſſio.
alibi dicitur. *Pœnitentiā agite & baptiſetur vnus quiſque veſtrum & accipietis remiſſionem pec-*
catorum. Item, *qui non diligit manet in morte*. Item *ſpe ſalui facti eſtis*. Non ergo ideo ex fide Act. 2.
C gratis, vel ſecundum gratiam eſt promiſſio, quia ſola fides apprehendit illam ſine pœ- 1. Ioan. 2.
nitentia, charitate, ſpe; ſed quia fides mediatoris imprimis eſt iuſtificando neceſſaria, Rom. 8.
ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, ad Hebr. 11. quæ tamen ſola *ſine operibus non iuſtificat*, Iac.
2. imò, *ſi tanta eſt vt* in nomine Mediatoris *montes transferat, ſine charitate tamen nihil eſt*,
1. Cor. 13.

Argumenta Lutheranorum ex ſcripturis pro apprahendente ſua fide deiiciuntur.

CAPVT XXIII.

SED nunc argumenta hæreticorum ex Scripturis expendamus,quibus D
hoc proprium officium fidei ſtabilire nituntur,quòd illa ſola apprehé-
dat in promiſſione Euangelij Chriſtum, in Chriſto ſalutem & iuſti-
1. tiam; non autem charitas aut aliæ virtutes. Proferũt illud Ioan.1. *Quot-*
quot receperunt eum,dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Mox explicat quomo-
do accipiatur Chriſtus, *iis qui credunt in nomine eius*, Reſponde,fide acci
2. pi Chriſtum ſed non ſola. Proferunt illud Ioan.17. *verba tua dedi illis &*
ipſi acceperunt,& agnouerunt. & crediderũt. Reſponde hic nihil dici quomodo fides accipit
3. Chriſtũ,ſed quomodo fides accipit verbũ Dei. Proferunt 3. *Gentes quæ non ſectabantur iu-*
ſtitiã apprehẽderunt iuſtitiam,quæ ex fide eſt. Iſrael autem ideo non apprehendit, quia non ex fide ſed ex
operibus quærebat iuſtitiam. ad Rom.9. vtrumque diſertè ponit non operibus ſed fide ap-
præhendi iuſtitiam in Chriſto.

Reſponde, Neutrum dicit Apoſtolus vel ex fide apprehendi vel ex operibus non apprehendi iuſtitiam in ſenſu Proteſtantum;ſcilicet vt fides ſit motus animi acceptans quaſique inſtrumentum & manus apprehendens oblatam iuſtitiam. Sed docet gentes apprehendiſſe id eſt conſequutas eſſe iuſtitiam:illam ſcilicet quæ eſt iuſtitia fidei. Non dicit ex fide eſſe eas illam conſecutos:licet aliis in locis hoc ſanè dicat,nuſquam tamen ſolam fidem in ſua ſimplici natura intelligens. Negat etiam Iſraël conſecutum eſſe iuſtitiam, *quia non ex fide*, id eſt quia in Mediatorem non credebant; *offenderunt enim in lapidem offenſionis.* Ibidem:non autem quia ſibi ſpecialiter remitti peccata non credebãt. E
Proferunt quartò, Propoſitionem hanc, *fide iuſtificati pacem habemus*; ad Rom.5. ſic explicat Apoſtolus eodem loco: *Accepimus reconciliationem*, item *accipientes abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ,regnabunt in vita per Chriſtum.* Ergo fide iuſtificari apud Apoſtolum

Accipere Chriſtum vel beneficia Chriſti, quẽ ſenſum habet.

eſt per fidem accipere iſta prædicta. Sic ad Gal.3. dicitur, *vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem* ad Coloſſ.2. *ſicut accepiſtis Chriſtum ita in eo ambulate*, Act.10. *remiſſionem peccatorum recipere omnes per nomen eius qui credunt in eum.* Reſponde per has formas ſermonum accipere & apprehendere iuſtitiam vel Chriſtum, &c. non ſignificare Apoſtolum motum animi quo credens applicat ſibi iuſtitiam, Chriſtum, &c. vt imaginantur Proteſtantes: ſed docet Apoſtolus quod credendo conſequimur iuſtitiam, Chriſtum, &c. Nec aliud in his intelligit quàm per alias illas propoſitiones. *Iuſtitia Dei per fidem in omnes, & Deus iuſtificat gentes ex fide*, videlicet fidem Mediatoris eſſe diſpoſitionem neceſſariã qua imbutus eſſe debet qui iuſtificatur. voces autem has apprehendere & accipere apud Apoſtolum,non applicationem ſed conſecutionem deſignare, ex aliis locis luculenter apparet. *certa bonum certamen fidei vt apprehendas vitam æternam.* & ibidem. *Diuites in bonis operibus apprehendant veram vitam. Non quod iam acceperim aut perfectus ſim. Sic currite vt apprehendatis*, id eſt vt brauium accipiatis. Sic verbum accipiendi in Euangelio: *Centuplum accipietis. Omnis qui petit accipit. vnuſquiſque mercedem accipiet.* & alia permulta. Et obſerua in locis ex Apoſtolo citatis, apprehendi vitam æternam per bona opera, & legitimè certando. Vbi iterum hoc proprium officium fidei quod affirmant hæretici euertitur, & bonis quoque operibus tribuitur. Apprehenſio inquam quatenus conſecutionem ſignificat. Nam quatenus motum animi ſibi applicantem promiſſam iuſtitiam, & certò ſtatuentem ſe habere iuſtitiam ſignificat, nec fidei nec vlli alteri virtuti in Scripturis tribuitur. F

Rom.3.
Gal.2.

Apprehendere in Scripturis nõ applicationem ſed conſecutionẽ ſignificat.

1.Timo.6.
Philip.3.
1.Cor.9.
Matth.19.
Luc.11.
2. Cor.3.

Bona opera apprehendunt vitam æternam.

Proferunt poſtremò & has ſcripturas: *iuxta fidem veſtram fiat vobis.* Matth.9. *Si potes credere omnia poſſibilia ſunt credenti.* Marc.9. quibus probent proprium eſſe fidei, vt ſit organũ accipiens beneficia Chriſti. Sed falluntur dupliciter. Primum quia fides in his locis requiritur, non vt inſtrumentum, quo accipiatur beneficium aliquod oblatum aut promiſſum, (non enim illis locis vel cæcis illis Math.9. viſum, vel Lunatico ſanitatem Marc. 9. promiſerat Chriſtus) ſed requiritur vt neceſſaria diſpoſitio præuia, ab beneficia Chriſti obtinenda; quia *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo*, vel ſalutem obtinere à Deo. Deinde falluntur quia fides quàm hic exigit Chriſtus, eſt fides omnipotentiæ ſuæ & fides Catholica, non eſt fides ſpecialis Lutherana vt olim oſtendimus. Eſt ergo merum nugamentum hoc alterum Lutheranorum figmentum de fide apprehendente, & de ſenſu correlatiuo huius propoſitionis; fides iuſtificat. Nam ex apprehenſione quam fingunt ſequitur correlatiuus ille reſpectus quem ponunt; vt illa iam euerſa corruat quoque hoc alterum neceſſe ſit.

Fides quo ſenſu à Chriſto requiritur ad obtinenda eius beneficia.

Hebr.11.

Deſi-

A *Definitio Caluiniana fidei iuſtificantis per ſingulas eius partes ſigillatim, euertitur.*

CAP. XXIIII.

VENIAMVS nunc ad Caluini proprium idolum de hac ſpeciali fide iuſtificante. Nam in duplici quidem modo ſpecialitatis ſupradicto, cũ Lutheranis conuenit; nempe in proprio & ſpeciali obiecto, itemque in eiuſdem obiecti ſpeciali non generali tantum determinatione. Sed verò in modo determinationis huius ab illis diſcrepat. Modum enim quo fides ſibi applicat & determinat promiſſionem, & in promiſſione iuſtitiam, non vult eſſe aut fiduciam aut apprehẽſionem antedictam, ſed vult eam eſſe perſuaſionem firmam; in intellectu non in ſola voluntate poſitam, & circa iuſtitiam verſari iam acceptam non accipiendam. Definit enim fidem iuſtificantẽ eſſe [*diuinæ erga nos beneuolentiæ firmam certamque cognitionem, quæ gratuitæ in Chriſto promiſſionis veritate* (non apprehenſionem) *fundata, per Spiritum S. & reuelatur mentibus noſtris, & cordibus obſignatur.*] Hæc ille. Inſtitu. lib. 3. ca. 2. ſect. 7. Huius Caluinianæ definitionis partes ſingulas, quia ſpecialem fidem à pleriſque iam proteſtantibus defenſam accuratè explicat, & quia multas Catholicæ doctrinæ ſententias nefariè taxat, diligenter expendere &
B confutare neceſſarium eſt.

Diſcrimen ſeutitia Caluinianæ à Lutheranæ.

Primum ergo vult Caluinus fidem eſſe *firmam certamque cognitionem.* Hoc poſtea explicat *non eſſe comprehenſionem qualis eſt rerum ſenſibilium, ſed eſſe perſuaſionem certam, omni intelligentia ſublimiorem & certitudine magis quam apprehenſione conſiſtere:* Rectè hoc quidem. Sed interim tamen ſic certam cognitionem fidei tribuit, vt fidem implicitam à ſcholaſticis traditam euertat. Ait enim docere ſcholaſticos *fidem implicitam ad ſalutem quibuſdam ſufficere, quæ ſit craſſa & affectata ignorantia, parata tamen reuerenter credere quicquid Eccleſia præſcribit.* Contra ille, *fidem* ait *non in ignorantia, ſed in cognitione eáque certa & explorata de miſericordia Dei per Chriſtum mediatorem ſitam eſſe; & hac cognitione non ſenſus noſtri ſubmiſſione ingreſſum in regnum cælorum obtineri:* quod ex Apoſtolo ad Rom. 10. confirmat, *corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Hic enim (ait) *explicatam requirit Apoſtolus diuinæ bonitatis agnitionem. Rurſum ſi Paulus damnat ſemper diſcentes & nunquam ad veritatis cognitionẽ peruenientes,* 2. Timot. 3. *quanto magis eos qui data opera affectant nihil ſcire?* Hæc pro certa cognitione contra implicitam fidem Caluinus. Reſponde breuiter implicitam fidem quã ſcholaſtici docent, nec eſſe affectatam ignorantiam (quam illi diſertè docent non excuſare omnino vel à toto vel à tanto) nec verſari nunc circa myſteria mediatoris Chriſti, ſed illa omnia poſt aduentum Chriſti explicitè credi tam à minoribus quam à maioribus: ea verò tantum credi implicitè, & in fide maiorum, quæ ſubtiles habent conſiderationes circa incarnationem Chriſti (vt docet Sanctus Thom. 2.2. q. 2. articu. 7.) vel circa
C alia fidei myſteria, tanquam antecedentia & conſequentia eiuſdem *quæ ſalua fidei compage diuersè à diuerſis intelligi & explicari poſſunt.* Vt docet Auguſtinus, libro 1. contra Iulianũ & de peccat. orig. libro 2. cap. 23. In huiuſmodi enim intelligendis ſubiicimus nos Eccleſiæ iudicio: iuxta illam Auguſtini doctrinam. *In Catholica Eccleſia ad ſinceriſſimæ ſapientiæ cognitionem pauci ſpirituales in hac vita perueniunt: cæteram vero turbam non intelligendi viuacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit.* Hæc ille contra epiſt. fundamenti cap. 4. hæc credendi ſimplicitas eſt, implicita fides, quã Caluinus taxat, & ſępenumero in Scripturis laudata. 2. Cor. 1. & 12. Sapient. 1. & Prouerb. 11.

Lib. & cap. eodem ſect. 15.
Caluini diſputatio cõtra implicitam fidem.
Ibidem. ſect. 2. & 3.
Implicita fides quæ & qualis ſit.

Rurſum fides Deo accepta non eſt certa cognitio quatenus ignorantiæ opponitur, vt Caluinus vult, ſed eſt ſenſus noſtri ſubmiſſio inobedientiæ oppoſita quod ille contra Apoſtolum negat; qui diſertè docet *captiuari intellectum in obſequium Chriſto,* & laudans fidem Romanorum laudat *eorum obedientiam* cap. 6. & 16. ſicut etiam *obſequium fidei* in Philippenſibus laudat: Theſſalonicenſes vero taxari vult *qui non obediebant verbo eius.* Denique incredulos vocat qui *non obediunt Euangelio.* Et in doctrina fidei iubet *obedire præpoſitis.* Poſtremò hæc obedientia fidei eſt obedientia Eccleſiæ præſtita vt in Opuſculo noſtro de Principiis fidei doctrinalibus demonſtrauimus. Et ex hac parte fides *Dat gloriam Deo* (vt fides Abrahæ) quia obedit Deo dicenti, ſiue ratione quod dicitur percipiat ſiue

Quod fides non ſit certa cognitio in ſenſu Caluini.
2. Cor. 10.
Rom. 1.
Fides eſt ſenſus noſtri ſubmiſſio.
Philip. 2.
2. Theſſal. 3.
Rom. 10.
Hebr. 13.
Lib. 8. cap. 10.
Rom. 4.

A eſſe,ſed vel cuiquam in particulari illam pateſieri,vel abſolutè promitti credentibus tã- Suprà cap. 21.
tùm,falſum eſt,vt de vtróque ſupra oſtendimus. Volens tamen probare Caluinus fidei
plerophoriam ſeu perſuaſionem talem in Scripturis deſcribi,quæ diuinæ beneuolentiæ
promiſſiones nobis ipſis ſingulariter proponit,profert illud Apoſtoli,*per Chriſtum nos ha-* Epheſ.3.
bere fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius. Vnde infert docere Apoſtolum *non eſſe*
rectam fidem niſi cum tranquillis animis,audimus nos in conſpectum Dei ſtatuere. Quæ audacia non
niſi ex diuinæ beneuolentiæ ſalutiſque certa fiducia naſcitur. Hæc ille. Reſponde dupliciter. Pri-
mum ex fide quidem naſci fiduciam & acceſſum ad Deum in confidentia, ſed nõ ex ſo- *Fiducia non naſcitur ex ſola fide.*
la fide hanc naſci fiduciam verumetiã ex charitate,& vitæ integritate,iuxta illud. Ioan-
nis *filioli manete in Deo,vt quum apparuerit habeamus fiduciam (qui manet autem in charitate ma-* 1.Ioan.2.
net in Deo) & iterum ſeq.cap. *Si cor noſtrum non reprehenderit nos fiduciam habemus ad Deum:* 1.Ioan.3.
Deinde falſum eſſe ſine hac fiducia non eſſe rectam fidem,id eſt,veri nominis fidem. Eſt
enim ſine fiducia vera fides,licet minus frugifera & valida;quia aut aliis virtutibus caret, *Sine fiducia eſt vera fides.*
quæ pariter cum fide hanc fiduciam pariant;aut vtcunque veris virtutibus ornata ſit, ex
puſillanimitate tamen & defectu ſpei,fiduciam quę iuſtè concipi poterat non capit.Ha-
bemus ergo fiduciam de diuina beneuolentia erga nos per fidem;ſed nec per ſolam fidẽ
quaſi cauſam integram,illam habemus;nec eſt à fiducia inſeparabilis fides, licet vera fi-
ducia à fide ſeparari nequeat,quæ radicalis & partialis eius cauſa eſt.

Arguit tamen adhuc Caluinus,*quòd hic præcipuus fidei cardo vertitur,ne quas dominus offert*
miſericordiæ promiſſiones extra nos tantum veras eſſe arbitremur,ſed vt eas potius intus complectendo
B *noſtras faciamus:* Moxque infert.*verè fidelis non eſt,niſi qui ſolida perſuaſione Deum ſibi propitium*
eſſe perſuaſus,de eius ſibi benignitate omnia pollicetur:& niſi qui diuinæ erga ſe beneuolentiæ promiſſio-
nibus fretus,indubitatam ſalutis expectationem præſumit; vt Apoſtolus his verbis demonſtrat. Hebr. 3.
Si fiduciam & gloriationem ſpei vſque ad finem firmam retineamus.Sic enim non bene ſperare in do-
mino exiſtimat,niſi qui confidenter ſe regni cæleſtis hæredem glorietur. Hæc ille. Reſponde hæc *Quo ſenſu Domini promiſſiones noſtras faciamus.*
Apoſtoli verba ſpei firmitatem & naturam, non fidei,nobis deſcribere. Nemo tamen
verè fidelis,ex ſpe hæreditatis confidenter gloriatur ſe eſſe regni hæredem; ſed firmiter
hoc ſperat atque confidit;tantóq; firmius, quanto non in fide, ſed in charitate maiores Rom.5.
progreſſus fecerit.*Spes enim non confundit quia Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris.* Quod
egregiè docens Ioannes *In hoc*,inquit,*perfecta eſt charitas Dei nobiſcum,vt fiduciam habeamus* 1.Ioan.4.
in die iudicij.Timor non eſt in charitate,ſed perfecta charitas foras mittit timorem. Fiduciæ contra-
rium,quod de fide nuſquam legitur.Eſt ergo officium ſpei,non fidei vt promiſſiones ge-
nerales ſuas faciat;ita tamen vt ſpes charitate fulciatur,ſine qua vana & impia eſſet præ-
ſumptio.

Addit poſtremò Caluinus, *fidelem non eſſe niſi qui poſſit ſuæ ſalutis ſecuritati innixus cum*
Paulo dicere.Certus ſum,vel vt ille legit,*confiſus ſum,quòd neque mors neque vita, &c. potuerunt*
me ſeparare à charitate Dei quæ eſt in Chriſto,id eſt, (ait Caluinus) *qua Deus nos complectitur in Chri-* Rom.8.
ſto. Sed neque hic locus hanc perſuaſionem diuinæ beneuolentiæ eſſe fidem probat. *Certitudo Paulina non probat certitudinẽ gratiæ.*
Primum enim Apoſtolus hanc certitudinem ſeu confidentiam non ſperandi à Deo,tri-
buit charitati *propter quam mortificari ſe* dicit *tota die*,non fidei. Deinde non omnium fide-
C lium talem eſſe certitudinem affirmat,ſed huiuſmodi tum ſuam fuiſſe,videlicet ad altiſ- 1.
ſimum diuinæ charitatis gradum illo iam ſubleuato,ſcribit.vt Auguſtinus De gratia & Rom.8.
lib.arb.cap.17.& Chryſoſto. in com. in hunc locum exponunt. Tertiò nec ipſe Paulus 2.
talem ſemper certitudinẽ habuit,vt notat ſuper hunc locum Origenes.Alias enim,ait *ſe* 3. 1.Cor.9.
caſtigare corpus ſuum,&c.ne fortè reprobus efficeretur,& ter dominum rogat, vt auferatur ſtimulus 2.Cor.12.
carnis &c. Denique diſertè profitetur: *Non quòd iam acceperim aut iam perfectus ſim ſequor au-* Philip.3.
tem ſi quo modo comprehendam,&c. quæ ſanè omnia metuentis de ſuæ voluntatis lubrico,
non confidentis voces ſunt.Poſtremò certitudo illa qua Apoſtolus dicit *ſe certũ eſſe quòd* 4
nihil eum ſeparabit à charitate &c.Non eſt certitudo fidei in promiſſionis veritate fundata *Certitudo Paulina fuit ſpei nõ fidei certitudo.*
(neque enim talem à Deo promiſſionẽ de ſuæ perſeuerantiæ certitudine accepiſſe Apo
ſtolum legitur)ſed eſt certitudo ſpei ſeu fiduciæ,qua ſe hoc certò confidere non ex fide
credere affirmat.Quo etiam ſenſu dixit. *Certus ſum de vobis quoniam pleni eſtis dilectione &c.* Rom.15.
& alibi, *Certus ſum autem quod & in te habitat fides non ficta quæ habitauit in matre tua.* Quibus 2.Tim.1.
omnibus in locis vox Græca eſt eadem πέπεισμαι. Non tamen Apoſtolus de dilectione
Romanorum,aut de fide non ficta Timothei,certitudinem fidei habuit, ſed ſpei tãtum-
modo atque fiduciæ bonæ: quæ eſt etiam in ſuo genere certitudo,vt in proxima cõtro-

uerſia latius oſtendetur. Atque hæc ſunt omnia quæ affert Caluinus Inſtit.lib.3.cap.2. par.15.& 16.pro ſua perſuaſione certa quam fidem eſſe vult ex parte promiſſionis. Alia quidem multa diſputat eodem cap.par.7 vt obiectum fidei proprium oſtẽdat eſſe ipſam gratuitam promiſſionem, & nullam aliam Dei verbi partem. Sed ea omnia iam ſuperius circa ſpecialis fidei obiectum confutauimus. D

Alterum quo nititur indubitata hæc perſuaſio ſalutis propriæ, quam fidei naturam Caluinus eſſe vult, reuelationem Spiritus Sancti affirmat eſſe Caluinus; qui talem perſuaſionem mentibus noſtris reuelat. Docet autem lib.3.c.eodẽ par.33.ideò per Spiritũ Sanctum reuelari in mentibus talem perſuaſionem, quia Dei donum per Spiritum ſanctum eſt fides. In qua re demonſtranda multum laborat, impingẽs Catholicis apud nos paradoxotaton eſſe, quòd fides ſit donum Dei. Sed notanda eſt hoc in loco & putida calumnia, & peruerſa huius hominis ratiocinatio. Putida calumnia eſt negare catholicos fidem eſſe donum Dei quum nihil ſit in Eccleſia, in ſcholis, in fide Chriſtianorum notius & receptius. Peruerſa eſt ratiocinatio, vt fidem oſtendat eſſe diuinæ beneuolentiæ perſuaſionem, in hoc ſolo ponere Spiritus Sancti reuelationem quod fides eſt donũ Dei. Non enim quia fides eſt donum Dei, talem perſuaſionem in mente & intellectu noſtro reuelat Spiritus S. ſed illa omnia intellectui noſtro dictat & manifeſtat Spiritus S. quæ per verbum Dei reuelantur nobis; idque tantummodo per ſcriptum verbum ſi illis credimus. Talis autem diuinæ beneuolentiæ in ſpeciali perſuaſio quum in verbo Dei ſcripto nuſquam reueletur, ex ſupernaturali Spiritus S. dono (quo fides verbo Dei adhibita generatur) vaniſſimè infertur talis perſuaſionis per Spiritum Sanctum reuelatio. E

Putida Caluini calumnia.

Quomodo Spirit. S reuelet cordibus noſtris diuinæ beneuolentiæ perſuaſionē iuxta Caluinum.

Cæterum qualem demum perſuaſionem hoc ſingulari ſuo commento intelligat Caluinus, in poſtrema ſuæ definitionis particula exponenda, aperit: Ait enim eodem cap. par. 36 *non ſolum menti ſeu intellectui reuelari, ſed etiam cordi, ſeu affectui, & voluntati, hanc perſuaſionem per Spiritum S. infigi quodammodo atque obſignari*, quia Spiritus S. eſt quaſi ſigillum & arca ad illas Dei promiſſiones in cordibus noſtris obſignandas, quarum certitudinem prius mentibus impreſſerit. Quia videlicet non ſolum cæcitatem à mente & intellectu Spiritus Sancti lumen reuelando diſpellit, ſed etiam diffidentiam omnem è corde & voluntate idem Spiritus S. (corda noſtra obſignando) extirpat, plenáque voluntatem ſecuritate confirmat ſicuti intellectum veritate illuſtrarat. Has enim vult eſſe proprias partes Spiritus S. vt quas promiſſiones Deus Pater per Filium nobis verbo offert, eaſdem ille & mentibus noſtris manifeſtet, intellectum illuminando, & præterea cordibus atque affectibus altiſſimè imprimat atque inſculpat, ſuo videlicet teſtimonio quaſi ſigillo & pignore certiſſimo animum credentis obſignans. Sic enim demum fidem illam quæ ſit certa & firma cognitio ſiue perſuaſio diuinæ erga nos beneuolentiæ in nobis generari docet. Quare grauiter eodem cap.par.33. ſcholaſticos perſtringit, " *quòd in fidei conſideratione nudũ ac ſimplicẽ ex notitia aſſenſum arripiunt, præterita cordis fiducia &* " *ſecuritate*. Quæ reprehenſio partim falſa eſt, partim immerita. Non enim aſſenſum ſimplicem ex notitia, ſed firmiſſimum & validiſſimum aſſenſum ex reuelatione diuini Spiritus in verbo ſuo loquentis fidei tribuunt ſcholaſtici & Catholici omnes. Cordis autẽ fiduciam in fidei conſideratione meritò prætereunt Scholaſtici, quia non ad fidei naturam illa pertinet, ſed ex fide aliiſque virtutibus generatur, vt ſuprà oſtenſum eſt. F

Scholaſticorũ defenſio.

Quo ſenſu Spiritus S. obſignet corda credentium, contra ſenſum Caluini ex Scripturis luculenter oſtenditur.

CAPVT XXV.

Hoc

A HOc autem ſuum ſingulare commentum Scripturis etiam perperam intellectis, eodem in loco ſtabilire conatur. Dicit Spiritū Sanctum non ſolum inchoare fidem, ſed etiam eam per incrementum ad perfectionem deducere, quia varia ſunt Spiritus ſancti dona ad Rom. 12. & 1. Cor. 12. Agnoſcimus vario diuini Spiritus Sancti munere, & dari fidem vt credamus & augeri vt credentes fortius credamus, & denique perfici vt nullis tentationibus illa fidei fortitudo labefactari queat, *vobis datum eſt non ſolum vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini.* Sed hoc incrementum & iſta perfectio non eſt ipſa fides: ſicut certè aliud eſt Sacramentum fidei, quod eſt baptiſmus, per quod infunditur paruulis fides, aliud Sacramentum confirmationis per quod eadem fides roboratur, vel (quia hoc apud hæreticos hodiè controuerſum eſt) aliud erat fides Petri qua Chriſto vocāti credidit Matth. 4. & quàm confeſſus eſt Matth. 16. aliud incrementum eiuſdem fidei accepto Spiritu S. in die Pentecoſtes, qua & prædicauit Iudæis Chriſtum Act. 2. & interdictam à Scribis prædicationem proſecutus eſt, Act. 4. Rurſum hoc fidei incrementum & perfectio quam Spiritus S. in cordibus noſtris facit, non eſt (vt Caluinus tradit) *inuictum ſecuritatis propugnaculum contra omnem diffidentiam de ſuæ ſalutis certitudine*, ſed eſt robur & munimentum contra incredulitatem & apoſtaſiam à fide nobis tradita. Apoſtoli hoc ſenſu dixerunt. *Domine, adauge nobis fidem.* Pater lunatici incrementum fidei poſtulans clamat. *Adiuua Domine incredulitatem meam.* Hortatur Timothæum Apoſtolus, *vt formam ſeruet ſanorum verborum quæ ex illo audiuit in fide,* & addit: *bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum S. qui habitat in nobis Scis enim quòd auerſi ſunt à me omnes qui in Aſia ſunt.* Hæc eſt operatio Spiritus S. in perfectione fidei ne recedamus à doctrina fidei ſemel accepta, non vt cordis ſecuritatem ingeneret, in quem ſenſum hunc ipſum Apoſtoli locum Caluinus impudentiſſimè profert. Eodem ſenſu hortatur Coloſſenſes Apoſtolus, *vt permaneant in fide fundati & ſtabiles & immobiles à ſpe Euangelij quod audierunt, quod prædicatum eſt in vniuerſa creatura,* &c. hęc eſt propriè fidei perfectio in Scripturis commendata, non illa ſecuritas cordis, quam Caluinus docet.

Philip. 1.

Perfectio fidei per Spiritum S. qualis.

Luc. 17.

Mar. 13.

B

1. Timo. 2.

Coloſſ. 1.

Profert tamen & alias Scripturas, vt probet Spiritum Sanctum obſignare in cordibus noſtris promiſſiones factas, ad omnem diffidentiam depellendam, & ad cordis ſecuritatem confirmandam. *Poſtquam credidiſtis* (ait Apoſtolus) *obſignati eſtis ſpiritu promiſſionis S. qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.* Vides (ait Caluinus) vt Spiritu velut ſigillo corda fidelium inſculpi doceat, vt hac ratione appellet promiſſionis Spiritū quia ratum apud nos Euangelium facit. Similiter alibi. *Qui vnxit nos Deus, qui & ſignauit nos & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.* Et eadem epiſtola cap. 5. quum de fiducia audaciáque ſperandi loquitur, eius fundamentum facit pignus Spiritus. Hęc omnia Caluinus Inſtit. lib. 3. c. 2. par. 36. plura autem adhuc ad eandem ſententiam confirmandam eodem cap. 3. adfert, quæ pariter expediemus. vocatur, inquit, Spiritus S. Spiritus adoptionis, quia nobis teſtis eſt gratuitæ Dei beneuolentiæ, ad Rom. 8. *Ipſe Spiritus adoptionis quem accepimus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei.* Eadem quoque ratione dicitur arrhabo & *ſigillum noſtræ hæreditatis*, quia in mundo peregrinantes è cælo ita viuificat, vt certi ſumus ſub fideli Dei cuſtodia ſalutem noſtram in tuto eſſe, vnde & vita eſſe dicitur propter iuſtitiam ad Rom. 8. *Spiritus eſt vita propter iuſtitiam;* pro eo ſcilicet quod nos legimus. *Spiritus viuit propter iuſtificationem.* Hæc ſunt fundamenta ſpecialis fidei Caluinianæ, qua fidem definiunt eſſe certam & firmam cognitionem ſalutis propriæ Spiritu S. in cordibus obſignatam.

Obiectiones Caluini pro obſignatione ſecuritatis in corde per Spi. S.

Epheſ. 1.

2. cor. 1.

C

Rom. 8.

2. Cor. 1.

Sed vel hac vnà obſeruatione omnia euertuntur, ſi aduertimus pignus Spiritus Sancti quodcunque illud ſit dari iam credentibus, non autem incredulis vt credant. *Poſtquā credidiſtis* (ait Apoſt. in 1. loco citato) *obſignati eſtis,* &c. Cōſtat ergo fides ante ſignaculum adueniens, vt non ad fidem conſtituendam tanquam differentia eius ſpecifica, ſed ad eam iam conſtitutam tanquam accidens ſeu proprium ſeu commune accedat. Non eſt ergo fides huius ſignaculi effectus & talis ſecuritas cordis aut perſuaſio diuinę beneuolentiæ: ſed habentibus iam fidem accedit diuini Spiritus munere talis perſuaſio & confidentia, tale ſignaculum & pignus impreſſum. Quo in loco diligentiſſimè notandum eſt, perſuaſionem & confidentiam diuinæ erga nos beneuolentiæ, etiamſi illa obſignaretur per Spiritum S. in cordibus noſtris, eſſetque ſignaculum & pignus Spiritus S.

Epheſ. 1.

Signaculū Spiritus S. ſequitur fidē. non eſt ipſa.

de quo Apoſtolus loquitur, tamen non eſſe illam fidem ipſam, vt videlicet eam certitudine fidei certam exiſtimemus, ſed eſſe donum quoddam quod Spiritus S. iam credentibus vel vt iuſtificentur, vel iam iuſtificatis impartit. D

Hoc ergo donum quale ſit, perſpiciendum eſt, vt rectè intelligatur quo demum ſenſu *pignus hæreditatis noſtræ*, vel *ſpiritus promiſſionis*, vel denique, *teſtimonium adoptionis noſtræ*, Spiritus S. in Scripturis dicatur. His enim verborum formis abutuntur Caluiniſtæ ad ſuam perſuaſionem (quam fidem vocant) imperitus obtrudendam. Spiritus S. datur credenribus, quando facta remiſſione peccatorum per baptiſmum vel pœnitentiam, *præcipuum eius donum quod charitas eſt*, nobis datur: vt luculenter docet Auguſt. de Bapt. contra Donat. lib. 3. cap. 16. hoc *donum charitatis diffuſæ in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum*, eſt donum illud Spiritus S. per quod ſumus *filij adoptionis*, Rom. 8. *perfecta enim charitas pellit timorem*. 1. Ioan. 4. Chriſtus hoc donum vocat *flumen aquæ viuæ & fontem ſalientem in vitam æternam*. Hoc enim donum datum eſt quando Spiritus S. datus eſt: Apoſtolis quidem *in linguis igneis* propter charitatis feruorem, aliis autem fidelibus poſtea *per impoſitionem manuum* ſiue ſacramentum confirmationis; principiò quidem per ſignum viſibile, poſtea inuiſibiliter, verè tamen: quia charitatis donum omnis confirmatus accipit. vt luculenter docet Auguſt. tract. 6. in epiſt. Ioan. hoc donum charitatis eſt *promiſſum Patris* quod Chriſtus daturum ſe dicit Apoſtolis, *vt induerentur virtute ex alto*. & de facto dedit impleta Ioëlis Prophetia. *effundam de Spiritu meo*, &c. vt docet Auguſt. ſerm. 187. de tempore. Et hanc ob cauſam vocatur Spiritus S. ad Epheſ. 1. *Spiritus promiſſionis*, quia iuxta promiſſionem tum Prophetarum tum Chriſti eam accepimus, vt egregiè explicat Chryſoſt. in com. ad illum locum. hom. 2. *Quid eſt* (inquit) *Spiritu promiſſionis ſancto? videlicet quia Spiritum Sanctum iuxta promiſſionem accepimus. Duæ ſiquidem ſunt promiſſiones, vna per Prophetas, vt illud Ioëlis. Altera ex filio*. Luc. 24. & Act. 1. *accipietis virtutem Spiritus ſancti*, &c. Hæc ille. Eſt ergo Spiritus S. Spiritus promiſſionis, non quia ratum nobis Euangelium facit vt Caluinus exponit, id eſt quia facit nos certos certitudine fidei de promiſſa reconciliatione gratuita in Euangelio, ſed (vt ex ſcripturis oſtendit Chryſoſtomus) quia ille fuit nobis & per Prophetas & à Chriſto promiſſus. Hoc autem donum per Spiritum ſanctum quod Chriſtus promiſit & dedit, fuit donum charitatis vt iam oſtendimus. Hoc ergo donum, eſt illud Signaculum Spiritus ſancti credentes obſignātur, & quod datur credentibus tanquam pignus & arra hæreditatis. Per hanc enim charitatem ſumus *Filij adoptionis clamantes, Abba Pater. Quod ſi filij, & hæredes*, ad Rom. 8 Ideò ergo eſt charitas pignus hæreditatis, quia filiis datur hæreditas. Hoc ergo dono obſignamur, id eſt *ad futura hæreditanda non ſolum prædeſtinamur, ſed etiam iam ſorte delecti manifeſtamur*; ait Chryſoſtom. Participandæ enim hæreditatis hunc arrabonem, hoc pignus, inhabitantem Spiritum Dei in nobis accepimus. Hoc ergo quòd Spiritum ſuum nobis dedit Deus manifeſtum indicium eſt, quod & alia quæ promiſit dabit: Arra enim totius promiſſ. vel debiti pars eſt. E

Pignus hæreditatis vel teſtimonium adoptionis quo modo per Spiritū S. datur.

Rom. 5.

Charitas eſt proprium donum Spiritus ſancti.

Ioan. 7.

Act. 2.

Act. 8.

Luc. 24

Act. 2.

Spir. S. Spiritus promiſſionis.

charitas eſt donū eſt ſignaculum Spiritus S.

Sed notandum quod donum Spiritus ſancti eſt pignus & arra ſingulis noſtrum, non per modum fidei, ſed per modum ſpei tantum. *Habentes enim primitias ſpiritus & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes, redemptionem corporis noſtri. Spe enim ſalui facti eſtis. Et iuſtificati gratia ipſius hæredes ſumus ſecundum ſpem vitæ æternæ*. Hæc autem ſpes nititur charitate, & bonis operibus. *Spes enim non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. Et ſi filij & hæredes, & cohæredes Chriſti ſi tamen compatimur, vt glorificemur*. De qua conditionali promiſſione plura aliàs. Hoc ergo ſignaculum Spiritus ſancti (vt rem totam ſummatim colligamus) primum non reſpicit remiſſionem peccatorum præteritam vt eius certitudinem nobis obſignet (vt Caluinus cum ſuis imaginatur) ſed reſpicit hæreditatem futuram & eius certitudinem nobis obſignat. Deinde certitudo quam facit non eſt fidei, ſed ſpei certitudo: quæ quia charitatis conditione, & eius fructuum nititur, à certitudine fidei plurimum diſtat: vt poſtea ſuo loco explicatè oſtendemus. Poſtremò donum hoc Spiritus ſancti quo obſignamur eſt charitas, non fides. Nihil ergo prorſus ſcripturæ à Caluino citatæ pro certitudine fidei quam commentus eſt faciunt; nec quicquam probant obſignari in cordibus noſtris aliquam ſalutis noſtræ ſecuritatem, per inhabitantem Spiritum Dei in nobis: ſed probant obſignari in nobis egregiam ſpem futuræ hæreditatis, quia iam accepimus illud donum per quod filij ſumus, & cōſequenter hæredes, ſi donū acceptū vel non abiicimus vel nō infructuoſè retinemus. F

Spiritus S. eſt arra & pignus per modū ſpei nō fidei.

Rom. 8.

Tit 3.

Rom 5.

Rom 8.

1.

2.

Infra lib. 7. cap. 12.

3.

Atque

A Atque hinc etiam patet quale ſit *teſtimonium Spiritus S. in nobis quod ſumus filij Dei*, per ſuum enim charitatis donum teſtificatur Spiritui noſtro Spiritus S. quòd ſumus filij Dei. Quod & docens Ioannes ait. *Videte qualem charitatem dedit nobis pater* (vtique per Spiritum ſuum) *vt filij Dei nominemur, & ſimus.* Et paulò pòſt. *In hoc* (inquit) *ſcimus quoniam manet in nobis Dei filius: de ſpiritu quem dedit nobis.* in fine eiuſdem cap. & iterum ſequẽt. cap. adhuc apertius, *Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcimus quoniam in eo maneamus & ipſe in nobis quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.* Teſtimonium ergo Spiritus Sancti quòd ſumus filij Dei, eſt præſentia charitatis quam Spiritus dat nobis. Quod eleganter hunc Ioannis locum explicans Auguſtinus docet his verbis. *Si per hæc miracula* (doni linguarum & prophetiæ) *non fiat modo teſtimonium præſentiæ Spiritus Sancti in vobis vnde fit vnde cognoſcit vnuſquiſque accepiſſe ſe Spiritum Sanctum? Interroget cor ſuum, ſi diligit fratrem: manet Spiritus Dei in illo.* Hæc ille tractatu ſexto in epiſtolam Ioannis. Hîc ergo notandum eſt quod hoc teſtimonium Spiritus Sancti perinde in nobis eſt validum vel inualidum, prout ipſa charitas per quam teſtatur ſe adeſſe Spiritus Sanctus eſt in nobis feruida vel non feruida. Charitatis autem feruor ex operum ſanctitate elucet. *Probatio enim dilectionis eſt exhibitio operis*, ait Gregorius, Homilia trigeſima in Euangelia. *Et hæc eſt charitas Dei vt mandata eius cuſtodiamus*, ait Ioannes. & Saluator ipſe. *Si quis diligit me ſermones meos ſeruabit.* Hoc ipſum diſertè quum de hoc teſtimonio Spiritus in nobis diſſereret Apoſtolus docuit, nec niſi ſub hac conditione verum eſſe in nobis hoc teſtimonium

Teſtimonium Spiritus in nobis quale.

1. Ioan. 3.

Teſtimonium Spiritus S. in nobis ex bonis operibus verificatur.

1. Ioan. 5.

Ioan. 14.

Rom. 8.

B clare expreſſit *vos* (inquit ad Roman. 8.) *in carne non eſtis, ſed in Spiritu; ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis.* Hoc autem probat ita ſe habere, ſi tamen veri Chriſtiani ſint. *Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Si autem Chriſtus in vobis, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, Spiritus vero viuit propter iuſtificationem*: id eſt corpus veſtrum mortale eſt, & propter legem membrorum peccato obnoxium: ſed ſpiritus veſter viuit propter iuſtificationem, quam ſcilicet adepti eſtis ex Spiritu Dei inhabitante, de quo prius dixerat. quod *ſpiritus vitæ in Chriſto liberauit nos à lege peccati & mortis.* Vbi obiter nota quam ſcelerate Caluinus hoc loco abutitur ſic legens ex Græca varietate. " *Spiritus vero vita eſt propter iuſtitiam: id eſt* (ait ille) *Spiritus Sanctus ſic nos viuificat,* " *vt certi ſimus ſalutem noſtram in tuto eſſe.* Non enim illa verba de Spiritu Sancto ſed de Spiritu noſtro Apoſtolus ſcripſit, vt ipſa antithesis corporis mortui, & ſpiritus viuentis manifeſtè declarat. Sed pergamus cum Apoſtolo, vt intelligamus quid agat Spiritus Dei inhabitans in nobis, & quale teſtimonium nobis præbeat quòd ſumus filij Dei. *Si* (inquit) *Spiritus eius habitat in vobis, viuificabit mortalia corpora veſtra*, &c. *Ergo debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus. Sed ſi Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim Spiritu Dei aguntur ij ſunt filij Dei. Non enim ſpiritum ſeruitutis accepiſtis iterum in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum Dei accepimus.* Móxque concludit, quòd *ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro nos eſſe filios Dei, hæredes, adeóque cohæredes Chriſti*; ſed eandem conditionem repetit; *ſi tamen compatimur vt conglorificemur.*

Scelerata S. ſcripturæ deprauatio per Caluinũ.

Rom. 8.

Qua conditione verum eſt quod ſumus filij Dei.

C Summa ergo eſt habere nos Spiritum Dei inhabitantem in nobis; & quidem ita clarè ac euidenter, vt teſtimonium reddat Spiritui noſtro nos eſſe filios Dei, Deo gratos, iuſticatos, &c.

Sed hoc hoc totum verum eſt, ſi verè Chriſtiani ſumus, ſi in carne non ſumus, ſi ſpiritu facta carnis mortificamus, ſi Spiritu Dei agimur, non ſpiritu noſtro carnali & concupiſcente ſemper aduerſus Spiritum Dei inhabitantem in nobis. Denique ſi comparimur, vt conglorificemur. Huius autem totius perfectionis radix, eſt *charitas diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum inhabitantem in nobis.* Hoc ergo teſtimonium Spiritus Sancti, non eſt fidei teſtimonium, & infallibile ſecuritatis & confidentiæ de diuina erga nos beneuolentia in cordibus noſtris dictamen, de quo dubitare eſſet de fide hæſitare, vt planè docet in hac ſua definitione Caluinus; ſed eſt præclara Spiritus Sancti qui paracletus noſter eſt conſolatio; qua de diuina erga nos beneuolentia, tam præſenti, quàm etiam futura optimè ſperamus; eóque firmius, quanto vberiores in nobis charitatis fructus, id eſt, bonorum operum abundantiam, ex teſtimonio conſcientiæ noſtræ animaduertimus. *Gloria enim hæc noſtra eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, & ſi cor noſtrum nos non reprehenderit, fiduciam habemus apud Deum.* Quod tamen teſtimonium conſcientiæ ne exiſtimemus eſſe certiſſimum, prouidenter

Rom. 5. & 8.

2. Cor. 1.

1. Ioan. 3.

1.Cor.4. Apoſtolus ſcripſit: *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Tantum ergo abeſt D
vt teſtimonium Spiritus S.in cordibus noſtris, cuius certitudo teſtimonio conſcientiæ
noſtræ nititur, ſit teſtimonium fidei, vel potius (vt Caluinus vult) ipſa fides, id eſt certa
perſuaſio diuinæ erga nos beneuolentiæ à Spiritu S. & mentibus reuelata, & cordibus
noſtris obſignata, vt planè ſit ipſa charitas, quæ ignis ardens & lucens eſt, ideóque bo-
norum fœcundiſſima parens; ac per hoc non ex fide ſed ex bonis operibus, illud teſti-
monium naſcatur, creſcat, & augeatur. Plura adhuc de hac certa cognitione ſeu perſua-
ſione diuinæ erga nos beneuolentiæ, quam fidem eſſe definit Caluinus pariterq; de hoc
teſtimonio Spiritus & ſignaculo eiuſdem, in proxima Controuerſia de certitudine gra-
tiæ diſputabimus. Eſt enim illa certitudo gratiæ hodiè ab hæreticis omnibus pertinaci-
ter defenſa, nihil ferè aliud quam hæc Caluini iuſtificans fides.

Caluini tergiuerſatio contra quotidianam experientiam cicra cordis ſecuritatem quam fingit, à ſeipſo nequicquam reluctante euertitur.

CAPVT XXVI.

IAM verò quum contra hoc ſingulare Caluini commentum permulta E
obiici poſſent, vnum tamen erat ita clarum & euidens vt diſſimulare
ipſemet non potuerit; quod dum ſoluere nititur, maioribus ſe abſurdis
& difficultatibus implicat. Nempe contra hanc certam cognitionem
diuinæ beneuolētiæ & ſecuritatem cordis ipſamet omninm fidelium
experienria facit. Omnes enim experiuntur fideles in recognoſcenda
Iuſtorum trepidantium voces. Pſal.12. erga ſe Dei gratia non modo inquietudine ſeſe ſæpe tentari, ſed grauiſſimis interdū ter-
roribus quatefieri, quod cōmiſta certitudine nullo modo cohæret. Et tales fideliū tre-
pidantium voces in Pſalmis ſæpiſſimè occurrunt. *Vſquequo Domine obliniſceris me in finem?*
30. *vſquequo auertes faciem tuam à me?* Pſal.30. *Ego dixi in exceſſu meo. Proiectus ſum à facie oculorum*
41. *tuorum.* Pſal.41. *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?* Et iterum. *Quare oblitus es mei*
& quare triſtis incedo dum affligit me inimicus? hoc eſt Satan. Hunc enim vox illa indefinita
42. ſignificat. Item Pſal.42. eadem verba repetuntur. Deniq; Pſal.76. *Nunquid in æternū proii-*
76. *ciet Deus, aut non apponet vt complacitior ſit adhuc?* Et multa quæ in eam ſententiam mox ſe-
quuntur. Quibus omnibus in locis non tam ſuum quam omnium in hac vira iuſtorū ſta-
tum & cōditionem Prophera exprimit; à deſperationis quidem & perfidiæ dubitationis
barathro longiſſimæ remotam (quam etiam ob cauſam eiſdem in locis ad ſpem ala-
crem in domino concipiendam ſubinde ſeſe Propheta excirat :) variis tamen ten-
tationibus & trepidatione multa (quæ etiam ſalutaris eſt humilitatis nempe virtutis ma- F
2.Cor.12. ximè neceſſarię cuſtos: *virtus enim in infirmitate perficitur.* id eſt, *ab elatione reprimitur:* ait Au-
De correp. gratia. cap 12. guſt.) circunſeptam; ſed in ſecuritatis, confidentiæ, & præſumptionis Caluinianæ præci-
pitio miniminè conſtituram, verum ab eo longè latéque diſſiram.

Hunc nodum ſic ſoluir Caluinus, vt fateatur ex parte carnis huiuſmodi ſollicitudines
ſæpe exoriri, manere nihilominus hanc certitudinem, quia ex parte ſpiritus, fides illas
omnes difficultates ſuperat, quia finis conflictus eſt victoria fidei, quia à ſemel concepta
fiducia nunquam decidit fidelis. Sed quia hic obiici denuò poſſit, ſaltem durante hoc
conflictu, hac ſecuritate carere fideles, & ipſum conflictus exitum eſſe planè incertum,
velit ne in fiduciam an in conſternationem deſinere; itaque ſi fides eſt ſalutis indubita-
ta quædam certitudo, fidem hoc caſu penitus amitti. & eius loco quandam obſcuram
& perplexam diuinæ beneuolentiæ notitiam ſuccedere; Reſpondet Caluinus, *Fidei radi-*
Caluini hæreſis fidem non poſſe amitti. *cem nunquam è pio pectore auelli, quin ima in parte defixa hæreat, vtcunque decuſſa huc atque illuc in-*
clinare videatur. Quibus in verbis fidem ſemel acceptam nunquam poſſe amitti ma-
nifeſtè docet: quod eſt alterum abſurdum, idémque peſtilentiſſimum, cum hæreſi
Iouiniana planè conſentiēs: qui gratiam in baptiſmo ſemel acceptam non poſſe amitti
dogmatiſabat. Contra quā hæreſim lege Hieron. toto lib.2. contra Iouinian. Sed quum
certum ſit ex Scripturis multos à fide accepta excidere vt de Simone Mago. Act.8. de

A Alexandro & Hymenæo.1.Tim.1.item quòd in nouiſſimis temporibus multi recedent à fide.2.Tim.3.& Luc.8.apertiſſimè ſcribatur quoſdam *ad tempus credere & in tentatione recedere*; in aliud adhuc abſurdum incurrit Caluinus,docens in reprobis non eſſe fidem, ſed ſolis electis illã eſſe propriã.*Vnicam*(inquit)*piorũ fidem agnoſcimus. Solos electos Deus ſemine incorruptibili in perpetuum generat, & ſolide in illis obſignat adoptionis ſuæ gratiam. Et quia Spiritus Dei certa illis arra eſt ac ſigillum ſuæ adoptionis,nunquam ex eorum cordibus deleri poteſt eius ſculptura*. Hæc ille Inſtit.lib.3.cap.2. par.9.11.& 12. Illis ergo aliis ſupra ex Scriptura memoratis ait fidem abuſiuè tribui,propter quandam fidei ſimilitudinem quam habebãt. Ita demum propter Caluini paradoxon ſuſtinendum & Apoſtoli & Euangeliũ & Chriſtus ipſe quoties de fidelibus & credentibus relapſis loquuntur,impropriè loqui debẽt. Et certè fidem ſpecialem Caluinianam illi relapſi,opinor,non habebant.Qui autem hodie habent,nihil mirum ſi amittere eam non poſſunt.Hæc enim Caluini fides eum quibuſcunque peccatis conſiſtit : atque ideò nullis peccatis amitti poteſt.Talis eſt Caluini ſola fides,à qua ipſi Lutherani abhorrent propterea docentes quolibet peccato mortali amitti fidem,id eſt,fiduciam de remiſſione peccatorum & gratia. Hanc impietatem manifeſtam notare tantum ſufficit,confutare non eſt opus.Quanquam quoad hanc fidei inamiſſibilem firmitatem ſeipſum Caluinus ſatis confutat. Docens enim reprobos non habere fidem, fatetur quidem eos, *& toti ſcripturæ credere & Dei promiſſionibus moueri,& eius præcepta non negligere, quum & charitate aliqua ad tempus affici, denique* (in quo præ-

B cipuum ille fidei momentum ponit) *Deum ſibi propitium agnoſcere,& credere*; nihilominus tamen hos fidem non habete,quia *credere toti ſcripturæ & verbo Dei*(ait ille)*à ſolida fidei veritate multum abeſt*.(in quo tamen vt ſupra oſtendimus vera & tota ratio fidei orthodoxæ conſiſtit) quod ad reliquum autem totum attinet, *affici reprobos ſimilitudine quadam tãtum ſenſus ſpiritualis,non verò guſtu; habere ſenſum gratiæ confuſum,non diſtinctum,eſſe in illis Dei miſericordiam manifeſtatam quidem,ſed non obſignatam. Denique diuinam veritatem conſtanter non capere,ſed in ſenſu quodam eius euanido ſubſidere; & habere fidei radices ſed non viuas nec ad cor ipſum penetrantes,vt arbores non ſatis alte plantatas ideóque principium quoddam fidei habere ſeu cõmunem & temporariam fidem; donum autem regenerationis & veram fidem non accipere*. Sed hæc tota Caluini ſubtilis diſputatio à ſeipſo(vt dixi) ſatis confutatur.Nam quum ad iſtam diſtinctionem tam multiplicem retinendam, neceſſe ſit ponere in electis & veris fidelibus, ſenſum gratiæ diſtinctum, euidentem,& tam menti quàm affectui clarum & indubitatum,propter Spiritus S. teſtimonium ſupradictum,ideóque doceat Caluinus quod *vbi primum vel minima fideí gutta mentibus noſtris inſtillatur,iam faciem Dei placidam & ſerenam nobiſq; propitiam contemplari incipimus, procul id quidem & eminus, ſed ita certo intuitu , vt ſciamus nos minimè hallucinari*; cõtra tamen docet ipſemet Caluinus nihil eſſe fallacius, quam hominis de ſeipſo ſuóque ſtatu gratiæ iudicium, propter ipſum humani cordis inſcrutabile profundum. *Tot* (inquit) *vanitatis receſſus habet, tot mendacij latebris ſcatet cor humanum, tam fraudulenta hypocriſi obtectum eſt, vt ſeipſum ſæpe fallat*. par.10. Rurſum par.15. *Tam altè & radicitus hæret in cordibus noſtris incredulitas,& ita ad eam ſumus propẽſi,vt quod omnes ore faten-*

C *tur Deum eſſe fidelem , non abſque arduo certamine ſibi quiſquam perſuadeat*. Hæc ille. Quo ſanè poſito, nulla certa nota vera fides à falſa diſcerni poteſt, nec ſeipſos fideles certò & infallibiliter pro huiuſmodi agnoſcere poſſunt. Habent enim eoſdem ad rempus guſtus, eadẽ ſigna,eaſdẽ notas & argumenta beneuolentię diuinæ erga ſe reprobi & electi,non perſeuerantes,& perſeuerãtes hæretici & Catholici,imò & ſingularũ ſectarum hæretici quarũ vnuſquiſq; ſibi eſſe Deum propitium fortiſſimè credit & certiſſimè fallitur. Non dubiũ ergo quin viuæ iſtæ & latẽtes radices fidei in ſolis electis indelebiles,merum ſint Caluiniani cerebri ſpectrum. Quantò rectius & ſapiẽtius Auguſtinus vel propter ipſum prędeſtinationis ſecretum,vel propter ſecuritatis iſtius periculoſum ſtatum,multos à fide vera & perfecta cadere docet? *Propter*(inquit)*huius vtilitatem ſecreti,credẽdum eſt quoſdam de filiis perditionis, non accepto dono perſeuerandi vſque in finem, in fide quæ per dilectionem operatur incipere viuere,& aliquãdiu iuſtè ac fideliter viuere , & poſtea cadere, neque de hac vita, priuſquam hoc eis contingat auferri. Quorum ſi nemini contigiſſet, tamdiu haberent homines iſtum ſaluberrimum timorem,quo vitium elationis opprimitur, donec ad Chriſti gratiam qua piè viuitur peruenirent,deinceps iam ſecuri nunquam ſe ab illo eſſe caſuros. Quæ præſumptio in iſto tentationũ loco non expedit; vbi tanta eſt infirmitas,vt ſuperbiam poſſit generare ſecuritas*. Hæc Auguſt.l.de correp.& grat. c.13. quaſi tãto ante tempore cõtra fidem id eſt præſumptionẽ Caluinianã diſertè diſputans.

Alia Caluini hæreſis, quòd in reprobis non eſt fides.

Alia caluini tergiuerſationes friuola.

Caluinus ſibi ipſi manifeſtè contrarius.

Cauillationes quibus Scripturas illas eludere conatur Caluinus quæ notitiam & certitudinem in qua fidem ponit, manifeſtè euertunt, refutantur. D

CAPVT XXVII.

MAIORI adhuc impudentia Scripturas quæ hanc certitudinem fidei manifeſtè euertunt, eludere conatur. Quod enim Paulus Iudæorum exemplo & caſu ad perſeuerantiam in bono nos hortatur, ſubiiciens, *qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*, hoc (ait Caluinus) [*non ideo dicitur quaſi noſtræ ſtabilitatis parum certi eſſemus; ſed arrogantiam duntaxat & temerariam propriæ virtutis præfidentiam adimit. Deinde non ſingulos fideles admonet, ſed cõparatione inter Iudæos & gentes poſita, has hortatur ne ſuperbiendo gratiam adoptionis amittant. Poſtremo etiam, vt ad ſingulos iſta pertineant, aliud tamen eſt temeritatem quæ ex carnis reliquijs obrepit reprimere, ne inani confidentia laſciuiat, aliud conſcientiam timore percellere, ne plena ſecuritate in miſericordia Dei acquieſcat.*] Hæc ille par. 22. Sed Apoſtolici textus circunſtantiæ has cauillationes Caluinicas non patiuntur. Diſertè enim Apoſtolus non ſolum propriæ virtutis præfidentiam adimit, ſed etiam diuinæ gratiæ præſumptionem amouet: nec ſolum arrogantiam & inanem confidentiam depellit; ſed etiam ſecuritatem tollit: & ad timorem aſſiduum ne à gratia accepta excidant, hortatur. Quum enim in fine præcedentis cap. ad aſſiduè certandum diligenter hortatus eſſet, primum à victoriæ incertitudine, quia *omnes quidem currunt, ſed vnus brauium accipit. Sic currite, vt comprehendatis*; Deinde ex natura legitimi certaminis, *Omnis qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet, &c.* Poſtremò ſuo exẽplo; *ego caſtigo corpus meum &c ne fortè reprobus efficiar*, Mox ſeq. cap. exẽplum Iudaicæ præuaricationis adfert, quo tempore in deſerto (quod huius peregrinationis noſtræ & militiæ poſt baptiſmum typus erat) verſarentur. Et hic hortatur, non vt à ſuperbia aut præſumptione noſtrarum virtutum caueamus (non enim hæc erant Iudæorum peccata in deſerto) ſed *ne ſimus concupiſcentes malorum, ne idololatræ efficiamur, ne fornicemur, ne tentemus Chriſtum, ne murmuremus contra Deum.* Hæc enim eorum peccata ibi commemorat Apoſtolus, admonens fideles, vt à vitæ impuritate caueant, nec ſatis putent, quòd ad gratiam Chriſti per fidem vocati ſunt, dicens. *qui ſe exiſtimat ſtare* (ſcilicet per fidem & adoptionis gratiam acceptam) *videat ne cadat*: non ſolum ſibi temere fidendo, ſed de diuina vocatione præſumendo, ideóque vitæ ſanctitatem negligendo. Quamob cauſam ſtatim ſubiũgit. *Tentatio vos non apprehendat niſi humana, &c.* monens eos, vt à grauioribus peccatis diligentiſſimè caueant. Moxque diuinæ gratiæ aſſiſtentiam promittit, ne peccent; nõ adoptionis firmitatem commendat, vt quantumuis peccantes ſecuri ſint de ſalute. *Fidelis*, inquit, *Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed dabit etiam cum tentatione prouentũ.* F In hoc Deus eſt fidelis, & hæc eſt promiſſio qua nitimur, quia diuina gratia in tentationibus nos non deſerit, niſi cum ipſi prius deſeramus: non autem quia diuina gratia quos ſemel vocauit, eos perpetuò ſine vlla dubitatione ſaluat.

Simili impudentia eludere conatur quod ad Heb. 2. Apoſtolus dicit. *Cum timore & tremore ſalutem veſtram operamini. Non aliud* (ait Caluinus) *exigit niſi vt in Domini virtutem cum multa noſtri deiectione ſuſpicere aſſueſcamus.* Verum hoc eſt. Sed hæc Domini virtus nõ eſt, (vt Caluinus hic docet) gratuita promiſſio cui ſecurè confidendum eſt, ſed eſt diuini Spiritus gratia nobis inhærens nobiſq; impartita, vt piè viuamus. Sic enim ſequitur in Apoſtolo. *Deus enim eſt qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.* Hanc Dei gratiam nos & præuenientem, vt velimus, & ſubſequentem, vt volentes faciamus, ſuſpicere ſemper debemus cum multa noſtri deiectione; imò cum timore & tremore, ne *illam in vacuum recipiendo* poſtmodum amittamus.

Denique omnes illas Scripturas quæ ad timorem nos hortantur, vt prouerb. 28. *Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.* & ad Rom. 11. *Tu fide ſtas. Noli altum ſapere ſed time, ne fortè nec tibi parcat.* Item ad Hebr. 4. *Timeamus ne fortè relicta pollicitatione &c. Exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe*; aliaque ſimilia hunc ſenſum habere vult Caluinus, vt tãtummodo reuerentiam filialem

Marginal notes: 1. Cor. 10. — *Pauli diſputatio 1 Cor. 9. & 10. confidentiam Caluinianam penitus tollit.* — 1. 2. 3. 4 — *Qualis eſt Dei promiſſio qua fideles nituntur.* — *Qualis eſt virtus Dei cui ſit confidendum.* — 2. Cor. 6. — *Cauillationes Caluini contra Scripturas ad timorem hortãtes.* — E

A filialem ſignificent, qua Deum vt patrem offendere nolumus, non autem timorem illũ quo ex parte indignitatis noſtræ fluctuamus interdum de ſalutis noſtræ ſtabili certitudine, vtcunque ex parte Chriſti & bonitatis diuinæ optimè ſemper ſperamus. Hanc enim diſtinctionem vt ſoluat dicit; *ex parte quidem noſtra ſi nos ipſos reſpicimus eſſe certam damnationem: tamen quia totus Chriſtus cum omnibus ſuis bonis nobis communicatus eſt, vt omnia eius noſtra fiant & quod iuſtitia eius peccata noſtra obruit, & ſua dignitate noſtram tegit indignitatem, idea nullum eſſe de noſtræ ſalutis certitudine ambigendi locum.* Sed hæc ſolutio & diſtinctio nouella, Doctrinæ de imputatione iuſtitiæ Chriſti nititur, qua in alia iam ſeorſim Controuerſia confutata, data quoque ſolutio confutatur. Ipſa quoque loca inſpecta maximè ad Rom. 11. & ad Heb. 4. manifeſtè docent timẽdum eſſe non ſolum ne bonum Patrem offendamus, ſed ne offendentes à ſalute promiſſa vel etiam dari cæpta excidamus. Quem ſenſum clarè confirmant Petri verba. *Si Patrem inuocatis Deum qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum vniuſcuiuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini.* Denique vel hac ſola doctrina inimicum ſe crucis Chriſti impius Caluinus oſtendit. Crux enim noſtra, qua cum Chriſto Crucifixi ſumus, & quã tollere vnumquẽq; Chriſtus iubet. Matt. 10. eſt timor Domini, vt egregiè explicat Caſſianus Monaſticarum inſtitu. lib. 4. cap. 34. & 35.

Vt ergo huic rei finem imponamus, hæc certitudo ſalutis quam fidei intrinſecam vult eſſe Caluinus, prorſus à Catholicis negatur, neque vt craſſam dubitationem quæ ſpem ſalutis euertit, ponant, neque vt fiduciam incredulitate mixtam faciant; vt inter ſpẽ me- *Quo modo & quo ſenſu confidẽtiã Caluinianam negant catholici.*
B tumque dubij hæreamus, ita vt modo ſperet modo deſperet conſcientia, Chriſtum videlicet reſpiciendo ſperet, ſeipſum conſiderando à ſpe concidat (quod Lutheranis quos hoc nomine ſemipapiſtas vocat, impingit Caluinus) ſed vt certitudinem ſalutis cũ ſcripturis doceant, quæ ſit ſpei non fidei certitudo; quia autem ſpei, ideo non infallibilis, ſed conditionata; quia denique cõditionata, ideo timore ſancto (non incredulitate aut deſperatione mixta & temperata: idque iuxta varias & apertiſſimas ſcripturas, quas alio loco commodius proferemus. Vnicum nunc Petri locum afferemus, vbi & promiſſionis diuinæ magnitudinem docet, & ſecuritatem tamen Caluinianam clariſſimè euertit. *Per Chriſtum* (inquit) *maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit Deus, vt efficiamur diuinæ conſortes naturæ.* Sed vide conditionem promiſſioni annexam: *fugientes eius quæ in mundo eſt cõcupiſcentiæ corruptionem.* Vide nunc & timorem huic conditioni coniunctum. *Vos autem curam omnem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam; In ſcientia autem abſtinentiam, &c. Cui enim præſto non ſunt hæc, cæcus eſt, obliuionem accipiens purgationis veterum delictorum. Quapropter magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis.* Hæc ille. Certitudo ergo tota ſalutis à bonis operibus cum fide coniunctis pendet. In bonis operibus ſolicitudo & timor conſeruat. Quare illum incolatus huius noſtri tempore nunquam deponendum docet Petrus epiſto. 1. cap. 1. vt fruſtra & impiè ſecuritatem conſcientiarum in hac vita quærant hodiè hæretici. Deniq; timore cõditio impletur. Conditione impleta ſpes roboratur, & cõſcientiæ quies ac tranquillitas retinetur. *Inſtitut. lib. 3. cap. 2. ſect. 24.*

C Attamen ab hac conſcientiæ tranquillitate omnẽ ſemper de futuro ſecuritatem abeſſe debere variæ Scripturæ luculentiſſimè docent, maximè apud Paulum. *Nolite ſpiritũ extinguere; Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei.* 2. Cor. 6. *Hortamur ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis. Nolite amittere confidentiam veſtram.* Et paulò pòſt, *vt non fatigemini animis veſtris deficientes.* Quod & Ioannes monet. *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Denique quum Apoſtolus oſtendiſſet, *eos qui ſemel ſunt illuminati, & guſtauerunt donum cæleſte, & verbum Dei bonũ, & participes facti ſunt ſpiritus S.* (in quibus veras radices fidem egiſſe ſatis luculenter Apoſtolus deſcribit, vtcunque hoc negaret Caluinus) *prolapſos tamen renouari rurſus ad pœnitentiam impoſſibile*, (hoc eſt difficillimum) *eſſe* oſtendit pariter ſe quidem de Hebræis ad quos ſcribebat *confidere meliora & viciniora ſaluti*: ne tamen vel illos vel ſeipſum in vana huius rei ſecuritate, in firma ac certa cognitione verſari pateretur, ſubiungit. *Cupimus autem vnumquemque veſtrum eandem oſtentare ſollicitudinem ad expletionem ſpei vſque in finem, vt non ſegnes efficiamini*, &c. Quæ omnia manifeſtiſſimè docent ſtatum iuſtorum in hac vita omni ſecuritate vacare, & certitudinem illam fidei Caluinianæ prorſus ignorare.

Conſcientia trãquillitas ſine ſecuritate de futuro.
1. Theſſal. 5.
Hebr. 4.
2. Cor. 6.
Hebr. 10. & 11.
Apocal. 3.
Hebr. 6.

Ad diſputationem de ſola fide via ſternitur, propoſitis ea de re proteſtantum ſententijs. D

CAP. XXVIII.

HACTENVS de fidei iuſtificantis vocabulo, contra horum temporũ
hæreticos diſputauimus. Alterum nunc huius Controuerſiæ caput
de ſola fide, aggredimur. Hîc vero eò breuiores erimus quia pleraq;
1. hac de re iam antea diſputata ſunt. Nempe in Controuerſia de in-
hærente iuſtitia. Primum in primo prolegomeno oſtendimus ad iu-
ſtificationem impij varias in adultis præparationes præter fidem re-
Supra lib. 5. cap. 2. quiri. Deinde in prima concluſione eiuſdem controuerſiæ oſtendi-
mus non in ſola remiſſione peccatorum per fidem, ſed etiam in interna renouatione per
Ibidem cap. 3. & 4. charitatem cæteraſque virtutes, iuſtificationem conſiſtere. In ſecunda item & tertia cõ-
cluſionibus oſtenſum eſt illã renouationem veræ iuſtitiæ partem eſſe, non ſolùm ſancti-
ficationem quandam eorum qui per fidem iuſtificantur. Porrò in quarta ibidem conclu
cap. 5. ſione Docuimus dona quibus formaliter iuſtificamur non ſecus eſſe charitatis quam
fidei. In quinta vero concluſione demonſtratum eſt per bona opera non per ſolam fidẽ
Cap. 7. & conſeruari & augeri iuſtitiam acceptam. At verò in refutãdis obiectis aduerſariorum, E
Cap. 9. & ſeq. per varia capita oſtenſum eſt, varias Scripturas quæ à iuſtificatione opera videntur exclu
dere, nullo modo ſolius fidei vel in principio vel in progreſſu iuſtitiæ ſufficientiam ſta-
Supra cap. 16. tuere. Præterea & in hac præſenti controuerſia diſputando contra ſpecialem fidem, &
defendendo Synecdochen illam, *quòd fides iuſtificat, quia charitate formata iuſtificat, non ali-
ter*, ſolam fidem iuſtificantem multis argumentis excluſimus. Poſtremò dum Proteſtan-
Supra cap. 18. & ſeq. tum ſpecialem fidem, fiduciam & apprehenſionem Lutheranorum, atque certitudinem
Caluinianam confutauimus, ſatis luculenter docuimus illorum fidem omnino non iu-
ſtificare, multò minus ſolam. Debellatum ergo in hac quæſtione videri iam poteſt, nec
quicquam amplius ad ſolam fidem refellendam ſupereſſe.

Solius fidei iuſtificatio dupliciter conſideratur. Sed quum iu hac propoſitione (*ſola fides iuſtificat*) ſolius fidei aſſertio duas conſidera-
tiones habeat, vnam ex parte eorum quæ fides à iuſtificatione excludit, bonorum ſcili-
cet operum atque etiam Sacramentorum; Alteram ex parte ipſius fidei, cui ſoli iuſtifica-
tio tribuatur etiamſi cætera adiuncta habeat, ea ſanè quæ hactenus diſputata ſunt, hanc
propoſitionem quod ad priorem conſiderationem attinet, ſatis ſuperque confutarunt;
poſteriorem verò conſiderationem nondum attigerunt. Iſtud igitur hoc loco propriè
conſiderandum venit; quo ſenſu & quas ob cauſas docent proteſtantes, quòd ſola fides
iuſtificat ex parte ipſius fidei. Nimirum quo ſenſu & quibus fundamentis nixi, hanc ſo-
lius fidei vel proprietatem quandam ſingularem, vel excellentiam & dignitatem ſupra
cæteras virtutes & Dei dona, vel denique vim & virtutem propriam affirment, vt illa ſo-
la omnibus aliis ab hoc officio & negotio iuſtificationis excluſis, iuſtificet. F

Sola fides etiam abſque præſentia bonorum operũ iuſtificans. Primum ergo certum eſt Lutherum ipſum hanc propoſitionem eo ſenſu tradidiſſe,
vt bonorum operum non ſolum efficaciam & concurrentiam, ſed etiam præſentiam ne-
ceſſariam ſuſtulerit. Scripſit enim in lib. de capt. Babyl. *Hominem Chriſtianum tam eſſe diui-*
" *tem, vt etiam volens ſalutem ſuam perdere, non poſſit, niſi nolit credere. Nulla enim peccata eum poſſe*
" *damnare niſi ſolam incredulitatem: cætera omnia, ſi ſtet fides, in promiſſionem diuinam in momẽto ab-*
" *ſorberi per eandem fidem.* Rurſum in lib. de libertate Chriſtiana *vera*, (inquit) *ſunt hæc duo: bo-*
" *na opera non faciunt bonum virum ſed bonus vir facit bona opera; mala opera non faciunt malum vi-*
" *rũ ſed malus vir facit mala opera.* Et iterũ. *Deus pater poſuit omnia in fide, vt quiſquis hanc habue-*
" *rit, omnia habeat.* In his ergo verbis Lutherus ſic docet ſolã fidem iuſtificare, vt bona ope-
ra non ſolum neget ad ipſam iuſtitiam quicquã facere ſi adſint; ſed etiam prorſus abſen-
tia non deſideret. Illa ergo in toto excludit tam quoad efficaciam in cauſa iuſtitiæ, quã
quoad ipſam præſentiam. Hanc ſanè doctrinam rigidi Lutherani adeo mordicus tenue-
runt, vt quidã illorum docuerint bona opera eſſe ad ſalutem pernicioſa, vtpote quæ à fi-
de & confidentia in merita ſolius Chriſti referenda reuocãt. Sic enim docuit Lutherus,
" eum *qui vult omnia pure confiteri, nihil aliud facere, quàm quod miſericordiæ Dei nihil vult relinque-*
" *re ignoſcendum, nec in eum confidere.* Conc. 2. de pænitentia. Tom. 1.

Alij verò

A Alij verò poſt Lutherum Magiſtri noui, quia nimis malè audiebat tam craſſa & aperta bonorum operum abnegatio, ſic ſolam fidem iuſtificare docuerunt, vt charitatis aliarúmque virtutum præſentiam non excluderent, ſed requirerent: efficaciam tamen omnem in iuſtificationis negotio atque etiam neceſſitatem plerique negarent. Sic Caluinus in antidoto. *Fides quæ iuſtificat non eſt ſola, ſola tamen fides eſt quæ iuſtificat.* Et rurſum. *Fatemur cum Paulo non aliam fidẽ iuſtificare quàm illam charitate efficacem: ſed ab illa charitatis efficacia iuſtificandi vim fides non ſumit.* Inſtit. lib. 3. cap. 11. par. 20. Eadem ferè omnes hodiè tam Lutherani quam Caluiniſtæ docent, nóſque aiunt atrocem & rancidam in illos calumniam iacere, quòd eos bonis operibus detrahere, & fidei mortuæ, boniſq; operibus vacuæ iuſtificandi vim tribuere aſſerimus.

Sola fides præſtitibus bonis operibus iuſtificás.

Sed iuſta eſt hæc accuſatio, non atrox calumnia. Non enim minus falſum eſt & hæretirum, charitati aliiſque virtutibus iuſtificandi vim negare, & ſolam cum fide præſentiam illis concedere, efficaciam verò in momento & negotio iuſtificationis ab illis tollere, quam falſum & hæreticum eſt mortuæ fidei ſine charitate & excluſis virtutibus cæteris, iuſtificandi vim tribuere. Æquè enim charitas, ſpes, & pœnitentia ad iuſtificationem primam in ſuo genere concurrunt, quam fides: imò vt poſtea oſtendetur plùs quàm fides. Æquè etiam ad ſalutis æternæ promiſſionem comparandam charitas & bona opera requiruntur atque fides.

Iuſta proteſtantium accuſatio.

Hic ergo præſentis Controuerſiæ punctum eſt, quòd vim & efficaciam iuſtifi-
B candi non ſola fides habeat, ſed eandem præterea charitas, aliæque virtutes habent. Vbi notandum eſt aliud eſſe neminem iuſtificari per fidem ſine charitate (quod Proteſtantes nunc concedunt; adeſſe enim illam cum fide volunt) aliud verò quòd ipſa charitas, non ſecus ac fides iuſtificat. Rurſum quòd charitas non ſecus ac fides iuſtificat, quadruplicem poteſt habere ſenſum, imprimis hoc loco notandum. Primùm vt iuſtificetur impius, non ſecus diſponit, adiuuat & operatur charitas quàm fides. Secundò ipſa
iuſtitia formalis hominis iam iuſti, non ſecus conſtat ex dono ſiue habitu charitatis in- 1.
fuſæ, quàm ex dono fidei. Tertiò augmentum & progreſſus iuſtitiæ hominis iuſti, nõ 2.
ſecus fit per charitatem & bona opera quàm per fidem. Quartò promiſſam ſalutem & 3.
vitam æternam non ſecus conſequimur & apprehendimus per charitatem aliáque bo- 4.
na opera, quàm per fidem. Harum quatuor propoſitionũ ſecundam ac tertiam in Controuerſia de inhærente iuſtitia vberrimè demonſtrauimus. Prima & quarta huic loco propriæ ſunt. Quanquam quarta propoſitio magis ad quæſtionem de meritò bonorum operum, quàm ad quæſtionem de iuſtitia bonorum operum ſpectare prima facie videatur. Differt tamen, quia aliud eſt habere bona opera rationem meriti & per modum meriti ſalutem æternam conſequi, aliud vero per charitatem & bona opera non ſecus quàm per fidem promiſſam hæreditatem nos conſequi. Ibi enim ratio meriti & dignitatis in bonis operibus iuſtorum conſideratur. Hîc verò ratio tantum poſſibilitatis & facti ſiue id per modum meriti fiat, ſiue non expenditur, ídque in comparatione fidei. Hæ igitur duæ propoſitiones hoc loco expendendæ ſunt.
C Duobus enim modis docẽt Proteſtantes ſolam fidem iuſtificare. Vno, quia ad remiſſionem peccatorum ad reconciliationem, ad iuſtificationem principem (vt vocant) id eſt primam vt nos loquimur, aiunt ſolam fidem vim & efficaciam habere, charitatem & cæteras virtutes nihil ad hoc conferre. Altero, quia ad hæreditatem promiſſam ſola fides nos ducat, eámque apprehendit atque conſequitur; charitas autem aliáque bona opera vtcunque adſint, ad eam tamen conſequendam vi ſua nihil conferunt. Vtrumque autem iſtud breuiter confutabimus.

Præſentis controuerſiæ punctum.

Charitas nõ ſecus ac fides iuſtificat in ſenſu quadruplici.

Locis ſuprà notã in hoc ipſo cap.

Solam fidem iuſtificare duobus modis docent proteſtantes.

Quòd charitas vim habeat iuſtificandi non ſecus quàm fides, contra Proteſtantum argumentationes defenditur.

CAPVT XXIX.

QVOD ad prius attinet, præcipua ſpeculatio quare charitatem à vi iuſtificandi excludunt Proteſtantes eandémque vim ſoli fidei tribuũt, D
hæc eſt. Sola fides (aiunt illi) apprehendit promiſſionem reconciliationis, & in promiſſione Chriſtum: charitas autem nota tantum eſt & teſtimonium veræ & viuæ fidei, non fictæ, non mortuæ; & ex operante charitate deprehẽditur fides eſſe vera, viua, & iuſtificans. Itaq; fides quæ iuſtificat non eſt ocioſa aut mortua, ſed operoſa & efficax per charitatem; vitam tamen & ſalutem quam fides adfert credentibus, non mutuatur à charitate ſed à Chriſto quem apprehẽdit. Adhibetur autem hæc excluſiua ſola, quam-

Quare proteſtantes, excluſiuam particulam ſola, fidei cõmodant.

1. uis in Apoſtolo non inueniatur, primò, propter varias illas excluſiuas in Apoſtolo huic
2. voci æquiualentes. *Non ex operibus, gratis, ex gratia, ſine lege, non per legem, non ex vobis.* Secũdò
3. vt oſtẽdatur propriũ mediũ ſeu organum applicationis promiſſionis gratuitæ. Tertiò vt
4. cauſa recõciliationis adiuuatur noſtris virtutibus, & transferatur in ſolũ Chriſtũ. Quartò vt conditio meriti & dignitatis ab eiſdem excludatur. Sic rem explicat Chemnitius.

Reſp. ad ſingula.

Ad 1. Reſpondetur autem breuiter. Primò, illas excluſiuas non excludere charitatem, pœnitentiam, ſpem, timorem, aut vllas alias virtutes vt per ſpeciale auxilium Dei fiũt, quia
Ad 2. non ſunt opera legis vel purè noſtra ſed gratiæ. Secundò, apprehenſionem imagina-
Ad 3. riam fidei attributam, iam in ſuperioribus ſatis copioſè confutatam eſſe. Tertiò, cauſam reconciliationis efficientem & meritoriam, ſoli Chriſto & diuinæ gratiæ tribui; di- E
ſponentem autem fidem charitati, pœnitentiæ, aliiſque virtutibus: vt in Prolegomenis
Ad 4. lib. 5. diſputatum eſt. Quarto in his diſpoſitionibus nullam eſſe rationem meriti vt iam ſæpius declaratum eſt.

Charitas nõ vt nota fidei viuæ ſed efficaciter ad 1. iuſtificationẽ concurrit.

Illud vnum paulò operoſius hoc loco docendum eſt, charitatem non vt notam fidei viuæ, ſed efficaciter & operatoriè ad iuſtificationem hanc primam concurrere. Et primum ſcripturæ non ſecus charitati quam fidei hãc efficaciam tribuunt. De fide dicitur, *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*, de charitate: *ſi charitatem non habeam nihil ſum.* de fide dicitur, *Iuſtus ex fide viuit.* & *fide viuo filij Dei.* de charitate ſimiliter. *Qui non diligit manet in morte.* & *qui manet in charitate, manet in Deo.* De fide dicitur, *ſi permanetis in fide fundati & ſtabiles.* De charitate ſimiliter, *In charitate radicati & fundati.* De fide dicitur, *In hoc omnis qui credit iuſtificatur.* Act. 13. De charitate dicitur, *Omnis qui diligit me, diligetur à Patre meo*, Ioan. 14. vtriuſque ergo par neceſſitas ſiue vt Deo placeamus, ſiue vt vitæ ſpiritualis principium & fundamentum conſequamur. Hanc ob cauſam Apoſtolus, quum Chriſti gratiã qua ille ex impio iuſtificatus eſt ex propoſito deſcriberet, vtrunque disertè coniunxit,

Hebr. 11. 1. Cor. 13. Rom. 1. Gal. 2. 1. Ioan. 3. & 4. Coloſſ. 1. Epheſ. 3.

1. Tim. 1. *Miſericordiam conſecutus ſum quia ignorans feci. ſuperabundauit autem gratia Domini noſtri cum fide & dilectione quæ eſt in Chriſto. Fidelis ſermo quia Chriſtus venit peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.* Inſignis eſt contra ſolam fidem locus in iuſtificatione impij. Docet enim Paulus ſe peccatorem & impium, vtpote perſequentem Eccleſiam Dei, miſericordiam conſecutum & ſaluum factum eſſe per gratiam Chriſti in illo ſuperabundantem. Sed hæc gratia qua ſaluus factus ſeu iuſtificatus eſt, non erat ſolius fidei gratia apprehendẽ- F
tis miſericordiam Dei, &c. ſed *erat gratia fidei & dilectionis*: quia videlicet duplici gratia
Act. 9. excitatus Paulus, & fidei lumine & charitatis ardore, diuinitus donatus, cæpit ſe conuertere ad Dominum & clamare. *Domine, quid me vis facere.* Hæc enim vox charitatis erat ad operandum expeditæ, non ſolius fidei.

Pauli conuerſio & reconciliatio non ex ſola fide.

Argumentatio ex Apoſtolo contra ſolam fidem iuſtificantem.

Gal. 5. Deinde ſic argumentabimur. Fides vt ad iuſtificationem impij valeat, per charitatem fit efficax: ergo ipſa charitas eſt quæ iuſtificat non ſecus ac fides. Probat autem antecedens quod Apoſtolus dicit. *In Chriſto Ieſu neque circuncifio aliquid valet neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur.* Et quia hunc locum ad præſentiam tantum, non ad efficaciam charitatis valere volunt Proteſtantes, maximéque eſt ad ſolam fidem in iuſtificatione impij euertendam validius hæc verba diligenter tractabimus: videndum ergo diligenter primò quid, deinde quomodo fides per charitatem operatur. Sanè quod ad prius attinet, agnoſcunt nobiſcum Proteſtantes, de ipſa iuſtificatione agere Apoſtolum. etenim in verſu præcedente dixerat, *euacuati eſtis à Chriſto qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu ex fide* (id eſt per gratiam Spiritus Sancti quam fides Mediatoris adfert, non per doctrinam legis.) *ſpem iuſtitiæ expectamus.* Móxque infert. *Nam in Chriſto*, &c. id eſt vt iuſtitiam & ſalutem quam

Chriſtus

A Chriſtus humano generi attulit, adipiſcamur, *neque* legis doctrina aut obſeruatio literalis ſine fide Mediatoris (hoc eſt *circunciſio*) *neque* naturæ vires aut morales gentilium virtutes (hoc eſt *præputium*) *quicquam valent* aut efficiunt; *ſed fides* ad hoc valet, *quæ* tamen vt valida & efficax ſit, *per charitatem operatur.* & *ſine charitate nihil eſt.* vt alibi ſcripſit. Cui doctrinæ Apoſtolicæ inhærens Auguſt. *Fidem* (inquit) *non facit vtilem niſi charitas. Sine charitate quippe fides adeſſe poteſt, prodeſſe non poteſt*: ad iuſtificationem ſcilicet. De Trin. lib. 15. c. 18. & in Enchirid. cap. 8. *Sine amore, nihil fides prodeſt.* 1. Cor. 13. *Fides per charitatem fit vtilis.*

Sed difficilius paulò eſt oſtendere quomodo fides per charitatem operatur in cauſa iuſtificationis primæ, de qua nunc agimus. Pleríque enim actiuè illud operari exponūt, vt doceat Apoſtolus *fidem operari* vel bona opera, vel ipſam iuſtitiam & ſalutem noſtram, *per charitatem* eiúſque adminiculum. Hunc ſæpiſſimè tradit Auguſtinus diſtinguens eam hoc nomine à fide dæmonum. De fide & operibus cap. 14. ſerm. 16. de verbis Domini tract. 10. in Ioan. in præfat. enarrat. in Pſal. 31. Alij paſſiuè idem verbum exponunt: vt dicat Apoſt. *fidem operari*, id eſt perfici & in opus deduci *per charitatis vim* atq; virtutē. Vterque autem ſenſus, etſi in idem ferè quantum ad rem præſentem coincidat, poſterior tamen & magis proprium ſequitur loquendi modum, & literæ Apoſtolicæ magis inhæret. verbum enim, *operatur*, in Græco, ſenſum habet paſſiuum non actiuum; quia intranſitiuè ponitur πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη, id eſt exercita, mota, & in actione poſita. Sic vſurpatur eadem dictio in paſſiua ſignificatione. *tribulamur pro veſtra conſolatione & ſalute, quæ operatur*, ἐνεργεῖται, *in tolerantiam earundem paſſionum*; ſalus autem non facit ſed fit in tolerantia paſſionum. Sic alibi *vt exhibeamus hominem perfectum in Chriſto. In quo & laboro ſecundum operationem eius quam operatur in me in virtute*, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἐμοὶ ἐν δυνάμει. Illud ἐνεργουμένην paſſiuè accipitur. Operatio enim Dei non facit, ſed fit in nobis ab ipſo per virtutem ſuam. Quam diſtinctionem ſequutus Naziāzenus in orat. de Spiritu S. ſic argumentatur. *Si Spiritus S. eſt* ἐνέργεια operatio, ἐνεργηθήσεται δηλονότι, οὐκ ἐνεργήσει. id eſt, *fiet profectò non faciet.* Rurſum ad Epheſios. *ei qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quam petimus aut intelligimus* κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν: *ſecundum virtutem quæ operatur in nobis*: id eſt quæ facta eſt in nobis per operationem Dei, vt ſuprà ad Coloſſ. 1. Sic 1. ad Theſſal. *ſermo Dei qui operatur in vobis qui credidiſtis*, ἐνεργεῖται, id eſt, exercetur & opere completur. Quo ſenſu *factores legis & verbi*, dicuntur ſic ad Roman. 7. *Cum eſſemus in carne paſſiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur*, ἐνηργεῖτο *in membris noſtris*; id eſt, exercebantur. Neque enim ipſæ paſſiones agunt, ſed aguntur ab appetitu ſenſitiuo, & à voluntate conſentiente. Sic deníque ad Theſſal. 2. *Myſterium iniquitatis iam operatur*: ἐνεργεῖται. id eſt, exercetur in magni illius Antichriſti præcurſoribus. Sic poſtremò apud Iacobum. *Multum valet deprecatio iuſti aſſidua*, ἐνεργουμένη. id eſt exercita. Hoc ergo ſenſu ad Galat. 5. *Fides per charitatem* ἐνεργουμένη eſt fides exercita, mota, & in actione poſita per ipſam charitatem, vt ad iuſtitiam valeat. *Fides enim ſine charitate eſt mortua, ſicut corpus ſine ſpiritu.* Itáque ſicut anima eſt vita & forma corporis, per quam corpus non quidem

Fides per charitatē operatur, id eſt, perficitur. 2. Cor. 1. B Coloſſ. 1. Epheſ. 3. 1. Theſſ. 2. Rom. 2. Iacob. 1. Rom. 7. 2. Theſſ. 2. Iacob. 5. Iacob 2.

C in ſe ſubſiſtit, ſed per quam animatur, & vita animali agit; ſic charitas eſt vita & forma fidei, non quidem ad naturam ipſius fidei conſtituendam, quæ ſuam propriam formam habet (vt alibi oſtendimus) ſed ad fidem in actum & motum iuſtitiæ & ſalutis educendam. *Quomodo fides ſine charitate mortua.* Supra cap. 9.

Hac de cauſa charitas eſt forma fidei quatenus eſt virtus, id eſt quatenus eſt Deo ad iuſtitiam accepta. Nam ſine charitate principium quidem eſt quo homo tendit in Deū (quia intellectum perficit atque purificat) ſed non adhuc aſſequitur Deum, niſi per charitatem operata, exercita, & in actum educta. Fides enim docet intellectum quid ſit agendum, & dirigit ne aberret à vero: ſed nulla fit ad Deum conuerſio, niſi charitas quæ in voluntate eſt, excitet fidem, & ex ſpeculatiua faciat practicam atque operatoriam ſalutis. Non ergo nota aut teſtimonium viuæ fidei eſt charitas, ſed cauſa & forma eius, ſicuti anima non eſt nota & ſignum ſed forma corporis viuentis. Motus certè ſpōtaneus eſt ſignum viuentis corporis, & bonum opus meritorium eſt ſignum viuæ fidei. Sed ipſa charitas omnium bonorum operum radix, eſt fidei viuentis, agentis, practicæ, ipſamet forma & vita. *Charitas forma fidei.* Act. 15. *Charitas non eſt nota fidei.*

Ratio autem propria & intrinſeca, quare fides ſine charitate eſſet planè otioſa ſpeculatio, per charitatem autem fit practica & operatoria ſalutis atque iuſtitiæ, illa eſt; quòd proprium fidei obiectum tale eſt, ad quod fides pertingere non poteſt niſi per charita- *Quare fides ſine charitate eſt otioſa ſpeculatio.*

tem. Nempè non aſpectabile, non ſenſu appetibile, non creatum aliquid, ſed veritas pri- D
ma ſiue Deus qui eſt obiectum fidei, quum ſit finis vltimus omnium deſideriorum, om-
De Trinit. lib. 1. cap. 8. niumque actionum noſtrarum; (quia vt optimus ita maximè deſiderabilis ſiue appeti-
bilis, itemque vt maximus, ita ille eſt propter quem omnia facimus, quando ordinatè
facimus vt egregiè deducit D. Auguſtinus.) ideirco non niſi per charitatem (cuius obie-
ctum eſt bonum) ad eum pertingere, animumque credentem illi vnire, vel fides vel ali-
qua alia virtus poteſt. Per charitatem autem proximè vnimur & aſſimiliamur Deo. *Deus*
1. Ioan. 4. *enim eſt charitas, & qui manet in charitate, manet in Deo & Deus in eo.* Nulla enim arctior con-
iunctio quàm amantis & amati. Sed quia amati nihil poteſt niſi cognitum, fides præexi-
ſtit char tati, non vt hiſtorica notitia, ſed vt notitia diuinitus infuſa. Hæc omnia colligi
poſſunt ex doctrina Sanct. Thom. 2.2. q. 4. art. 2. in reſp. ad 3. & q. 23. art. 8. & de veritate q.
14. articu. 5. & 7.

Quòd pænitentia quoque præter fidem ad iuſtificationem eſt neceſſaria, demonſtratur.

CAP. XXX.

IAM verò præter charitatem, pænitentia quoque eſt via & medium E
ad iuſtificationem primam conſequendam neceſſarium præter ſolam
fidem. Actus enim fidei cum actu dilectionis Dei, generat odium pec-
cati, & propoſitum nouæ vitæ; ſine quibus nulla fit recõciliatio: & per
quæ homo diſponitur non ſecus quàm per fidem ad reconciliationẽ
obtinendam. Euidenter hoc docet ſcriptura. Quum enim concionã-
Act. 2. te Petro, fidem concepiſſent Iudæi, & *compuncti corde* per dilectionem
Pænitentia ad reconciliationẽ neceſſaria. dixiſſent, *quid faciemus viri fratres*; (vbi iterum aliud occurrit exemplum gratiæ iuſtifican-
tis in fide & dilectione) reſpondit Petrus. *Pænitentiã agite*, &c. Hic enim expreſſiſsimè do-
Act. 8. cetur efficax medium ad reconciliationem eſſe penitentiam cum fide & dilectione con-
Act. 11. iunctam. Similiter credenti Simoni mago, ſed relapſo, dicit Petrus. *Pænitentiam age ab hac*
2. Cor. 7. *nequitia tua*, &c. Rurſum Act. 11. *Ergo & pænitentiam dedit Deus gentibus ad vitam*: id eſt, ad iu-
ſtitiam conſequendam. Sic Paulus. *Quæ ſecundum Deum eſt triſtitia pænitentiã in ſalutem ſta-*
Luc. 7. *bilem operatur*: id eſt, ad conſequendam firmam & certam reconciliationẽ. Sic de Magda-
lena dixit Chriſtus. *Remiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum.* Hæc enim dilectio, cum
tam lachrymabili pænitentia coniuncta, non quidem remiſſionis peccatorum meritum
ſed ad remiſſionem conſequendam nobilis & expedita & efficaciſſima diſpoſitio fuit.
Ionæ. 3. Eodem modo de Niniuitis dicẽdum, *quorum opera videns Deus miſertus eſt eis.* Denique hæc
prędicatur tum à Prophetis Ierem. 18. Ezech. 18. & 33. tum in Euangelio Matth. 3. & 4.
Luc. 5. 13. & 24. Act. 17. & 20. In quibus locis remiſſionem peccatorum ſemper præcedit
pænitentia, nec minus hæc quàm illa prædicatur tam veteri populo quam gẽtibus. Sed F
nec auſi ſunt hactenus Proteſtantes, eam ab euangelica prędicatione remouere. Satis
habuerunt eam apud ſuos aut non omnino aut frigidiſſimè docere.

Variæ Proteſtantum euaſiones, quibus charitatis, in negotio primæ iuſtificationis, neceſſitatem eludere, & ſuam ſolam fidem defendere moliuntur, confutantur.

CAPVT XXXI.

A PROTESTANTES hodiè, vt has ſcripturas tam clarè & dilucidè cha-
ritatem & pœnitentiam præter fidem in negotio recõciliationis cum.
Deo commendantes, aliquo modo eludant; varia ſubterfugia quæ-
ſierunt. Primum illud excogitarunt omnia opera quæ antè iuſtifica- 1.
tionem adeptam fiunt, eſſe peccata; ideóque ad gratiam diſponere
non poſſe Hoc paradoxum in Controuerſia de corruptione naturæ
ſiue de reliquiis pecc. originalis confutauimus. Secũdò cauillati ſunt, Supra lib. 5.
quod tales præparationes ſunt noſtræ qualitates & noſtræ virtutes, quibus Chriſto de- 2.
rogamus; quia eas aſſerimus meriti vim habere; vt ſic vel Chriſti meritum penitus
tollamus, vel certè inter Chriſtum & nos ipſos beneficium reconciliationis partia- *In prolegomenis*
mur. Sed hæc rancida calumnia iam ſæpius abſterſa eſt, atque oſtenſum ſine ſpe- *lib. 5. prolegom.*
ciali Dei auxilio tales præparationes non fieri: Ideoque nihil hic purè noſtrum affer- *1. in fine.*
ri, & denique nullam meriti vim habere huiuſmodi. Tertiò etiam illud com-
menti ſunt, quod optima penitentia eſt noua vita, ideoque odio peccati vel ante- 3.
cedente dilectione opus non eſſe, ſed fide ſola, vt fiat remiſſio peccatorum. Hoc
proprium Lutheri commentum, etiam à pleriſque ſuorum hodiè reijcitur, qui odium *Melan. in loc. &*
peccati neceſſariò requiri, terroresque iuſtitiæ diuinæ ad fidei remedium cogere & ex- *& Apologia cõ-*
citare diſertè docent. Quartò ea via nituntur euadere, quod ſola fides accipiens verbum *feſ. Auguſt.*
promiſſionis & in eo Chriſtum, vna cum Chriſto Spiritum Sanctum, & gratiam accipit. 4.
Hanc autem gratiam ſequuntur neceſſariò charitas, aliáque dona Spiritus Sancti, ideo- *Mart. Chemni-*
que quum iſta fidem iuſtificantem neceſſario conſequantur, non autem antecedant, ſo- *tius in Exami-*
B la fides iuſtificat. Sed hoc commentum dupliciter refellitur. Primum quia fides non ac- *ne decret. conc.*
cipit Chriſtum aut Spiritum Sanct. niſi charitate formetur, ideoque actus charitatis iu- *Trid.*
ſtificationem præcedit non ſecus quam fides. *Mortua enim fides inanis eſt.* Deinde quia etſi Iacob. 2.
verum eſſet quod fidem neceſſariò & naturali conſecutione vel certè infallibiliter co-
mitaretur charitas (quod totum falſum eſſe poſtea oſtendetur) tamen quia non prius iu-
ſtificat fides (etiam ipſorum confeſsione) quam per charitatem operetur, non minus
profectò charitati quam fidei tribuenda eſſet iuſtificatio. Quintò ab hoc loco deiecti, 5.
aiunt eorum nonnulli, quum fidem per charitatem operantẽ iuſtificare docent, intelli- *Illyricus negat*
gere ſe hanc operationem potentia non actu. *Reuera enim in iuſtificatione non tantum non* *adeſſe bona ope-*
cooperantur, ſed nec adſunt bona opera, ait Illyricus in claue par. 2. tract. 6. iuxta illud Auguſt. *ra in iuſtificatio-*
bona opera ſequuntur iuſtificatum non præcedunt iuſtificandum, in lib. de fide & operibus, ideo- *ne.*
que hoc loco & taxat alios Lutheranos, maximè maioriſtas, qui loco fidei formatæ ſub- "
ſtituerunt hanc phraſim, *fides habens charitatem iuſtificat*, & laudat Roffenſis propoſitionẽ, "
Fides fœta bonis operibus ante partum iuſtificat. Denique affirmat orationem publicani, & la-
crymas Magdalenæ, fuiſſe folia & flores ipſius fidei, non aliquid diſponens ad iuſti-
tiam.

Sed huic Stoico Lutherano reſponde bona opera, vt merita quidem vitæ æternæ
non præcedere iuſtificandum, & huiuſmodi bonis operibus grauidam fidem antè partũ
iuſtificare. Actus tamen fidei qui efficaciter diſponit ad iuſtitiam, habet actu nõ potentia *Fides iuſtificans*
C tantũ actũ dilectionis & pœnitẽtiæ cõiunctũ, vt in ſcripturis citatis manifeſtiſsimè iam *habet actu cha-*
oſtenſum eſt. Ideoq, Apoſtolus dicit, ad iuſtificationẽ in Chriſto valere fidem, non quæ *ritatẽ non potẽ-*
per charitatem operabitur aut operari poteſt, ſed *quæ per charitatem operatur*, in præſen- *tia tantum.*
ti. Tribuit quoque Chriſtus diſertis verbis iuſtificationem, confeſsioni publicani, & Luc. 7. & 18.
dilectioni Magdalenæ. Oratio autem illius, & lachrymæ huius, flores vel potius fructus
contriti cordis erant, non fidei; quæ in Simone Mago erat ſine lachrymis ſine oratione,
quum ipſe non oraret, ſed diceret Apoſtolis, *præcamini vos pro me ad dominum, &c.* Act. 8.

Sextò, vt ſcripturas illas de fide ſine charitate, pœnitentia aliiſque virtutibus inani, 6.
nihil contra ſuam ſolam fidem facere oſtenderent, aiunt, hoc totum de generali fide in-
telligi, vel de ea fide quæ eſt hiſtorica tantum notitia eorum quæ in verbo Dei reuelan-
tur, non autem de ſua ſpeciali fide, cui toties ſine operibus promittitur in Scripturis re-
conciliatio, ſalus, iuſtitia. Sed huic cauillo iam ſatisfactum eſt, & oſtenſum quod fides in Supra. cap. 4.
Scripturis commendata non eſt ſpecialis proteſtantum fides, ſed aſſenſus vniuerſo Dei 5. 6. & 7.
verbo datus, ideoque de eadem loquuntur Scripturæ, quando vel per dilectionem ope
rari, vel ſine operibus mortua eſſe dicitur. Septimò vt ſolam fidem omnibus modis de-
fendant, non ſunt veriti docere in ipſa fidei ratione contineri ſpem, charitatem cæte-

raſque virtutes: fidei enim non eſſe tantùm ſpeculatiuam quandam cognitionem, ſed D
etiam appetitionem agniti boni, ideóque (vt Caluinus definiuit) *non tantum eam mentibus reuelari, ſed & cordibus obſignari*: vtpote quæ ſit animi motus & affectus, ardenti deſiderio ac fiducia Dei beneficia expetens & amplectens. Hoc etiam ſenſu confeſſioniſtæ definiunt fidei intrinſecum eſſe non ſolum credere, *ſed etiam velle & accipere oblatam promiſſionem*. Hac denique de cauſa Illyricus in Claue, part. 1. Synonyma fidei colligens, ipſam ſpẽ & charitatem inter alia enumerat. *Nam & ſperare* (inquit) *pro credere accipitur*. 1. Pet. 1. *Sperate in eam quæ ad vos defertur gratiam*. Et quum dicitur. Eſai. 55. *Venite omnes ſitientes ad aquas*, vel Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis*, vel Ioan. 4. *ſi quis ad me veniet non ſitiet*, vel denique Ioan. 6. *Nemo poteſt venire ad me niſi Pater meus traxerit eum*, in his locis omnibus fides (ait ille) prædicatur, & credendi opus à nobis exigitur. Si quid ergo aliis virtutibus in Scriptura tribuitur, id propter fidem fit, cuius naturam & rationem participant. Deniq; hoc ſenſu docent proteſtantes omnia bona opera propter fidem non propter ſe, Deo placere. Quod vt ſignificantius explicaret Caluinus, ſcripſit; *ſola fide non tantum nos, ſed & opera noſtra iuſtificari*. Inſtit. lib. 3. c. 17. ſect. 10. Et certè (aiunt illi) quũ iubemur *fide ad Deum accedere*, Hebr. 4. Docemur in fide non eſſe meram ſpeculationem, ſed etiam boni agniti deſiderium. Idcirco & ipſa oratio quæ eſt deſiderij noſtri vox, vocatur *oratio fidei*. Iacob. 5. Nec alia de cauſa tot bona iuſtorum opera ad Heb. 11. vni fidei Apoſtolus tribuit. Denique Ioannes ita in fide totum eſſe poſitum docet, vt dicat: *Hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra*. 1. Ioan. 5. Poſtremò hac de cauſa toties in euangelio repetitur, *fides tua te ſaluum fecit*. Matth. 9. Mar. 5. Luc. 7. & 18. atque in Apoſtolo quod *fide iuſtificamur* ad E
Roman. 3. 4. 5. 10. ad Gal. 2. & 3. vt intelligamus in fide alias omnes virtutes contineri, quas cum illa adfuiſſe Scripturæ illæ Euangelicæ iam citatæ teſtantur.

Reſponſio ad ſingula. Ad hæc omnia breuiter & punctuatim reſpondebitur. Primum hæc confuſio fidei cum aliis virtutibus contradicit Apoſtolo, qui illa diſertè diſtinguit dicens.
1. *Manent hæc tria, fides, ſpes, charitas; maior autem horum charitas*. 1. Cor. 13. Quæ autem in vnam naturam cõueniunt nec ſpecie diuerſa ſunt, nec ad inuicem naturalis dignitatis reſpectu comparari
2. poſſunt. Secundò, fides certè quia ad eius actum concurrit actus voluntatis, non caret
Quare & quatenus fidei eſt cũ affectu coniuncta. omni affectu, *nemo enim credit niſi volens* (ait Auguſt. de ſpiritu & lit. cap. 13.) tamen deſiderium & affectum boni agniti non ex ſe habet; ſed à Charitate (quæ eſt proprius voluntatis actus) talis affectus procedit: quamquam idem affectus & deſiderium à fide quoque conſiderante Deum, vt bonum & amabilem procedit. Fides enim quia habet pro obiecto bonum amabile, imò bonum illud quod eſt finis omnium deſideriorum noſtrorum, neceſſariò per charitatem boni cogniti operatur & perficitur; ſicuti colligit Sanct. Tho. 2. 2. quæſtio. 4. articu. 2. ad 3. Sic ergo fit, vt dilectio ſit opus fidei vna conſideratione, quia ex fide tam demonſtrante quid diligat, tum dirigente quo ordine diligat, procedit, (vnde Ambroſius lib. 8. in Lucam, *ex fide eſt charitas, ex charitate ſpes*) eadem tamen dilectio alia cõſideratione ſit finis virtutis, & perfectio fidei, quatenus videlicet per eam in opus
3. perfectum educitur vt iuſtitiam conſequatur: vt antè explicuimus. Tertio, Caluini &
Supra cap. 11. & ſect. Confeſſioniſtarum delirium qui in natura fidei affectum poſuerunt, ſatis eſt ſuperius cõ- F
futatum. Quartò, neque Petrus ſperare pro credere ſed in propria ſignificatione loco
4. citato accipit, neque in aliis locis ex Eſaia & Euangelio citatis ſola fides, ſed compunctio cordis, deuotio & pietas, ad Deum aſpirantiũ deſcribuntur. Per hæc enim ad aquas gratiæ & ad Chriſtum venitur, non per ſolam fidem. Dicetur enim. *Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis*. Matth. 7. Bona autem opera per fidem placent, quia radicem bonam habuerunt. Sed nec illa ſola radix eſt, verùm charitas eſt etiam altera radix; nec per ſe tamen non placent: Fructus enim per ſe etiam bonus eſt, & per ſe placet, etſi multum radici ac meritò tribuatur. Si autem fides iuſtificat opera, multo magis charitas quæ ipſam fidem iuſtificat. Fides enim *per charitatem operatur*, vt iuſtificet. Gal. 5. Quintò, fide ad Deũ accedimus, quia principium accedendi eſt fides, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli ad Hebr.
6. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, &c.* Sextò, & oratio iuſti à Iacobo capite quinto, &
Quare bona opera fidei aſcribũtur. multa alia heroica iuſtorum opera ad Hebr. 11. fidei tribuuntur, quia radix & principiũ atque etiam fundamentum omnium illorum recta fides in Deum erat: vt verbi gratia, de immolatione filij per Abraham, quod opus fidei cooperanti Iacobus tribuit capite 2. Dicit egregiè Auguſtinus. *Magnum opus, ſed ex fide: laudo ſuperædificationem operis, ſed video fidei fun-*

A *fidei fundamentum, laudo fructum boni operis, ſed in fide agnoſco radicem. Si enim hoc præter fidem rectam faceret Abraham nihil illi prodeſſet, qualecunque illud opus eſſet.* Hæc ille in præfat. enarr. in Pſalm. 31. Idem docet in lib. de prædeſtina. ſanctorum capite 7. Septimò, *vincit mundum fides noſtra*, q' ia in omni tentatione fides orando impetrat gratiam qua tentatio ſuperetur hoc enim ſenſu Pelagiana propoſitio damnata eſt, qua dixit *victoriam noſtram non eſſe ex Dei adiutorio, ſed ex libero arbitrio*, vt commemorat Auguſtinus, epiſtol. 106. — 7. 1. Ioan. 5.

8. Octauò & poſtremò, in Euangelio & ab Apoſtolo tribuitur ſæpenumero fidei ſalus, & iuſtificatio, vtcunque aliæ virtutes adfuerint, partim quia radix illa & origo eſt omnium virtutum, vt iam dictum eſt, partim quia eius efficacia & dignitas maximè fuit tum à Chriſto tum ab Apoſtolis in illa prima Iudæorum & gentium conuerſione prædicanda, à qua videlicet conuerſionis initium ſumendum erat: ſicuti ſanè in omni diſciplina via & ratione tradenda, à principiis artis ordiendum eſt. Hanc viam in conuerſione peccatorum ineundam diſertè docet Auguſtinus, in lib. de natura & gratia capite 68. Noluit autem in his locis (vt proteſtantes imaginantur) Spiritus Sanct. ſibi ipſi contrarius eſſe: id eſt vel illa confundere quæ alibi clariſſimè diſtinxit, vel ſoli fidei ſalutem & iuſtitiam tribuere, quæ aliis in locis iam citatis charitati & pœnitentiæ diſertè tribuit. Poſtremò quum Chriſtus dicit Magdalenæ Luc. 7. *Fides tua te ſaluam fecit*; & mulieri hemorrhoiſſæ, Matth. 9. *Confide filia, fides tua te ſaluam fecit*: & denique cæco iterum atque iterum clamanti in via, Luc. 18. *Reſpice: fides tua te ſaluum fecit*; non ſimpliciter aut

B ſolam fidem Chriſtus ibi laudauit, ſed fidem illorum, & qualis illorum tunc erat; cum lachrymis videlicet & dilectione multa in Magdalena; cum humilitate, tremore, & reuerentia in hemorrhoiſſa; cum oratione & clamore valido in cæco illo coniunctam: & tali fidei ſic exornatæ & aliis virtutibus comitatæ ſalutem datam attribuit, non ſoli fidei. Propterea enim non dixit vlli eorum: fides te ſaluum fecit, aut ſola fides: ſed ſingulis dixit, *fides tua te ſaluum fecit*; nempè qualis in te eſt. Sic mulieris Chananeæ non fidem, ſed *fidem magnam* Matth. 15. & Centurionis *tantam fidem quantam non inuenerat in Iſrael*, Matth. 8. laudauit & remunerauit Chriſtus.

Quare fidei tribuitur iuſtificatio etiam cum aliis virtutibus connexa.

Quòd fides & cæteræ virtutes non ſunt ita connexæ, quin ab inuicem ſeparari poſſint, contra multiplicem aduerſariorum pugnam defenditur.

CAPVT XXXII.

C

IAM verò ab hoc etiam loco deiecti proteſtantes, & hac identitate fidei atque aliarum virtutum euerſa, quam ſoli ferè rigidiores Lutherani ſeu Illyricani hodiè tenent, ſaltem hoc poſtremum omnes vnanimiter & mordicus tenent, fidem & cæteras virtutes ſic eſſe connexas, vt ſeparari à fide cæteræ virtutes nequeant; eſſe enim fidem arborem ipſam bonam quæ neceſſariò parit fructus bonos, ideoque qui fidem habet quaſi naturaliter, certè neceſſariò bene operari, ac propterea deſinente charitate excidere quoque fidem, & per quælibet peccata contra conſcientiam ſiue mortalia (hæc enim pro eodem habent) excuti prorſus veram fidem docent. Hic eſt poſtremus ſcopulus ad quem naufragarunt hodiè hæretici dum ſoli ſuæ fidei portum aliquem defenſionis quærũt. Ait enim Caluinus ſic fidei coniunctã eſſe charitatem ſicut ſoli & igni calefacienti ſplendorem, vt ſicut ſol & ignis non ſine ſplendore quidem, tamen non per ſplendorem, ſed per calorem illis inſitum calefaciunt, ſic fides

Poſtremus proteſtantium ſcopulus circa ſolam fidem.

Inſt. li. 3. ca. 2. Ioan. 12.

quum non ſit ſine charitate,tamen non per illam,ſed per apprehenſionem promiſſionis D ſibi propriam hominem iuſtificat.Quare & eodem cap.ſect. 41. docet fidem talem eſſe euidentiam rerum non apparentium vt ea imbutus ad redamandum Deum totus ſimul accendatur.In hunc autem modum planéque inſeparabiliter coniunctam eſſe fidei charitatem,hoc vno exemplo poſt Lutherum in lib.de capt.Babylonica,Illyricus, & Bucerus,& alij demonſtrant:quod quemadmodum famelico ſanæ mentis ſi à quopiam cibi copia promitteretur,quem & poſſe & velle quod promiſit præſtare nihil dubitaret, fieri non poſſet quin famelicus & fiduciam egregiam ſtatim conciperet, & tam beneficum largitorem intimè amaret & denique paratus eſſet ei quacunque in re gratificari;ſic qui fidem habet euangelio,non poteſt non certò ſpetare oblatam ſalutem, deumque tam beneficum amare, eiuſque iam mandata perficere; deniq; toto ſe pectore ad eum conuertere.Hæc illi.

Fides non habet neceſſariò annexas alias virtutes.

Sed breuis eſt & ſolida reſponſio. Nec natura fidei hoc euincit, & experientia manifeſta repugnat.Fides enim vtcunque excitet ad rectè faciendum, tam timore iuſtitiæ diuinæ quam bonitatis amore,quem vtrumque proponit,libera tamen manet voluntas fidei dictamen reſpuere; & præſentia æternis, caduca ſolidis, ſenſualia ſpiritualibus anteferre.Non enim voluntas intellectum,aut fidem,aut gratiam ſequitur tanquam mancipium,vt Caluinus ponit,quaſi propoſitis pœnis & comminationibus neceſſariò Deū refugiat;propoſitis promiſſionibus & præmiis neceſſariò Deum amplectatur, & amet; ſed liberè illis afficitur,vel acceptando vel refugiendo.Nec etiam fides per dilectionem E tanquam per inſtrumentum ſicuti Dominus per ſermonem operatur ſalutem, ſed ſicuti per formam propriam;quia per eam perficitur & ad vltimum finem ordinatur. Vt iuxta doctrinam Apoſtolicam diſtinguit Sanct.Thom.2.2.quæſtio.23.articu.6.ad 2.argument. Non ergo ex natura fidei neceſſariò eam ſequitur charitas. Verum quidem eſt quod quatenus fides eſt fundamentum iuſtificationis & ſalutis operatiua, coniunctam habet neceſſariò charitatem,quia per eam operatur:& hoc ſenſu dixit S.Tho.2.2.q.4.articu.7. ad quartum argum. quod fides ſine charitate fundamentum eſſe non poteſt. Sed hoc non ſequitur ex natura fidei, ſed ex natura fundamenti ſiue quatenus iuſtificandi vim habet per modum fundamenti;non eum eſſe fundamentum (ait ibidem Sanct. Thom.) niſi ei aliæ partes ædificij cohærerent: connexio autem ſpiritualis ædificij eſt per charitatem,quæ ideo vocatur *vinculum perfectionis*. Itaque fides quando iuſtificat neceſſariò habet charitatem:ſed adeſt ſæpenumero fides quando non iuſtificat, propter voluntatis libertatem cuius actus eſt dilectio ſine qua non iuſtificat:& quia non ſemper ordinatur actus fidei in vltimum finem, qui eſt Deus, ad quem ſine charitate non peruenitur, & per charitatem ſemper peruenitur;ſed in ſolo aſſenſu veri reuelati ſubſiſtit, vel nihil operando per charitatem,vel etiam malè operando per cupiditatem. Alia etiam ratio ex natura ipſius fidei hæc eſſe poteſt quod cognitio per fidem eſt adhuc cognitio *per ſpeculum & in enigmate*,ideoque non eſt adeo efficax & puræ charitatis elicitiua, ſicut in altera vita cognitio Dei,facie ad faciem futura eſt. Tunc enim quia clariſſimè & perfectiſſimè videbitur Deus, etiam perfectiſsimè amabitur: vt docet Auguſtinus de Spiritu & F lit.capite vltimo,& in lib.de perfectione iuſtitiæ circa principium. Tertia ratio etiam eſſe poteſt,terrena hæc noſtra inhabitatio.*Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.* His ergo de cauſis non ſemper fides ad quod apta nata eſt,quia radix eſt omnis iuſtitiæ,charitatem & bona opera producit.

Coloſſ. 3.

Quare fides eſt ſæpe abſque charitate.

1. Cor. 13.

Inſignis proteſtantium contradictio.

Notanda eſt autem hoc loco inſignis hæreticorum contradictio.Fidei eam vim tribuunt,vt omnium virtutum ſit fetax, nec in quoquam eſſe poſſit ſine bonorum operū fructu atque prouentu vberrimo.Renouationi autem internæ(in qua tamen primum locum obtinet fides)ita nefariè derogant, vt dicant, eam non producere in renatis vllam veram virtutem aut legis obedientiam, ſed eſſe illam totam immundam atque imperfectam,ideoque ex ſeipſa Deo placere eam non poſſe.Ita non ſunt in ſuis mēdaciis ſatis memores.

In multis eſt fides ſine charitate.

Quod ad poſterius probationis membrum attinet,& quotidiana experientia oſtendit,& Scriptura euidenter teſtatur,in multis fuiſſe fidem ſine charitate, pœnitentia aliiſque virtutibus.*Ex principibus multi crediderunt in Ieſum, ſed propter phariſæos non confitebantur vt è Synagoga non eijcerentur.Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam Dei.* Et quia

A tales in Eccleſia defuturi non eſſent, per parabolam expreſſit ſaluator, quale de illis iudicium habendum eſſet. Quum enim dixiſſet, *Non omnis qui dicit mihi domine, domine intrabit in regnum cælorum*, mox parabolam ſubiungit. *Qui audit verba hæc* (id eſt credit) *& non facit ea, ſimilis eſt viro ſtulto qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam*. Eodem etiam tendit parabola *de inuitatis ad cœnam magnam*. Non enim non credebant inuitanti & vocanti Deo, ſed credentes à concupiſcentiis ſuis abſtracti & præpediti, venire recuſarunt. Deinde non tanquam impoſſibile ſupponit, ſed tanquam de re ſatis vulgari admonet Apoſtolus: *ſi omnem fidem habuerimus ita, vt montes transferamus, charitatem autem non, nihil ſumus.* Matth. 7. Luc. 14. 1. Cor. 13.

Fidē autem hic vocat Apoſtolus propriè dictam: omnem verò quum dicit, in ſummo gradu & perfectiſſimam intelligit. Nam fides miraculorum magnum eſt hæreticorum nugamentum. Certum eſt Apoſtolum hic vel alludere ad illud ſaluatoris. *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapu, dicetis huic monti tranſi hinc illuc & tranſibit*; vel certè de eadem fide loqui. Illa autem eſt proprij nominis fides Catholica, ſed in ſummo gradu ex parte firmitatis aſſenſus. Dicunt enim illi Apoſtoli. *Adauge nobis fidem* moxque fidem *grano ſinapis* comparat. Matth. 17. Luc. 17.

Deniquè paradoxum hoc Lutheranum omnem diſtinctionem fidei ſecundum ſuos gradus & qualitates accidentales, quæ tamen ſcriptura diſertè tradit, prorſus euertunt; vt nulla ſit vel modica, vel infirma, vel etiam mortua fides: ſed omnis fides neceſſario ſit viua, valida, & magna. Cōmemorat autem ſcriptura *modicam & magnam fidem*, iuxta
B intenſionis gradus. Matth. 4. 14. & 16. Item 8. & 15. *Firmam* quoque *& infirmam*, Roma. 14. *Sanam quoque fidem* ad Titum 1. & 2. quæ opponitur ægræ & corruptæ iuxta fidei materiam & obiectum, Denique *mortuam fidem*, Iacob. 2. *& operantem* ſeu viuam (operatio enim vitæ ſignum eſt) ad Galla. 5. iuxta ipſius fidei non naturam & ſubſtantiam, ſed qualitates & perfectionem. *Fidei gradus & qualitates diuerſa.*

Vaniſſimè autem contendunt proteſtantes mortuam ſiue non operantem fidem, nullam. Fidem eſſe, & æquiuocam eſſe prædicationem illam. Dicitur enim fides viua & mortua non ratione ſui, ſed ratione iuſtitiæ & ſalutis; & quam vel eſt efficax, vel non efficax propter charitatem, & bona opera; ideoque cum illis viua, ſine illis mortua reſpectu iuſtitiæ eſt. Nec forma fidei intrinſeca eſt, cum in quo eſt perfectè iuſtificare, aut dare plenam vitam animæ, (quod eſt viuam eſſe) ſed animum in quo eſt, ad aſſentiendum omnibus quæ à Deo dicuntur, obedientem & promptum efficere. Ideoque dęmones fidem non habent; non quia charitate & bonis operibus carent, ſed quia conuicto intellectu rerum euidentia quam naturaliter perſpiciūt, & non ex obedientia credunt. *Quod mortua fides eſt vera fides.* *Dæmonū fides.*

Quibus ita poſitis ad ſingula proteſtantum puncta reſpondebitur. Non eſt ſola fides arbor bona, quæ vel per ſe & ſua vi vel neceſſariò infallibiliter parit fructus bonos: ſed anima in ſuis potentiis iuſtificata & rectificata per fidem, charitatem, aliaſque virtutes eſt arbor bona. Ideo Auguſtinus per arborem bonam *voluntatem bonam*, quæ ſine fide & charitate non eſt bona, ſignificari perperuò docet. In Enchirid. cap. decimoquinto, cō-
C tra Adimantum capite 26. contra lit. petil. libro tertio, capite 44. & contra Iulianum lib. 1. capite tertio. Quare quod ſaluator dicit *facite arborem bonam*, idem valet quod illud Ezechielis. *Facite vobis cor nouum*. Noua enim creatura eſt arbor bona, quæ ſola facit fructus bonos, id eſt meritoriè bonos & dignos vita æterna. Alioqui arbor nondum bona ſed in via ad bonitatem ſeſe diſponendo, quæque per ſpeciale Dei auxilium, (quod *agriculturam Dei* Apoſtolus vocat & *facturam Dei*) formatur & creatur, vt ſit bona; fructus facit non omnino malos, vt in alia controuerſia oſtenſum eſt. Si enim abſque vlla præparatione fieret arbor bona, non eſſet homo electione, ſed natura aut neceſſitate bonus aut malus, iuxta Manicheorum furorem: de quo vide Augu. lib. 1. c. 3. contra Iulianum. *Quæ ſit arbor bona.* Matth. 7. Ezech. 18. *Noua creatura eſt arbor bona.* 1. Cor. 3. Ephe. 2.

Sanè contra Proteſtantes diſertè docet Apoſtolus reſpectu virtutum ipſam fidem non ſecus eſſe fructum quam reliquas. *Fructus ſpiritus* (ait Apoſtolus) id eſt, quos in voluntate Spiritus Sancti operatur *ſunt charitas, gaudium, pax, &c. fides, modeſtia, continentia, &c.* ad Galla. 5. Non ergo hos fructus parit fides; ſed ex numero fructuum eſt ipſa fides. Ipſius tamen iuſtitiæ ſeu bonorum operum (quæ hi fructus iſtæque virtutes coniunctæ faciunt,) vna ex parte fides eſt *Fides eſt fructus arboris bonæ ſicut cæteræ virtutes.* Gal. 5.

A henſionem organicam, ſeu perſuaſionem certiſſimam eo nomine accipias, nihil prorſus pertinere; ſed ad fidem Catholicam quam illi hiſtoricam notitiam vocant; ideóque impertinentem prorſus eſſe omnem hanc illorum diſputationem ad ſuam ſolam fidem confirmãdam. De illa enim ſpeciali fide neque Auguſtinus, vel Roffenſis loquuti ſunt, neque illæ ſcripturæ vel in ſeptimo, vel in octauo puncto ab aduerſariis citatæ de alia fide loquuntur, ſed de Catholica qua vniuerſo verbo Dei creditur. Vnde & diſertè ſcribit Caluinus Iacobum cap.2. de veta fide non diſputaſſe, id eſt de ipſorum ſpeciali fide, ſed *fidem* (inquit) *nominat Apoſtolus, inanem opinionem procul à fidei veritate diſſitam*. Hæc ille Inſtitut. lib.3. cap.17. ſect.11. Sic fidem Catholicam qua in Deum creditur & ipſam Abrahæ fidem tam à Iacobo ibidem quàm à Paulo ad Rom.4. tantopere laudatam impius hæreticus vocat. Nihilominus tamen doctrinæ cauſa, cauillationes hæreticorum à Catholicis ſcriptoribus ſigillatim hactenus confutari ſolitæ ſunt: quorum veſtigiis & nos inhærere voluimus. Supra cap.31.

Quod promiſſam hæreditatem & beatitudinem ſola fides non conſequatur.

CAPVT XXXIII.

B ATQVE hæc de ſola fide circa primam iuſtificationem hactenus. Nũc de altera propoſitione, quòd promiſſam hæreditatem & beatitudinem ſola fides non conſequatur, quàm breuiſſimè dicemus. Plenior enim hac de re diſputandi locus dabitur in controuerſia de meritis operum. Itaque contra ſolam fidem ſaluantem hoc nunc vnico ſed validiſſimo argumento vtemur. Promiſſio hæreditatis & vitæ æternæ quàm fides apprehendit eſt planè conditionata, id eſt, bonorum operum conditioni prorſus annexa. Sola igitur fides eam non conſequitur. Antecedens ex ſcripturis probatur, quia ſub manifeſta verborum forma talis conditio exprimitur: Idque in illis ipſis ſæpe locis, vbi credere & ſperare hæreditatem iubemur. Ea nunc loca breuiter notabimus. *Hæredes ſumus ſecundum ſpem vitæ æternæ*, &c. *ſi tamen compatimur vt conglorificemur. In hoc ingemiſcimus ſuperindui cupientes, ſi tamen veſtiti & non nudi inueniamur.* Intelligit autem veſtem nuptialem quæ charitas eſt, *ſine qua qui intrauit in conuiuium*, id eſt in Eccleſiam & participationem ſacramentorum per fidem, *eiectus eſt. Si commortui ſumus & conuiuemus, ſi ſuſtinebimus & conregnabimus, ſi negauerimus illum* (*factus autem negatur*) *& ille negabit nos. Participes Chriſti ſumus ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum retineamus. Iuſtus ex fide viuit; quòd ſi ſubtraxerit ſe non placebit animæ meæ. Si manſeritis in ſermone meo verè diſcipuli mei eritis.* Ioan.8. Et notanda diligenter Apoſtolica diſputatio. Dicit ad Galathas. *Si vos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecundum promiſſionem hæredes.* Do-

Promiſſio hæreditatis æternæ eſt bonorum operum conditioni annexa.

Rom.8. 2.Cor.5. Matth.22. 2.Timo.2. Tit.1. Hebr.13. Abac.2. Ioan.8. Gal.3. Rom.8.

C cet autem alibi quomodo ſumus Chriſti. *Si quis Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus mortuum eſt propter peccatum*, &c. Si enim *ſecundum carnem vixeritis moriemini; ſi autem Spiritu*, (id eſt per donum Spiritus, quod eſt *charitas diffuſa in cordibus per* Spiritum *Sanctum*, ad Roman.5.) *facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Ergo promiſſam hęreditatem non propter ſolam fidem, ſed propter carnis mortificationem conſequimur. * Eſt autem hæc mortificatio carnis ipſa iuſtitia noſtra in hac vita. Sic apertè in Euangelio Saluator iam credenti dixit. *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata.* Huius generis ſunt & hæ ſcripturæ. *Niſi quis legitimè certauerit non coronabitur. Repoſita eſt corona iuſtitiæ his qui diligunt aduentum eius. Iuſtitia illius his qui ſeruant teſtamẽtum eius, & memores ſunt mandatorum eius ad faciendum ea. Deus remunerator eſt, ſed inquirentibus ſe. Quærentes autem Dominum non minuentur omni bono.* Denique, *Chriſtus factus eſt cauſa ſalutis æternæ omnibus obtemperantibus ſibi*: Huc etiam pertinet forma futuri iudicij, in quo *ſecundum opera* non ſecundum fidem *vnuſquiſque ſententiam accipiet.* quod ab Apoſtolo repetitur non ſemel. Rurſum. *Pietas ad omnia vtilis eſt promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt & futuræ.* Nam & pietati erga parentes promittitur vitæ longitudo in decalogo, & pietati erga Deum retribuuntur vita æterna.

Promiſſa hæreditas propter carnis mortificationem datur.

Vide ſuprà lib.6. cap.6. Matth.19. 2.Timo.2. 2.Tim.4. Pſal.102 Hebr.11. Pſal.33. Hebr.5. Matth.25. 2.Cor.5. Rom.2. 1.Timo.4.

Hoc enim vocat Apoſtolus in eadem epiſtola, *theſaurizare ſibi fundamentum bonum* 1.Timo.6.

in futurum (*per bona opera* & maximè per eleemoſynas propter Deum factas) *vt apprehendant veram vitam*. Quod ex Chriſti doctrina in Euangelio didicerat Apoſtolus, vbi dicitur. D

Luc.16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt quum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula*. Quare & hoc ſenſu vocat Apoſtolus fidelium in Chriſto renatorum & *iuſtitiæ ſer-*

Rom.6. *uientium, fructum quidem ſanctificationem* (præſentem ſcilicet iuſtificationem) *finem verò vitam æternam*. Iuxta quam ſententiam Chriſtus in Euangelio affirmat fore, vt *qui reliquerit*

Marc.10. *domum aut fratres aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut filios aut agros propter illum & propter Euangelium* (id eſt cuiuſcunque veritatis Euangelicæ cauſa) *ut accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc*, id eſt gratias & conſolationes in hac vita ſpirituales *quæ comparatione & merito ſui ita erunt quaſi ſi paruo numero centenarius numerus comparetur* (vt exponit rem ſapienter S. Hieronymus in com. ad Matth. cap. 19) *& in futuro ſeculo vitam æternam*.

Variæ Flacci Illyrici cauillationes contra bonorum operum conditionem, efficaciam, & neceſsitatem, repelluntur.

CAPVT XXXIIII. E

SED ad has & innumeras alias Scripturas quæ bonorum operum neceſſitatem affirmant conditionem exprimunt, efficaciam apprehendendi vitam æternam deſcribunt, quum nihil ſolidi Proteſtantes habent quod reſpondeant pro ſola ſua fide; Velint tamen prorſus per ſolam illam ſine vlla bonorum operum conditione aut neceſſitate quaſi vnico ſaltu cælum conſcendere, quod nihilominus Saluator *vim pati & à violentis rapi*, in Euangelio profitetur, Math.11. variis cauillationibus manifeſtam veritatem eludere conantur. Eas omnes diligenter collegit Flaccus Illyricus in peſtilenti ſua claue par.2. tract.6. in titulo *de varia bonorum operum prædicatione*. Illas quãtum ad rem præſentem pertinet breuiter iugulabimus. Primum ait quoties per bona opera apprehendi vitam æternam, aut ſecundum bona opera Chriſtum eſſe iudicaturum Scriptura docet, Synecdochen eſſe qua per externas quaſdam notas vera animi pietas & fides indicantur, per quam non per opera homines ſaluentur. Hoc aliis verbis dixit Caluinus

1. Cauillatio. *ideò ſalutis promiſſionem Deum adimplere iis qui legem obſeruant, quia in illis germana demum filiorum inſignia agnoſcit*: ac denique quum facientibus iuſtitiam promittitur vita æterna, vt Pſal.15. & Eſaiæ 33. *nam ibi firmamentum deſcribi quo fideles coram Domino ſubſiſtant: ſed modum quo in ſuum conſortium eos clementiſſimus pater introducat*. Hæc ille Inſtitut. lib.3. cap 17.

Reſponſio. ſect.6. Reſponde hanc Synecdochen verba Scripturarum non ferre quæ ſecundum o-

1. pera nos iudicandos eſſe non vt notas fidei, aut vt germania inſignia atque iudicia filiorum Dei ſed vt obedientiam debitam, à Deo quidem exactam, à filiis autem neceſſariò non liberè pendendam apertè docent. Deinde quòd non ſecundum fidem fiet iudiciũ, F

2. ipſemet Chriſtus prædixit apertè dicens. *Qui non credit, iam iudicatus eſt*. Ioan.3. Non ergo vt fidei notæ (cuius nulla ibi erit quæſtio) ſed vt opera obedientiæ & nouitatis vitæ in qua ambulare fideles neceſſariò debent, bona opera in examen vocantur, & bonorũ operum conditioni vita æterna repromittitur. Scripturę enim non modum tantum deſcribunt quo ſuos Deus acceptat, ſed conditionem neceſſariam exprimunt ſine qua pro ſuis illos acceptare non vult. Dicturus eſt enim. *Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Neſcio vos*. Matth.7. Docent hæc verba non vt ornatum congruum, ſed vt firmamentum

2. Cauillatio. neceſſarium bona opera & vitæ iuſtitiam coram Deo ad ſalutem requiri. Secundò dicit Illyricus laudari opera ad excitandos pios ad nouam vitam, &c. ſicubi autem vita æterna illis promittitur, neceſſariò afferendam interpretationẽ ex aliis Scripturæ locis plenè ac perſpicuè ſalutis noſtræ rationem explicãtibus, nempe vbi ſoli meritò Chriſti fide apprehenſo, excluſis operibus, tota noſtra ſalus ac iuſtificatio adſcribitur. Hæc ille. Idem aliis verbis docet Caluinus inſtitu.lib.3.cap.17.ſect. 3. Dicens promiſſiones euangelicas de retributione bonorum operum ex triplici cauſa veras eſſe: 1. quòd Deus auerſo ab ipſis operibus intuitu quæ probrum merentur, in Chriſto ſuos complectitur, ſola fide

A fide intercedente. 2. quia paterna Dei benignitate non ex aliqua dignitate remunera- 2.
tionem accipiunt.3.quia cum venia ſuſcipiuntur non imputata imperfectione qua om- 3.
nia inquinantur.Reſponde Spiritum S.ſibi contrarium non eſſe,ideóque ſcripturas quæ
tam manifeſtè bonorum operum efficaciam deſcribunt,per alia loca quæ opera exclu-
dunt euacuari non poſſe;ſed adhibita operum diſtinctione vtriuſque generis loca con-
ciliari debere.Excludi nempè opera ſine fide & gratia Chriſti;laudari opera per gratiam
& in fide Chriſti facta.Secundò,ad loca in ſenſu grammatico clariſſima, in alium quàm
ſonant ſenſum trahenda adhiberi non poſſe alia loca obſcura & difficilia, ſed potius ex
locis dilucidis explicanda eſſe obſcura iuxta Auguſtini doctrinam de Doctr.Chriſtia.lib.2.cap.
6.Talia autem eſſe Pauli loca de fide ſine operibus iuſtificante,ipſe Petrus aſſeruit epiſt.
2.cap.3.iuxta Auguſtini ſententiam in lib.de fide & operibus cap.14.Tertiò aduerte hoc
exemplo,quid ſit conferre ſcriptutas abſque regula fidei. Hic enim Illyricus quia con-
tra fidei regulam negat bonorum operum neceſsitatem & efficaciam ad vitam æternã
conſequendam,fidémq; ſpecialẽ & imputatiuam iuſtitiam docet; propterea ſcripturas
quæ fidem prædicant, & operibus detrahunt trahit contra bonorum operum dignita-
tem & meritũ.Catholicus verò quia iuxta regulã fidei agnoſcit bonorũ operũ efficaciã,
Scripturas quæ fidem extollunt commodè exponit;vt nec fidei nec bonis operibus de-
roget.Habes huius rei exempla in veteribus hæreticis Arianis & Manichęis in opuſculo
noſtro,de principiis fidei doctrinalibus.Caluini cauſæ contradictionem implicant. Si
enim probrum potius quam laudem perpetuò merẽtur fidelium opera,nec bona ſunt
B nec retributionem aliam quam pœnam merẽtur;quare & falſa & iniuſta erit ſalutis pro-
miſſio huiuſmodi operibus facta.Si ſola paterna Dei benignitate mercedem accipiunt,
falſa eſt ſcriptura,quæ hanc mercedem à iuſto iudice promittit& dari docet.2. Timo.4.
Si propter imperfectionem ſic inquinantur omnia bona opera,*vt peccatis magis quam vir-
tutibus accenſenda ſint*(ſic enim ait)rurſum dico,peccati mercedem accipere debent, non
promiſſiones iuſtitiæ. Nam cum venia ſuſcipiuntur quæcunque peccata,quare nullum
debuit eſſe diſcrimen promiſſionum iuxta Caluinũ. At Deus in ſcriptura peccatis mor-
tem & gehennam comminatur,bonis operibus vitam æternam & ſalutem promittit.
Diſtinguntur ergo hæc ab illis,nec per ſolam veniam operibus bonis fit retributio.

Tertiò cauillatur hunc in modum.Bonorum operum prædicatio eſt vox legis, quæ
ſemper ſubire debet euangelij correctionem. Clamante igitur lege, *Deus dabit vnicuique* 3.Cauillatio.
ſecundum opera ſua, mox, accurrit Euangelium, & contra excipit,proteſtaturque dicens.
Verã quidem dicis lex,ſalua tamen mea correctione & exceptione. Nam ſi mala opera
ob Chriſtum ſecundum meam doctrinam condonata fuerint,nemo propter ea damna-
bitur.Contrà de bonis licet ea ſint iudicia ſaluandorũ,nemo tamẽ propriè propter illa,
ſed propter Chriſtum tantum ſaluabitur.Hæc ille.Hoc aliis verbis dixit Caluinus *promiſ-*
ſiones legales de operum bonorum retributione in ſe conſideratas quodammodo aboleri.Sed dum promiſ- Inſtitut. lib.3.
ſiones Euangelicæ ſubſtituuntur,quæ gratuitam peccatorum remiſſionem denuntiant,id eas efficere,vt cap.17.ſec.3.
& nos Deo accepti ſimus,& operibus noſtris ſua ſit gratia, & denique benedictionibus quæ legis ob-
ſeruationi debentur,Deus ea proſequatur.Reſponde primum, illa verba *Deus dabit vnicuique ſe-*
C *cundum opera ſua*,non eſſe vocem legis ſed euangelij per Apoſtolum ad Rom. 2.quia de Reſponſio.
operibus fidei & in gratia factis loquitur.Vox legis eſt.*qui fecerit ea viuet in illis*,vbi ſola eſt; 1.
doctrina externa ſine gratia ſpiritus *per quam lex impleatur*, vt olim ex Auguſtino copioſè Gal.3. Supra lib.5.
oſtendimus.Deinde Euangelium non corrigit legem, nec excipit aut proteſtatur con- cap.5.
tra eam,ſed implet eam,vt ex Chriſti verbis Matth.5.ver.17.& Apoſtoli verbis ad Rom. 2.
8.ver.4.in alia controuerſia oſtendimus.Tertiò condonatio gratuita malorum operum Suprà lib.5. cap.2.& 12.
in quibuſdam,non excludit neceſſitatem & efficaciam bonorum operum in aliis. Sed 3.
vnicuique datur merces ſecundum ſua opera,vel bona ſi habet, vel condonata mala ſi non ha- Rom.2.
bet.Mala enim condonata per Chriſtum, quia ſine pœnitentia,charitate, ſpe in adultis
non condonantur,licet merito bonorũ operũ careant,plus tamen habent quàm ſolã fi-
dem:nec priuilegium ſingularis gratiæ in illis excludit legem communẽ in aliis. Quar- *Salus fit propriè*
tò,propriè propter bona opera & non tantum propter Chriſtum ſaluantur, qui per bo- *propter bona o-*
na opera vitam æternam apprehenderunt. Propriè dico,ſed non maximè & principali- *pera,non princi-*
ter.Principalis enim ſalutis cauſa etiam per bona opera comparatæ, eſt Deus & Chri- *paliter.*
ſtus eius; cuius dona ſunt noſtra bona opera,& per cuius potentiſſimum in carne meri-
tum,noſtra bona opera ex ſe inualida, merendi vim habent:cui denique incorporati &

per quem filiorum adoptionem conſecuti,non ſolum quatenus filij, ſed quatenus boni D
filij hæreditatem conſequimur.Propriè tamen licet minus principaliter per bona opera. Caluino reſponde promiſſiones euangelicas non ſolum peccatorum remiſſionem continere,ſed etiam renouationem internã operante Spiritu Sancto;quæ maximè propriè legi ſubſtituitur vt per eam lex impleatur,ſicuti libro quinto,capite 12.copioſè oſtẽdimus.Deinde illa remiſſio peccatorum quæ facit nos Deo acceptos, eſt in prima reconciliatione qua etiam mortalia gratis remittuntur. Altera remiſſio peccatorum quæ ipſa opera facit Deo grata non eſt huius generis.Peccata enim mortalia per remiſſionẽ non fiunt opera Deo grata,ſed abolentur prorſus.Remiſſio autem venialium peccatorũ quæ iuſtorum bonis operibus admiſcentur,facit ipſa opera Deo perfectè grata iuxta ea quæ in libro 6.diſputauimus. Sed nulla remiſſio peccatorum facit, vt impiis operibus merces in lege promiſſa retribuatur. Alioqui nulla prorſus eſſet diſtinctio virtutum & vitiorum:vt ſuprà dictum eſt.Poſtremò non propter Chriſtum tantum ſaluamur præciſè & abſolutè loquendo;ne non ſolum bona opera,ſed & fidem quoque à cauſa & con-

4. Cauillatio. ditione ſalutis cum inſanis hæreticis excludamus. Quartò cauillatur Illyricus tum demũ forè, vt remuneretur bona opera Deus ſicuti in ſcriptura promittitur,ſi bona opera ſint perfectiſſima,pleniſſimamque iuſtitiã legi dependeant.Hoc aliis verbis dixit Caluinus.*Non promittit dominus quippiam niſi perfectu legis ſuæ.* Reſponde impudentes ſophiſtas attexere S.ſcripturæ de ſuo cerebro conditionem,quam nuſquam ſcriptura Euangelica deſiderat; in qua tamen iſtæ promiſſiones remunerationis bonorum operum continen- E tur. Nulla poteſt eſſe maior Scripturæ contradictio quam hæc eſt;tum demum illa eſſe vera quæ promittit, ſi conditio à nobis conficta adhibeatur: hanc autem imaginariam conditionem pleniſſimè confutauimus in controuerſia de perfectione iuſtitiæ.

Fl Illyrici & Caluini impudens impietas.

Suprà lib.6. Cap.10. 11. &

5. Cauillatio. Quintò cauillatur,coniungi in ſcripturis interdum bona quædam opera cum conuerſione & reconciliatione ſequente, vt illud *dimitte,& dimittetur vobis.* Item cum pro-

matth.6. miſſione ſalutis æternæ,vt in beatitudinibus Matth 5. non tamen illa huius proprias ac veras cauſas eſſe;nec propter illa opera,ſed propter Chriſtum talia promitti.Alioqui nihil eſt hoc aliud quàm Chriſtum cum ſua paſsione ſepelire. Iterum nugatori reſponde,

Reſponſio. bona opera eſſe veras & proprias cauſas vel reconciliationis vel ſalutis æternæ, non tamen ſolas(vt Chriſtus excludatur)nec etiam principales aut perfectas: Sed per Chriſtũ

Suprà lib.7. cap.3.& ſequ. & propter Chriſtum ad hoc valere noſtra bona opera; vt in controuerſia de imputatiua iuſtitia plenius expoſuimus:verè tamen valere & efficacia eſſe. Sextò cauillatur, morem

6.Cauillatio. ſcripturæ eſſe effectus ſæpe tribuere cauſis minus propriis aut principalibus,ſed tantum accidentariis,& quoquo modo ad rem pertinentibus;exempli cauſa. Timotheo dicitur

1.Timo.4. 1.Cor.4. Math 23. 1.Timo.1. quod prædicando, &c. *teipſum & alios ſaluos faciet*, quum tamen hoc ſit proprium ſolius Dei.Sic Paulus ſe Patrem Corinthiorum vocat,quum tamẽ vnus ſit nobis Pater Deus. Et alibi duas cauſas commemorat cur ſit miſericordiam conſecutus; vnam *quia ignorans fecit*,alteram vt exemplo diuinæ miſericordiæ eſſet aliis,vera tamen eius cauſa fuit ſolius Chriſti meritum. Denique poſt multa alia exempla commemorata.*Idem*,inquit,*de bonis operibus iudicandum quum eis nimios quoſdam effectus ac laudes atque adeo ipſam ſalutem aſcribi audimus.Nempe illis aſcribi quod illis nequaquam conuenit nec aſcribendum eſt ſi exactè,verè,ac propriè* F

Fl Illyrici impudentia impia. *loquendum eſt.*Hæc ille non minus impiè quam impudenter. Nunc enim iuxta hunc Sycophantam nec exactè,nec verè,nec propriè Scriptura loquitur,quãdo bonis operibus

1. remunerationem aut ſalutem tribuit.Quòd ſi viciſſim diceremus, quum fidei iuſtificatio tribuitur,nec exactè,nec verè,nec propriè loqui Scripturas, nonne blaſphemiam

2. clamabit? Reſpondebis ergo:ſicuti varia ſunt genera cauſarum: ita vnicuique rei illum effectum exactè verè & propriè tribuit ſcriptura qui in aliquo genere cauſæ verus eius

Bonis operibus ſalus verè propriè & exactè tribuitur. effectus eſt.Atque ita bonis operibus ſalus exactè,propriè,verè tribuitur;qui in nõdum iuſtificatis in genere cauſæ diſponentis,in renatis verò in genere cauſæ efficientis,(licet minus principalis)ad quam meritum reducitur,ſalutis & beatitudinis æternæ cauſa ſunt bona opera. Nam neque alio ſenſu ipſi fidei iuſtificanti tribuitur.Nec ſequitur ſi alia ſcripturarum loca certos effectus cauſis accidentariis ſemel atque iterum tribuunt; ideo in

3. tam frequenti bonorum operum efficacia,in ſcripturis deſcripta,non niſi cauſam ſalutis

Non ſunt confundendæ prædicationes in Scripturis. accidentariam,remotam & impropriam eſſe bona opera.Sed quum ſcriptura tribuit effectus interdum ſuis cauſis principalibus & maximè propriis,interdum minus principalibus & minus propriis,non ſunt confundendæ prædicationes in Scripturis ad priuatũ

cuiuſque

A cuiuſque libitum & commentum,ſed expendenda ſunt ſingula, & in quo genere cauſæ vnumquodque ſit verum diſpiciendum eſt:idque per.eccleſiæ iudicium iuxta regulam fidei,juxta traditionem & praxim Eccleſiæ,aliaque interpretandi ſcripturas media,quæ nos propter effrenatam interpretandi licentiam ab hæreticis hodie vſurpatam, à bonis ingeniis diligenter cauendam,ſtudioſè nuper deſcripſimus in opuſculo noſtro de principiis fidei doctrinalibus.lib.10.& 11.per totum.

Septimò ac poſtremò cauillatur,ſi non niſi bonis operibus ſalus æterna tribuitur,maximè illis quæ in forma iudicij Matth.25.enumerantur, quid de illis fiet qui vel ob pau- 7. Cauillatio.
periem,vel ob ſeram conuerſionem,vel etiam ob immaturam ætatem nunquam cuiquã quicquam benefecerunt: Quis item (ait) vſus paſſionis & meriti Chriſti? Nam ille fruſtra mortuus eſt? Denique ſi Deus dabit vnicuique ſecundum opera ſua,quid fiet igitur de peccatoribus? Quare Euangelium addit correctionem, inquiens. *Ecce agnus Dei qui tollit* Ioan.1.
peccata mundi. Hæc ille. Huic cauillationi reſpondetur, primum etſi à pauperibus, à ſero Reſponſio.
conuerſis, & ab infantibus illa opera miſericordiæ non exigentur Matth. 25. comme- 1.
morata,tamen ab aliis fidelibus adultis,& per facultatem ac tempus ea præſtare valentibus,ea haud dubiè exigentur. Nec tamẽ iniqua erit iſta iudicij forma, quia *ſi qui ſub horam vndecimam in vineam vocati ſunt denarium accipiunt, pondere & æſtu diei non tolerato*, non quia bonus dominus eſt, oculus cuiuſquam nequam eſſe debet. Matth.20. Et vt *manſiones*
multæ ſunt. Ioan.14. ita merita varia: nec quia totum præmium quibuſdam à Deo omni 2.
B modo gratis datur, vtpote in extremo vitę poſt multam impietatem vocatis, idcirco alij quibus per tempus & ætatem licet nihil ad Deum afferre debent, ſed parem liberalitatem Dei nihil boni agendo, imò ſemper peccando, expectare. Deinde etiam in maxima 3.
bonorum operũ vbertate maximus tamen eſt paſſionis dominicæ vſus & fructus. Chri- *In maxima bonorum operum vbertate maximus paſſionis Dominicæ fructus.*
ſtus enim mortuus eſt, non ſolum, *vt peccatores ſaluos faceret*, (quod ſolum hæretici impiè conſiderant.) ſed etiam *vt nos redimeret ab omni iniquitate & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum*: factus eſt enim *cauſa ſalutis æternæ omnibus* (non ſimpliciter,
ſed (*obtemperantibus ſibi*: *Sanguis quoque Ieſu Chriſti non ſolum mundat nos ab omni peccato*, per 1 Timo.1.
modum remiſſionis (quod ſolum hæretici conſiderant) ſed etiam per modum internæ Tit.2.
ablutionis; de qua Apoſtolus dixit. *Sanguis Chriſti qui per ſpiritum Sanct. ſemetipſum ob-* Hebr.5. 1 Ioan.1.
tulit immaculatum Deo emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo Hebr.9.
viuenti. Atque ita in multitudine bonorum operum maximus elucet paſſionis dominicæ fructus, illius videlicet gratiæ internæ, quam in nobis effundi eius beatiſſima paſſio commeruit. Plura de hoc multiplici paſsionis dominicæ effectu, & diſtinctè, ex ſcri-
pturis diſputauimus in Controuerſia de imputatiua iuſtitia propoſit. vltima. Hoc ergo Supra.lib.7. cap.6.
modo, vita æterna omnibus eſt gratia; quibuſdam autem & merces gratia.

Poſtremò illa vox euangelica, *ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi*, non eſt correctio hu-
ius vocis tanquam legalis, *Deus dabit vnicuique ſecundum opera ſua* ad Rom.2. ſed eſt illius cõ 4.
pletiua & perfectio. Chriſtus enim tollit peccata mundi, non ſolum remittendo in re- Vide ad hanc rem plura lib. 10.cap.5.
center conuerſis, ſed etiam in mundando & ſanctificando conuerſos ad ſe, per ſpiritus ſui gratiam, ne denuo ad peccata relabantur: id eſt, *vt mortui peccato viuant Deo in Chriſto Ie-*
C *ſu nec regnet peccatum in mortali corpore eorum, vt obediant concupiſcentiis eius.* Hæc dũm non
diſtinguunt nec aduertunt hæretici, doctrinam euangelicam confundunt; & dum paſ- Rom. 6.
ſioni & merito Chriſti & fidei in eum omnia tribuere videri volunt, ipſimet paſsioni & merito eius ſcelerate detrahunt; bonorumque operum quæ eius dona ſunt ſingularem virtutem & efficaciam impiè negant; ac denique Spiritus Sancti viuificandi vim & operationem in nobis penitus euacuant; vt ita ſuum ſolius fidei idolum, cum infinita animarum ſtrage, infælici huic ſeculo, & propter peccatorum exundantiam occæcato, obtrudant.

Quo ſenſu Patres aliquando ſcripſerint hominem ſola fide iuſtificari,

CAPVT XXXV.

I am verò, quia patrum quædam loca pro ſola fide magna confidẽtia proferunt Proteſtantes, affirmantes Eccleſiarum ſuarum ſententiam perſpicuè & propriè in patribus explicari, breuiter oſtendemus quo ſenſu illa accipienda ſint. D

In ſenſu proteſtantum ſola fides iuſtificare nuſquam à Patribus dicitur. Nunquam enim patres in ſenſu Proteſtantum hominem ſola fide iuſtificari ſcripſerunt: ídque duabus de cauſis. Primum quia nomine fidei, ſpecialem Proteſtantum fidem nunquam intellexerunt, ſed fidem Catholicam. Deinde quia per vocem *ſola*, nec opera diſponentia in prima iuſtificatione, nec opera in fide facta in ſecunda iu-

Sola fides quinque modis poteſt dici iuſtificare. ſtificatione, ſiue in cauſa ſalutis æternæ, vnquam excluſerunt. Sed quinque ferè modis ſcripſerunt interdum hominem ſola fide iuſtificari.

1. Modus. Primum excludendo opera legis vel legem ipſam. Sic Hilarius in cap. 8. Matth. quum dixiſſet miratos Phariſæos à Chriſto remiſſum eſſe peccatum, quod lex non poterat, ſubiungit: *Fides enim ſola iuſtificat*: ſcilicet quod lex ſine fide non potuit. Eodem ſenſu Origenes in com. exponens illud Rom. 3. *arbitramur hominem iuſtificari ex fide ſine operibus legis, infert ſolius fidei* iſtificationem. Móxque addit Latronem & Magdalenam *ex nullo legis opere ſed ex ſola fide remiſſ. peccatorum conſecutos*. In quibus tamen fuit euidenter præter fidem confeſſio quæ eſt actus fidei, itémque pænitentia eiúſque fructus, oratio & lachrymæ. Hunc denique ſenſum ſequutus

2. modus. eſt Chryſoſtom. in comment. ad Galat. cap. 3. dicens, *eum qui ſola fide nititur, benedictum eſſe.* E

Secundò aiunt ſola fide hominem iuſtificari, vt doceant opera ſine fide neminem iuſtificare. Sic in hoc ſenſu ſcripſit diſertè Chryſoſt. in ſermone de fide & lege naturæ & Spiritu S. affirmat, *quòd ſola fides per ſeipſam latronem ſaluum fecerit*, Sed ideo hoc dicit, quia fides interdum ſine operibus præcedentibus ſaluat, (non tamen ſine affectu bene operandi in adultis, quæ eſt charitas) opera autem ſine fide præcedente nunquam. *Opera* (inquit) *per ſe nullos operarios vnquam iuſtificarunt.* Quod exemplo Cornelij confirmans, ait: *Nondum habebat ex operibus ſalutem, donec operibus ſuis fides acquirendum præmium offerret.* Hæc ille. Hoc eodem ſenſu Auguſt. in Præfat. enarrat. in Pſalm. 31. & lib. 1. cap. 1. 21. contra 2. epiſt. Pelag. & Bernardus ſerm. 22. in Cant. Fidem iuſtificantem commendant. ait enim ibi Bernardus *ſolum iuſtificatum per fidem pacem habere ad Deum*, ſed hoc dicit de eo qui iam pro peccatis ſuis compunctus, eſuriens & ſitiens iuſtitiam, hoc ſolo caret vt credat in Deum. Quo etiam ſenſu in ſerm. 3. de Annunciatione ait: *ſola ſpe impetrari miſerationem apud Deum*, ſcilicet in rite diſpoſitis, quibus hoc vnum deeſt, ſine quo vno ſaluari non

3. modus. poſſunt.

Tertiò aiunt interdum patres hominem ſola fide iuſtificari vt excludant ſolas naturæ vires ab efficacia iuſtificationis, & vt gratiam Chriſti commendent. Hoc ſenſu ſcripſit Baſilius in ſerm. de humilitate. *Hæc eſt perfecta & integra gloriatio in Deo, quando neque propter iuſtitiam ſuam quiſquam effertur, ſed agnoſcit ſeſe indigere vera iuſtitia; fide autem ſola in Chri-*

Sola fides iuxta excluſiuas Apoſtolicas quæ. *ſtum iuſtificari.* Hic enim vocat fidem ſolam excludendo iuſtitiã noſtram, ſine propriis viribus factam, non excludendo opera gratiæ & in fide facta. Atque hi tres ſenſus com- F mendant fidem, excluſis aliis, iuxta excluſiuas Apoſtolicas. Iſtas videlicet; *non ex operibus legis*, ſiue ex lege: *non ex vobis*, ſiue ex naturæ viribus: *non niſi ex fide*, ſiue non ſine fide. Iſtæ enim certè excluſiuæ attemperatæ & reſtrictæ iuxta intentionem Pauli, ad certorũ operum & certarum virtutum tantum excluſionem, æquiualent cum particula, *ſola*: rectéque cum hac illarum reſtrictione poſſet dici, quòd *ſola fides iuſtificat*. Et ſic iuxta intẽtionem Pauli patres loquuti ſunt. Sed verò ſi excluſiuæ ille prorſus generaliter acceptæ de quibuſcunque operibus veræ eſſent (vt volunt Proteſtantes) tũc quoque generaliter verum eſſet, quòd ſola fides iuſtificat: & ſic æquiualeret prorſus hæc particula, *ſola fides*, excluſiuis illis Paulinis vt Proteſtantes docent. Sed has excluſiuas generaliter, nec Paulus (vt alibi euidenter oſtenſum eſt) nec Patres vnquam acceperunt. Quare nec ſola fides in ſenſu Proteſtantum illis excluſiuis æquiualet, ſed multo latius ſe ex-

Proteſtantes cũ Patribus in verbis communicãt, re tota diſcrepãt. tendit; nec in ſenſu Patrum loquuntur Proteſtantes, licet in uerbis communicant. Et hac de cauſa, quia ſub verbis Patrum non ſenſum Patrum tenent, ſed ſenſum ſuum & prauum Proteſtantes hodiè inducunt; propterea nec in vſu huius ſententiæ, *ſola fides iuſtificat*, cum eis communicandum eſt, licet eandem ſententiam in ſenſu commodo & verò S. patres aliquando vſurpauerint.

Quarto

A Quartò ſcribunt interdum patres ſolam fidem iuſtificare reſpectu exteriorũ operum, 4.modus.
& ipſorum ſacramentorum, abſque quibus in articulo neceſſitatis ſola fides poteſt iu-
ſtificare. Sic Benardus in epiſt.77. *Chriſtus* (inquit) *quum dixiſſet qui crediderit, & baptiſatus
fuerit ſaluus erit, non repetiit; qui verò baptiſatus non fuerit, ſed tantum qui non crediderit, condem-
nabitur; nimirum inueniens ſolam interdum fidem ad ſalutem ſufficere, & ſine illa nihil ſufficere.*
Hæc ille. Solam quidem fidem commendans, ſed hoc nomine eam appellans, quæ
non habet exteriorem ſacramenti baptiſmi ſuſceptionem, non autem quæ caret omni
bono affectu pœnitentiæ & dilectionis in Deum, vt Proteſtantes ſolam fidem accipiũt.
Sic veteres iuſtos in lege naturæ ſola fide Mediatoris venturi iuſtificatos fuiſſe docent
ſcholaſtici, ſequuti apertam hac de re ſententiam Gregorij moral.lib.4.cap:2. quia nul-
la erant eius temporis (vt facilè ex Auguſt. colligitur de nupt.& conc.lib.2.cap.12. cer-
ta ſacramenta diuinitus inſtituta quibus fidem illam proteſtarentur, vt poſtea ſub lege
Moſaica.

Quintò interdum legimus ſolam fidem iuſtificare eo ſanè ſenſu vt fides non operi- 5 Modus.
bus, ſed infidelitati vel hæreſi opponatur. Hoc in ſenſu dicitur in bulla Martini 5. *ſola fi-
des Catholica hominem ſaluare, & ſine ipſa nulli ſalutis ſubſidium contigiſſe.* Hoc etiam in ſenſu
docet Auguſt. contra 2.epiſt. Pelag. lib.3.cap.5. quod *Catholica fides iuſtos ab iniuſtis non ope-
rum ſed ipſa fidei lege diſcernit.* vt eodem in loco ſeipſum copioſè explicat. His ferè modis
& in hoc multiplici ſenſu, ſcribunt interdum Patres ſola fide iuſtificari. In ſenſu autem
Proteſtantum, nemo vnquam patrum aut veterum Scriptorum propoſitionem illam
extuliſſe legitur. Atque hæc de hoc capite hactenus. De bonorum operum & neceſſi-
B tate, & dignitate, in Controuerſia de meritis operum copioſius diſputabitur.

Quo ſenſu fides ſeu ſola ſeu non ſola, per ſe & ex ſe iuſtificat.

CAPVT XXXVI.

HIs hactenus de ipſa fide ac deinde de ſola fide iuſtificante diſputa- Infrà lib.10.
tis, tertium ac poſtremum caput, quo ſenſu videlicet & modo fides
ipſa iuſtificet, tribus quaſi verbis expediemus. Nam Proteſtantum
ſanè fides ſpecialis, ſiue illa fiducia, ſeu apprehenſio, ſeu certa per-
ſuaſio ſalutis propriè intelligatur; id eſt, ſiue per modum fiducialis
acceptionis, ſiue per modum organi & inſtrumenti in ſeipſa, ſiue
denique per modum certæ cognitionis in intellectu, iuſtificare di-
catur; quòd nullo horum modorum nec vllo ſenſu ex prædictis omninò iuſtificet, in
primo capite huius diſputationis copioſè oſtenſum eſt. De ipſa tamen veri nominis fi-
de adhuc controuertitur, quis ſit iuſtificationis ille modus, quem toties fidei Scriptura
tribuit, maximè Paulus in epiſt. ad Rom. & Gal. Proteſtantes obliti non de Paulina ſed
C de ſua ſpeciali fide ſeſe ſemper diſputare, ſic tamen de fide iuſtificante diſputant, ac ſi *Proteſtantes fidei*
Paulinam & veri nominis fidem intelligerent. Illas enim ſemper Scripturas proferunt, *nomine abutun-
tur.*
quæ de fide Catholica (quam illi interdum generalem interdum hiſtoricam vocant) lo-
quuntur, quum modum quo fides iuſtificat explicant. Variè tamen & diuerſè admodũ *Varia proteſtan-*
(vt in aliis ſuis omnibus dogmatibus) hoc faciunt. Initio enim Luthetus docuit fidem, *tum ſententia de*
Catholicam ſcilicet & qua creditur Deo, iuſtificare per modum virtutis ſeu habitus, in *modo quo fides
iuſtificat.*
quo eſſet tota & plena iuſtitia hoc enim in lib. de Libertate Chriſtiana docuit ex triplici Suprà cap. 2.
fidei virtute, primò quia illa ſola implet legem; 2. quia illa ſola colit & glorificat Deum; 2.
3. quia illa ſola coniungit animam Deo; quam eius doctrinam ſuperius confutauimus.
Et hanc ſententiam retinuit Mel. in Apologia Confeſſ. his verbis. *Fides eſt res illa quam* *In examine decr. Con Trid.*
Deus pronunciat eſſe iuſtitiam, & addit gratis imputari. Hæc ergo ſententia ſic fidei virtutem
extulit, vt bonorum operum excluderet non ſolum efficaciam aut meritum, ſed etiam
neceſſitatem omnem & obligationem. Sed ab hac ſententia ita poſtea alij Lutherani
diſceſſerunt vt diſertis verbis eam negarent. Sic enim ſcribit Chemnitius. *Iuſtificat fides
non propterea quòd ſit virtus tam firma & perfecta ſed propter obiectum.* Idem docuit Mel. in loc.
comm. illud ſæpe repetens, quòd hæc propoſitio, *fides iuſtificat*, ſit ſemper correlatiuè

intelligenda, non abſolutè non categoricè: nempe quod fides iuſtificat per obiectum quod reſpicit, non per ſe: ne ſcilicet noſtris virtutibus aut qualitatibus tribueretur iuſtitia. Idem denique perfugium arripit Caluinus contra Oſiandrum diſputans. Hic ergo ſecundus ſenſus erat, vt fides iuſtificaret non vt eſt virtus aliqua, ſed propter & per obiectum quod reſpicit: id eſt per modum organi ſeu inſtrumenti quo accipitur & apprehenditur iuſtitia, non per modum virtutis. Hunc ſenſum etiam ſuperius confutauimus. D

Inſtitu. lib. 3. cap. 11. ſect. 7.

Suprà cap. 22. & 23. 3. ſententia. Catholica.

Tertius eſt ſenſus quod fides vel impium iuſtificat per modum neceſſariæ diſpoſitionis ſeu præparationis ad iuſtitiæ donum à Deo accipiendum; vel iam iuſtificatos per modum cauſæ formalis, cuius illa pars eſt. Ab vtroque Proteſtantes incredibiliter abhorrent. Præparationum enim & diſpoſitionis vocabulum in cauſa iuſtificationis, ferre non poſſunt: formalem quoque iuſtitiam noſtram nec ex fide, nec ex vllis virtutibus, ſed ex ſola Chriſti iuſtitia conſtare volunt: qua videlicet imputatiuè induimur. Hoc poſterius in ſuperioribus confutatum eſt, partim in Contr. de inhærente iuſtitia, partim de Imputatiua iuſtitia. Prius quoque illud in Prolegomenis defenſum eſt, quod ad alios virtutum actus præparatorios attinet.

Senſus orthodoxus quo fides iuſtificat apud Apoſtolum.

Nunc de fide dicendum eſt. Apud Apoſtolum fide omnes dicuntur iuſtificari, vel per diſtributionem accommodam, id eſt non ſine fide Chriſti, qui eſt proprius Apoſtoli ſcopus in epiſt. ad Rom. c. 3. & ſeq. itémq; ad Gal. 2. & 3. & ſic nomine fidei, natura fidei propria intelligitur; ſcilicet actus eius, qui à nobis requiritur vt ad accipiendam à Deo iuſtitiam ritè diſponamur; vel per abſolutam diſtributionem, vt prorſus per fidem fiat iuſtitia, & omnes credentes hoc ipſo quia credunt, iuſtificentur; & tunc per fidem non natura ſed perfectio fidei neceſſariò intelligenda eſt, vt ad Gal. 5. ſeipſum Apoſtolus exponit dicens, *In Chriſto valet fides quæ per charitatem operatur*, id eſt, fides quæ per actus dilectionis, pœnitentiæ & ſpei fit iuſtitiæ operatoria & efficax ad ſalutem. Sed prior ſenſus diſputationi Paulinæ magis eſt conſentaneus. E

Quare fidei in ſua natura accepta tribuatur iuſtificatio.

Fidei enim propriè acceptæ & in ſua natura verè tribuitur iuſtificatio. Idque hanc ob cauſam quia initium, fundamentum, & radix iuſtificationis eſt fides. Sic Apoſtoli verba exponens Auguſt. ait. *Ex fide ideo dicit iuſtificari hominem non ex operibus, quia ipſa prima datur ex qua impetrentur cætera, quæ propriè opera nuncupantur; in quibus iuſtè viuitur.* Hæc ille de prædeſt. ſanct. cap. 7. Et paulò pòſt ibidem. *Ad ædificandum pertinet fides inquantum ad ædificium pertinet fundamentum.* Sic à Cyrillo in Ioan. cap. 9. *Ianua & via in vitam*, ab Origene verò ſuper cap. 3. & 4. ad Rom. *Primum ſalutis initium & fundamentum*, fides vocatur. Sic rurſum ab Auguſt. Præfat. in Pſal. 31. vocatur *fundamentum, & radix, ac denique via ipſa*, in qua & ſecundum quam operando curritur. Idem docet ſerm. 29. de verbis Apoſtoli, & ſerm 38. de temp. Sic poſtremò Ambroſius ſuper Pſal. 118. ſuper illum verſum, *Principium verborum tuorum veritas. Principium*, inquit, *hominis Chriſtiani eſt fides, plenitudo iuſtitia*, & rationem reddens, ſubiungit paulò pòſt. *Cognitio enim morbi & medicinæ initium ſalutis eſt.* Idem habet lib. 1. cap. 29. officiorum; & lib. 1. de ſacramentis cap. 1.

1. Hoc ergo modo fides iuſtificat, primum quia initium totius ſalutis eſt & prima datur, F
2. & ſine ea nihil valent opera vel legis vel naturæ. Deinde quia non ſolum initium (quod ſolum nos fidei tribuere mentiuntur hæretici) ſed præterea vt diſertis verbis patres Tridentini ſcripſerunt ſeſſ. 6. cap. 8. *Fundamentum & radix omnis iuſtificationis*; id eſt, perpetuum iuſtitiæ ædificium ſeu continuatio fide nititur, non tãtum à fide inchoatur. Quod totum profectò hoc loco exactius explicandum erat, niſi id iam à nobis cumulatiſſimè præſtitum eſſet, in primo cap. huius Controuerſiæ. Primum ſanè eo loco quo ipſius fidei ſeorſim acceptæ naturam deſcripſimus: deinde vbi ſpecialem fidem confutantes oſtendimus, varia obiecta fidem iuſtificantem tam in initio quam in progreſſu iuſtitiæ reſpicere, variáque eius officia in vtraque iuſtitiæ parte exiſtere. Poſtremò etiam vbi primo hæreticorum ex Scripturis argumentum pro hac ſpeciali fide reſpondimus, docentes fidem iuſtificare non ſolum ſenſu ſynecdochico, quando ſcilicet per charitatem formatur, ſed etiam quando ſimpliciter & propriè in ſua natura cõſideratur. Hoc enim Proteſtantum hodiè figmentum de ſola fide iuſtificante, tam varium & multiplex eſt, tótque in ſe abſurda complicat atque complectitur, vt neceſſe fuerit diuerſa eius membra etiam in locis alienis membratim diſcerpere. Ad illa ergo loca recurratur, vt iuſtificationis modus quem fides facit explicatiſſimè intelligatur.

Suprà cap. 9.

An

A An verò in ipſa iuſtificatione prima priores partes habeat fides, quàm vel pœnitentia vel dilectio, quæſtio ſcholaſtica eſt, non inter nos & hæreticos controuerſa. Satis hoc loco eſt intelligere fide nos neceſſariò, & ante omnia, & maximè iuſtificari, dum impius quidem iuſtificatur, quia à fide oriendum eſt: dum iuſtus autem iuſtificatur magis, quia omnia iuſtitiæ opera in fide recta fieri, & à fide procedere debent. Sunt autem *Quare fides in primis eſt neceſſaria ad iuſtificationem.*
huius rei hæ cauſæ. Prima quia primum obſequium quod præſtamus Deo, eſt fidem
habere reuelanti aut loquenti Deo, quicquid demum ſit quod loquitur, à fide ordien-
dum erat. Secunda quia finis ad quem tendimus eſt ſupernaturalis, opus eſt imprimis fi- 1.
de quæ eum nobis viámque ad illam conſequendam quaſi digito demonſtret, ſitq́; per- 2.
petuus iuſtitię dux & radix. Tertia quia præmium quod ſperamus multa patiētia & obé- 3.
dientia conſequi debemus, non illius præmij ſtatim clara viſio concedenda, ſed per fi-
dem cognitio danda fuit, vt hoc fundamento nixi atque confiſi alacriter *in agone curramus, ad tenendam propoſitam nobis ſpem*. Hoc enim ſenſu *iuſtum ex fide viuere, & fidem eſſe hypoſtaſim rerum ſperandarum* in ſuperioribus expoſuimus. Hoc ergo maximè modo & his de cauſis fides iuſtificat. 1. Cor 9. Heb. 6. 10. & 11.

Atque hæc hactenus de ampliſſima & difficillima ſolius fidei iuſtificantis quæſtione, huiúſque temporis, propria ferè & capitali Cōtrouerſia, qua potuimus breuitate & methodo diſputauimus. Orandus bonus dominus vt contra peſtilentiſſimas horum temporum in hac vna materia hæreſes, bene inſtructi per Scripturas Sanctas, ſic *erudiamur ad iuſtitiam vt perfecti ſimus ad omne opus bonum inſtructi vt poſſumus reſiſtere in hoc die malo & in omnibus perfecti ſtare. Per bona opera vitam veram apprehendere.* Denique *certam noſtram vocationem facere, bonis operibus id ſatagendo*, quicquid contra bona opera, ſolam fidem vénditātes hæretici, quanto ſpecioſius tanto pernicioſius declamitāt: poſtremò, ne ſolam fidem clamitando, omnem prorſus veri nominis fidem nobis eripiant. Epilogus. 2. Timo. 3. Ephes. 6. 1. Timo 6 2. Petr. 1.
B

Finis Libri Octaui

Ec

 D

DE CERTITVDINE GRATIÆ LIBER NONVS.

PROOEMIVM.

CONTROVERSIA huius temporis de certitudine gratiæ non adeò magni momenti eſſe parum intelligentibus videtur. Sed tanti eam faciunt horum temporum hæretici, vt ſcribant ſe nihil præterea peccatum fuiſſet in doctri- E
na pontificia quàm quòd hanc certitudinem negent, iuſtas tamen ſe cauſas habere, cur ab Eccleſia infideli ſe ſeiungāt. Aiunt enim hac certitudine gratiæ negata, flagitioſum dogma ſtatui de dubitatione & fluctuatione perpetua remiſſ. peccat. gratiæ & ſalutis: relinqui quoque conſcientias in triſtiſſimis dubitationibus, quibus illas magis magíſque hæc doctrina immergat. Denique Eccleſiam Pontificiam nihil eſſe aliud, quàm officinam dubitationis & perpetuam conſcientiarum carnificinam, cum inſigni contumelia in Spiritum S. & Chriſti gratiam coniunctam. Ex hac autem dubitatione, conſequi totam illam negotiationem pontificiæ mundi nationis, videlicet vltra opera diuinitus mādata quæ cum neceſſitatis opinione ſcrupuloſè obſeruant, electitios cultus ſine fine & modo excogitatos fuiſſe: videlicet vota, peregrinationes, inuocationes ſanctorum, fraternitates, opera indebita, operà ſupererogationis, nundinationem miſſarum negociationem indulgentiarum, & breuiter totam illam leruam ſuperſtitionum Pontificiarum, ac poſtremo purgatorium ipſum. Nam vt hæc omnia intercidunt prorſus, per doctrinā fidei, quæ eſt fiducia certa remiſſ. pecc. F
gratiæ, ſalutis, & iuſtitiæ, in promiſsione Euāgelij accepta, ita per oppoſitam dubitationē illa omnia ſtatui & confirmari affirmant. Ergo certitudo gratiæ in ſenſu hodie hęreticorū tāta eſt, vt illa poſita omnis obſeruationis mādatorum (quod ad ſalutem attinet) neceſsitas, omníſque pręterea illa multiplex Catholicorum pietas iam commemorata, & quicquid præterea pietatis Chriſtianę eſt, nō commemoratum, penitus tollatur. Eſt igitur hęc certitudo gratię, quę tam varia & multiplici pietate nos ſpoliat ſi falſa eſt, tam varia ſuperſtitione nos liberat ſi vera eſt, quàm diligentiſsimè examinanda.

Quid

A

Quid gratiæ & quid Certitudinis vocabulo in hac Controuerſia intelligatur: cum totius futuræ diſputationis diſtributione.

CAPVT I.

PRimo loco Controuerſiæ termini nobis explicandi ſunt. Nomine gratiæ cuius certitudinem hæretici ponunt, tria intelligunt: remiſſionem peccatorum, iuſtitiam præſentem, & perſeuerantiam finalem. Duo priora damnarunt Patres Trident. ſeſſ. 6. cap. 9. item can. 13. & 14. Tertium quod ferè Caluiniſtis proprium eſt damnarunt Patres cap. 13. & can. 6. Certitudinis nomine intelligunt, non quidem certitudinem euidentem qualis ſcientiæ eſt; vt circa principia, circa concluſiones manifeſta conſequentia inde deductas, & circa quotidianam per ſenſus experientiam; quæ tota certitudo etiam naturalis dicitur; non etiam certitudinem aut moralem quæ magnis argumentis, grauíque authoritate nititur, aut coniecturalem quæ ex apparentibus & probabilibus colligitur, intelligũt. Non denique certitudinem ſpei, quæ ſuam habet firmitatem & infallibilitatem ſed ordinis non euentus, & conditionatã non abſolutam, volunt intelligi; ſed certitudinem hanc fidei eſſe volunt: non quidẽ humanæ fidei quæ ex parte ſubiecti & quoad nos, firmiſſimum etiam aſſenſum interdũ habet, ſed diuinæ: eius videlicet cui ſubeſſe falſum non poteſt, & quæ ex parte rei ſiue obiecti ipſius, infallibilem certitudinem ſemper habet: quæ deniq; ſecundum eos ſit fides Catholica. Fidem enim Catholicam & propriè Chriſtianã illi docent eſſe non quæ vniuerſo Dei verbo credat (hanc enim hiſtoricam fidem vocant) ſed quæ huic ſpeciali promiſſioni de rem. pecc. gratuita, iuſtitia & beatitudine per Chriſtum, ſpecialiter & in particulari credit. Itaque ſecundum Proteſtantes certitudo gratiæ eſt certitudo ex fide, nõ ſolum diuina ſed & Catholica, ideóque tanto abſurdior; vt poſtea videbitur.

Gratia triplex cuius certitudinem proteſtantes docent.

Certitudo proteſtantiũ qualis.

B

Neque tamen certitudo gratiæ quam in hac Controuerſia impugnamus, eſt prorſus eadem cum ſola fide iuſtificãte Proteſtantum, quam in alia Controuerſia explicuimus. Sed eſt hæc illius & mater & filia. Mater ſanè ex affectu doctorum, filia ex doctrinæ conſequentia. Patet prius, quia propter certitudinem ſalutis docuerunt ſolam fidem iuſtificantem. Aiunt enim pacem alioqui conſcientiis certam nullam eſſe poſſe, niſi certus ſit vnuſquiſque de ſua ſalute, idq; de fide, non ſecus quam de illo articulo, *Credo remiſſionem peccatorum* certi ſumus ex fide: quod Luthero adhuc monacho ab imperito Confeſſario ad pacandam ſcrupuloſam eius conſcientiam infæliciter perſuaſum erat. Certus autem de ſalute, nemo eſſe poteſt (aiunt illi) niſi ſola fide abſque vllo operum reſpectu iuſtificetur. Pax ergo & ſecuritas conſcientiarum præpoſterè affectata certitudinem gratiæ peperit; certitudo gratiæ ſolam fidem iuſtificantem. Patet poſterius, quia poſita ſpeciali fide atque fiducia Lutheranorum, ac multo magis poſita certa notitia diuinæ beneuolentiæ (quam Caluinus definiuit eſſe fidem iuſtificantem) neceſſariò ſequitur certitudo gratiæ & ſalutis in vnoquoq;. Si enim fides hominis Chriſtiani eſt, certo credere ſibi remiſſa eſſe peccata, & hac ſola fide remiſſ. pecc. & omnem iuſtitiam conſequitur, profectò quia de fide nullo modo dubitandum eſt, ſequitur nec de ſtatu gratiæ aut ſalutis ſuæ cuiquam eſſe vllo modo dubitandum; ſed certa & firma fide hoc eſſe vnicuique credendum ſe eſſe in gratia. Eſt ergo certitudo gratiæ in ſenſu Proteſtantum, ſolius fidei iuſtificantis ex doctrinæ conſequentia proles & filia, ex affectu tamen & intentione docentium mater & parens.

Certitudo gratiæ eſt ſolius fidei mater & filia.

C

Controuerſiæ igitur ſtatu & terminis explicatis ad dogma ipſum controuerſum tractandum veniamus. Conſiſtit autem in tribus potiſſimum propoſitionibus, quæ rectè explicatæ omnem inter nos & hæreticos controuerſiam diriment. Prima propoſitio eſt iuxta primam gratiæ ſignificationem prædictam. *De remiſſione peccatorum, vnicuique in particulari facta vel data nemo certus eſt certitudine fidei cui ſubeſſe falſum nõ poteſt.* Ex hac autem propoſitione duæ aliæ conſequuntur. Quarum prior eſt: *Nemini ad remiſſ. peccatorum conſequendam neceſſarium eſt, vt certo credat certitudine fidei & abſque vlla hæſitatione ſibi remiſſa eſſe peccata; habere ſe iuſtitiam & perſeueraturum finaliter.*

Cuius propoſitionis oppoſitum ſic mordicus defendit Lutherus art.10.12. 14. per Leonis bullam dãnatis, vt Lutherani poſtea tenuerint ſine tali certitudine fidei nemini peccata remitti: ideoque talem certitudinem etiam in præcepto eſſe, omneſq; ad illam teneri. Denique hac ſola huius certitudinis fide & perſuaſione remitti vnicuique peccata. Hinc ergo altera propoſitio nata eſt quam Patres Tridentini tradunt ſeſſ.6.capite 9. *Nemini fiduciam & certitudinem remiſsionis peccatorum ſuorum* (in ſenſu iam dicto) *iactanti & in ea ſola quieſcẽti peccata dimittuntur.* Idem autem de certitudine præſentis iuſtitiæ & perſeuerantiæ finalis, iactantium iudicium eſt. In hac autem propoſitione non ſolum neceſſitas huius certudinis tollitur, ſed & ipſa certitudo vana & impia eſſe definitur: & directè contra 11.& 12.art Lutheri concluditur. Sed vtraque hæc propoſitio à prima illa dependet, quam propterea iuxta primam gratiæ acceptionem primo loco, & in hoc genere ſolam breuitatis cauſa tractabimus; alias duas propoſitiones iuxta duas alias gratiæ accep- D

Infra cap.7. tiones poſtea ſeorſim tractaturi. In ea autem tractanda, primum noſtra argumenta afferemus, & à cauillationibus aduerſariorum defendemus: Deinde hæreticorum argumen-

Cap.6. tis, (confutata prius certitudine gratiæ, iuxta ſecundã eius acceptionem) quibus vtriuſ-

cap.13. que propoſitionis Catholicæ ſenſum refutare conantur, reſpondebimus. Poſtremò loco tertiam propoſitionem iuxta tertiam gratiæ acceptionem tractabimus.

Certitudo remiſsionis peccatorum refellitur, quia nec in verbo Dei promittitur illa cuiquam: nec abſolutè alicui, ſed ſub certa conditione fit remiſsio peccatorum. E

CAP. II.

PRIMVM argumẽtum erit. Remiſſio peccatorum alicui in particulari facta (citra reuelationem) non eſt obiectum fidei: ergo certitudine fidei credendũ non eſt. Patet antecedens quia nemo ex verbo Dei habet ſeu ſcripto ſeu nõ ſcripto (citra ſpecialem reuelationem) quòd ſibi remiſſa ſunt peccata. Hoc argumentum, vt conuellant proteſtãtes, primum promiſſiones in ſcripturis de propitiatiune per Chriſtum vrgent. Sed quia illæ ſunt generales tantum, & de nemine in particulari loquuntur; ſecundo loco varias ſcripturas proferunt, quibus dicitur, quòd *& nobis reputabitur ad iuſtitiam credentibus, &c.* Sed vtriuſque generis locis in controuerſia de ſola fide

Heb:.6 1.Ioan 5. Rom 4. ſatisfactum eſt; eo loco quo ſpecialem proteſtantum fidem huius certudinis matrem & radicem confutauimus. Replicant tamen in hoc argumenti genere verbum Dei eſſe.

Suprà lib 8. cap.15 & 18. *Quorumcunque remiſeritis peccata ſuper terram, &c.* Ioan. 20. ideoque ſaltem in abſolutione ſacerdotali certitudine fidei vnicuique credendum eſſe, ſe eſſe abſolutum. Non aliter ſanè quam paralyticus aut Magdalena credidit dicentes illis Chriſto. *remittuntur tibi peccata tua.* Luc.5.& 7. Sed reſpondetur verbum abſolutionis non eſſe efficax niſi in verè peni- F

Verbum Abſolutionis nõ generat certitudinẽ fidei. tentibus, quam pænitentiam rectè factam eſſe vt is qui abſoluit, præſupponit, & qui abſoluitur bene ſperat, ita debitam adfuiſſe nullum Dei verbum dicit: ideóque certitudinem fidei generare verbum abſolutionis non poteſt. Paralyticus autẽ & Magdalena certitudine fidei, habere poterant ſibi remiſſa eſſe peccata, pronunciante hoc Chriſto, quẽ etiam interna cordis eorum nouerat, nec obicem inueniẽs remiſſionẽ prõũciauit: hoc

2. Argum. nõ facit Eccleſia quæ de internis nõ iudicat. Deinde verbum abſolutionis non eſt fides, ſed ſacramentum; quare ſolam fidem hoc non iuuat, ſed euertit. Alterum argumentum. Remiſſio peccatorum in adultis non minus neceſſariò habet coniũctam pænitentiam, aliaſque præparationes debitas, quàm beneficium & meritum Chriſti. Hæc propoſitio

In prolegom. lib.3. prole.2. iam olim confirmata eſt in prolegomenis Controuerſiæ de inhęrente iuſtitia. Præterea Lutherani omnes ſine præuia pænitentia beneficiũ recõciliationis nemini impendi in poſterioribus ſuis ſcriptis docẽt. Addũt quoq; alij nõ niſi fidem viuam & quæ per charitatem operatur, ſaltem potentia, id eſt volũtate & propoſito, illam eſſe cui remiſſio peccatorum

catorum

A catorum per Chriſtum promittitur. Sed vtrum aliquis verè & ſincere pæniteat propter Deum & ſicut oportet;item vtrum in aliquo ſit viua fides parata proferre bonos fructus; nemini conſtat certitudine fidei cui ſubeſſe falſum non poteſt. Sunt enim iſta facti,non fidei. Rurſum huiuſmodi facti ſunt,de quibus infallibiliter iudicare nõ poſſumus. Vnde Apoſtolus *ego meipſum nõ iudico*.& Propheta: *Delicta quis intelligit*? Sed de ſcripturis poſtea. De remiſſione ergo peccatorum in particulari facta nemo certus eſſe poteſt certitudine prædicta. Hoc argumentum inſinuarunt Patres Tridentini ſeſſ.6.cap. 9. quum dicerent *vnumquẽque dum ſeipſum ſuamque propriã infirmitatẽ & indiſpoſitionem reſpicit,de ſua gratia formidare & timere poſſe*. Et certè aries hic fortiſſimus eſt ad certitudinem gratiæ quã ponunt hodiè hæretici ſubuertendam. Notandum igitur quòd in hoc argumento,non dicimus æquè pendere remiſſionem peccatorum à pænitentia noſtra & reliqua diſpoſitione quã à merito Chriſti,nec dignitatem aut meritum aut deniq; cauſam vllam remiſſionis peccatorum in hac pænitentia aliiſq; diſpoſitionibus hoc in loco ponimus (nihil enim ad præſentem cauſam hoc refert) ſed adeſſe neceſſariò debere veram pænitentiam &c. aſſerimus ſiue per modum cauſæ ſiue non. Et confirmatur magis, quia ſic neceſſaria eſt pænitentia,charitas Dei,aliæq; diſpoſitiones,vt manente delectatione peccati, propoſito peccandi,contemptu & odio Dei,aliiſque ſimilibus affectionibus prauis nulla eſſet remiſſio peccatorum,quantacunque adeſſet fides vel fiducia. Hæc enim eſſet verè Epicurea fides,à qua ſe abhorrere proteſtantes profitentur.

1\. Cor. 4.
Pſal. 18.
Senſus & vis Argumenti.

B

Cauillationes variæ proteſtantum contra conditionem ex parte noſtra ad remiſſionem certam peccatorum conſequendam refutantur.

CAP. III.

PRROTESTANTES hodiè,vt huius argumenti pondus excuterent,& vim declinarent,multa & varia tentarunt. Primum Lutherus rotundè docuit non impediri quicquã per vlla peccata remiſſionẽ peccatorũ ſi adeſſet fides. *Nemo* (inquit) *reſpondere debet ſacerdoti ſe eſſe contritũ,neque ſacerdos hoc requirere debet*. art. 14. Alij Lutherani moderatius poſtea docuerunt: dicẽtes in confeſſ. Augu. art. 4. *Licet pænitentia requiratur,tamen remiſſio peccatorum vt certa ſit non pendet ex conditione dignitatis noſtræ aut præcedentis aut ſubſequentis*. Hæc illi. Sed hæc moderatio nõ declinat vim argumẽti. Etſi enim nulla ſit dignitas aut meritũ in ipſa pænitẽtia reſpectu remiſſionis peccatorũ: tamẽ neceſſariò illã requiri quum agnoſcant,(aiunt enim particulã gratis in iuſtificatione noſtra nõ excludere virtutes,ſed meritum & dignitatẽ ipſarũ: Melanch. in locis com.) profectò certitudinem ſuam ipſimet euertunt: quia de ſua cõtritione & pænitentia vera ne ſit,Deoq; placens,an nõ certitudine fidei nemo certus eſt? Alij propterea adhuc Lutherani recẽtiores,quia pænitentiã ad remiſſionem peccati negare nõ poterant, vt certitudinem nihilominus ſuã retinerẽt,diſtinguunt, *ſi Deũ & Chriſtum cõſideramus,certa ſalus eſt: ſi ad nos ipſos reuertimur certa damnatio eſt*. Itaq; hanc certitudinẽ eſſe volunt ex parte Dei,& Chriſti, cuius ſolã bonitatẽ & promiſſa reſpicere debemus; nõ ex parte noſtra, quam in hoc negotio reſpicere non debemus. Sed hæc euaſio etſi ſuperiori illa nõ multo melior ſit,(quia in cauſa reconciliationis de noſtra indignitate nihil nos curare videtur docere, ideoq; ipſius pænitẽtiæ neceſſitatẽ aut certè efficaciã excludit;) tamẽ viſa eſt Caluino magis moderata; ideoq; illã *peſtilentiſſimã & ſemipapiſticã* vocat. Inſt. li. 3 c. 2. ſect 24. Sed ideo Caluino diſplicet hæc diſtinctio,quia vult omnẽ noſtrã indignitatem Chriſti dignitate prorſus tegi,ita vt in conſpectũ Dei nõ veniat,ideoq; nõ eſſe ab illa nobis quicquã timẽdũ etiã quãdo nos ipſos reſpicimus,quia Chriſti iuſtitia tecti,& veſtiti ſumus,iuxta ſuam imputatiuam iuſtitiã iam olim cõfutatam. Tenet ergo ille mordicus quod Lutherus primo docuit,nullã eſſe noſtræ vel dignitatis vel indignitatis curã habendã: ſed quia totus noſter Chriſtus eſt, & cum omnibus bonis ſuis ſic nobis cõmunicatus, vt planè vnũ cũ eo ſimus,nihil eſſe de nobis ipſis formidandũ aut dubitandum. Hic ergo potiſſimũ locus ille eſt,in quo proteſtãtes ſe bonorũ operũ hoſtes eſſe apertiſſimè prodũt. Nã in ſola ſua & ſpeciali fide variis artibus ſuã impietatẽ texerũt, ne bona opera dãnare viderẽtur. Primũ fidẽ ſe intelligere viuã & operãtẽ per charitatẽ: quod quũ etiã durius videretur,diſtinxerũt eã eſſe operãtẽ ſi nõ actu ſaltẽ potẽtia & propoſito. Deinde fidem ſine charitate eſſe nõ poſſe,vel quia oẽs aliæ virtutes ſunt ipſa fides,vel certè quia inſeparabi-

C

Proteſtantium varia diuerticula, vt ſolam fidẽ tueantur.
1.
2.
3.
4.

liter ſunt fidei connexæ. Rurſum amiſſa charitate & virtutum ſtudio, amitti quoque & D
5. fidem iuſtificantem: prætcrea nouitatem vitæ & ſanctificationem eſſe fructum Spiritus
6. S. quem fides iuſtificans neceſſariò ſecum adfert. Denique quia bona opera ſaltem, vt
7. gratiarum actiones à filiis Dei fidei adiunguntur liberè & voluntariè. Poſtremò quia
8. Chriſti ſanctificatio, iuſtitia, & obedientia, nobis communicantur credentibus in eum. Hac enim etiam ratione docet Caluinus nos iuſtificari non ſine bonis operibus, etſi non per opera bona: Inſt. lib. 3. cap. 16. ſect. 1. His inquam omnibus fucis & technis, ſolam fidem iuſtificantem defendunt ne bonis operibus inimica videatur. Sed vero in certitudine gratiæ quam ponunt, nihil horum locum habet. Hanc enim certitudinem adeſſe volunt, non ſolum ſine vllo reſpectu, neceſſitate, conſequentia, præſentia, aut conueniẽtia bonorum operum, ſed etiam præſentibus quibuſcũque peccatis. Hoc eſt enim quod dicit Lutherus *nulla peccata poſſe hominem damnare niſi ſolam incredulitatem, neque habenti fidem dubitandum eſſe de ſua ſalute: quia promiſſio facta nullo peccato eſt mutabilis, niſi ſola incredulitate.* In lib. de capt. Babyl. Hoc eſt quod docuit Bucerus in com. ſuper. cap. 2. ad Rom. *quia omnia noſtra opera incerta ſunt, nulla eorum habenda eſt ratio.* Hoc eſt quod Caluinus in moderatoribus Lutheranis ferre non poteſt, *vt in quæſtione de gratia Dei vllam de nobis ipſis aut operibus noſtris conſiderationem ineamus*: loco ſupra citato. Et certè ſi eſt vlla prorſus ratio habenda vel peccati vel ſanctitatis in reconciliatione noſtra cum Deo, ſtare hæc certitudo non poteſt. Malunt igitur Proteſtantes non ſolum contra Scripturas quæ *hominem impium cũ ſua impietate Deo exoſum eſſe* toties & tam apertè inculcant Sap. 14. Eccleſiaſt. 12. Eſai. 1. Ezechi. 18. ſed & contra communem ſenſum & naturæ iudicium pronunciare, quàm de ſua certitudine aliquid remittere. E Hoc eſt denique quod in peccatorũ recordatione & peccandi aſſiduitate *non de deſerendis & euitandis peccatis, vt cum Deo conciliemur ſollicitè ſatagere, ſed de obfirmando animos in fide contra pauores & terrores conſcientiarum diligentiſſimè contendere* docent Lutherani In libello imperatorio articu. 5. & Caluinus Inſti. lib. 3. cap. 2. §. 17. & ſequentibus: docens *certam fiduciam gratiæ nulla re alia quàm imperfectione fidei impediri aut diſturbari.*

Proteſtantes bonorum operum manifeſti hoſtes.

Alia euaſio.

Reſpondent adhuc aliter aliqui proteſtantes ſatis eſſe ex parte noſtra ad certitudinẽ remiſſionis peccatorũ præteritorũ ſi deinceps non peccare proponamus. Hoc enim ſolũ Chriſtum à nobis poſtulaſſe quum diceret. *Vade & noli amplius peccare.* De tali autem firmo propoſito certos nos eſſe poſſe affirmant. Optandum ſanè eſſet, vt vel hoc ſaltem cõſtanter docerent, & vel tantillum in reconciliatione noſtra cum Deo ex parte noſtra requiri ſeriò agnoſcerent. Sed quomodo iſti homines propoſitum firmum non peccandi docere conſtanter poſſunt, quorum doctrina eſt, mandata Dei à nemine obſeruari, ideoque nec eorum tranſgreſſionem (quæ haud dubiè mortifera eſt) à quoquam vitari? Itaq; apud eos propoſitũ non peccandi eſt intentio ad impoſſibile, vel certè ad non eſſe, quod perinde eſt atque nulla. Cæterum nec de hoc propoſito non peccandi certitudine fidei certus eſſe quiſquã poteſt, niſi hoc illi Deus reuelauerit, ac neque certitudine morali, niſi conſequentis nouitatis fructus prius perſpexerit. Quam ſanè ob cauſam Petrus iubet F nos *bonis operibus ſatagere, vt certam* (id eſt fiducialem & ſpe plenam) *vocationem noſtram faciamus*, 2. Pet. 1. Et Paulus *gloriam ſuam* (in qua videlicet conquieſcit) eſſe dicit *teſtimonium conſcientiæ ſuæ*. 2. Cor. 1. Denique Ioan. docet tum demum *fiduciam nos habere apud Deum ſi cor noſtrum nos non reprehenderit.* Non ergo ex propoſito deinceps non peccandi, ſed ex cõſequenti nouitate vitæ fiducia & certitudo gratiæ oritur; quæ tamen adhuc fidei certitudo non eſt.

Ioan. 8.

Propoſitum non peccandi apud proteſtantes, intentio ad impoſſibile.

Nulla certitudo gratiæ ex propoſito non peccãdi.

Ex quibus etiam ſcripturis aliud nobile proteſtantum axioma euertitur, quo etiam huic argumento occurrere ſolẽt, nempè certitudinem gratiæ ex fide tantum corroborari, nullo modo autem ex operibus augeri. Contra ſanè ſcripturæ citatæ loquuntur. Quibus adde illud Iob. cap. 27. *Quæ eſt ſpes hypocritæ ſi auarè rapiat &c.* Item illud Auguſtini. *Et quæ ſpes eſſe poteſt, ſine aliqua conſcientiæ bonitate?* ſermo. 15. de verbis Apoſtoli. Denique illud Chryſoſtomi Homil. 5. in Mattheum. *Vnuſquiſque noſtrum nulla in re alia ſpem ſuam niſi poſt Dei miſericordiam in morum ſanctitate conſtituat.* Non ergo ad certitudinem remiſſionis peccatorum ex parte noſtra ſufficit propoſitum habere deinceps non peccandi, niſi huiuſmodi propoſitum digni pœnitentiæ fructus conſequantur: ex quibus ſanè corroboratur & augetur dicta certitudo: non tamen tanta fit quanta fidei eſt.

Certitudo gratiæ ex bonis operibus roboratur.

Ex ipſorum

A

Ex ipſorum hæreticorum principiis euertitur certitudo remiſſionis peccatorum.

CAPVT IIII.

TERTIVM argumentum ex ipſorum hæreticorum principiis petitur. Fides iuſtificans quolibet mortali peccato amittitur. Hoc enim docent Lutherani ne aut per ſolam fidem excludere bona opera videantur, aut fidem mortuam quæ tamen vera eſſe poteſt, in negosio iuſtificationis admittere cogãtur. Sequitur ergo neminem in peccato adhuc conſtitutum vel actu vel voluntate, poſſe eſſe certum de remiſſione peccatorum ſibi facta: alioqui ſanè vel haberet remiſſionem peccatorum & hanc ipſam certitudinem ſine fide iuſtificante; vel certè talis certitudo fidei eſſet deceptoria, certificans hominem eſſe in gratia qui non habet fidem. Quod ſi igitur cum peccato aut voluntate aut actu conſiſtere certitudo gratiæ non poteſt, iterum ſequitur non ex ſolo beneficio Chriſti, ſed etiam ex noſtra diſpoſitione recta pendere hanc certitudinem gratiæ, idcóque re vera certitudine fidei de hac gratia nos certos eſſe non poſſe : quia de noſtra recta & legitima diſpoſitione tali certitudine certi eſſe non poſſumus.

Certitudo gratiæ in doctrina Lutherana conſiſtere nõ poteſt.

Atque hoc in loco diligenter aduerte ſi iniuria eſt Chriſto & eius merito, quòd ex noſtra aliqua diſpoſitione pendet ſalutis noſtræ certitudo (ſicuti calumniantur Proteſtãtes) quòd hanc iniuriam illi ipſi faciunt, quum docent quolibet peccato mortali amitti
B
fidẽ, & cõſequenter certitudinem gratiæ : quæ adeo ſine fide ſecundum illos non eſt vt etiam per ſolam fidem comparentur; ſitque ipſius ſolius fidei proles & filia. Sed profectò iuxta hanc viperam doctrinam, matrem enecat filia, quia ſine interitu fidei iuſtificantis certitudo gratiæ non gignitur : ſi quidem à ſolo beneficio Chriſti & ex nulla diſpoſitione noſtra hæc certitudo pendere debet; ſicuti illi prorſus pendere eam volunt propter illud Apoſtoli. *Ideò ex fide vt ſecundum gratiam ſit promiſſio.* Nec videlicet ſi ex lege & eius obedientia aliquo modo pendere, incerta & infirma eſſet promiſſio ſalutis per Chriſtum. Sibi ipſi ergo aduerſatur & ſemetipſam perimit hæc doctrina Proteſtantum de certitudine fidei cum ſola fide iuſtificante coniuncta quæ tamen ſemper ſit viua nunquam mortua, ſed quolibet peccato mortali amittenda. Caluinus ne ad has anguſtias hoc argumẽto prematur, docuit contra Lutheranos nullo peccato amitti fidem poſſe; quin eſſe eam penitus inamiſſibilẽ vbicunque & in quocunque veri nominis fides eſt : Sic ille ſemper in peius profecit, quanto cæteris callidior, tanto factus deterior. Sed & hanc eius inſanam ſententiam in Controuerſia de ſola fide confutauimus.

Caluini aſtutia in peius.

C

Alia varia argumenta contra certitudinem remiſſionis peccatorum & cauillationum aduerſariorum refutatio.

CAPVT V.

SED alia nunc argumenta ſuccinctius tractemus. Ad remiſſionem peccatorum requiritur imprimis fides recta. Imò vt Proteſtantes volunt requiritur ſola fides, eáq. ſpecialis qua quis certo credit remitti ſibi peccata per Chriſtum. Sed tum veram fidem & rectam ſe habere ſibi certo perſuadet non ſolum verus orthodoxus, ſed & quilibet cuiuſcunque ſectæ hæreticus : Hæc 1.
enim cauſa eſt quod (vt de omnibus hæreticis ſcripſit Tertull. in præſcriptionibus aduerſus hæreticos *conuinci poſſunt, perſuaderi non poſſunt* :) tum etiam ſpecialem hanc fidem 2.
de remiſſione peccatorum quælibet hodiè hæreticorum ſecta habet. Quum omnis ergo hæreticus hodiè certiſſimè credat ſibi remiſſa eſſe peccata, idémque veteres hæretici per ſuam fidem crediderunt omnes tamen in eo decepti ſunt vel ſaltem non omnes per talem fidem ſaluati ſunt : euidenter ſequitur hanc certitudinem gratiæ poſſe eſſe falla-

Certitudo gratiæ omnes hæreticos iuſtificat.

Caluini reſponſio. Inſtitut. lib. 3. cap. 2. ſect. 10.

cem, & deceptoriam: ideóque nullam eſſe huiuſmodi certitudinem ponendam. Caluinus huius argumenti vim non ignorans, fatetur *quoſdam fallaci fidei ſimulatione non hominum oculis modo imponere ſed & ſuis ipſorum animis.* Sed reſpondet, *qualiſcunque ſit illa perſuaſio quod ad cor ipſum minimè penetrat, vt ibi defixa reſideat.* At profectò certitudo ex parte ſubiecti, id eſt intellectus & cordis, non minus altè defixa eſt in corde hęretici quam in corde orthodoxi. Æquè enim inuicta eſt obſtrincati animi pertinacia, quã eſt inuicta fidelis animi conſtantia: vnde & tam facilè hæreſis ſuos habet martyres quám fides. Aliter

Buceri reſponſio in Conciliatione.

reſpondet Bucerus quòd fides ex parte obiecti, *Facit hominem certum ſe eſſe in gratia quando habetur per motum Spiritus S.* Hoc certè & nos libenter agnoſcimus. Sed quando ille motus ſit à Spiritu S. certitudine fidei non cognoſcitur, etſi per quædam ſigna & teſtimonia, alia quadam certitudine, (de qua poſtea) ſe piorum cordibus adeſſe Spiritus S.

Chemnitij reſponſio in Examine.

certificet. Aliter reſpondet Chemnitius *non diſputari in hac controuerſia de fide hæreticorum qui falſas & blaſphemas opiniones tuentur.* Sed nihil agit. Hoc enim etſi verum ſit, tamen talis doctrina ponenda non eſt, quæ æquè pro hæreticis atque pro orthodoxis faciat. Certitudo autem gratiæ in ſenſu Proteſtantum ſi vera eſt, æquè eſſe poteſt & eſt in cuiuſcunque ſectæ hæreticis atque in ipſis orthodoxis, ponenda igitur non eſt. Deinde nemo ſuam fidem hæreticam eſſe agnoſcet: igitur eodem res recidit. Poſtremò quum certitudo gratiæ à ſpeciali fide ſola iuſtificante pendeat, vt hæc eſt multis hæreticis cõmunis, ita & illa fallax ergo eſt: niſi fortè quemlibet hæreticum in ſua fide ſaluari dicant. E

Certitudo gratiæ tollit timorẽ iuſtitiæ diuinæ, quem Scriptura commendant.

Rurſum hæc certitudo remiſſionis peccatorum tollit timorem iudicij & iuſtitiæ Diuinæ in cauſa reconciliationis: quo tamen cum timore vt remiſſionem peccatorum conſequeretur, acceſſit Publicanus *non audens oculos ad cælum tollere.* Luc. 18. quem in Euangelio iam iuſtificatum docet Chriſtus dicens. *Timete eum qui poteſt corpus & animam mittere in gehennam.* Matth. 10. quem diſertè in negotio præſenti exigit Scriptura, dicens: *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Eccleſiaſt. 5. quem ante oculos ſuos habuit Propheta quum de remiſſ. peccatorum laboraret, dicens: *Cogitabo pro peccato meo* Pſal. 37. & iterum, *peccatum meum coram me eſt ſemper.* Pſal. 50. Quem denique ſibi à Deo exoptat, dicẽs. *Configε timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.* Pſal. 118. Hunc ſanè timorem nec haber nec curat qui certitudine fidei credit ſibi remiſſa peccata; ſed à principio ſalutis, qui timor eſt iuſtitiæ diuinæ, vel etiam ſine illo, ad ſupremum fidei fructum qui eſt ſecuritas veniæ, ſine vllo intermedio peruenire, quaſique per ſaltum iuſtificari præſumit. Ad

Caluini reſponſio. Inſtitut. lib. 3. cap. 2. ſect. 7. & 26.

hoc reſpondet Caluinus, *timorem iuſtitiæ diuinæ abſtrahere homines à Deo, ideóque timoris nomine ad quem hortatur ſcriptura, reuerentiam tantum filialem erga Deum Patrem in Scripturis intelligi.* Sed fallit imperitos verſutus hęreticus. Clariſſimis enim verbis docet Scriptura, Deum vt Dominum non vt Patrem, vt iuſtum iudicem, non vt miſericordem largitorem eſſe timendum. Malach. 1. *Filius honorat patrem & ſeruus dominum ſuum. Si ergo Pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Si Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus?* Non enim ſic iſta diſtinguit Propheta vt etiam confundat, (vt impudentiſſimè affirmat Caluinus loco poſterius citato,) ſed ideo diſtinguit ne confundantur, & honoris nomine non timoris obſequium (vt ibi ca- F

Honor Dei eſt obedientia noſtra.

uillatur Caluinus) ſed obedientiam docet. Honoratur enim Deus per obediẽtiam ſeruorum ſuorum, ſicuti per inobedientiam contemnitur. 1. Reg. 2. & 15. in Exemplis filiorum Heli & ipſius Saül. Matth. 5. *Sic luceat lux veſtra,* &c. *vt glorificent Patrem veſtrum,* &c. *glorificate & portate eum in corpore veſtro.* 1. Cor. 6. *glorificantes Deum in obedientia confeſſionis veſtræ.* 2. Cor. 9. De hoc autem neceſſario ad peccatorum remiſſionem timore lege Chryſoſt. in lib. de compunctione cordis. Auguſt. tract. 9. in epiſt. Ioan. Gregorium lib. 6. epiſt. 22. Bernardum in ſerm. de feſto Magdalenæ. Cyprianum in ſerm. 5. de lapſis. Docent hi Patres ad remiſſ. peccatorum timorem iuſti iudicij Dei neceſſariò requiri; poſt remiſſa peccata timorem reuerentiæ perpetuò adeſſe debere: & illo quidem ad Deum nos acriter incitari, hoc autem cum Deo nos facilius contineri. Nec tamen vel deſperationis vel dubitationis timorem docent, qualem nos docere Proteſtantes cauillantur.

Certitudo gratiæ orationes fidelium deſtruit.

Præterea certitudo factæ remiſſ. pecc. deſtruit orationes fideliũ pro rem. pecc. quum tamen præcipua pars inuocationis ſit oratio pro peccatis. imò quum oret omnis Eccleſia *Dimitte nobis debita noſtra*: quæ oratio non ſolum pro quotidianis peccatis dicitur, ſed etiam pro grauioribus vt diſertè docet Auguſt. in Enchyrid. cap 71. & de peccat. mer. &

remiſſ

A remiſſ.lib.2.ca.4.vana enim & illuſoria eſt oratio quæ id petit quod ſe conſecutum iam *Caluini reſponſio Inſtitu.lib.3. cap.2.*
eſſe certitudine fidei certum habet. Reſpondet Caluinus fideles inuocare Deum ob
timorem lapſus in futurum & offenſionē Dei præteritam. At vero propter timorem la-
pſus in futurum dicitur, *ne nos inducas in tentationem*. Deinde ſi certus eſt fidelis de ſua
perſeuerantia vt idem docet Caluinus, quomodo timet lapſum in futurum? Rurſum of-
fenſio præterita ex parte Dei nulla eſt, vbi certo conſtat remiſſam eſſe offenſam, certi-
tudine fidei quam Deus ipſe infundit & facit. Alioqui aliud diceret Deus aliud faceret.
Reſpondet aliter Brentius in confeſſ Vvirtemberg. quod oratione excitetur & accen- *Brentij reſpōſio.*
datur fides; qua fide partipamus meritum Chriſti & habemus remiſſionē peccatorum
propter ſolum Chriſtum. Priuſquam enim oremus neceſſe eſt, vt meritum Chriſti ſit
nobis applicatum & fide acceptum. Sed implicat contradictionem hæc reſponſio. Si
enim ante orationem iam per fidem eſt accepta remiſſio peccatorum frustra per oratio-
nem excitatur fides vt accipiat. Itáque in Apologia confutationis huius Confeſſionis
ait, ideo orari, quia quod per fidem accepimus, petimus oratione in nobis manifeſtius *Eiuſdē alia.*
reuelari & confirmari. Sed & hoc merum eſt nugamentum. Primùm quia magis re-
uelari aut confirmari nobis non poteſt, pro ſtatu huius vitæ quam quod certitudine fi- 1.
dei diuinæ certum habemus. Deinde ſcriptura non docet nos orare pro tali reuelatio- 2.
ne vel manifeſtatione. Tertiò, manifeſtiſſima illa reuelatio remiſſionis peccatorum 3.
non eſt in hac vita vel neceſſaria vel vtilis, ſed periculoſa & noxia vt docet eleganter
Gregorius lib.6.epiſt.22. Reſpondent adhuc vulgariter alij Proteſtantes, Deum non *Alia reſpōſio.*
B moueri noſtris precibus ad aliquid largiendum, ſed orantibus dare quæ etiam non orā-
tibus erat æquè daturus. Cæterum hæc reſponſio contradicit Chriſto, dicenti; *petite, & accipietis*. Ioan.16. item Iacobi, *petitis & non accipitis, eo quod male petatis*. cap.4. aliiſque ſcri-
pturis quam plurimis. Matth.18. ad Philip.1. Geneſ.19. in Pſalmis toties. Sane apertiſſi-
me docet Paulus quod inuocationem præcedit fides, ideóque viciniorem eſſe ſalutis
cauſam ipſam orationem quam fidem. *Quo modo*, ait, *inuocabunt in quem non crediderunt? diues autem & beneficus eſt Deus in omnes qui inuocant eum* Roman.10. *Certitudo gratiæ doctrinam de Sacramentis peruertit.*

Poſtremò vt paucis multa complectamur, hæc certitudo remiſſ. peccat. totam de ſa-
cramentis doctrinam peruertit. Baptiſmum ad remiſſionem peccatorum inanem red-
dit. Non enim per Baptiſmum ſed per ſolam fidem hanc certitudinem nos conſequi
docent. Hac de cauſa diſertè docuit Caluinus, *ſi in omittendo baptiſmo nec ſocordia eſt, nec* "
contemptus, nec negligentia tutos ab omni periculo eſſe qui non baptiſantur. Inſtit. lib.4. cap.15. in "
fine. Sacramentum venerabilis Euchariſtiæ deprauat, quia præparationem debitā qua "
iubet Apoſtolus *vt probet ſe omnis homo & ſic de pane illo edat*. 1.Cor.11. penitus hæc certitu-
do euertit. Iubet enim non probare ſed certò credere nos eſſe in gratia & omnem pec-
catorum remiſſionem conſequutos. Pœnitentiam ſeu conuerſionem illam ad Deum in
ſpiritu humiliato & corde contrito *Quod Deus non deſpicit*. Pſal.50. Hæc certitudo iam
adeptæ remiſſionis prorſus euacuat. Claues denique Eccleſiæ penitus ridiculas facit.
Quomodo enim remittit ſacerdos peccata ſuper terrā quàm poteſtatem tamen diſertè
C Chriſtus conceſſit Mat.16.& Ioan.20. quæ iam antea remiſſa eſſe ex fide vnuſquiſq; co-
gnoſcit (Sed nulli abſurditati parcunt Proteſtantes, omniáque potius & ſacramenta &
reliqua ſacra funditus euerti volunt, quàm de ſua hac certitudine gratiæ quicquam de-
cedere: Nam quod docent per Sacramenta hanc fidei certitudinem magis confirma-
ri, quia in illis oſtenditur & exhibetur promiſſio gratiæ adeóque ſigillatur, & hunc eſſe
proprium & primarium Sacramentorum vſum, quàm ſit vanum, abſurdum, & à doctri-
na de Sacramentis in Scripturis tradita alienum, oſtendemus quum ad doctrinam
de Sacramentis proximo poſt hoc genus Controuerſiarum loco explicandam venie-
mus.

Sanè Scriptura remiſſionem peccatorum ita à Deo conferēdam nobis proponit atque
promittit, vt tamen certitudinem iſtam infallibilem pænitus tollat, eámque ſub ali-
qua dubitatione pia & humili expectandam doceat. Sic Dan.cap.4. *peccata tua eleemoſy-* *Scriptura certitudinem infallibilem remiſſionis peccatorum negat.*
nis redime, &c. *forſitan ignoſcet Deus delictis tuis*. Sic Ioël cap.2. ad pœnitentiam populum
hortatus ſubiungit. *Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus?* Sic etiam Ionas cap.3. eiſdem
prorſus verbis pœnitentiam Niniuitis præſcribit. Sic denique & Petrus in doctrina E-
uangelica. *Pænitētiam*, inquit, *age ab hac iniquitate tua & roga Deum ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui*. Act.8. Iſtæ ſanè Scripturæ vt non docent hæſitationem aliquam aut

ſluctuationem perpetuam ſpei contrariam circa reconciliationem peccatorum Deo D
(quod infra magis explicabitur)ita profecto infallibilem hanc fidei certitudinem quam
docent hæretici,prorſus adimunt & apertè negant.

Quòd nemo in hac vita de ſua iuſtitia coram Deo certitudine fidei certus eſt.

CAPVT VI.

Præſentis controuerſiæ Propoſitio prima.

VENIAMVS nunc ad alteram propoſitionem iuxta alteram ſignifica-
tionem gratiæ in hac controuerſia. *De ſua iuſtitia coram Deo certitudine
fidei nemo in hac vita certus eſt abſque ſpeciali reuelatione.* Hæc propoſitio
eiſdem ferè omnibus argumentis confirmatur,quibus prior; & eo ſa-
nè magis,quanto plura ex parte noſtra ad iuſtitiæ habitum requirun-
tur,quàm ad remiſſ. peccatorum, quæ merè gratuita eſt. Itaque pri-
mum & 2.argumenta contra hanc propoſitionem adhuc fortius mi-
litant.Ad iuſtitiam enim noſtram coram Deo requiritur non qualiſcunque diſpoſitio
& inclinatio ad virtutem cum odio peccati coniuncta,ſed adeſſe debet vera vitæ noui- E
tas & rectitudo,vera Dei & pura dilectio,obedientia mandatorum Dei, bonorum ope-
rum ſtudium,vacuitas peccati omnis quod eſt ad mortem,denique noua creatura. Hâc
enim noſtram formalem eſſe iuſtitiam oſtenſum eſt. Et Proteſtantes ipſi quamuis à for-
mali noſtra iuſtitia,ſanctificationem & nouam obedientiam diſtinguant,vt non ſit pars
eius eſſentialis, adeſſe tamen eam certo & infallibiliter volunt omnibus Dei filiis, tan-
quam indiuiduam fidei iuſtificantis comitem & propriam filiorum Dei notam. Poſtquã
ergo in omni vera coram Deo adultorum iuſtitia adeſt noua ſanctificatio, dicimus de
ipſa iuſtitia ſua neminem certitudine fidei certum eſſe. Et facilè oſtenditur, quia an ſic
affectus & imbutus quiſpiam ſit,nemini certitudine fidei certum & exploratum eſt.Imò
docet diſertè Scriptura manifeſtam huius rei incertitudinem,Iob.9.*Si iuſtificare me volue
ro,os meum condemnabit me:ſi innocentem oſtendere,prauum me comprobabit:etiam ſi ſimplex fuero,
hoc ipſum ignorabit anima mea.*Eſt locus apertiſſimus;De quo tamen lege Gregor. Moral.
lib.17.cap.19.& iterum lib.9.cap.10.Rurſum.Prouerb.20.*Quis poteſt dicere,mundum eſt cor
meum,purus ſum à peccato?*Et iterum Eccleſ.cap. 9. *Sunt iuſti atque ſapientes & opera eorum in
manu Dei.Et tamen neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit:ſed omnia in futurum ſeruantur in-
certa.*Sed locus ad hoc probandum longè clariſſimus eſt.1.Cor.4 dicit Apoſtolus. *Quæ-
ritur inter Diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur;*pertinet autem ad iuſtitiam diſpenſatoris, vt
ſit fidelis,& ſine fidelitate domino ſuo placere aut gratus eſſe non poteſt.Subiungit au-
tem.*Mihi autẽ pro minimo eſt,vt à vobis iudicer , &c.*vbi excludit aliorum de nobis iudiciũ. F
Addit.*Sed neque meipſum iudico.*Vbi excludit etiam ſuum de ſeipſo iudicium. Et cauſam
ſubuectit.*Nihil enim mihi conſcius ſum,ſed non in hoc iuſtificatus ſum* , quaſi diceret ; non ideo
meipſum non iudico eſſe fidelem diſpenſatorem,quia video me in multis officium non
facere ; ſed etſi nullius vel negligentiæ vel culpæ circa hanc diſpenſationem mihi con-
ſcius ſum,tamen non in iſta cõſcientiæ meæ integritate iuſtificatus ſum, id eſt meipſum
iuſtum eſſe iudico,pronuncio & certo cognoſco.Sed hoc totum ſolius eſt Dei, ideoque
adhuc adiecit.*Qui autem iudicat me,dominus eſt.* Moxque oſtendens non eſſe in hac mili-
tante adhuc vita noſtra,certum & exploratum noſtræ integritatis iudicium, ſed hoc to-
tum diuino examini ſeruandum addit.*Itaque nolite antè tempus iudicare , quo ad vſque veniat
Dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum,& manifeſtabit conſilia cordium , & tunc laus erit
vnicuique à Deo.*Hæc Paulus.Tribus autem modis oſtendit neminem in hac vita certum
eſſe poſſe de ſua fideli diſpenſatione,& multo minus de tota ſua iuſtificatione,vtpote ad
quam plura requiruntur quam ad fidelem diſpenſationem myſteriorum Dei;& quæ mi
nus etiam oculis hominum patet quàm dicta diſpenſatio;quæ ferè tota in luce & actio-
1. ne externa verſatur. Primum ne quis hac præſumpta certitudine vſurpet , vel præue-
2. niat ſiue quo ad ſeipſum,ſiue quo ad alios,diuinum iudicium. Secundò quia nec ipſum
teſtimonium propriè conſcientiæ(quæ tamen ſunt mille teſtes,vt dicitur)ad talem cer-
3. titudinem ſufficit:ſed multa eam latere poſſunt. Tertiò quia nemo ſibi placere debet,

ſed *laus*

A ſed *laus eſt vnicuique à Deo*. Iuxta illud. *Non qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed quē Deus commendat*. 1. Cor. r. Hic ergo vnus locus certitudinem gratiæ & iuſtitiæ noſtræ coram Deo in hac vita à nobisipſis, etiam ex fide renendam, fortiſſimè euertit.

Proteſtantum defenſio pro certitudine fidei circa præſentem coram Deo iuſtitiam refellitur.

CAPVT VII.

AVDIENDI tamen ſunt proteſtantes, quid dicere velint tam contra hæc loca allegata, quàm etiam contra totum hoc argumenti genus. Primum ſanè vt certitudinem fidei circa præſentem iuſtitiam defendant, negant conſcientiæ bonitatem ad iuſtitiæ certirudinem requiri. Imò (ait Caluinus) *ſi ex operibus eſtimandum ſit qualiter affectus ſit erga nos Dominus, id ne tenui quidem coniectura aſſequi nos poſſe fateor*. Inſtit. lib. 3. cap. 2. ſect 30. Vnde & irriſoriè dicit Chemnitius. *Qualis eſt iuſtificatio talis etiam eſt fides in Eccleſia pontificia*, vt videlicet quia iuſtitiam noſtram agnoſcimus non in ſola fide, ſed etiam in operibus bonis conſiſtere, debeat quoque fides noſtra ſeu certitudo fidei circa iuſtitiam noſtram coram Deo, ex bonis quoque operibus pendere.
B Hoc autem, vt refellant, exclamant *Ethnicam eſſe hanc doctrinam cuius effectus, ſumma, & finis eſt, vt anxiæ conſcientiæ quærentes conſolationem conyciatur in perpetuas hæſitationes & dubitationes*. Hæc Chemnitius. Quibus vt reſpondeamus, de hæſitationibus & dubitationibus poſtea agemus. Nunc autem quia tam abſurdum exiſtimant, vt certitudo gratiæ ſeu iuſtitiæ noſtræ coram Deo ex bonis operibus aliquo modo pendeat, videamus an non etiam ex ipſorum principiis hoc ipſum demonſtrari queat. Nam ita re vera ſe rem habere iam olim in libris de iuſtitia inhærente, de perfectione iuſtitiæ & de ſola fide iuſtificāte copioſè oſtenſum eſt. Primum ipſe Chemnitius affirmat *certitudinem gratiæ quam ponūt non eſſe epicuream perſuaſionem pollicentem ſibi in perſeuerantia ſcelerum impunitatem, ideoque ſeſe monere iuſtificatos ne fiducia miſericordiæ Dei ad alendam & confirmandam ſecuritatem & petulantiam carnis abutantur*. Deinde omnium Lutheranorum ſententia eſt *quodlibet peccato mortali amitti fidem*; quod idcirco docent ne aut per ſolam fidem excludere bona opera videātur, aut fidem mortuam quæ tamen vera eſſe poteſt in negotio iuſtificationis admittere cogantur. Denique omnes ad vnum Proteſtantes docent fidem quæ iuſtificat eſſe viuā & operantem fidem per charitatem aliaque bona opera. *Non ſomniamus* (ait Caluinus) *fidem bonis operibus vacuam aut iuſtificationem quæ ſine iis conſtet*. Inſtit. lib. 3. cap. 16. ſect. 1. Sic ergo etiam ex eorum principiis argumentari licet. Certitudo gratiæ & iuſtitiæ nulla eſt coram Deo abſque fide iuſtificante, quod adeo Proteſtantes concedunt, vt eam per ſolam fidem hanc certitudinem comparari doceant. Sed fides iuſtificans nulla eſt abſque
C charitate & bonis operibus. Ergo certitudo gratiæ & iuſtitiæ nulla eſt abſque eadē charitate, & bonis operibus. Pendet igitur ex bonis operibus iſta certitudo gratiæ tam ſecundum Lutheranos quam Caluiniſtas non minus quàm ſecundum nos. Etſi enim in iuſtificatione differant à nobis, quia non per bona opera, ſed cum bonis operibus volūt fidem iuſtificare, tamen in certitudine gratiæ neceſſariò nobiſcum conueniunt; quam non ſine bonis operibus haberi & retineri poſſe nobiſcum agnoſcunt. Aut ergo neceſſariò fateri debent proteſtantes ſe epicuream doctrinam docere, & in perſeuerantia ſcelerum impunitatem polliceri, omneque bonorum operum ſtudium prorſus eneruare, aut nobiſcum agnoſcere certitudinem gratiæ ex noſtris operibus & qualitatibus aliqua ex parte pendere; ideoque quia de illis nulla eſt fidei certitudo, ſed potius iuſta dubitandi cauſa, vt ſcripturæ allegatæ oſtenderunt, imò vt Caluinus dixit, *quia ne tenui quidem cōiectura aſſequi poſſumus qualiter erga nos Deus affectus ſit, ſi abſque operibus hoc æſtimandum eſt*, propterea nec noſtræ iuſtitiæ eſt, vlla fidei certitudo. Non enim nunc quæritur an bona opera ſint pars integralis iuſtitiæ noſtræ formalis coram Deo; nec an ſint meritoria; nec denique an ſint perfecta legis obedientia (quæ omnia negant proteſtantes, nos autem in aliis controuerſiis abundè iam probauimus) ſed ſatis eſt in vera iuſtificante fide adeſſe bona opera, ſiue ſint fructus neceſſarij ipſius fidei, vt volunt lutherani; ſiue actiones

Proteſtantum certitudo gratiæ ex ipſorum propriis principiis euertitur.

In examine decret. conc. Trid. par. 1.

Proteſtantium valida confutatio.

Inſt. lib. 3. cap. 2. ſect. 24.

euchariſtiæ propter memoriam beneficiorum acceptorum vt alij docent, ſiue denique D
ad ſolam Dei glorificationem deſtinata, aut ex generoſitate quadam filiis Dei digna
profecta, vt docet Caluinus, Inſtitu. libro 3. cap. 16. ne bonis operibus penitus aduerſari
videatur. Quocunque enim modo adſunt, ſi adeſſe debeant bona opera, profecto certi-
tudo gratiæ & præſentis iuſtitiæ ſecundum proteſtantes euacuatur, qui ex bonorum
operum neceſſitate docent anxias ſemper relinqui conſcientias noſtras, & in perpetuas
hæſitationes & fluctuationes miſerrimè coniici. Sic igitur ex eorum principiis facilè
oſtenditur ad idem abſurdum ipſos compelli, ad quod doctrinam Catholicam impelle-
re moliuntur. Et ſic quidem in genere hoc argumentum eludere fruſtrà conati ſunt.

Cauillationes Proteſtantum contra Scripturas ſupra cap. 6. contra certitudinem fidei prolatas conuelluntur.

CAPVT VIII.

E

Diſputatio proteſtantum ad eludendum locum Salomonis.

AD Scripturas autem citatas multis modis reſpondere conantur. Ad
Eccleſiaſtis locum aiunt. Salomonem id ſolum docere quod ex euen-
tibus externis in hac vita nemo poteſt ſcire vtrum Deo placeat: ideo
enim Salomonem mox adieciſſe, *eò quòd vniuerſa æque eueniant iuſto &*
1. *impio*: non autem negare Salomonem, quin ex fide id cognoſci queat.
Sic Bucerus & Chemnitius reſpondent. Sic etiam Caluinus Inſtit. lib.
2. 3. ca. 2. ſect. 36. Confirmant quoque ex præcedentibus Salomonis verbis c. 3. *Vnus interi-
tus eſt hominis & iumentorum & æqua vtriuſque cõditio.* Nempè ſi ex euentibus externis rem
iudicamus. Addit enim. *Sicut moritur homo ita ſic & illa moriuntur.* Quod autem certitudi-
3. nem fidei hoc loco Salomon non tollat, manifeſtum eſſe aiunt, quia tam de odio quam
de amore dei loquitur. At vero qui peccat mortaliter, ſe eſſe in odio Dei ex fide cogno-
ſcit. Neque dubium eſt in eccleſia Dei peccata illa diſplicere Deo, *quæ qui agunt, regnum*
4. *Dei non poſſidebunt.* ad Gal. 5. Et ipſe Salomon in eodem cap. dicit. *Quis Deo placet opera tua.*
Vtrumque ergo fide cognoſcitur; ex euentibus autem externis non cognoſcitur. Hæc

Deiectio eiuſdē diſputationis.

Chẽnitius: Sed ſoluuntur hæc omnia breuiter. Particula illa à Salomone adiecta, *eò quòd*
Ad. 1. *vniuerſa æque eueniant iuſto & impio*, non eſt coarctatio propoſitionis illius generalis, *nemo*
ſcit vtrum odio an amore dignus ſit; ſed eſt refutatio contrarij, ac ſi diceret. Nihil te moueãt
externi euentus rerum, vt inde te deprehendere poſſe exiſtimes, ſis ne amore an odio
dignus. Salomon enim duas facit propoſitiones; vnam generalem & abſolutam, quòd F
nemo ſcit vtrum amore an odio dignus ſit: alteram particularem & reſtrictam, quod ne
quidem ab externis euentibus hoc ſciri poteſt. Quod autem hæc poſterior priorem nõ
reſtringat, ſed ſit ab illo planè diuerſa, ex verbis interiectis liquidò patet; vbi dicit: *Sed*
omnia in futurum ſeruantur incerta. Hic enim non facit comparationem externorum euẽ-
tuum cum fide, (vt volunt proteſtantes) ſed præſentis & futuri: negãs in præſenti eſſe ali-
Ad. 2. quam huius rei certam cognitionem, ſiue abſolutè ſiue etiam ex euentibus externis, ſed
omnia in futurum ſeruari incerta. Itaque confirmatio ex altero loco Salomonis ca. 3. ni-
hil habet validum. Eſt enim ibi manifeſta comparatio hominis & iumenti ex parte ex-
Ad. 3. ternorum euentuum ſine vlla comparatione præſentis & futuri. Salomon autem quam-
uis de odio Dei, non ſecus hoc pronunciet quam de amore, quum nihilominus de odio
Dei certus ſit vnuſquiſque peccans mortaliter, tamen tota eius intentio fuit de incerti-
tudine amoris Dei, quod verba præcedentia manifeſtè docent. Dicit enim. *Sunt iuſti at-*
que ſapientes, & eorum opera in manu Dei, & tamen neſcit homo, &c. Hoc enim eſt quod obſtu-
peſcens miratur, eſſe quidem iuſtos & ſapientes, & eorum opera à Deo conſiderari, ip-
ſos tamen iuſtos hoc ipſum liquidò & certò non cognoſcere in præſenti: imò ne hoc
ipſum certo cognoſcant, pari euentu cum impiis omnia illis euenire. Addit tamen de
odio Dei, non quod parem ſtatuat vtriuſque amoris & odij incertitudinem, ſed quia ne-
mo poteſt eſſe de amore Dei dubius, quin pariter & eodem momento hæſitet an ſit
aliquo

A aliquo modo dignus odio. Vtrumque ergo ad ipſum iuſtum & ſapientem refertur, qui vtcunque faciat opera Deo grata, & in manu ac virtute Dei, tamen adhuc in præſenti hac vita poſitus, neſcit vtrum amore an odio Dei dignus ſit. De peccatoribus autem & impiis Salomon ibi non loquitur. Vide autem egregiam Diui Hieronimi expoſitionem in com. ad hunc locum. Quod autem poſtremò addit Salomon eodem cap. *Deo placent opera tua*, prorſus ironicè & iuxta humanæ conſuetudinis errorẽ à Salomone dicuntur, vt pulchrè à D. Hieronymo exponuntur. Ait enim Salomon, poſt rerum præſentium incertitudinem graphicè & multis verbis deſcriptam, *vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & Bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua.* Si proteſtantibus noſtris & maximè Chemnitio qui illa verba produxit hæc feriò loqui videtur Salomon, non mirum ſi epicuream perſuaſionem hæc certitudo gratiæ gignat; quod tamen ſe ſuoſque non docere clara voce Chemnitius eodem loco profeſſus fuerat, vt modo eius verba citauimus. Sed ſi quod ſentiunt Proteſtantes idem ſemper dicerent, non eſſent ſub veſtimentis ouium lupi rapaces. *Ad.4.*

Iam verò non minori impudentia locum Iob citatum eludere conantur. Aiunt Iob illis verbis id tantum confiteri, quòd iuſtitia noſtra comparatione ad Deum facta non reputatur iuſtitia. Duo enim dicit Iob. Primum *quòd nemo ſit iuſtus comparatus Deo*, & hoc ſe ſcire affirmat. Verè, inquit, *ſcio quod ita ſit, quod non iuſtificetur* homo compoſitus Deo. Et iterum. *Quantus*, inquit, *ſum vt reſpondeam Deo? &c. qui etiam ſi habuero quidpiam iuſtum non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor.* capite 9. Deinde quod ſuam iuſtitiam ipſe- *Loci Iob defenſio.*
B met ignorat. *Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea.* Et iterum ibidem. *Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti.* Vtrumque ergo quum dicit, vtraque veritas tenenda eſt, non altera ex altera euertenda.

Ad Apoſtoli autem locum 1. Corint. 4. omnium impudentiſſimè reſpondent, Paulum de ſua nouitate & ſuis operibus non ſolum dubitare, ſed diſertè dicere, *in hoc non ſum iuſtificatus*: quia licet ipſum conſcientia non reprehendat, tamen coram Dei iudicio non poſſit illa iuſtitia conſiſtere. Aliam igitur quærit in obedientia & merito Chriſti, quam opponere poſſit iudicio Dei. Hæc chemnitius. Sed Pauli verba: *Non tamen in hoc iuſtificatus ſum*, non de ſua iuſtitia in conſpectu & iudicio Dei loquuntur, ſed de ſua iuſtitia in conſpectu & iudicio ſui ipſius, de tali enim iudicio diſputat. *Ego* (inquit) *meipſum non iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed tamen non* propter hanc conſcientiæ meæ integritatem meipſum iudico, vel meipſum iuſtifico. Et hoc eſt quod dicit, *non in hoc iuſtificatus ſum*, ſcilicet coram meipſo & meo proprio iudicio. Hic enim Apoſtoli ſcopus & intentio erat, vt ſuprà copioſè explicuimus. Excludit ergo Paulus teſtimonium conſcientiæ, non quia nullum eſt, vt ſecundum illud placeamus Deo; (ſicuti volunt proteſtantes) ſed quia irrefragabile & certiſſimum non eſt, vt ſecundum illud nobis ipſis placeamus; id eſt, coram Deo iuſtos & acceptos nos eſſe credamus. Sanè quòd ad Dei iudicium attinet, diſertè Apoſtolus dixit. *Gloria noſtra* (vtique coram Deo) *hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ quòd in ſimplicitate cordis & in ſinceritate Dei & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo* 2. Corin. 1. Similia *Senſus verborũ Pauli 1. Cor. 4. defenditur.*
C dixit diſceſſurus ab Epheſiis Act. 20. Neutrobique ſanè vel ſeipſum commendans vel ſibi placens, vel gloriam hominum quærens, ſed ex conſcientiæ ſuæ integritate gloriam coram Deo quæſiuit, & in Domino gloriatus eſt. Nam & ideo hoc ipſo loco adiecit, *qui autem iudicat me, Dominus eſt*. Vt gloriam ſuæ conſcientiæ Dei quidem iudicio firmam & certam eſſe oſtenderet, & vt poſtea ſubiunxit *laudem eſſe vnicuique à Deo*, in ſuo autem iudicio infirmum eſſe & parum ſufficiens teſtimonium. Denique hoc proteſtantum commentum quòd nulla noſtra iuſtitia & conſcientiæ integritas in Dei iudicio poſſit conſiſtere, omnibus illis Scripturis euertitur, quæ docent Deo placere & accepta eſſe iuſtorum opera; Quæ enim placent & accepta ſunt Deo, coram Dei iudicio conſiſtunt.

Poſtremò non aliam hoc loco Paulus iuſtitiam quærit quàm ſuam in obedientia & merito Chriſti, vt cauillatur Chemnitius; ſed aliam quærit ſuæ fidelis diſpenſationis notitiam quàm in ſeipſo. Nempè in ſolo iudicio Dei, *qui illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium*, in magno illo multum tremendo

& extremo iudicio. Hanc notitiam ponit, omnem huius rei certitudinem à ſeipſo manifeſtè remouens. Non enim de iuſtitia ipſa, ſed de iuſtitiæ iudicio & cognitione hoc loco Apoſtolus diſputauit: quod ſanè iudicium & ab aliis hominibus, & à ſeipſo adeoque à ſuæ conſcientiæ teſtimonio & denique à præſenti tempore remouet, ſolique Deo proprium eſſe, & in futuro extremo iudicio propalandum iri docet. Lege autem D. Bernardum epiſtol. 42, Hunc Apoſtoli locum in ſenſum quem diximus elegantiſſimè explicantem. Lege etiam Diuum Hieronym. libro ſecundo, contra Pelagian. Auguſtinum Enarra. in Pſalm. 41. ſuper illa verba Abyſſus abyſſum inuocat. Chryſoſtom. Homil. 11. in 1. ad Cor. Manent ergo firmæ Scripturæ citatæ contra certitudinem gratiæ in præſenti hac iuſtitia noſtra; quæ videlicet non ſolum iuxta Catholicam Doctrinam, ſed etiam iuxta Proteſtantum placita & poſitiones bonorum operum neceſſitatem adiunctam habent. Qui autem Patrum contra hanc certitudinem gratiæ luculentas ſententias videre cupit, legat Cyprianum ſermo. de Eleemoſyna circa principium Hieronymum libr. 2. aduerſus Pelagianos, & in comm. ſuper illa verba Micheæ capit. 6. *Indicabo tibi homo quid ſit bonum, &c.* Auguſtinus, ſermo. 23. de verbis Domini enarra. in Pſalm. 50. ſuper illa verba, *incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* & ſermo. 16. de verbis Apoſtoli. Chryſoſtomum Homil. 77. in Ioannem: vbi docet Petrum ideo contriſtatum ad tertiam interrogationem Chriſti. Ioan. 21. *Ne fortè ſe amare Chriſtum arbitratus eſſet, quum verè non amaret.* Gregorium libr. 6. epiſtol. 22. & Moralium in Iob, libro 12. cap. 38. Denique Bernardum ſerm. 3. de aduentu Domini, & epiſt 42.

Quæ pro Certitudine fidei tam circa remiſſionem peccatorum quam circa præſentem iuſtitiam diſputant proteſtantes, ex vi & natura fidei iuſtificantis diſſoluuntur.

CAPVT IX.

NVnc priuſquam de tertia propoſitione agamus, expendamus quæ hæretici hodiè pro hac certitudine gratiæ circa has duas priores propoſitiones diſputant. Eiſdem enim prorſus argumentis vtrumque impugnant. Tertiam vero quia propriis argumentis tractant, ſeorſim & poſtea tractabimus. Proteſtantes hodiè vt certitudinem gratiæ infallibilem & qualis eſt fidei cui ſubeſſe falſum non poteſt, tam in remiſſione peccatorum quam in præſenti iuſtitia & acceptatione noſtra coram Deo ſtatuerent, duobus potiſſimum modis ſuos ſectatores vel etiã ſeipſos deceperunt. Primum quidem falſis argumentis ipſius fidei iuſtificantis naturam, virtutem, & efficaciam extollendo & confirmando. Deinde de certitudine ipſa fallaciter & ſophiſticè arguendo. Quod ad prius attinet partim ex natura & proprietate promiſſionis gratuitæ ex parte Dei, partim ex proprietate & natura fidei iuſtificantis quæ non dubitario, ſed certa fiducia eſt, partim etiam ex teſtimoniis Scripturæ de obſignatione credentium per Spiritum Sanct. probare conantur proteſtantes hanc certitudinem fidei tam circa remiſſionem peccatorum, quam circa præſentem iuſtitiam. Sed huic triplici argumentorum generi abundè ſatisfactum eſt in Controuerſia de ſola fide iuſtificante, partim vbi contra ſpecialem fidem & contra fiduciam Lutheranorum, partim vbi contra Caluini notitiam & perſuaſionem diſputauimus. Itaque quæ illo loco ad hæc tria capita reſpondimus contra fidem ſpecialem, ipſamque fiduciam, (quæ eſt fides iuſtificans proteſtanrum) eadem hoc loco contra certitudinem gratiæ valere debent. Sicuti enim neque promiſſio gratuita, neque proprietas fidei quòd ſit firma perſuaſio, Baſis & fundamentum eorum quæ creduntur, nec denique obſignatio, creden-

Proteſtantes in certitudine gratiæ dupliciter errantes & in errorem mittentes.

Triplex argumentorum genus ſupra confutatum.

Supra lib. 8 cap. 11 & 18. & ſeq. cap. 24 & ſeq.

A credentium per Spiritum Sanctum probant fidem qua iuſtificamur, eſſe ſpecialem fidem aut fiduciam certam, quia promiſſio gratuita generalis eſt, & conditionata non ſpecialis & abſoluta, item quia fides eſt quidem firma perſuaſio, &c. ſed eorum quæ ſunt materia fidei (quale non eſt iuſtificatio mea vel tua) quia denique Spiritus Sanctus obſignat corda credentium, ſed ſpe hæreditatis in futurum per charitatem, non firma fide præteritorum beneficiorum, & ipſa charitas eſt hoc ſignaculum non fides, quæ omnia in locis ſignatis antea confirmata ſunt; ita & propter eaſdem cauſas, nihil probant hæc tria certitudinem gratiæ quam ponunt proteſtantes.

Quartum genus argumenti adferunt proteſtantes pro certitudine gratiæ doctrinam de vero vſu ſacramentorum. Aiunt enim per illa tanquam per ſigilla applicari, & obſignari vnicuique in particulari, quod promiſſio generalis credentibus promittit: idque eam ob cauſam, vt fides quæ generali promiſſione egrè ſe ſuſtentat, efficacia ſacramentorum ſubleuaretur & confirmaretur. Sic *in baptiſmo, Chriſtum induimus*. Gallat. 3. In vſu cænæ Dominicæ accipimus corpus & ſanguinem Domini. In abſolutione ſonat illa vox dulciſſima, Dominus abſtulit peccatum tuum. Hæc Martin. Chemnitius ex aliorum Lutheranorum ſententia. Ad quam etiam accedit Caluinus Inſtitut. libro 4. capite 14. Niſi quod ſacramentis teſtificationem tantum apertis verbis, non etiam efficaciam vt Lutherani fucatis verbis loquuntur tribuat. Sed quod ad rem præſentem attinet, concedimus ſanè ſacramentis non ſolum teſtificandi vim per modum ſigilli, nec etiam efficaciam tantùm per modum inſtrumenti ad cuius præſentiam Deus operatur, *Vſus ſacramentorum pro certitudine gratiæ nihil facit.*

B ſed etiam virtutem & efficaciam per modum inſtrumenti: per quæ virtute illis diuinitus impartita Deus certò & infallibiliter variam gratiam operatur. Sed hoc totum etiam iuxta ipſos Proteſtantes neceſſariò intelligendum eſt, circa eos qui legitimè ſacramenta ſuſcipiunt. *Certum eſt* (ait Caluinus) *nobis à Domino miſericordiam ac gratiæ ſuæ pignus ſacramentis afferri. Verùm non apprehenditur niſi ab his qui ſacramenta certa fide accipiunt.* Hæc ille. Inſtitu. libro quarto, capite decimo quarto, ſect. 7. Requiritur ergo fides; & illa etiam certa id eſt firma & indubitata. Deinde in adultis baptiſandis requiritur propoſitum benè viuendi & omnem impietatem abnegandi, vt toto lib. de fide & operibus ex Scripturis demonſtrat Auguſtinus. Rurſum indignè accedentes ad venerabilem Euchariſtiam iuxta Lutheranos non Chriſtum, ſed ſuam damnationem accipiunt, iuxta Pauli doctrinam, *probet ſeipſum omnis homo*, &c. Præterea non abſoluitur per Claues Eccleſiæ niſi verè pænitens etiam iuxta Lutheranos. Poſtremò ex omnium Proteſtantum confeſſione nemini ponenti obicem prodeſt ſacramentum. Nam idcirco reprehendunt nos *1. Cor. 11.* docentes ſacramenta operari ex opere operato, quaſi propterea doceremus ſine vllo bono motu accipientis conferre gratiam ſacramenta. At verò de hac legitima & recta diſpoſitione, ſine qua ſacramenta nihil conferunt ad ſalutem, nemo ex fide certus eſt ſe illam, vt oportuit ad ſacramentorum ſuſceptionem attuliſſe: idque propter cauſas ſuprà memoratas. Non probat ergo certitudinem gratiæ doctrina de ſacramentis. *Suprà cap. 2. & 6.*

Sophiſticatio & tergiuerſatio varia Proteſtantum circa certitudinem quam ponunt aperitur: & Catholicæ Doctrinæ ſenſus ab illorum Calumnijs aſſeritur.

CAPVT X.

NVnc alteram diſputationis aduerſariæ partem aggrediamur, in qua D
de certitudine ipſa quã circa gratiã ſtatuere volunt merè ſophiſticantur; id eſt Catholicã ſententiã prorſus peruertendo lectores ſuos ludificantur. Nempe vt ſuum falſitatis extremum quæ eſt certitudo fidei cui ſubeſſe falſum non poteſt, probabilius efficiant, nobis Catholicis alterum falſitatis extremum impingunt, pariterque ſtatum controuerſiæ callidè inuertunt. Nam quia certitudinem fidei circa remiſſionem peccatorum vel etiam circa præſentem iuſtitiam negant Catholici, aiunt nos docere perpetuam dubitationem, hæſitationem, & fluctuationem quandam deſperabundam circa eandem gratiam; quod eſt alterum extremum. Et obſeruandum hoc loco quot modis doctrinam Catholicam falſo traducunt & mendaciter prægrauant.

Proteſtãtes variis modis doctrinã Catholicam mendaciter traducunt.

1. Primò, Aiunt noſtram fidem ſic credere promiſſioni Euangelij de gratuita remiſſione peccatorum per Chriſtum, vt tamen in ea certa fiducia acquieſcere non auſit. Mendacium eſt, quia in promiſſione Euangelij non ſolum fiduciam certam, ſed & ipſam fidem ponimus, eam credentes non ſecus ac verbum Dei, ſed eam vt generalem credimus; quia tantum vt generalis proponitur, adeóque vt conditionara; ſicut eſt aliàs explicatum.

2. Secundò, Aiunt noſtram doctrinam circa gratiam Chriſti eſſe meras dubitationes, quæ nullam adfert conſcientiis certam & firmam conſolationem, qua in lucta tentationum ſe erigere & ſuſtentare poſſunt. Mendacium eſt quia ſpem certam & firmam docemus, tam remiſſionis peccatorum in particulari contra tentationes diffidentiæ circa reconciliationem cum Deo, quàm præſentis iuſtitiæ coram Deo contra tentationes puſillanimitatis, aut præpoſteræ dubitationis de beneuolentia Dei erga nos. E
Et hoc in loco notanda venit aperta Proteſtantum & contradictoria calumnia. Aiunt enim in alia Controuerſia nos talem fiduciam in bonis operibus noſtris ponere, vt iactemus merita noſtra. In hac autem controuerſia aiunt nos omnem fiduciam tollere & perpetuam dubitationem de beneuolentia Dei erga nos docere. Sic contrariis mendaciis parum ſui memores Catholicam doctrinam lacerant.

Proteſtantum calumnia contradictoria.

3. Tertiò, Aiunt nos docere quòd hæc dubitatio de grat a Dei, eſt virtus fidei; quæ ita ornet & commendet fidem, vt ſine ea ſit inanis fiducia non fides iuſtificans. Sed aliud mendacium eſt, quia non dubitatio, ſed iuſtus *timor & tremor cum quo operari ſalutem noſtram* iubet Paulus, nempe de propria noſtra indiſpoſitione vel inſufficientia conceptus, eſt virtus à Catholicis laudata: nec vt ornet & perficiat fidem cum qua nihil commune habet, ſed vt hominem ab inani fiducia & ſecuritate ſeu potius præſumptione in hac infirmitate reprimat: quem tamen timorem cum vera fiducia & ſpe firma coniunctum eſſe disertè Catholici docent: quæ ſanè dubitationi in ſenſu Proteſtantum prorſus aduerſa eſt.

Philip. 2.

Splendida Chẽnitij mendacia.

4. Quartò, aiunt Patres Tridentinos docere quòd fidei poteſt ſubeſſe falſum: alios etiam Catholicos addere, quod ſpes poteſt fallere, imò quod ei proprium eſt poſſe fallere. Sic enim affirmat de vtriſque Chemnitius in examine. Sed aliud eſt & multiplex proiectæ impudentiæ mendacium. Nuſquam enim Tridentini Patres aiunt fidei poſſe ſubeſſe falſum, ſed aiunt *neminem ſcire certitudine fidei cui non poteſt ſubeſſe, falſum ſe eſſe gratiam Dei conſecutum.* ſeſſione ſexta, capite nono. Vbi non docent F
veræ fidei poſſe ſubeſſe falſum; ſed diſtinguunt diuinam & theologicam fidem à fide humana & acquiſita cui poteſt ſubeſſe falſum. Nec alij Catholici docent ſpem poſſe fallere, quam Apoſtolus ait *non confundere* aut fallere Roman. 5. ſed docent ipſum ſperantem poſſe falli, ſi conditiones quibus nititur, & ſine quibus vana eſt, non ſolida ſpes, minus adimpleuerit.

Non ſpes ſed qui ſperat falli poteſt.

His ergo quatuor luculentis mendaciis præſuppoſitis ſtatum huius Controuerſiæ hunc in modum peruertunt, vt ſententiam Catholicam quàm benè intellectam & in propriis terminis propoſitam labefactare nequeunt, in alienum ſenſum deprauatam & verbis odioſis explicatam facilè conuellant. Aiunt nos docere, peccatorem quando in ſeria pœnitentia & vera fide apprehendit promiſſionem gratuitæ miſericordiæ, & cæt. nec poſſe nec debere certa fiducia ſtatuere peccata ſibi remitti: poſſe quidem benè ſperare & de Dei miſericordia optima quæque ſibi polliceri; ſed hæc tamen ſine certa fiducia, in medio fluctuantis dubitationis ſuſpenſa eſſe relinquenda, quia fidei poſſit ſubeſſe falſum, & ſpes poſſit fallere.

Controuerſia præſentis ſtatum proteſtantes peruertunt.

Hunc

A Hunc eſſe ſtatum conttouerſiæ inter nos & illos ſcribit Mart. Chemnitius in examine
dectet. Conc. Trident. Sed multipliciter fallit lectorem. Primum enim non iubemus
peccatorem poſt ſeriam pœnitentiam in vera fide præſtitam dubitare de remiſſione
peccatorum; ſed poſito quod ſeriam pænitentiam egerit, id eſt omnes pœnitentiæ partes
ritè compleuerit, ídque in vera & orthodoxa fide, debere eum docemus etiam de fide
credere remiſſa ſibi eſſe peccata propter promiſſiones Chriſti, quæ pœnitentibus &
credentibus datæ ſunt. Sed docemus peccatorem non poſſe eſſe certum certitudine fidei
de pœnitentia ſeria & ritè peracta, ideóque dubitandi cauſam habere, non ex parte
promiſſionum Dei, ſed ex parte indiſpoſitionis propriæ. Itáque ſtatus Cõtrouerſiæ eſt
iuxta apertam Lutheri doctrinam art. 14. *Debere vnunquemque certò credere ſibi remiſſa eſſe*
peccata. quicquid ſit de noſtris operibus, contritione, aut pœnitentia, vt eſt ſuperius explicatum. Sopra cap. 1.
Huius ſtatus alios Lutheranos iam pudet: & tamen Lutheri dogma ſemper tenere, nequaquam
pudet. Secundo non negamus debere pœnitentes certa fiducia ſtatuere ſibi
remitti peccata, ſed negamus certa fide cui ſubeſſe falſum non poteſt, hoc eſſe à quoquam
ſtatuendum. Certam autem fiduciam qualem ſpei certitudo adfert agnoſcimus
& docemus. Diſſimulata igitur fidei certitudine, transfert ſe iſte Lutheranus ad fidu- *Dolus malus protestantum.*
ciam: quod & Caluinus fecit, tam in Antidoto circa c. 13. ſeſſ. 6. quàm in Inſtit. lib. 3. c. 2.
Tertiò non relinquimus peccatorem in medio fluctuantis dubitationis ſuſpenſum, ſed
in optima & firma ſpe eum collocamus; poſtquam pœnitentiæ rectè peractæ ſibi conſcius
eſt. Poſtremò non dicimus aut fidei ſubeſſe falſum aut ſpem poſſe fallere: vt ante
B explicatum eſt.

Vera diſtinctio certitudinis fidei à certitudine ſpei explicatur.

CAPVT XI.

HOc ergo in loco fidei certitudo quam ponunt hæretici, à ſpei certitudine
quam ponunt Catholici, diligenter diſtinguenda eſt, vt ita intelligatur,
an negando certitudinem fidei ponamus fideles in perpetuis
dubitationibus. Sicuti ergo ſpes a fide, ſic & certitudo ſpei à certitudine
fidei diſtinguitur. Fides ſoli Dei verbo nititur tanquam ſuo
proprio obiecto: ideóque certitudo fidei ex verbo Dei naſcitur, ſine
vlla conſideratione vllius qualitatis ex parte credentis. Verum enim
eſt quod fides dicit, qualiſcunque ille eſt vel qualitercunque affectus eſt qui credit. Itá-
que hæc certitudo eſt prorſus omni modo infallibilis. Spes autem nititur non ſolum *Quo ſenſu Spes in Scripturis firma appellatur.*
verbo Dei, ſed etiam humano ſtudio & diligentia per Chriſti gratiam præſtita; ideóque
C eius certitudo ex vtroque naſcitur. Itáque certitudo eius ex parte verbi & promiſſionis
Dei non minor eſt quam certitudo fidei; ex parte autem conditionis ſperantis hominis
dubia & infirma eſt. Notandum autem quòd firmitas ſpei in Scripturis attributa, vbi
vocatur *fortiſſimum ſolatium, & anchora animæ tuta ac firma.* Hebr. 6. Item, *quod non confundat*,
Rom. 5. tribuitur ei ex parte Dei & promiſſionum omnipotentiæ & miſericordiæ
eius, non ex parte conditionis ſperantis hominis. Huius diſtinctionis ignoratio eſt ſeminarium
hæreticæ hodiè de certitudine ſalutis doctrinæ. At verò hoc diſcrimen ſpei *Spem bonis operibus niti docet Scriptura.*
à fide tradit Scriptura, quum docet ſpem non ſolis Dei promiſſionibus ſed etiam bonis
hominum operibus niti. Ad Titum 3. quum dixiſſet; *hæredes ſumus ſecundum ſpem vitæ
æternæ*, ſubiungit, *fidelis ſermo eſt*, &c. *vt curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo*, Manifeſtè
docens ſine bonis operibus non aſſequi fideles quod ſperant. Ad Roman. 5.
Probatio ſpem operatur, ſpes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris.
Manifeſtè docet ex patientia pro Chriſto naſci ſpem retributionis, & eam non confundere
quia charitas facit aſſiduè operari. Hoc etiam ſpei fundamentum aliæ Scripturæ
apertiſſimè docent. Pſalm. 4. *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ & ſperate in Domino.* primo
Ioannis tertio. *Si cor noſtrum nos non reprehenderit, fiduciam habemus*, &c. 2. ad Timoth. 1.

Ob quā cauſam hæc patior: ſed non confundar: ſcio enim cui credidi, &c. Sic ſpes Apoſtoli pro Co- D rinthiis firma erat *quia ſocij paſſionum erāt* 2. Cor. 1. Et vocatio atque electio noſtra fit certa per bona opera, 2. Petr. 1. Ex quibus Scripturis Caluini vel arrogantia impudens vel inſcitia craſſa conuincitur, qui ſcholaſticos beſtias vocat & inſanos rabulas. Inſtit. lib. 3. cap. 2. ſect. vlt. quòd Magiſtrum ſenten. ſequuti duplex ſpei fundamentum doceant: Dei gratiam & merita operum, ſine quibus ſperare ſalutem non ſpes ſed præſumptio eſſet. Hoc enim citatæ Scripturæ manifeſtiſſimis verbis docuerunt. Nec alio ſanè ſenſu dixit Iob. cap. 8. *ſpes hypocrytæ peribit*. Hac ergo ex parte tanta eſt certitudo ſpei quanta eſt induſtria operantis. Immobilis autem ſpei firmitas ex parte Dei eſt. Ad Hebr. 6. *vt per duas res immobiles quibus impoſſibile eſt mentiri Deum* (ſcil. quia & promiſit & iurauit) *fortiſſimum ſolatium habeamus qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem*, Sic Pſal. 26. *Dominus illuminatio mea, quem timebo? Si conſurgant aduerſum me caſtra in illo ego ſperabo*. His in locis tota ſpei firmitas Deo nititur. Hanc fidei & ſpei diſtinctionem docet Auguſt. ſoliloq. cap. 6. *Fide credimus rem ita ſe habere ad quam conuertendus eſt animæ aſpectus, vt viſa faciat beatum. Spes eſt qua quum bene aſpexerit ſe viſurum eſſe præſumit*. Hæc ille. D. quoque Bernardus ſerm. 50. in Pſal. 9. *Germana fidei, ſpeíque cognitio eſt vt quod illa futurum credit, hæc ſibi incipiat ſperare futurum. Dicit fides: parata ſunt magna*, &c. *Dicit ſpes, Nihil illa ſeruantur. Dicit Charitas curro ad illa*. Hæc ille. Currente igitur charitate valida eſt ſpes. Vnde Auguſt. *Qui vult habere bonam ſpem, habeat bonam conſcientiam. Hanc vt habeat credat & operetur*. In præfat. enarr. in Pſal. 31. pen- E det ergo certitudo ſpei non ſolum à promiſſionibus diuinis (ex qua parte eſt firmiſſima non ſecus quam certitudo fidei) ſed etiam à conditione & diſpoſitione noſtra qui ſperamus: & ex hac parte licet ſpei certitudo certitudine fidei minor ſit, (quia de noſtra diſpoſitione legitima ex fide certi eſſe non poſſumus ſine ſpeciali reuelatione,) tamen nō eſt dubitatio aliqua fluctuans modo in hanc partem modo in illam, ſecundum quā modo ſe acceptum Deo, modo non acceptum aliquis cogitet, alternantibus ex æquo ſententiis, ſempérque anxius & ſuſpenſus id eſt neutri parti firmiter aſſentiens; (vt hæretici nos docere mentiuntur) ſed eſt certitudo ex parte ſubiecti ſeu voluntatis ipſius ſperantis certa & firma omne dubium de peccatorum remiſſione excludens: qualis eſt certitudo omnis moralis quæ magnis argumentis grauíque authoritate nititur, quæque ad animi quietem & tranquillitatem planè ſufficit. Importuna enim illa moroſitas eſt, non aliter velle animo tranquillo eſſe, niſi etiam ſit ſecuro: impietas autē magna eſt non eſſe *ſpe gloriæ* contentum, (in qua Apoſtolus gloriatur. Rom. 5.) niſi fidei certitudine eam apprehendas. Sed quia hæc certitudo ſpei ex parte ſubiecti naſcitur, ex bona conſcientia vel legitimè actæ pœnitentiæ, vel veræ obedientiæ; propterea nec excludit *timorem & tremorem* (noſtræ ſcilicet inſufficientiæ nobis ipſis ignotæ) *cum quo operari ſalutem noſtram debemus*: nec admittit certitudinem fidei infallibilem: quia etſi nihil nobis conſcij ſumus tamen noſipſos infallibiliter iudicare non poſſumus: *Qui autem iudicat nos Dominus eſt*. Denique reſpicit ſpes gratiam & gloriam non vt bonum aliquod iam ex fide habitum & de facto collatum, ſed vt bonum arduum poſſibile, quod ſe accipere indu- F bitanter quidem & firmiter ſperat, fide tamen diuinitus infuſa neſcit. Quemadmodum ergo qui legitimè certat, certò credit ſe coronandū, & qui filius eſt primogenitus, patris hæredem ſe futurum; & qui itineri ſe committit, ſe ad finem ſaluum peruenturum; denique vt omnis Chriſtianus certo credit ſe infantem baptiſatum fuiſſe & eſſe; aut filius matris ſuæ quę dicitur filium ſe eſſe; & tamen nihil horum certitudine fidei habetur, ſed ſolum certitudine partim ſpei & fiduciæ bonæ, partim morali. ſic de remiſſ. pecc. & gratia Dei certo credere poteſt ſe eam eſſe conſecutum, qui quæ Deus præcepit ad ea conſequenda ſeſe præſtitiſſe ſibi conſcius eſt: nec tamen vel certitudine fidei idem credere poteſt aut debet; vel quia talem certitudinem nō habet, propterea incertus, anceps, aut dubius eſt, aut per modum fluctuantis ſe habet. Talis enim vt deſcribit Iacobus, *ſimilis eſt fluctui maris qui à vento mouetur & circumfertur*. Nec ergo Proteſtantum extremam ſententiam quę eſt certitudo fidei excludens omnem formidinem & timorem propriæ indiſpoſitionis cū ſecuritate illa qualis huic peregrinationi non cōpetit; nec animi perpetuo ſuſpenſi fluctuationē incertā & conſtātem quæ huc illúcq; momēto impellitur, docent Catholici circa remiſs. pecc. aut præſentem iuſtitiam, ſed mediā ſententiam docēt: quæ eſt certitudo ſpei ex parte diuinarum promiſſionum firmiſſima, & certitudo vel cōiecturalis vel etiam moralis ex parte propriæ diſpoſitionis: cuius quiſque ſibi conſcius eſt, qui

Quæ ex parte et quare certitudo ſpei minor eſt certitudine fidei.

Philip. 2.

2. Cor. 4.

De multis rebus certo dicimur abſque certitudine fidei.

Iacob 1.

Catholica ſententia media inter duo extrema.

A eſt, qui legitimè diſpoſitus eſt: quæ ſanè vtraque & omnem dubitationem in ſenſu proteſtantum (id eſt quæ neutri parti aſſentitur) excludit, & firmam conſcientiis pacem ac conſolationem adfert contra omnes luctas tentationum, vel diffidentiæ, vel puſillanimitatis, vel denique deſperabundæ dubitationis. Spes enim gloriæ filiorũ Dei & vitæ æternæ quam Scripturæ docent (Rom. 5. & 8. Tit. 3.) eſt media illa virtus quæ filios Dei hinc quidem à præcipitio puſillanimitatis, inde verò à deſperationis barathro liberat; & in temperata animi pace ac tranquillitate milites Chriſti ad pugnam vitiorum ſemper intentos ſaluberrimè conſeruat.

Hanc autem quam diximus perpetuam & conſtantem fuiſſe Catholicorum doctrinã nec nunc demum (vt quidam Proteſtantes ſcribunt) à nobis traditam, ne apertas dubitationes & conſcientiarum carnificinas docere videamur, ex teſtimoniis plurimorum patrum, tam veterum quàm recentiorũ, adeóque Monachorum (qui hoc nomine paſſim in ſcriptis hæreticorum maledicè & falſo taxantur) qui antè hoc natum ſchiſma ſeripſerunt, oſtendemus. Docent ergo verè pænitentes & qui ſuam indiſpoſitionem legitimè attendunt, & quantum in ipſis eſt teſte conſcientia reformant, Deique mandata obſeruant, & peccata fugiunt ſaltem mortifera, firmam & certam de Dei gratia conſolationem & perſuaſionem non fidei, ſed fiduciæ & ſpei, concipere debere Patres & Doctores qui ſequuntur, locis etiam iam citandis. Cyprianus in lib. de patientia ad Demetrianum, & in ſerm. de cæna domini. Dyoniſius Areop ca. 7. de diuinis nominibus. Ambroſ.
B ſerm. 5. Auguſt. tract. 75. in Ioan. Chryſoſt. Homil. 28. in 1. Cor. 11. & Theodoretus ibidem ſuper illa verba. *Probet ſeipſum homo.* Cyrillus lib. 10. in Ioan. capit. 3. Baſilius adhuc multò clarius, diligenter docens ſigna & argumenta huius certitudinis moralis, in regulis breuioribus interrog. 896. Leo magnus ſerm. 10. de quadrageſima, & adhuc luculẽtius ſerm. 8. de Epiphania. Greg. Magnus Moral. lib. 3. ca. 14. Et vt ad recentiores ſcriptores veniamus, eoſdemque Monachos ante hoc natum ſchiſma ſcribentes. Anſelinus in epiſto. ad Rom. cap. 8. ſuper illa verba. *Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei,* &c. item in 2. ad Cor. cap. 13. ſuper illa verba: *niſi fortè reprobi eſtis.* Bernardus ſerm. 1. in octaua paſchę: epiſto. 107. & ſerm. 69. in Cant. Docens etiam quibus argumentis hæc certitudo deprehendi poſſit: quod etiam egregiè tractat epiſt. 107. Eadem quoque eſt doctrina Magiſtri ſent. lib. 4. diſtinct. 14. D. Thomæ. 1. 2. q. 112. art. 5. ſaltem quoad coniecturalẽ certitudinem quæ etiam dubitationem in ſenſu proteſtantum excludit, cuius etiam ſigna docet in com. in 2. Cor. 13. Idem docuit ante eum Altiſiodorenſis in ſumma libro 3. Scotus in 4. ſent. diſt. 14. articu. 3. Alex. De hales pat. 3. q. 71. ar. 2. Bonauentura in 1. ſentẽ. diſt. 17. p. 1. q. 3. Lyranus in Gloſſa ad eccleſi. cap. 9. Dyoniſ. Carth. lib. 1. ſent. diſtin. 17. q. 5. Gabriel Biel. in ſent. lib. 2. diſt. 27. q. vnica. Recentes & horum temporum ſcriptores ſtudio omittimus: inter quos tamen excellit in hoc genere Doctrinæ Abbas Bloſius in Canone vitæ ſpiritualis cap. 1. & ſequentibus item ca. 13. & 38. Inſtit. ſpiritualis ca. 2. & 8. His omnibus in locis docetur certa & firma conſolatio ſpes, fiducia, & varia certitudo tam remiſſionis peccatorum quàm iuſtitiæ præſentis coram Deo, in illis omnibus qui ſuam
C indiſpoſitionem attendentes, nullius ſibi vel criminis vel affectatæ negligentiæ ſunt cõſcij. Sola autem certitudo fidei qualem docent proteſtantes non docetur: quia nimirũ certiſſimè credunt boni fideles ſe eſſe in gratia: nec falli in hac ſua opinione; non tamen credunt ſe falli non poſſe; cuius generis certitudo ſoli fidei diuinitus infuſæ propria eſt.

Conſentiens veterum & recentium ſcriptorum de certitudine ſpei ſententia.

Ciprianus. Dyoniſius. Ambroſius. Auguſtinus. Chryſoſtomus. Theodoretus. Cyrillus. Baſilius. Leo mag. Gregor. mag. Anſelinus. Bernardus. Mag. ſent. D. Thomas.

Altiodorẽſis. Scotus. Alex. de hales. Bonauẽtura. Lyranus. Dyoniſ. Cart. Gabr. Biel. Bloſius.

Argumenta hæreticorum ex Scripturis quibus certitudinem fidei circa præſentem iuſtitiam ſtabilire ſolent euertuntur.

CAP. XII.

HIs ita explicatis, quibus nunc argumentis è ſcriptura petitis hanc D
certitudinem fidei circa præſentem iuſtitiam ſtabilire ſolent hære-
tici, breuiter oſtendemus. Primũ ne præſumptio temeraria videatur
indubitatã diuinæ voluntatis notitiam nobis arrogare, dum hãc cer
titudinem nobis perſuadẽdo diuini iudicij partes nobis aſſumimus,
„ reſpondet Caluinus Inſtitu. libro 3. cap. 2. ſect. 39. *Id fieri propter Dei ſpi-*
„ *ritum in nobis quem ideo accepimus, vt ſciamus quæ à Deo donata ſint nobis.*
Scimus dona dei in nobis triplici ſenſu. 1. Cor. 2. Sed loquitur hoc Apoſtolus de ſcientia generali beneficiorum Dei in genere
quæ fidelibus tribuuntur, non de ſcientia particulari vnius cuiuſque vt verba ſtatim ſub-
1. ſequentia ſatis oſtendunt. *Quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, &c.* Non
enim prædicabant Apoſtoli ſuam iuſtitiam populis, ſed Dei beneficia omnibus expoſi-
2. ta: vel etiam loquitur de ſcientia non fidei, ſed bonæ ſpei: iuxta quam dicit Corinthiis.
Deus confirmabit vos vſque in finem ſine crimine, &c. 1. Cor. 1 item Philippenſibus capit. 1. *Qui*
cœpit in vobis bonum opus perficiet vſque in Diem Chriſti: ac denique Timotheo. 2. Tim. 2. *Certus*
ſum quòd in te eſt fides non ficta. Poſtremò ad Rom. 5. *Certus ſum*, inquit, *fratres mei & ego ipſe de*
vobis, quoniam pleni eſtis dilectione. Neque enim vel ipſi proteſtantes adhuc docent de alie-
na gratia aut perſeuerantia nos eſſe certos certitudine fidei; & tamen certum ſe Apoſto-
3. lus ſcripſit de vtraque: ſed certitudine bonæ ſpei non fidei Vel denique loquitur de do-
nis gloriæ quæ parauit Deus diligentibus ſe, vt verba habent præcedentia. Sic exponit
D. Thom. 1. 2. q 112. ar. 5. 4. E

Caluini replica. Sed replicat Caluinus quod nos negando hanc ſpiritus diuini perſuaſionem in ſin-
gulis, docemus non diuino ſed proprio ſpiritu fideles agi, contra Apoſtolum ad Rom. 8.
Reſponſio. *qui ſpiritu Dei aguntur hi filij Dei ſunt.* Cui quum reſpondemus fideles ſpiritu Dei agi nõ ſuo,
vt facta carnis ſpiritu mortificent. Dei ſcilicet non ſuo, vt exponit Auguſtinus, de verbis Apoſto
An ſpiritu dei agamur incertũ eſt & quare. li ſerm. 13. nobis tamen certa fide exploratum non eſſe, quãdo ſpiritu Dei agamur, quia
ſanè idem opus mortificationis & virtutis ſecundum ſpeciem ex ſpiritu Dei eſſe poteſt,
& ex affectu humano, vel etiam naturæ viribus; imò bonum & ſanctum opus circunſtan
tia aliqua latenti & occulta vitiari poteſt, propter quod Apoſtolus ipſe nihil ſibi cõſcius
ſeipſum tamen non iuſtificat, id eſt iuſtum non iudicat, ſed diuinum iudicium expectat.
Alia replica. 1. Cor. 4. replicat iterum Caluinus aliud nos Apoſtolum docere quum dicit. 2. Corin. 13.
Vos metipſos tentate ſi eſtis in fide: ipſi vos probate. An non cognoſcitis voſmetipſos quia Chriſtus in
vobis eſt? niſi fortè reprobi eſtis. Ergo qui non cognoſcit Chriſtum in ſe eſſe & habitare re-
Reſponſio. probus eſt. Sed reſpondemus Apoſtolum ſibi cõtrarium non eſſe. Imò iſte locus potius
docet dubitationem quam certitudinem. Iubet enim Apoſtolus *tentare noſmetipſos ſi ſu-*
mus in fide, vtique viua & per charitatem operante. Nam *fidem ipſam* (vt ſcribit Auguſtin.
libro 13. de Trinita capite 1) *quiſque videt in corde ſuo ſi credit, vel non eſſe ſi non credit*, quia ſa-
nè ipſam credulitatem ſe habere vnuſquiſque euidenter cognoſcit. Tamen an illa fides
ſit ab habitu infuſo, vel potius acquiſita, nõ perinde vnuſquiſque videt. Et multo minus
an fides noſtra ſit verè viua, & operans per charitatem videt vnuſquiſque noſtrum. Ita-
Quomodo cognoſcimus Chriſtũ in nobis eſſe. que iubet Apoſtolus hoc ipſum tentare & probare in nobis ipſis, vtrum *Chriſtus habitet* F
per fidem in cordibus noſtris, & vtrum ſumus *radicati & fundati in charitate, vt poſſimus comprehẽ-*
dere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo & longitudo & ſublimitas & profundum &c. ad Epheſ.
3. Si enim non cognoſcimus nos ipſos Chriſtum habitare in nobis, nimirum per operã-
tem charitatem, per ſigna & argumenta veræ obedientiæ, *ſatagendo bonis operibus vt certam*
noſtram vocationem faciamus. 2. Pet. 1. fortè reprobi ſumus. Non dicit Apoſtolus quod ſine
tali cognitione prorſus & indubitanter reprobi ſumus. Deinde de cognitione loquitur
non quæ ex fide certa eſt, ſed de qua per legitimam tentationem & probationem noſtri
ipſius certiores reddimur.

Denique nihil hoc totum aliud eſt quam quod ad Rom. 8. Diſputat Apoſtolus. *Qui*
in carne ſunt Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu ſi tamen Spiritus Dei
habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet hic non eſt eius. Si autem Chriſtus in vobis
eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum: ſpiritus vero viuit propter iuſtificationem, & quæ
ſequuntur. Docet enim Apoſtolus veros fideles habere in ſe ſpiritum Dei, ſed ſub hac
Fideles habent Spiritũ Dei ſub conditione. conditione, *ſi non ſecundum carnem viuant, ſed ſecundum ſpiritum*, de qua ſanè vita ſpirituali,
& ſancta multa & egregia ſigna & argumenta habent fideles: ſed tamen certitudine fidei
ſe eſſe verè ſpiritualem vnumquemque ſcire Apoſtolus non docet. Quamobrem quod
Caluinus

A Caluinus eodem loco addit *præſentiam Spiritus Sancti eſſe Chriſtianiſmi notam*, verum quidē eſt abſolutè, ſi loquimur de perfecto Chriſtiano: & de quocunq; Chriſtiano aliquo modo verum eſt, quia ſine Spiritu Sancto nemo Chriſtianus eſt: nemo credit Deo vel Chriſto eius: & *nemo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto*. 1. Cor. 2. ſed præſentia illa non eſt cuiuis manifeſta & euidens certitudine fidei. Quare quod infert, *de hac præſentia Spiritus S. gloriari vnumquemque poſſe, imò ſine hac gloriatione Chriſtianiſmum non conſtare*, vana eſt iactantis hæretici oratio. Docet quidem nos ſcriptura quandam gloriationem, ſed quæ futura magis reſpicit quā præſentia, & ſpe nititur, nō fide. Sic enim Apoſtolus ad Rom. 5. *Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei & gloriamur in tribulationibus, quia tribulatio patientiā operatur, patientia autem probationem; probatio vero ſpem*: ſed gloriationē ſecūdum certitudinem fidei qualem concludit Caluinus nulla Scriptura docet. Nec tamē *à Spiritu S. ſeparamus fidem*, vt infert Caluinus, nempe veram & Catholicam fidem quæ eſt donum Spiritus S. & opus eius peculiare; ſed ab eo ſeparamus ſpecialem hæreticorum fidem & inanem fiduciam; quam ſub hac certitudine fidei & gloriatione docent. Non eſt enim hæc fides ſpiritus S. peculiare opus, ſed eſt hæreticorum hodiè peculiare & proprium commentū.

Gloriatio Caluiniana Scripturis ignota.

Quod nulla eſt certitudo fidei de perſeuerantia finali.

B

CAP. XIII.

NVNC ad tertiam propoſitionem ab hæreticis in hac controuerſia aſſertam veniamus. Dicimus neminem de ſua perſeuerantia finali, vel (quod idem eſt) de ſua electione ſeu prædeſtinatione (ſoli enim electi finaliter perſeuerant) & de ſua beatitudine futura, ex fide cui ſubeſſe falſum non poteſt, citra ſpecialem reuelationem certum in hac vita eſſe. Contrarium ſanè docēt hodiè proteſtantes, ſed non omnes. Melanchthon in loc. com. Hanc certitudinem gratiæ à prædeſtinatione diſertè remouet dicens in cap. de vocabulo gratiæ. *Cum conſcientia quærit remiſſ. peccatorū, ſeponantur quæſtiones de prædeſtinatione. Nam vt prædicatio pænitentiæ ad omnes pertinet, ita promiſſio gratiæ eſt vniuerſalis, & omnibus adfert conſolationem.* Hæc ille. Martinus verò Chemnitius in reliquis ferè dogmatibus Lutheranus in hoc tamen Caluinum ſequutus, hanc etiam electionis & prædeſtinationis certitudinem docet, qua tamen in re non tam aliis Lutheranis quam ſibi ipſi eſt contrarius. Quum enim doceat cum reliquis Lutheranis fidem poſſe quouis peccato mortali amitti, contra Caluinum qui fidem verè ſemel acceptam amitti nullo modo poſſe dogmatiſat, vt in alia controuerſia oſtendimus, certè perſeuerantiæ certitudinem quæ ab electionis certitudine dependet, ſine manifeſta contradictione tenere non poteſt. Si enim fides & gratia ſemel accepta per ſubſequēs peccatum amitti poſſunt, profecto vt iuſtitia facilè in peccatum mutatur, ſic & accepta gratia facilè amittitur; ideoque nulla præſentis reconciliationis & acceptationis coram Deo fides vel fiducia tanta eſſe poteſt, quæ ſecurum & certum de futura perſeuerantia fidem reddat; quin ſemper dum ſeipſum conſiderat, lapſus & defectus metum patiatur. Quo ſanè argumento motus Caluinus hanc Lutheranorum doctrinam *ſemipapiſticam* vocat Inſtit. libro 3. capite 2. ſect. 24 voluitque à noſtra diſpoſitione hanc certitudinem nullo modo pendere, ſed fidem & gratiam inamiſſibilem docere, vt hanc ſuam electionis certitudinem tanto fortius & probabilius retineret. Nos autem quum iam in alia Controuerſia circa Caluini fidem euertendam, Catholicorum è Scripturis argumenta contra inamiſſibilis gratiæ certitudinem à Caluini cauillationibus defenderimus, eadem quoque argumenta contra electionis, vel perſeuerantiæ certitudinem ſatis defenſa arbitramur.

Proteſtantium diſſonā doctrina.

Mart. Chemnitius ſibi contrarius.

Suprà lib. 8.

C

Vide ſupra li. 8. cap. 27.

Quare hoc nunc loco hæreticorum tantum pro hac certitudine ſtatuenda argumentis reſpondebitur. Aiunt Doctrinam prędeſtinationis in Scripturis patefactam eſſe, vt fundamentum eſſet huius certitudinis. Nempè ad Roman. 8. *Quos elegit hos vocauit, quos vocauit hos iuſtificauit, quos autem iuſtificauit hos & glorificauit. Ergo* (ait Chemnitius) *quos Deus vocat & iuſtificat illi certo debent ſtatuere ſe eſſe electos.* Concedimus hóc de illis quos

Argumentum pro certitudine fidei circa perſeuerantiā finalē.

Deus vocauit *ſecundum propoſitum ſuum*. 2. Timoth.1. & de illis loquitur Apoſtolus in verbis proximè præcedentibus, dicens, *omnia cooperari in bonum iis qui ſecundũ propoſitum vocati ſunt Sancti*. Móxque, *quos autem prædeſtinauit hos & vocauit*, &c. In hac ergo gradatione de ſolis per electionem vocatis & iuſtificatis loquitur Apoſtolus. Eſt tamen aliud vocationis genus de quo Chriſtus dicit Matth.20. *Multi ſunt vocati, pauci verò electi*. Vtrũ ergo ſit aliquis ex numero vocatorum ſecundum electionem, hoc prorſus nemini ex fide certum eſt. Cuius rei & veritatem teſtificans & cauſam explicans Auguſtinus ſic ſcribit. *Quis ex multitudine fidelium quàm diu in hac mortalitate viuitur, in numero prædeſtinatorũ ſe eſſe præſumat; quia id occultari opus eſt in hoc loco, vbi ſic cauenda eſt elatio, vt etiam per Satanæ angelum ne extolleretur, tantus colaphiſaretur Apoſtolus*. 2.Cor.12. *Hinc Apoſtolis dicebatur, Si manſeritis in me*, Ioan.15. *Dicente hoc illo qui vtique ſciebat illos eſſe manſuros. Et per Prophetam*. Eſaiæ 1. Si *volueritis & audieritis me, cum ſciret ipſe in quibus operaretur & velle. Et ſimilia multa dicuntur propter huius vtilitatem ſecreti ne forte quis extollatur*: Hæc ille, & multo plura de corrept. & gratia, cap.13. Imò neque an ex numero iuſtificatorum ſimus, certo & ex fide cognoſci poſſe docet Auguſt. ſerm.16. de verbis Apoſtoli, ſed vt hoc cognoſcatur, *diſcernendam eſſe fidem noſtram an ſit operans per charitatem*. &c. D

Duplex vocatio in Scripturis.

Imò (ait Chemnitius) docet Scriptura vnumquemque credentem ex verbo Dei ſine ſpeciali reuelatione certo poſſe ſtatuere ſe eſſe in numero prædeſtinatorum. Profert autem has ſcripturas, Ad Epheſ.1. *Elegit nos in Chriſto ante mundi cõſtitutionem*, 2. Timoth.3. E *Nouit Dominus qui ſunt eius*. Ioan.10. *oues meæ vocem meam audiunt*. Rom.11. *Donatio & vocatio Dei ſunt ſine pœnitentia*. 2. Timoth.1. *non dedit nobis ſpiritum timoris, vocauit enim nos ſecundum propoſitum ſuum*, &c. Sed facilè reſpondetur Apoſtolum his in locis non aſſerere, vel ſeipſum vel alios ad quos ſcribit eſſe de numero prædeſtinatorum, ſed interdum in prima perſona & de ſe, interdum in ſecunda perſona & de illis ad quos ſcribit, illud pronunciare, quod de neutris præciſè affirmat, ſed quod in genere de veris electis verum eſt. Sic ad Rom.8. quùm in genere dixiſſet, *quos iuſtificauit hos & glorificauit*, ad primam perſonam tranſit. *Si Deus pro nobis quis contra nos?* Et paulò pòſt. *Quis ſeparabit nos à charitate Dei*. Sic alibi. *Verbum crucis iis qui ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt*; & infrà, *ipſis vocatis Iudæis atque Græcis Chriſtum Dei virtutem*, &c. Quod ſupra dixerat, *nobis*, iam dixit, *vocatis*: vtrobique docens ſe non de ſeipſo præciſè, ſed de veris electis in genere loqui. Magis autem eſt hoc illuſtre quando in ſecunda perſona idem facit, dicens. *Deus cõfirmabit vos vſque in finem*, Et iterum. *Deus non patietur vos tentari ſuprà id quod poteſtis*. Et alibi. *tunc & vos cum ipſo apparebitis in gloria*. Quemadmodum enim non ſic iſta ſcripſit, quaſi certus eſſet de fide, illos ad quos ſcribit veros eſſe electos & perſeueraturos; (hoc enim nec ipſi Proteſtantes adhuc docent) ſic neque quum in prima perſona loquitur, eo ſenſu loquitur, vt vel ſe vel illos ad quos ſcribit certò affirmet eſſe de numero electorum.

1 Cor 1. Apoſtolus de aliorum ſalute eandem certitudinem pronũciat quam de ſua. 1. Cor 1. 1 Cor. 1[?]. coloſſ 3.

Hunc Apoſtoli ſenſum intelligens Auguſt. ſuadet vt quando fideles alloquimur, ita ſpe bona ſermonem temperemus, quaſi præſentes omnes eſſent, electi, ſed ex ſpe, non ex fide. *Vos*, inquit, *perſeuerantiam à Deo ſperare debetis, & quotidianis orationibus poſcere, atque hoc faciendo confidere non eſſe vos à prædeſtinatione populi eius alienos*. Et paulò pòſt. *De vita æterna quam filiis promiſſionis promiſit Deus, nemo poteſt eſſe ſecurus, niſi quum conſummata fuerit hæc vita*, &c. De bono perſeuerantiæ lib.2. cap.22. Idem docet eodem lib. cap. 13. & de Ciuit. Dei, lib.11. cap.12. Denique de Corrept. & Grat. cap.13. vbi & cauſas adfert quare expediat hoc eſſe incertum. Idem docet Hieron. lib.2. aduerſus Pelag. & Chryſoſt. Homil.11. in 3. ad Philip. tractans illa verba *ſi quo pacto pertingam*. Clariſſimè autem D. Bernardus ſerm.2. in octaua Pentec. & ſerm.1. in ſeptuageſimam. F

Auguſt. incertitudinem perſeuerantiæ docet.

Reſponſio Mart. Chemnitij.

Reſpondet hoc loco Chemnitius ex ſententia Lutheranorum multos ſanè non perſeuerare, ſed ideo quia ſecuritate, diffidentia, & operibus carnis Spiritum Sãctum effundunt, & fidem excutiunt. Monendos tamen eſſe fideles vt facta carnis ſpiritum mortificent, atque hoc modo non debere dubitare de perſeuerantia ſed certò ſtatuere iuxta promiſſiones in Scripturis propoſitas. *Qui cæpit in vobis perficiet*, &c. *nemo rapiet eas de manu mea. Confirmabit vos vſque in finem*, &c. Ita Dauid: *non confundar in æternum*: & Ioannes: *Hæc ſcribo vobis vt ſciatis quòd vitam æternam habetis*. Item cap.3. *Scimus quum apparuerit, quod ſimiles ipſi erimus*. Et Paulus. *Quis nos ſeparabit*, &c. *à charitate quæ eſt in Chriſto? Certus ſum quod neque altitudo*, &c. Et iterum. *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*, &c. Denique ad Roman.5. *gloriamur in ſpe filiorum Dei*. Hæc Chemnitius concludens ſtatim, *ſpem fidelium de perſeuerantia non*

Philip 1. Ioan. 10. 1 Cor 1. Pſal 30. 1 Ioan. 5. Rom 8. 2. Timo. 4.

A *tia non eſſe inter cœlum & terram in ambigua diſputatione ſuſpenſam*. Quod totum ei concedimus, quia ſpem non fidem perſeuerantiæ aut ſalutis hæ ſcripturæ omnes docent, vt vltimus citatus locus manifeſtè loquitur. Nam & illa verba ad Rom.8. quæ maximè vrgere videntur, *Certus ſum*, &c. non alium ſenſum habent, quam illa 2. Timoth.2. *Certus ſum quod in te eſt fides non ficta*: & ad Rom.15. *Certus ſum quòd pleni eſtis dilectione*, &c. quæ de ſpei tantum certitudine neceſſariò intelliguntur vt ſuprà expoſuimus. Hæc tamen ab eo citata ſunt vt certitudinem fidei de perſeuerantia noſtra docerent. Vbi obſerua docere quidem Lutheranos certitudinem perſeuerantiæ ſicut Caluiniſtas, ſed ex Scripturis citatis ſpem non fidem concludere; ídque propterea quia non ſimpliciter ſed poſita ſeria mortificatione hanc certitudinem docent, quod Caluinus nō admittit, ſed *ſola promiſſione niti fidem & certitudinem vult, velut proprio fundamento*. Inſt.lib.3.cap.2.ſect.41. Hāc promiſſionem ſic fide accipi docet, vt ſemel accepta nunquam amittatur: *quia nunquam eius ſculptura deleri poteſt*. ſect.12. *quia ſolis electis propria eſt vera viua & ſpecialis fides*. ſect.11. *reproborum autem caduca temporalis communis & ſimilitudinaria tantum fides eſt*. ibidem, & ſect. 12. *veræ autem fidei radicem è pectore electorum nunquam euelli*, ſect.21. ideóque *à iuſtitia operum hanc fidem non pendere, imò ſtante illa hanc ſubuerti*. lib.3.cap.11.ſect. 13. quia videlicet *in hoc iuſtificat fides, quòd oblatam in Euangelio iuſtitiam recipit & amplectitur: quia autem per Euangelium ideo offertur, excludi omnem operum conſiderationem*, ibidē ſect.17. *legem enim & Euangeliū ſic differre, vt illa quidem opera deſideret, hoc autem ſolum Dei miſericordiam prædicet, ideóque legis conditionibus ſolutum ſit*. Quibus poſitis cōcludit ſuis ſanè dogmatibus conformiter

Suprà cap.12.

Certitudinem perſeuerantiæ ex fide docēt Lutherani, ſed probant tantum ex ſpe.

Certitudinem finalis beatitudinis ſine vllo operum reſpectu ponit Caluinus.

B Caluinus, fidei certitudinem non ſolum de præſenti iuſtitia eſſe, ſed etiam de ipſa perſeuerantia nec vllum de futura carnalitate aut ſecuritate carnali ſcrupum huic poſſe obſiſtere vt docent Lutherani. Quare & eodem cap.ſect. 38. *Quum*, inquit, *ſimplici & gratuitæ promiſſioni reſpondere fides debeat, nullus ambigendi locus relinquitur. Nam quali obſecro fiducia armabimur ſi hac conditione ratiocinemur Deum eſſe nobis propitium, modo ita vitæ noſtræ puritas mereatur?* Hæc ille. Caluinus ergo non ſolum temerariam perſuaſionem vt Lutherani, (qui poſita ſemel ſeria mortificatione perſeuerantiam finalem ſibi certa fide pollicētur, à qua tamen mortificatione per mortale peccatum excidere vnumquemque fidelem poſſe docent, quod eſt priori contradictorium, ſed etiam carnalem ſecuritatem docet: qui etiam nulla exiſtente mortificatione, & ſine omni vitæ puritate aut virtutum ſtudio, ſola promiſſione confiſos, de numero electorum eſſe & propterea indubiè perſeueraturos tenet. Sed vtramque ſententiam illæ omnes Scripturæ de timore & lapſu fideliū ſemel iuſtificatorum, quos in confutatione ſpecialis fidei Caluinianæ olim produximus, & ab hæreticorum cauillationibus aſſeruimus, luculenter ſatis confutarunt.

Caluinianæ doctrinæ aperta impietas.

Supra lib.8. cap.17.

Patrum dicta quibus circa certitudinem gratiæ variè abutuntur Proteſtantes per certa diſtinctionum capita explicantur.

C

CAPVT XIIII.

His ergo hactenus ex Scripturis diſputatis, iam poſtremò quia multa Patrum loca Proteſtantes collegerunt, quibus hanc certitudinē gratiæ ex illorum etiam quaſi vnanimi conſenſu confirmarent, illa omnia loca ad certa quædam diſtinctionū capita referemus, quibus omnia nullo negotio ſolui & explicari poſſint. Primum igitur illud attentiſſimè notandū eſt hoc vnum generaliter omnibus de Patrū ſententiis veriſſimum eſſe quod certitudinem gratiæ Caluinianam, quæ ſola promiſſione nititur abſque vlla noſtræ indiſpoſitionis conſideratione, nunquam quam affirmant aut docent: ſed quoties dicunt, nos certa fide cognoſcere vel *remiſſa nobis eſſe peccata*. (vt loquitur D.Bernardus ſerm.1. de Annunciatione, quem locū Melanch. in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ, Brentius in Prolegomen. Chemnitius in examine. cæteríque paſſim Proteſtantes proferunt (vel *ſe eſſe de gratia Dei certos*, vt Docet Dioniſ. Areopag. De diuin.nom. cap.7. & Nazianzenus in oratione conſolatoria in

Certitudinem gratiæ Caluinianam nemo ſ. Patrum vnquā docuit.

grandinis calamitate,(quem locum citat Brentius in Prolegom.& Chemnitius in exa- D
mine,)vel denique *de finali noſtra perſeuerantia.*vt Auguſt.docere videtur tract:22.in Ioan.
dicens: *Ad iudicium non veniam,non præſumptione mea, ſed ipſius promiſsione*, (quem locum
citat Brentius in Proleg.) in his inquam & ſimilibus locis, ſemper loquuntur Patres de
fide cui vitæ nouitas moríimque ſanctitas adiuncta eſt,vt ipſa loca inſpecta demonſtrāt:
ídque in ſenſu ſcripturæ Euangelicæ: *tranſlati ſumus de morte, quoniam diligimus fratres*: &
1. Ioan. 3. iterum *ſi cor noſtrum non reprehendit nos, fiduciam habemus*, &c. Docet autem hanc condi-
tionem pulcherrimè D.Bernardus (quem ſæpè Proteſtantes pro hac certitudine alle-
gant) ſerm.69.in Cant.ſerm.2.in octauā Paſchæ:& epiſt.17.Itáque hac vna animaduer-
ſione,quicquid Caluiniſtæ pro ſua certitudine ex patribus allegant refutari poteſt.

Sed quia Lutherani diſpoſitionis noſtræ conſiderationem in hac certitudine gratiæ
admittere videntur,ſaltem verbo tenus,alia adhuc ſunt obſeruanda quibus Patrū ſen-
tentias, quæ (poſita vitæ nouitate & vera mortificatione) certitudinem fidei quam do-
cent Proteſtantes docere videntur, dexterè intelligas, & à ſenſu hæretico orthodoxè
1. defendas. Primum docent interdum Patres nos eſſe certos & ſecuros de gratia Dei, &
Certitudo gratia per experimenta virtutū qualis & quāta ſit. iuſtitia atq; innocentia noſtra, *per experimenta charitatis & obedientiæ in nobis* (ſicuti loquū-
tur Ambroſ. ſerm.5. Auguſt.tract.8.in epiſt.Ioan. aliíque alibi Patres) ſed intelligendi
ſunt de certitudine conſecutionis,& ex parte rei, non autem ex parte intellectus:id eſt,
talia experimenta ſufficere ad noſtram coram Deo iuſtificationem ex ſe,niſi aliunde ap-
Certitudo ex parte rei. ponatur impedimentum:eo ſane ſenſu quo in ſcripturis dicitur de dilectione fraterna E
1.Ioan.3.& Matth.6.& de eleemoſyna Tob.4.quod per illa remittuntur peccata; atque
item de fide quod iuſtificat.Non enim hæc ſingula ſeorſim accepta nos iuſtificant,vel à
2. peccatis liberant.Secundo loquuntur Patres multis in locis de certitudine ex parte in-
certitudo ex parte intellectus. tellectus, quæ eſt fidei humanæ non diuinæ, per ſigna videlicet argumenta,& experi-
menta operum charitatis collectę.Hoc ſenſu certos ac ſecuros nos eſſe de Dei erga nos
beneuolentia docuit Auguſt.tract.5.& 8.in epiſt.Ioan.Greg.Homil.34.in Euangelia &
dialog.lib.1.cap.1.Leo ſerm.2.de feſto Paſchæ.Cyrillus in Ioan.lib.10. cap.3. & Bernar-
dus ſerm.3.de aduentu Domini:ſerm. 74. in Cant. ſerm.3. de fragmentis, quod facilè
3. colligitur ex alia eius manifeſta doctrina ſerm.17.in Cant. Tertiò fidem & ſecuritatem
Certitudo pro bona fiducia. pro bona fiducia conſternationi & dubitationi hæſitanti oppoſita, in huiuſmodi locu-
tionibus acceperunt;vt Auguſt.enarrat. in Pſal.4. ſuper illa verba. *Spera in Deo, quoniam
adhuc confitebor illi*: quibus verbis fædè abutitur Caluinus.Inſt.lib.3.cap.2.ſect.17.Sic in-
telligendus etiam Bernardus ſerm. 6.ſuper Cant. *Ego fideliter dico, quod ex me mihi deeſt,*
certitudo ſāctitatis propria quo *vſurpo mihi ex viſceribus Domini.* Notandum etiam quòd in hoc ſenſu etiam ſanctitatis &
perfectionis certitudinem quandam Patres docent,Grægorius in Moralibus ſupra cap.
9.12.& 25.Iob docens *nos ſcire bona quæ agimus vt gratias agamus*: addit enim *nos etiam ne-
ſcire ne ſuperbiamus,ideóque neſciendo ſcire & ſciendo neſcire*:id eſt cum formidine oppoſiti
4. ſcire.Sic etiam intelligendus Bernardus in ſerm. de 4. modis orandi. Poſtremò multa
Certitudo pro communi fide. huiuſmodi loquuntur Patres, intelligenda de publica & communi fide Eccleſiæ cir- F
ca gratiam & promiſſiones Chriſti, quam docet Spiritus Sāctus iuxta Apoſtoli verba 1.
Cor.2. *vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis*, ſuperius explicata: vel etiam interdum de
Pro externo teſtimonio Spiritus Sancti. teſtimonio externo Spiritus S.per viſibilia ſigna olim dato,quæ videntur hæreticis per-
tinere ad internum teſtimonium ſingulorum.Sic intelligendus eſt Bernardus ſerm.1.de
Annunciat.ſerm.59.in Cant.& ſerm.5.de dedicat.Eccleſ.& ſer.16.ex paruis ſermonibus
cuius verba frequenter citant hæretici.Sic etiam intelligēdus Auguſt.ſerm.28.de verb.
Dom.vbi dicit;*præſumere de gratia Chriſti non eſt arrogātia ſed fides*: quē locū citat Brentius in
Prolegom.& Chemnitius in examine.Satis enim ſuum ſenſum explicat Auguſt. in lib.
de Prædeſt.ſanctorum cap.11. vbi docet vtrumque eſſe nobis incertum: & Dei volun-
tatem & noſtram de nobiſmet ipſis,noſtráque futura ſalute. Atque hæc quidem pau-
ca rectè obſeruata omnia ferè quæ ab hæreticis hodiè pro certudine gratiæ ex Patribus
afferunt,facilè & ſolidè diſſoluent. Quibus ita explicatis, omnia hæreticorum muni-
menta ad hanc controuerſiam proferri ſolita,ſatis conuulſa & diſiecta videri poſſunt.

Finis Libri Noni

PROOEMIVM

DE MERITIS OPERVM.

LIBER DECIMVS.

PROOEMIVM IN LIB. TRES SEQVENTES.

HACTENVS in libris pręcedẽtibus, tam de humanæ naturæ
per peccatum primi parentis, inuecta corruptione, quàm de
vera eius per Chriſtũ reparatione & iuſtificatione noſtra co-
ram Deo, iuxta Eccleſiæ Catholicæ doctrinam quid ſentien-
B dum ſit, & quàm grauiter, pernicioſè, & impiè, quotq; viis &
modis hæretici horum temporũ tum humanæ naturæ atque cõditionis cor-
ruptionem in immenſum exaggerarunt, tum Iuſtificationis ac reparationis
noſtræ per Chriſtum verè dignitatẽ & excellentiam indigniſſimè extenua-
runt, pro huius inſtituti ratione breuiter, pro rei fortaſſe dignitate tenuiter,
pro noſtro ſanè modulo diligenter & accuratè explicuimus. Nunc verò vt
tam cauſæ Catholicæ firmitas, quàm hæreticorũ hodiè impietas, in hac vna
iuſtificationis doctrina magis adhuc & magis eluceſcat, ad Catholicam de
iuſtificatione noſtra ſententiam magis confirmandam, Controuerſiam huius
temporis de Meritis operum pari breuitate & diligẽtia tractabimus, & adeo Lib. 10.
ad veram coram Deo iuſtitiam bona opera in fide facta pertinere, ſolam autẽ
fidem non ſufficere oſtendemus (in qua vna quæſtione, neruos ipſos & pręci-
pua firmamenta prætenſæ ſuę reformationis conſiſtere, totúmque cauſæ ſuæ
cardinem verſari apertè præ ſe ferunt Proteſtantes) vt etiam meriti dignita-
tem & proprietatem, iuſtitię noſtrę operibus verè & orthodoxè attribui pro-
laturi ſimus, quicquid etiam in contrarium diſputant aduerſarij, Deo dante,
validiſſimè confutari. Ad hęreticorũ autem impietatem hac in parte magis
aperiendam, & toti orbi patefaciendam, peccati regnum quomodo illi ere-
C xerint & ſtrenuè roborauerint, peſtilẽti ſua doctrina, circa cauſas, remedia, &
diſcrimina peccatorũ, lectorem Chriſtianũ in alia ſeorſim diſputatione ad-
monebimus. Ac de cauſis quidem peccati cõtra Caluini atheiſmos planè in- Lib. 11.
fernales paulò operoſius, de diſcrimine autem peccatorũ tam contra Luthe- Lib. 12.
ranos quam contra Caluiniſtas ſuccinctius quidem, ſufficiẽter tamen diſpu-
tabimus. Hæc igitur vbi in tribus ſequentibus libris confecero, totam hanc
diſputationem de vniuerſa iuſtificationis doctrina hodiè cõtrouerſa (quam
hac ratione aut prorſus aut penè vniuerſam complexus fuiſſe videri potero)
abſoluam & vltimam huic Operi manum imponam. Nunc igitur de Meritis
operum Controuerſiam, in qua ſibi aduerſus Catholicos triumphare hæreti-
ci videntur, audacter & alacriter domino adiuuante, auſpicemur.

D

Duo Proteſtantum fundamenta contra bonorum Merita iam olim confutata oſtenduntur.

CAPVT I.

IN Controuerſia de meritis bonorum operũ,quæ negãt horum temporum hæretici, docent cum tota vetere Eccleſia hodiè Catholici, vtriúſque partis fundamenta benè perſpecta ad totam litem dirimẽdam,& ad argumenta quæ hinc inde afferuntur,vel ſoluenda vel cõfirmanda viam facilem aperient. Hæreticorum hodiè fundamenta contra bonorũ merita hæc ſunt. Primũ non ex vi aliqua liberi arbitrij nos benè ac iuſtè operari, quia opera bona ſunt opera Dei & gratiæ eius in nobis,non autem noſtra. Eſt autem omne meritum actio libera eius qui meretur. Hoc ſanè fundamentum adſtruxit olim Lutherus,vt non ſolum ante gratiam,& in acceptatione gratiæ,ſed etiam in operibus poſt gratiam acceptam libertatem arbitrij negauerit,idque ęquè ad malum atque ad bonum. Deum enim vtrunque in nobis operari, malum tamen per nos vel nobiſcum,bonum autem ſine nobis. Moderatiores tamen hodiè Lutherani ante gratiam quidem & in ipſa acceptatione gratiæ liberum arbitrium negant,agnoſcunt tamen in operibus bonis poſt gratiam acceptam. In hoc ergo fundamento illi nobiſcum ſatis conſentiunt. Cæteri autem qui adhuc diſſentiunt iam olim ſatis à nobis confutati ſunt,in Controuerſ. de Gratia,& Lib.arb. in qua etiam contra Moderatiores iſtos oſtendimus in ipſa acceptione gratiæ cooperari Liberũ arb. multò magis accepta iam gratia liberè bonũ operari,qui benè operãtur. Hoc ergo cõtra meritum fundamẽto iam olim ſatis euerſo,aliud videamus. Quum meriti radix duplex ſit libertas & bonitas,alterum fundamentum contra merita poſuerunt hodiè hæretici, negando bonorum operum veram bonitatem atque virtutem,quia videlicet,quum inhabitante concupiſcentia tanquam veri nominis peccato perpetuò cõtaminentur,noſtra qualiacunque bona opera,ac reddantur etiam imperfecta,propter dilectionis perfectionem à lege mandatam,quam nemo implet cõſequitur nullam eſſe in nobis veram legis obedientiam atque perfectam qualem lex requirit; ideóque nullam veram iuſtitiam quæ in Dei iudicio ſtare queat,ac multo minus meritum quod Deus iuſtè reſpicere debeat. Sed & hoc totum fundamentum in præcedentibus quoque Controuerſiis de Concupiſcentia in renatis, de Iuſtitia inhærente,& de Perfectione iuſtitiæ ſatis confutata dedimus. His ergo duobus obſtaculis remotis, quæ ſunt propria meriti fundamenta,oſtendemus.

Supra lib. 4. — *Radix meriti duplex.* — *Supra lib. 3. 5. & 6* — E

F.

Primum fundamentum meriti bonorum operum,quia ſunt opera filiorum Dei, explicatur.

CAPVT II.

Primum meriti fundamentum gratia. — *Ioan 4.* — *Ioan. 7.* — *Ex fonte gratiæ ſurgit aqua iuſtitiæ ſaliens in vitam æternam.*

FVNDAMENTVM meriti proprium (poſita prius vera bonorum operum iuſtitia quam in ſuperioribus Controuerſiis ſatis ſtabiliuimus) eſt primò & maximè, quòd opera iuſtorum ſunt opera filiorum Dei quę proficiſcuntur ex gratia inhabitantis Spiritus S. in nobis. Hoc meriti fundamentum & rationem docent frequenter Scripturæ. *Aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Hoc enim dixit Chriſtus de aqua quam daturus eſſet credentibus in eum: Si quis ſitit veniat ad me & bibat. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum.* Hæc ergo aqua Chriſti, quæ eſt gratia Spiritus S. eſt fons alterius aquæ,id eſt iuſtitiæ bonorum operum,quæ ſaliet in vitam æternam: id eſt quæ

ſua

A ſua quadam virtute quàm à fonte accepit pertinget ad vitam æternam; quod eſt illam Rom.8.
conſequi & promereri. Idem clarè docuit Apoſtolus, *Qui ſpiritu Dei aguntur hi ſunt filij Dei.*
Si autem filij & hæredes, & mox. *Si tamen compatimur vt & conglorificemur.* Datur ergo hæ- *Datur hæreditas*
red tas nec quia filij tantum ſumus, ſed quia boni filij compatientes Chriſto: nec rur- *bonis filiis.*
ſum quia boni tantum ſumus, ſed quia boni filij. Neque enim bonitas ſeu iuſtitia ope-
rum in aliis quam filiis Dei ad hæreditatem regni cæleſtis ius habet; neque ſola adoptio
ſine iuſtitia bonorum operum illud ius per modum meriti conſequitur. Quorum prius *Operis integri-*
contra nouitiam quorundam hodie theologorum ſententiam facit, qui docent ex na- *tas per ſe ſola nõ*
turali hominis conſtitutione opus bonum & obedientiam legis ex operis integritate *meretur vitam*
vitam æternam mereri, non ex aliqua operantis dignitate: poſterius contra hæreticos *æternam.*
hodie facit, qui beatitudinem dari ratione adoptionis tantum, quia filij Dei per fidem
ſumus, dogmatiſant. Hoc etiam meriti principium & fundamentum inſinuauit Petrus
dicens, *Nos per maxima & prætioſa promiſſa donata nobis per Chriſtum* (horũ autem potiſſimũ
eſt promiſſus Spiritus S.) *conſortes effici diuinæ naturæ.* Sic enim opera bona iuſtorum quia 2.Petr.1. *Iuſtus operãs di-*
corum ſunt opera qui propter acceptum *Spiritum promiſſionis ſanctum, quo etiam ſignantur,* *uinæ conſors na-*
participatam quandam diuinitatẽ obtineat, vim & effectum merendi habẽt plus quam *turæ.* Epheſ.1.
humanum, ipſam certè vitam æternam ad quam conſequendam aſſumuntur. Nec enim
alia de cauſa vocatur Spiritus S. *pignus & arra hæreditatis noſtræ*, quàm quia futuræ beati- 2.Cor.1.
tudinis certitudinem nobis adfert ſpei ſanè non fidei, infallibilem tamen quia *ſpes non*
B *confundit vbi charitas diffuſa in cordibus* rectè & iuſtè operatur. Propter has Scripturas colli- Rom.5.
gunt probatiores ſcholaſtici vt D.Tho.1.2.q. 114. artic.3. ſemen vitæ æternæ eſſe ipſam
gratiam, tanquam æqualem illi gloriæ in virtute etſi non actu, ſicuti ſemen eſt arbori: *Semen vitæ æ-*
ideóque opera gratiæ habere quandam æqualitatem & condignitatem ad vitam æter- *ternæ gratia.*
nam, quale debet habere meritum ad præmium. Nec enim ſatis eſt (vt opinatur An- Andreas vega.
dræas Vega in Opuſc. de Iuſtific. q.5. in reſp. ad 1.arg.) agnoſcere congruitatem & con- *Non eſt ſola con-*
decentiam quandam in operibus gratiæ ſecundum quam illis reſpondeat vita æterna *gruitas in operi-*
qualis decẽt filios Dei. Nam idem Author Scotum ſequutus etiam operibus bonis an- *bus gratiæ ſed e-*
te gratiam & omnem iuſtificationem congruitatem tribuit, ſecundum quam talia ope- *tiã condignitas.*
ra mereantur de congruo primam gratiam ſeu iuſtificationem: dubitari autem non de- *Non eſt meritum*
bet, quin maior ſit proportio inter opera iuſtorum & filiorum Dei ad vitam æternam, *de congruo reſpe-*
quàm inter opera peccatorum ad 1.grãm. Verè enim inter hæc nulla meriti proportio *ctu primæ gra-*
eſt: quia verè nullum eſt meritum de congruo reſpectu primæ gratiæ, quando etiam *tiæ.*
ſecundum illos illud congruum Deum ſolum reſpicit non autem ipſa opera in quibus
meritum ponunt. Ergo plus quam congruitas aut condecentia eſt in operibus filiorum *Iuſtificatio im-*
Dei ad gloriam æternam conſequendam. Imò & idem Author lib.5.cap.9. de Iuſtificat. *portat ius ad vi-*
docet (quod res eſt,) ipſam iuſtificationem in ſe claudere ius ad vitam æternam, quia *tam æternam.*
eſſe in gratia, eſt eſſe Deo acceptum ad gloriam, vt idem repetit lib.15.cap. 14. eiuſdem operis. *An poſſit eſſe ra-*
Nec etiam obſtat quod idem Vega mox in reſp. ad 3. quæſt. prædicta concedit non *tio iuſtitiæ inter*
C poſſe inter Deum & nos eſſe ſtrictè & propriè iuſtitiam, eo quòd inter filios & parentes *Deum & homi-*
aut inter ſeruos & dominos vlla propriè iuſtitia eſt; idque quia ius noſtrum ad gloriam *nem.*
ſit magis attenuatum quam filiorum ius ad hæreditatem, tribus de cauſis. Prima, quia
gloria æterna plus exuperat noſtra opera quam vlla præmia parentum filiorum opera. 1.
Secunda, quia plus ſumus obnoxij & obſtricti Deo quam vlli filij parẽtibus ſuis. Tertia, 2.
quia nihil mereri apud Deum poſſumus niſi ipſe det vnde mereamur. Hæc inquam 3.
omnia nihil obſtant quo minus iuſtificatio importet ius ad vitam æternam. *Ratio meriti nõ*
exigit ſtrictam

Primum enim ratio meriti non deſiderat ſtrictam iuſtitiæ æqualitatem: quia non ad *iuſtitiæ æquali-*
commutatiuam, ſed ad diſtributiuam iuſtitiam illa pertinet. Non eſt enim opus ſeruile *tatem.*
aut mercenarium; ſed eſt opus virtutis atque adeò charitatis quæ amicitiam ponit, vt ſic
de Deo tanquam de Patre mereamur. In huiuſmodi autem iuſtitiæ operibus præmium
non ex rei æqualitate, ſed ex perſonæ dignitate vel acceptatione compenſatur. Dein- Ioan 1.
de tria illa ex quibus infert ius noſtrum reſpectu vitæ æternæ eſſe minus quàm filiorum 1.Cor.3.
reſpectu hæreditatis paternæ, vera ſunt de nobis quatenus homines ſumus, non autem 2.Petr.1.
quatenus *filij Dei, templum Spiritus S. & diuinæ conſortes naturæ* ſumus. Nam filiũ etiam ado-
ptiuum non excedit hæreditas paterna quantumcunq; ampla illa ſit. Atq; ita quatenus
filij Dei ſumus per adoptionẽ idẽ ius ad hęreditatẽ quę eſt gloria habemus, quale cæteri

Obligatio filiorum pendet à voluntate Patris cœleſtis.

Quatenus filij Dei de noſtro meremur.

Rom. 8.

adoptiui filij ad paternam hæreditatem. Rurſum quatenus filij tantum obſtricti & obnoxij ſumus Deo quatenus Patri noſtro, inquãtum ille vt pater nos obſtringere & obligare voluit. Illa ergo opera merentur apud eum hæreditatem promiſſam, quibus ille operibus quantumcunque minutulis, vt liberaliſſimus Pater promittere hæreditatem voluit. Vnde fit vt non ſit obligatio noſtra maior hoc reſpectu quàm aliorum filiorum erga ſuos parentes. Denique quatenus filij etiam de noſtro meremur, quia iam filij habemus vnde mereamur. Quum enim gratiam acceperimus, vt ſimus filij Dei per eandẽ meremur vt ſimus *hæredes Dei, atque adeo cohæredes Chriſti.* In hac ergo conſideratione potiſſimum & præcipuè ratio meriti fundatur: & quidem ita, vt alia fundamenta ſine hac gratia præſuppoſita nullo modo ſufficerent: vt mox videbimus. D

Aliud meriti fundamentum ab ipſa promiſsione & ordinatione diuina petitum, vbi etiam quomodo vita æterna eſt gratia, & tamen meritum, breuiter explicatur.

E

CAP. III.

Eccleſ. 4.

Secũdum meriti fundamentũ promiſsio diuina.

Merces & meritũ correlatiua.

Beatitudo æterna merces iuſtorum.

Gen. 15.

Sap. 5.

Ierem. 31.

Matt. 5.

Eſai. 40.

Apocal. 22.

1. Cor. 3.

2. Cor. 5.

Rom. 2.

SED quia *funiculus triplex non facile rumpitur*, maioris roboris cauſa duo iam alia meriti fundamenta addemus. Aliud ergo meriti fundamentũ in Scripturis reuelatum, eſt ipſa promiſſio & ordinatio diuina, qua & promiſit & ordinauit bonis operibus iuſtorum vitam æternam, tanquam merito mercedem, tanquam certamini coronam, tanquam labori præmium retribuere. Ac primum notandum eſt quod quoties Scriptura mercedem promittit, toties meritum præſupponit. Habent enim ſe correlatiuè merces & meritum, ſicut corona & certamẽ, vt nec ſit merces ſine meritò, nec meritũ ſine mercedẽ; ſicut ſine certamine non eſt corona, nec ſine ſpe coronæ certatur à quoquam: Beatitudinẽ autẽ eſſe mercedẽ iuſtitiæ à Deo promiſſam iſtæ Scripturæ apertiſſimè oſtendunt, dicit dominus ad Abraham: *Ego merces tua magna nimis. Iuſti in perpetuũ viuent & apud Dominum eſt merces eorum*, vtique vitæ perpetuæ, laboranti eccleſiæ dicitur. *Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia eſt merces operi tuo, ait Dominus.* Sed qualis merces hæc ſit, apertius in Euangelio Chriſtus docuit. *Quum maledixerint vobis homines &c. gaudete & exultate, quia merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Quùmque de Chriſto venturo diceretur, *Ecce Dominus in fortitudine veniet, &c. Ecce merces eius cum eo*; Hanc mercedem explicat in Apocalypſi Ioannes qualis futura ſit, in perſona Chriſti dicens. *Ecce venio cito & merces mea mecum eſt reddere vnicuique ſecundũ opus illius.* Quam ſanè mercedem laboribus iuſtorum reddi manifeſtiſſimè Paulus docet his verbis. *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum proprium laborem.* Et hoc in extremo iudicio futurum alibi deſcribit, dicẽs. *Omnes nos manifeſtari oportet antè tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum.* Quale autem hoc bonum ſit alibi explicat. Quum enim dixiſſet, *In die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei Deus reddet vnicuique ſecundum opera eius*, ſtatim clariſſimis verbis explicat, ſubiungens. *Iis quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam.* Vide vt apertiſſimè dicat *Deum reddere*, (quod relatiuum eſt, & reſpicit meritum præcedens) *ſecundum opera, ſecundum laborem, & ſecundum patientiam boni operis*, (vbi opus ipſum iuxta valorem quendam ſuum, ideóque vt meritum conſideratur) *vitam æternam.* Idem docet alibi dicens *fructum regenerationis*, ſeu liberationis à peccato per Chriſtum eſſe *ſanctificationem, finem verò* huius ſanctificationis *vitam æternam.* Denique ne de mercede vitæ æternæ, bonorũ operum meritò reddenda quicquam dubitare Apoſtolum exiſtimemus, adhuc clarius ad Timothæum ſcribit *Bonum certamen certaui, fidem ſeruaui, curſum conſummaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ* F

Rom. 6.

2. Timoth. 4.

quam

A *quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed & ijs qui diligunt ad-*
uentum eius. Tales autem ſunt, *fideles illi diſpenſatores* (è quorum numero Paulus erat) quales Matth.24.
deſcribit ſaluator in Euangelio, quòd Dominus eos vigilantes inuenit in aduentu ſuo: Luc.12.
ad quam parabolam alludere Apoſtolus hic videtur. Poſtremò eadem de cauſa opera 1.Cor.9.
iuſtorum *certaminibus in agone*, vitam vero æternam *brauio*, Itemque *coronæ immarceſsibili* Philip.3.
comparat, idem Paulus. Docent ergo clariſſimè iſtæ Scipturæ vitam æternam non dari
tantum, ſed & reddi idque tanquam mercedem, & quidem à iuſto iudice, bonis operi-
bus, labori, patientiæ, certamini vniuſcuiuſque: ſunt ergo talia veri nominis æternæ vitæ
merita.

Sed ideo ſunt merita & ideo ad vitam æternam Deus illa ordinauit, quia ex gratia *Ordinatio meriti pēdet ex gratia.*
Chriſti talia opera proficiſcuntur, & quia illis, vt huiuſmodi, vitam æternam Deus repro
miſit. Quod vt nos doceret Apoſtolus, quum dixiſſet. *Stipendium peccati mors*, non infert Rom.6.
ſtipendium iuſtitiæ vita æterna (*quod tamen rectè potuiſſet Apoſtolus dicere*, ait Auguſtinus, de
gra. & lib. arb. capite 9. ſed infert: *Gratia autem Dei vita æterna: vt videlicet intelligamus* (ait *Vita æterna eſt merces & gratia.*
Auguſtinus, ibidem capite 8.) *ipſa bona opera quibus æterna redditur vita ad Dei gratiam perti-*
nere. Atque ita vita æterna tum merces eſt pro iuſtitia, tum etiam *gratia pro gratia* Ioan.1. Ioan.1.
vt ibidem colligit Auguſtin. quia ſanè & verum eſt, quod *Deus reddet vnicuique ſecundum* Rom.2.
opera eius, & rurſum verum eſt, quod *Dei figmentum ſumus creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis*, Ephes.2.
&c. id eſt, vita bona noſtra nihil aliud eſt quam ipſa Dei gratia. Denique *ſtipendium iuſtitiæ* Epiſt.105.
B *eſt vita æterna, ſed nobis eſt gratia, quibus gratia eſt & ipſa iuſtitia*, ait Auguſtinus. Bonis ergo
operibus tanquam labori præmium addicitur vitæ æternæ merces, ſed operibus ex gra-
tia factis: vt hoc ſanè fundamentum à diuina ordinatione & promiſſione deſumptum,
priori illi fundamento neceſſariò nitatur. Quam enim *merendi vim Adam per peccatum per-* *Merendi vis per Adam perdita per Chriſtum recuperata.*
didit, vt docet Auguſtinus, de corrept. & grat. capite 10. Eandem per Chriſti gratiam re-
cuperamus, iuxta illud Apoſtoli: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuifi-*
cabuntur. Imò *maiorem & potentiorem gratiam ad bene merendum* accipimus, vt in eodem 1.Cor.15.
opere capite vndecimo & duodecimo docet idem Auguſtinus. Vtrumque igitur ſapiē-
tiſſimè Patres Tridentini coniunxerunt ſeſſ.6. capite 16. *Proponenda* (inquiunt) *eſt vita* Conc.Tridēt.
æterna, & tāquam gratia filiis Dei miſericorditer promiſſa, & tanquam merces meritis bonorum ope-
rum reddenda. In quibus verbis vtrumque hoc quod diximus fundamentum docuerunt.
Sed vt olim docuit contra Pelagianos Auguſtinus locis ſupra citatis: & præterea de cor-
reptio. & gra. capite 13. & poſtea Vualdenſis tom.3. de ſacramental. tit.1. capite 8. & 9. cō- *Hæretici hodie in altero extremo contra pelag. & vviclephum.*
tra Vviclephum, qui iuſtitiam operum impiè prædicabant, ſic etiam nunc contra præ-
ſentes hæreticos iuſtitiæ operum in altero impietatis extremo detrahentes, diſertè do-
cemus, non bonis operibus per ſe & ſimpliciter ſed operibus gratiæ reddi vitam æternā:
ut quod Auguſtin. locis citatis ſcribit: *Non opera noſtra* (id eſt quatenus liberi arbitrii ſine *Ratione gratiæ debetur corona.*
gratia) *ſeu dona ſua* (quia merita noſtra ſunt munera Dei) *Deum coronare*, & quod Vualden-
ſis diſertè ſcripſit, *ratione gratiæ debetur corona*, idem quoque & nos hodiè dicamus meritis
quidem bonorum operum mercedem vitæ æternæ promitti, ſed quia & ipſa merita
C ſunt ex gratia. Sic Auguſtinus, epiſtola 105. *Sunt* (inquit) *merita iuſtorum, ſed planè quia iuſti*
ſunt. Quibus verbis manifeſtè docet, ideo iuſtos habere merita, non quia opera in ſeipſis
conſiderata ſunt verè merita, ſed quia opera iuſtorum & filiorum Dei ſunt, non futura a-
lioqui merita. Vnde & Patres Tridentini de *virtute Chriſti, quæ bona opera ſemper antecedit,* Conc.Tridēt.
comitatur, & ſubſequitur, diſertiſſimè dicunt, quòd *ſine ea nullo pacto meritoria eſſe poſſent.*
Quare ſine huiuſmodi additamento abſolutè merita vocari bona opera non debent (vt *Plura de hac re vide infra cap. 14.*
quibuſdam placet) maximè hoc tempore ne ſanè aliquo modo in alterum extremum
declinare videamur. Atque hæc paulò præſſè, vt hæreticorum mox argumentis tanto
expeditius reſpondeamus.

Tertium meriti fundamentum, quia bona opera nituntur meritis Chriſti, vt plenius & efficacius mereantur vbi duo errorum ſcopuli cauendi indicantur. D

CAP. IIII.

Tertium meriti fundamentum, quod innititur meritis Chriſti. TERTIVM meriti fundamentum eſt quod opera bona iuſtorum inni-
tuntur meritis Chriſti, vt plenius & efficacius mereantur apud Deum.
Quum enim ſit quædam arctiſſima vnio capitis & membrorum, ſiue
Ephef.5. Chriſti & eccleſiæ, adeo vt admirabili quodam ſacramenro ſint *duo in*
carne vna, propter hanc vnionem iuſtorum cum Chriſto, opera & meri
Duplex vnio Chriſti capitis & membrorum eius. ta iuſtorum ſunt quodãmodo ipſius Chriſti opera & merita, ſicuti ope
ra membrorum ſunt opera capitis, non ſolum propter influxũ, ſed etiã
propter vnionem & coniunctionem vtriuſque. Sanè Chriſtus talem vnionem inter ſe &
veros fideles in Euangelio expreſſit, vt diſertè teſtetur, *claritatem quam dedit ei pater ſe dediſ-*
Ioan.17. *ſe credentibus in eum, vt vnum cum eo eſſent, ſicuti* inquit, *& nos vnum ſumus.* Item vt alibi di-
ceret. *Quod feciſtis vni de his fratribus minimis meis, hoc mihi feciſtis.* Hæc ergo vnio talis eſt, vt E
Matth.25. ſine ea quidem iuſtorum merita apud Deum non valerent (*Nemo enim aſcẽdit in cælum niſi*
Ioan.3. *qui deſcendit de cælo*: id eſt niſi vniatur ei, fiatque membrum eius qui deſcẽdit de cælo) per
eam autem incredibiliter valeant. Accepta enim Deo, & vſque ad meriti dignitatẽ gra-
Opera fidelium ſunt meritoria propter Chriſtũ. ta ſunt iuſtorum opera propter Chriſtum cui vniuntur. Hoc eſt enim quod Apoſtolus
dixit *gratificauit nos in dilecto filio ſuo*. Et iterum, *Conuiuificauit nos in Chriſto, & conreſuſcitauit,*
Ephef.1. Ephef.2. *& conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu: vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diui*
tias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Declarat hic locus iuſtos placere Deo, gra-
tos & acceptos eſſe, & ad vitam æternam perduci, etiam hoc nomine quòd Chriſti mẽ-
bra ſunt, vnáque cum Chriſto tum huius vitæ iuſtitiam, tum ipſius iuſtitiæ gloriam con-
ſequantur. Hoc eſt enim illud *conuiuificare, conreſuſcitare, & conſedere facere in cæleſtibus.* Si-
gnificant enim nos cum Chriſto in nouitate vitæ ambulare, à morte peccati reſurgere,
ac denique cælum conſcendere: poſtremò nos non niſi Chriſto innixos tam altè con-
Cant.8. ſcendere, iuxta myſticam illam acclamationem. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, affluens*
delitiis, innixa ſuper dilectũ ſuum? Hæc eſt enim anima iuſti quæ migrat de hoc ſeculo plena
bonis operibus & meritis, quæ tamen innituntur Chriſto (non ſua virtute ſubſiſtunt) vt
illi eiuſque meritis coniuncta maiorem dignitatem conſequantur. Hac enim ſanè de
Rom.8. ca uſa non ſolum hæredes Dei, *ſed cohæredes Chriſti* Apoſtolus nos vocat. Non quòd par
& æqualis ſit gloria noſtra & Chriſti; ſed quòd Chriſto vniti & cum Chriſto obedientes
Deo facti, propter obedientiam in Chriſti corpore præſtitam, id eſt à nobis qui Chriſti F
1.Cor.12. corpus ſumus & *membra de membro*, exhibita, pariter cum Chriſto coronemur. Hoc
Rom.8. enim eſt quod ſubiungit. *Si tamen compatimur vt conglorificemur.*

Sed in hac pia & orthodoxa ſententia, duo errorum ſcopuli cauendi ſunt. Vnus hæ-
Duo errorum ſcopuli circa merita Chriſti. reticorum hodiè eſt, qui ita volunt omnia noſtra inniti Chriſto & meritis eius, vt in
operibus noſtris nec meritum nec iuſtitia vlla ſit; ſed propter vnionem prædictam Chri-
ſti merita, iuſtitia, obedientia, ab ipſo & in ſuo beatiſſimo corpore præſtita, nobis per
imputationem fiant communia. Sed vana & futilis eſt hæc ſpeculatio. Hoc enim non
eſſet noſtra merita inniti meritis Chriſti, ſed noſtra merita nulla eſſe, & ſolum Chriſtum
in ſe & per ſe nobis omnia meruiſſe. Hinc etiam conſequi poſſet nos non niſi imputa-
Suprà lib 7. cap 9. tiuè cælos conſcenſuros, quia Chriſtus per ſe pro nobis eo conſcendit. Sed hanc falla-
cem ſententiam partim olim confutauimus in Controuerſia de imputatiua iuſtitia,
partim mox (quod ad meritum attinet) magis confutabimus. Alter eſt ſic noſtra meri-
ta Chriſti meritis inniti, vt eorum per ſe tenuitatem, defectum, & imperfectionem,
Chriſti merita tanquam in ſummo iuſtitiæ & perfectionis gradu poſita, ſua plenitudine
& perfectione ſuppleant. Quam etiam opinionem erroneam iam olim confutauimus
in tractatu de perfectione iuſtitiæ. Deus per Chriſtum ſupplet defectus noſtros, vel in
quibus peccando ab officio defecimus miſericorditer agnoſcendo, vel vt officium
quod

quod virtute noſtra facere non poſſumus per eius gratiam faciamus, illam nobis af- *Suprà.lib.6. cap.7.*
A fluenter impartiendo. His & non aliis modis noſtræ iuſtitiæ ſupplementum Chriſti iuſtitia eſt.

Noſtra autem & iuſtitia, & merita, Chriſti iuſtitiæ & meritis innituntur, non ſolũ quia tanquam principium vniuerſale reformãdi generis humani (vt alibi docuimus) gratiam impartit, qua & iuſtè operemur, & operando mereamur; ſed etiam quia vnum cũ Chriſto facti id conſequuti ſumus, vt noſtra merita tanquam Chriſti capitis noſtri merita per illum & propter illum apud Deum mereantur. Ille enim hoc nos meruit vt noſtra bona opera quum illi incorpotamur, ad meritum vſque vitę æternę coram Deo valeant. Hoc enim ſenſu *per paſsionem conſummatus factus eſt omnibus obtemperãtibus ſibi cauſa ſalutis*, id eſt, effecit vt obedientia noſtra mandatis eius præſtita nobis ad ſalutem obtinendam efficax, id eſt vitæ æternæ meritoria eſſet. Atque ita quemadmodum Chriſtus tum ratione vnionis perſonalis tum etiam propter ſua merita glotiã accepit, ſic voluit nos Deus gloriam accipere tunc propter Chriſti merita, (nobis enim & remiſſionẽ peccatorum, & gratiam iuſtificantem, & gloriam beatificantem Chriſtus meruit) tum etiam propter noſtra; quatenus à Chriſti meritis efficaciam ſortiuntur, propter vnionem inrer illum & nos arctiſſimam. Hoc ergo alterum eſt & egregium meriti noſtri fundamentum diligenter contra horum temporum hæreticos notandũ, ne per noſtra metita Chriſti meritis aur gloriæ aliquid detrahare videamur.

Noſtra merita quemodo chriſti meritis innituntur.

Hebr.5.

Hoc autem in loco triplex meriti ſeu retributionis potius in lege promiſſæ (nam à vocabulo meriti abhorret) fundamentum à Caluino poſitum, quàm ſit vanum & impium
B ex præcedenti diſputatione manifeſtũ fecimus. Ait nempe ptimam retributionis cauſam eſſe, *quòd Deus auerſo à ſeruorum ſuorum operibus intuitu quæ probrum magis quàm laudem merentur, ipſis in Chriſto complectitur ac ſola fide intercedente citra operum ſubſidium reconciliat ſibi.* At iuxta hanc cauſam non bonis operibus ſed peccatis datur retributio, quod mendacem facit legis latorem, qui peccatis pænam, bonis operibus mercedem repromiſit. Deinde vide impoſtoris ſeu pręſtigiatoris potius artificium. Ait *Deum in Chriſto ſeruos ſuos ſibi reconciliare citra operum ſubſidium*. At hic non agitur de reconciliatione impij, ſed de retributione operum habetur ratio. Operibus enim bonis non malis illa repromittitur. Alrera cauſa (inquit) eſt, quòd *opera non eſtimata eorum dignitate, paterna benignitate, atque indulgentia in pretio habet*. At verò & operum ipſorum quandam eſſe dignitatem, quatenus diuinæ gratiæ ſunt opera iam oſtendimus. Quãquam diuinam quoque acceptationem ſecundum & tertium meriti fundamentum à nobis poſita ſatis luculenter oſtendunt. *Tertia cauſa* (inquit) *eſt quòd ipſa opera cum venia Deus ſuſcipit non imputata imperfectione qua omnia inquinata peccatis magis quàm virtutibus accenſa ſunt*. Hęc ille Inſtit. lib. 3. cap. 17. ſect. 3. At verò ad hanc tertiam cauſam reſponde ſicut ad primam diximus. Præterea iam in lib. 6. oſtendimus ex imperfectione non inquinari bona opera, ſed eſſe verè bona etiam Dei iudicio. Et tamen tam futilis diſputator ſcholaſticos hic ſuperbè redarguit, quòd ex tribus iſtis cauſis vnam tantum tradiderint, ſecundam nempe. Sed audacem fecit ignorantia Caluinum.

Probatur meritum bonorum operum ex mercede illius in Scripturis
C *repromiſſa & variæ hæreticorum cauillationes contra illud probationis genus repelluntur.*

CAPVT V.

HIs ergo Catholicæ ſententiæ fundamentis breuiter conſtitutis argu-
menta aliquot ex illis pro meritis operum cõſtruemus. Primum erit; D
Beatitudo promittitur reddenda bonis operibus iuſtorum tanquam
merces; ergo bona opera iuſtorum merentur beatitudinem. Antece-
dens ex Scripturis in ſecundo fundamento citatis luculenter patet,
quibus adde & iſtas *pietas: promiſsionem habet vitæ præſentis & futuræ.*
vnuſquiſque quodcunque fecerit bonum hoc recipiet à Domino. Scientes quod à
Beatitudo eſt merces bonorum operum. 1 Timo. 4. Epheſ. 6. Coloſſ. 3. Gal 6. *Domino recipietis retributionem hæreditatis, Domino Christo ſeruite. Qui ſeminat in ſpiritu, de*
ſpiritu metet vitam æternam: bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim ſuo mete-
mus non deficientes: ad Hebr. 6. *Non iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri*, &c. Et
cap. 10. *Nolite amittere confidentiam veſtram quæ magnam habet remunerationem*, & 2. Ioan.
Cauillatio contra bonorum operum mercedem. *videte ne perdatis quæ operati eſtis, ſed vt mercedem æternam accipietis.* Conſequens patet, quia
merces & meritum correlatiuè ſe habent, vt ſuprà dictum eſt. Contra hoc argumẽtum
1. variè cauillantur hæretici. Primum quod Scriptura vtitur interdum legalibus verbis
cum reuera Euangelicas conciones proponat. Sic retributio pro gratuita beneficen-
tia valde crebro (ait Illyricus) accipitur, vt Pſal. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ*
retribuit mihi: id eſt pro gratuitis eius beneficiis. Sic ergo reddi vita æterna dicitur, quæ
gratis datur. Reſponde huiuſmodi regulas voluntarias ab hæreticis conſtructas, contra
manifeſtæ ſcripturæ grammaticum ſenſum impiè proferri. Nec ſi aliquando retribuere E
pro dare accipitur ideò & ſemper accipi debet. Quando autem propriè quando impro-
priè illa vox accipitur, ipſa doctrina & traditio Eccleſiaſtica (optima ſcripturarum inter-
Deus beneficia gratuita retribuit. pres) neceſſariò determinare debet; niſi in ſempiternum rixari velimus. Et tamen retri-
buere loco citato propriè accipitur. Deus enim beneficia gratuita nobis verè retribuit
Enarra. in Pſal. 115. non tantũ tribuit, quia malis meritis noſtris bona ſua reddit, ſicuti nos ſæpe illius bonis
mala noſtra retribuimus, vt ibidẽ exponit Aug. Deinde promiſſio beatitudinis vt mer-
Promiſſa beatitudinis merces non eſt promiſſio legalis. cedis, non eſt legale aliquid, quatenus lex opponitur Euãgelio; ſed eſt planè Euãgelica
promiſſio, idq; duabus de cauſis. Primum, quia illa promiſſio facta eſt operibus bonis iu-
ſtorum quæ non ex lege ſed ex fide fiunt; ideóque non legaliter ſonat quaſi forinſecus
1. tantum cobortans, ſed Euangelicè quia intus ex fide mercedem expectat, de quo gene-
Rom. 1. re dictum eſt, *Iuſtus ex fide viuit* vt eſt alibi explicatum. Secundò quia merces ipſa repro-
2. miſſa non eſt terrenum aliquid aut caducum (qualia ſunt legalia promiſſa & præmia) ſed
eſt cæleſtis & ſpiritualis, qualis in ſtatu veteris legis non eſt facta. Solis enim noui teſta-
menti filiis propria eſt promiſſio regni cælorum: adeò vt nec in veteribus libris vox illa
legatur, ſed in Euangelica hiſtoria primum audiatur, vt notauit Auguſt. contra Fauſtum
lib. 19. cap. vltimo, & Hieronymus lib. 1. contra Pelagianos; atque item Chryſoſtomus
in Ioan. Homil. 23.

2. Cauillatio. Secundò cauillantur bona opera vocari mercedem abuſiuè quia vita æterna propriè
eſt hæreditas, per accidẽs autem eſt præmium; atque ita non propriè bonorum operum
Hæreditas eſt mercedis fundamentum. merces, ſed filiorum hæreditas eſt. Reſponde vitam æternam etiam propriè in Scriptu- F
ris vocari mercedem bonorum operum; ſed quatenus ſunt filiorum Dei opera: vt hære-
ditas ſit quidem mercedis fundamentum & cauſa (quia non niſi filiorum eſt hæreditas)
non excludens tamen ipſam mercedem, ſed includens; quia non niſi boni filij fiunt hæ-
Cap. 2. redes. Quam totam explicationem vide ſuprà.

3. Cauillatio. Tertiò cauillantur. Bona opera ſunt *flos caducus & pannus menſtruatus*, adeóque malum
præmium non bonum merentur. Quod ergo Deus ea remunerat, id ex mera gratia &
merito Chriſti facit. Reſpõde bona opera eſſe veram & perfectam huius vitæ iuſtitiam,
Suprà lib. 6. vt olim à nobis probatum ſatis eſt: remunerari tamen illa ex gratia & merito Chriſti (vt
Suprà cap. 2. & 4. in 1. & 3. fundamento explicuimus) libenter agnoſcimus; nec tamen meritum excludi-
mus: quia faciunt illa duo vt noſtra qualiacunque opera ſint verè merita. Præterea ipſi-
met hodiè hæretici agnoſcunt bonis operibus reddi tanquam merito multa præmia
& corporalia & ſpiritualia, idque tam in hac vita quam in futura, vt mox videbimus.
Si ergo conſequentia valeret ſunt ex gratia, ergo non ſunt merita, nullo modo nec vl-
lius premij merita eſſe potuiſſent.

4. Cauillatio. Quartò cauillantur, mercedem promitti bonis operibus, vt ſit conſolatio in afflictio-
nibus, & exhortatio ad capeſſendam virtutem: quales ſunt beatitudines illæ à Chriſto
propoſitæ Matth. 5. Reſponde veraciter non mẽdaciter Scripturam promittere ea quæ
promit-

A promittit, nec vel vana ſpe promittendo lactare, vel vanis terroribus comminãdo qua-
tefacere. Ad atheiſmum enim talis doctrina rectè ducit, vt nec Paradiſum, nec Infernũ
eſſe tandem credamus. 5. Cauillatio.

Quintò cauillantur. Promiſſiones mercedis bonorum operum ſunt legales locutio- *Proteſtantum*
nes ab Euangelio corrigendæ & explicandæ. Quod ergo Paulus dicit Rom.2. *Deus dabit* *argumentatio-*
vnicuique ſecundum opera ſua, legale eſt, quod Euangelium corrigit, dicens. *Ecce Agnus Dei* *nes atheiſmum*
qui tollit peccata mundi. Id eſt iuxta vocem legis debuit quidem vnicuique ſecundum ope- *inducunt.*
ra ſua reddi, niſi Euangelium promiſiſſet gratuitam omnibus per Chriſtũ peccatorum
remiſſionem. Reſponde propoſitionem illam. *Deus reddet vnicuique ſecundum opera eius* to-
ties ab Apoſtolo repetitam. Rom.2. 1.Cor.3. 2.Cor.5. 2.Tim.4. aliáque loca ſuprà
citata, non eſſe propoſitiones legales quæ iubent & comminantur tantum, (niſi fortè
Apoſtolum Paulum non iam Euangelij prædicatorem, ſed legis magiſtrum fuiſſe im-
portuni iſti homines dicere velint,) ſed eſſe promiſſiones verè Euangelicas, quæ vide-
licet docent ex gratia & meritò Chriſti bonis operibus & laboribus iuſtorum tam in- In reſpõ ad 5.
gentem mercedem retribui. Pleniorem autem reſpõſionem habes ſuprà; quibus etiam cauillationẽ.
adde quæ in fine Controuérſiæ de ſola fide iuſtificante in reſp. ad 3. cauillationem con- Lib.8. cap.34.
tra neceſſitatem & conditionem bonorum operum ad ſalutem diximus.

Sextò cauillantur proponi in Scripturis bonis operibus præmia æterna non tamen 6. Cauillatio.
planè abſolutè & ſine omni exceptione, quia bona opera illis quibus deſunt ex theſau-
ro Chriſti per imputationem ſupplentur. Reſponde mercedem vitæ æternæ abſolutè *Merces vitæ æ-*
proponi habentibus bona opera, non habentes autem aut per baptiſmum, vel pœniten- *terna proponi-*
B tiam meritò gratuitò Mediatoris ſaluantur, aut pereunt. Ex Theſauro Chriſti per impu- *tur abſolutè.*
tationem nihil ſuppletur, ſed per abundantiam gratię & donationis copioſè impartitur,
vnde & iuſtificetur impius, & iuſtificatus iuſtè operetur, & iuſtè operans accepta merce-
de, coronetur. Nugamentum hæreticum de imputatione & ſuppletione iam ante co-
pioſè confutauimus.

Septimò & poſtremò cauillantur Scripturam ſæpenumero vti communis vitæ phra- Lib.7.
ſibus, in omnibus materiis adeò vt etiam Deo membra & plurimas hominum actiones 7. Cauillatio.
aſcribat. At humana vita legibus regitur, præcepta, obedientia, merces & præmia vbiq;
inculcãtur. Ignorat iſta vita aut certè nõ curat imputatiuã iuſtitiã, quæ ex gratuito amo-
re proficiſcitur. Non poſſunt homines vllum verè iniuſtum facere iuſtum. Dei tantum
hoc opus eſt. Hinc fit vt ſcriptura vtatur formulis humanis & phraſibus politicis de mer-
cede & retributione bonorum operum, quum tamen Euangelicam iuſtitiam & gratiam
ſub illis prædicat. Reſponde falſum eſſe quod in omnibus materiis Scriptura vtatur cõ-
munis vitæ phraſibus, etſi interdum id faciat, quum aliter explicari res nequeat. Nam *Scriptura non*
in ipſa iuſtificatione gratuita, quæ humanæ vitæ modum & vires ſuperat, loquitur Scri- *ſemper vtitur cõ-*
ptura non more humano, ſed planè diuino, dicens Ezech.36. *Dabo vobis cor nouũ*. Ierem. *munis vitæ*
31. *Dabo leges meas in viſceribus eorum*. 2.Cor.3. *vos eſtis epiſtola Chriſti miniſtrata Spiritu Dei viui,* *phraſibus.*
ipſius ſumus figmentum creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, & multa huiuſmodi quæ nõ ſunt
formulę humanæ aut phraſes politicæ, quum nihil huiuſmodi ab hominibus fiat, aut fie-
ri poſſit. Si ergo noluit Spiritus S. bonis operibus iuſtorum mercedem vitæ æternæ red-
dere, ſed ſine vlla mercedis ratione gratuitò iuſtos beatificare, non erat opus ſub formu-
lis humanis contrarium dicere: ſed potuit apertis verbis illam gratuitam ſine mercede
C beatitudinem explicare, ſicut gratuitam ſine mercede aut meritò iuſtificationem expli-
cuit. Quam ſanè ob cauſam ipſa iuſtitia & fides non vocatur merces in Scripturis, quia
prorſus gratis datur vt notauit ſapienter D. Auguſt. epiſt. 105. Quãquam etiam ipſa mer-
ces vitæ æternæ eſt Euangelica retributio, quæ gratia & miſericordia tota nititur vt ſu-
perius explicatum eſt. *Deus enim coronat nos in miſericordia & miſerationibus*. Pſal.2. quia ipſa
iuſtitia quæ coronatur, eſt gratia & miſericordia vt modo ex Auguſtino oſtendimus. At-
que hæc ad cauillationes Flacci Illyrici contra primum argumentum in Claue Scriptu-
ræ par.2. tract.6. tit. de varia operum prædicatione.

Alia meriti probatio,quia merces iniquitatis eſt mors æterna cum refutatione cauillationum quibus illud argumentum eludunt hæretici.

CAP. VI.

ALIVD argumentum pro meritis bonorum operum iſtud eſt.Quoties
in Scripturis merces iniquitatis deſcribitur mors æterna,vt apud Pau-
lum:*omnis præuaricatio & inobedientia accepie iuſtam mercedis retributionem*,
Hebr 2. 2. Petr. 2. Et apud S.Petrum:*In corruptione ſua peribunt , percipientes mercedem iniuſti-
tiæ*, &c. agnoſcitur iniquitas eſſe mortis æternæ verum & iuſtum me-
ritum;ergo quoties bonis operibus iuſtorum promittitur vita æterna
reddenda vt merces,intelligenda ſunt eſſe veri nominis vitæ æternæ merita. Hoc Ca-
1. Cauillatio. tholicorum argumentum etiam variis modis labefactare conantur hæretici. Primum
aiunt non eſſe ſimilem correlationem mercedis , & meriti in bonis operibus qualis eſt
in malis,quia mala opera ex nobis ipſis ſunt,bona vero non niſi ex gratia Chriſti & Dei E
Bona opera ſunt verè noſtra quāuis nō ex nobis. adiutorio.Sed reſponde bona opera quamuis ex nobis non ſunt,tamen verè noſtra eſ-
ſe,quia libera noſtra voluntate fiunt,ideoque laude & remuneratione nō indigna.Alio-
qui ſi hæc exceptio valeret,nec temporale, nec ſpirituale quodcunq; præmiū iuſtorum
opera mererentur,quod tamen concedunt plerique proteſtantes,vt mox videbimus.
Noſtra enim ſi non ſunt bona opera,nihil ſanè per illa mereri poſſumus.Eſt autē optimo
iure noſtrum,quod nobis legitimè datum eſt,& in commutatiua iuſtitia ea rectè com-
1.Timo.6. mutantur quæ gratuito munere ſunt accepta.Sic *quæſtus magnus,pietas cum ſufficientia , &*
Luc.6. *danti dabitur in menſura bona & confecta & coagitata adeoque & ſupereffluente* : quum tamen
hæc omnia bona & ſpiritualia & temporalia non niſi à Deo acceperimus.

2. Cauillatio. Secundò cauillatur Illyricus non eſſe ſimile in vtroque,quia malis operibus & quidē
perfectiſſimis abundamus,bona autem perfectiſſima,nec ſancti quidem habent.Reſpō-
de ſi ex perfectione & dignitate ipſorum operum , quod ad ſubſtantiam operis attinet,
meritum conſurgeret,valere poſſet argumentum.Nunc autem ex parte gratiæ quæ ope
rum bonorum principium eſt,hanc merendi vim admirabilem bona iuſtorum opera ac-
cipiunt.Deinde obedientiam & bonitatem Deus à nobis exigit non perfectiſſimam,ſed
pro huius vitæ ſtatu perfectam vt aliàs explicatum eſt. Denique peccatum mortale non
Quo modo peccatum meretur mortem æternā. propterea meretur mortem æternam quia perfectiſſimum malum eſt (vt Illyricus inep-
tè loquitur,quaſi in malo eſſet perfectio)vel quia ex operis grauitate talis pœna debetur,
ſed quia eſt offenſa in Deum opt.Max.id eſt,ratione auerſionis à Deo,non conuerſionis
ad creaturas,meretur gehennam,etiam quoduis peccatum mortale:vt docet S. Thom. F
3.p.q.86.art.4.& 2.2.q.87. arti.3. & 4. Quo etiam modo bonum opus eſt meritum vitæ
æternæ non ex operis dignitate in ſe conſiderata , ſed propter obiectum quod in bono
opere colitur,& cui ſeruitur. Deus ſcilicet, vt Pater noſter per Chriſtum.

3. Cauillatio. Tertiò cauillantur humanæ imperitiæ hanc eſſe ratiocinationem temerariam ex hu-
mana & politica conſuetudine deſumptam,vbi æquè bonis ac malis præmia retribuun-
Proportio mercedis bonis et malis operibus reddita in Scripturis reuelata. tur.Reſponde in verbo Dei.Hanc correlationem bonorum ac malorum operum ratio-
nem mercedis ac præmij manifeſtè deſcribi;ideóque non humanæ imperitiæ, ſed diuini-
tus reuelatæ doctrinæ ratiocinationem hanc eſſe.Ait Apoſtolus. *Reddet Deus vnicuique*
Rom.2. *ſecundum opera ſua:ijs quidem qui ſecundum patientiam boni operis &c Vitam æternam; ijs autem qui
ſunt ex contentione &c.ira & indignatio*.Sic & alibi.*Quem fructum habuiſtis tunc in illis in quibus
Rom.6. nunc erubeſcitis?Nam finis illorum mors eſt.Nunc autem liberati à peccato,&c.Habetis fructum ve-
ſtrum in ſanctificationem;finem vero vitam æternam*.Rurſum ad Corinth. *Referet vnuſquiſque
2.Cor.5. propria corporis prout geſſit ſiue ſiue malū*,Sic & in euāgelio. *Vigilantē ſeruū cōſtituit ſuper omnia
bona ſua.Malum autem ſeruū & percutientem conſeruos ſuos proycit in locū vbi erit fletus & ſtridor
Matth.24. Math.25. dentiū*.Eandē correlationē habet parabola de talētis,vbi *inutilis ſeruus proycitur in tenebras*
exteriores

A *exteriores,bonus autem ſeruus & fidelis,qui ſuper pauca fuit fidelis*(vide meritum)*ſupra multa con-
ſtituitur & intrat in gaudium Domini ſui.*Moxque paulò poſt : *operarij iniquitatis eunt in ſuppli-
cium æternum,iuſti autem in vitam æternam.*Poſtremò ſimilem correlationem lege. Sap.3.
& 2.Theſſ.1.Neque enim omnia commemorare eſt opus.Hæc ergo tam freques & tam
euidens vtriuſque in ſcripturis côniunctio,& repetita toties proportio mercedis inquã
bonorum operum ac malorum,euidenter oſtendit in vtroque eſſe veri nominis merce-
dem & retributionem.Itaque ex his & aliis ſcripturis edoctus Auguſtinus diſertè dicit.
*Verum eſt quia ſicut merito peccati tanquam ſtipendium redditur mors,ita merito iuſtitiæ tãquam ſti-
pendium vita æterna.*Hæc ille,epiſto.105.

Tertium pro meritis argumentum à dignitate bonorum operum in Scripturis commendata, & cauillationum hæreticarum contra illud refutatio.

CAPVT VII.

B TERTIVM argumentum pro meritis bonorum operum iſtud eſſe po-
teſt. Quo quis dignus eſt,& cui iuſtè aliquid retribuitur,illud mere-
tur.Vnde Saluator quum diceret,*Dignus eſt operarius mercede ſua*,meritũ
cui merces iuſtè debebatur expreſſit. Sicuti & Apoſtolus illa verba
applicat.1.Timoth.5.At docet Scriptura dignis dari vitam æternam
idque per modum iuſtæ retributionis; ergo & merentibus eam. Sic
enim loquitur S. Scriptura *Deus tentauit illos & inuenit eos dignos ſe.* Et Luc.10.
rurſum apertiſſimè Apoſtolus *gloriamur pro patiẽtia veſtra & fide,& in omnibus perſecutioni-* *Dignitas bonorum operum in*
bus veſtris & tribulationibus quas ſuſtinetis in exẽplum iuſti iudicij Dei,vt digni habeamini regno Dei, *Scripturis S.aſ-*
pro quo & patimini.Si tamen iuſtum eſt(id eſt quia iuſtum eſt) *apud Deum retribuere retributionẽ* *ſerta.*
ijs qui tribulant vos,& vobis qui tribulamini requiem nobiſcum in reuelationem domini, &c. Sap 3. 2.Theſſ.1.
Inſignis locus eſt oſtendens iuſtum iudicium Dei tam eſſe in retributione vitæ æter-
næ patientiæ bonorum,tãquam qui digni ſint regno Dei,quàm in retributione mortis
æternæ impiorum perſecutioni.Hanc iuſtam retributionem expreſſit Apoſtolus quum
de ſeipſo diceret.*Coronã iuſtitiæ reddet mihi in illa die iuſtus iudex.*Et iterũ ad Heb.6.*Non enim* 2.Timo.4.
*iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri &c.*Rurſum ad Coloſſenſes,quum hortatus eſſet, Hebr.6. Coloſſ.1.
*vt ambularent dignè Deo per omnia placentes,in omni opere bono fructificãtes,&c.*Concludit tan-
dem:*gratias agentes Deo & Patri qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine*: ſcilicet
per illa bona opera præcedentia quæ Deus per Chriſtũ in nobis operatur. Sic denique Apocal.3.
Apocalypſi de iis *qui non inquinauerunt veſtimenta ſua*,id eſt virgines erant,dicitur.*Ambu-
labunt mecum in albis quia digni ſunt*: Et notandum quòd his omnibus in locis ipſis operi- *Dignitas ipſis*
C bus hæc dignitas tribuitur:non vt Chriſtus excludatur,ſed vt operibus per Chriſti gra- *operibus tribui-*
tiam factis,digna retributio exprimatur. Hoc argumentum vehementer exagitant hæ- *tur.*
retici.Primum quia diſertè contrarium Apoſtolus dicere videtur *Non ſunt condignæ paſ-* *Cauillationes*
ſiones huius temporis ad futuram gloriam,&c.Secundo,quia in cõfeſſo eſt apud omnes,quòd *hæreticorum.*
Deus remunerat bona opera ſupra condignũ.Tertio quia hac ratione Deus debitor no- 1. Rom.8.
ſter conſtitueretur.*Quis autem prior dedit illi,vt retribuetur ei?* Sed ſingulis reſpondendo,ad 2.
primum dicito.Apoſtolus quum dixiſſet nos forè *cohæredes Chriſto,ſi tamen compatimur,vt* 3.
& conglorificemur;ne conditionem iſtam duram eſſe aliquis exiſtimaret,(ſicuti hodiè exi- Rom.11.
ſtimant protestantes,docentes propterea ſolum quatenus filiis deberi hæreditatem)ad- Rom.8.
iunxit *paſsiones huius temporis non eſſe condignas*,id eſt non æquiualere, non reſpondere glo-
riæ æternæ,ſed infinitis modis illa inferiores eſſe:quare conditionem duram videri nõ *Paſsiones huius*
debere.Non tamen ait huiuſmodi paſsionibus vitam æternam iuſtè & meritò & condi- *temporis quomodo non ſunt cõ-*
gnè non retribui,ſed illud docet quod valdè excedit gloria quæ iuſtos manet ipſas iu- *digna ad futurã gloriam.*
ſtorum pro Chriſto paſsiones.Vtcunque tamen has excedat retribui nihilominus tan-
tillis paſsionibus tam excellentem gloriam,idque propter ipſas paſsiones , aliis in locis
clariſsimè docuit.Primum in locis iam citatis ad Rom.2.ad Coloſſ.1. & ad Hebr. 6. vbi

2.Theſſ.1. etiam *iuſtam retributionem* expreſſit,ſed maximè vbi dicit, *vt digni habeamini Deo pro quo &*
*patimini.Si tamen iuſtum eſt,&c.*Deinde in illis verbis.*Quod in præſenti eſt momẽtaneum & le-*
2.Cor.4. *uè tribulationu noſtræ,ſupra modum in ſublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.*Quid eſt
autem operatur niſi efficaciter acquirit (de qua re lege Auguſti. Enarra.in Pſalm. 93.
hunc locum eleganter tractãtem)non quidem ex ſua dignitate & excellentia, ſed quia
talem mercedem filiis ſuis Deus repromiſit, ſi tamen cõpatiuntur capiti ſuo vt conglo-
Diſtinctiones quædã vulgares parum validæ. rificentur.Hæc eſt ſimplex & aperta huius loci intelligẽtia: vt non ſit opus recurrere ad
vulgares illas diſtinctiones,videlicet non eſſe condignas ex parte liberi arbitrij, ſed ex
1. parte gratiæ,quum non de operibus liberi arbitrij ibi agat Apoſtolus,ſed apertè de ope-
ribus filiorum Dei qui non ſunt abſque gratia,negans tamen etiam illa,vt talia cõdigna
2. eſſe ad gloriam &c.vel rurſum quòd opera gratiæ in ſua ſubſtãtia & ex parte obiecti ma-
3. terialis conſiderata;vel denique quòd ex aliqua ſua perfectione ſiue naturali,ſiue ſuper-
naturali non poſſunt mereri tantam gloriam &c. niſi quòd ex lege & ordinatione Dei
illam merentur. Non eſt inquam opus has diſtinctiones adhibere, quæ multis cauilla-
tionibus obnoxiæ ſunt, ſed ſimplicem Apoſtoli intellectum ſequi tutiſſimum eſt. Agit
enim non de condignitate meriti, ſed de condignitate æqualitatis inter paſſiones præ-
ſentes,& gloriam futuram, vt hunc locum explicant Chryſoſtomus, Theodoretus, &
Oecumenius in commentariis,eodemque ſenſu eum accipit Auguſtin. de ciuitate Dei
lib.5.cap.18.Hanc enim inæqualitatem & exceſſum,vt magis exprimat ſubiungit ibidẽ.
Rom 8. *Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat:*oſtendens exceſſum tantum eſſe, E
vt ab vniuerſa creatura tempus illud expectetur,quo futura illa gloria reuelabitur.Non
obſtante tamen hac maxima inæqualitate vim & efficaciam meriti in locis iam citatis
apertè docuit,quoties videlicet mercedem, retributionem, eamque iuſtam huiuſmodi
paſſionibus rependi docuit.

Quo ſenſu Deus remuneret ſanctos ſupra condignum. Ad ſecundum reſponde quòd Deus remuneret Sanctos ſupra cõdignum,eodem ſen-
ſu quo iam dictum eſt verum eſſe; quia nulla eſt æqualitas ex parte rerum ipſarum inter
opera vel paſſiones iuſtorum & ipſam beatitudinem,vt eleganter diſputat Auguſt.enar.
in Pſalm.93.ſuper illa verba:*qui fingis laborem in præcepto?*Non autem ſupra condignum,id
eſt ſupra meritum & valorem ipſorum operum, quem habent ex ſua perfectione ſuper-
naturali,id eſt ex gratia,vt opinatus eſt Andreas vega Scotum ſequutus. Eſt enim con-
dignitas in merito,vbi in retributione eſt iuſtitia.Talem autem expreſſit ſcriptura locis
Pſal.17. modo citatis in 3.argumento,quibus adde quod ait propheta. *Retribuet mihi dominus ſe-*
Hebr.11. *cundum iuſtitiam meam.*Nam & hoc ſenſu *remuneratorem Deum eſſe*, antè omnia credendũ
Heb.10. eſt,quia videlicet *iniuſtus non eſt,vt obliuiſcatur operum noſtrorum,*&c.

Ad tertium reſponde ex dignitate quidem & merito operum ſequi mercedis debitũ,
Deus non eſt debitor mercedis licet debita. non tamen propterea in meritis iuſtorum Deum propriè loquendo cõſtitui debitorem
ipſis iuſtis aut meritis ipſorũ.Ac primũ debitũ conſequi ex illis Apoſtoli verbis patet, *ei*
Rom.4. *qui operatur merces imputatur non ſecundum gratiam,ſed ſecundum debitũ.*Qui tamen locus quia
de operatione prorſus humana ſine adiutorio gratiæ loquitur(vt exponit Auguſt.præ- F
fat.enarra.in Pſalm.31.)ideo infert mercedem ſecundum debitum,& non ſecundũ gra-
tiam,prorſus excludendo gratiam.Sed iuſtorum opera quia per adiutorium gratiæ fiunt
Merces iuſtorum eſt ſecundum debitum & ſecundũ gratiã. habent quidem mercedem,ideoque & debitam,ſed ita tamen debitam,vt ſecundũ gra
tiam.Quod ſic paucis verbis Concil.Arauſic.2.can.18.explicuit. *Debetur merces bonis ope-*
*ribus ſi fiant.ſed gratia quæ non debetur præcedit vt fiant.*Et paulò apertius Auguſtin.in lib. de
grat.& lib.arb.capite 6.*Quo modo eſſet corona iuſtitiæ niſi præceſſiſſet gratia quæ iuſtificat impiũ?*
Quomodo iſta debita redderetur,niſi prius illa gratuita donaretur?

Hæc ille.Et iterum eodem lib.cap.9.*Nunquid non corona bonis operibus redditur? Sed quia*
*ipſa bona opera Deus in bonis operatur,ideo coronat nos in miſericordia &c.*Hæc ergo merces im-
putatur & ſecundum debitum & etiam ſecundum gratiam: ipſaque retributio tum de-
bita & iuſta eſt,tum etiam gratuita: & propterea, non ipſis operibus aut meritis Deus
propriè debitor conſtituitur,qui vt bona opera mererentur gratiam indebitam contu-
Pſal.58. lit Atque ita non propter meriti debitum aut dignitatem priores damus Deo, vt retri-
buatur nobis,quia *præuenit nos in miſericordia & miſerationibus.*Quam ſanè ob cauſam quã-
uis (vt notat diligenter Auguſtinus,epiſto.105.) *ipſa iuſtitia & fides nuſquam in ſcripturis vo-*
catur merces(quia illam à Deo gratuito eius munere accipimus non meremur) tamen *ipſi*
iuſtitiæ & fides redditur merces vita æterna. His ergo ita conſtitutis,ex dignitate & merito

Vnde in

A. bonorum operum non ſequitur Deum ipſum noſtris bonis operibus debitorem eſſe. Vnde in eadem epiſt. ſapientiſſimè concluſit Auguſtinus. *Qua propter ô homo ſi accepturus es vitam æternam, iuſtitiæ quidem ſtipendium eſt, ſed tibi gratia eſt, cui gratia eſt & ipſa iuſtitia, Tibi enim tanquam debita redderetur, ſi ex te tibi eſſet iuſtitia cui debetur.* Hæc ille. Quum ergo nobis ſit gratia, nobis illam Deus non debet, etſi meritis noſtris quæ illius dona ſunt tanquam veræ iuſtitiæ illa debeatur.

Quo ſenſu Deus debitor eſſe debitor vitæ æternæ.

Quoties ergo legimus in Patribus Deum debitorem eſſe vitæ æternæ, intelligendũ illud eſt, ſibi & quoad ſua promiſſa, non autem nobis debitorem illum eſſe. Sic clarè Auguſtin. ſerm. 16. de verb. Apoſtoli. *Debitor factus eſt Deus non aliquid à nobis accipiendo* (id eſt non noſtris operibus) *ſed quod ei placuit promittendo.* Et iterum ſerm. 151. *promiſſor Deus debitor factus eſt, bonitate ſua non prærogantia noſtra.* Hæc ille. Sic etiam intelligendus Tertullianus. in lib. de patiẽtia propè finem, vbi dicit. *Quantum patientiæ licet vt Deum habeat debitorẽ?* Nempè quia promiſit mercedem patientiæ. Hunc etiam ſenſum expreſſit Apoſtolus: Qũũ enim dixiſſet *ſi ſuſtinebimus & cõregnabimus*, Poſtea adiungit: *ille qui fidelis permanet: ſeipſum negare non poteſt.* Rurſum in eadem epiſt. *Hæc patior, ſed non confundor, Scio enim cui credidi*, &c. Sic etiam ad Hebtæos. *Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. Fidelis enim eſt qui repromiſit.* Hoc enim ſenſu Deus debitor eſt retributionis æternæ, ſed ſibi non nobis propter promiſſa ſua, non propter dignitatem noſtram, aut operum noſtrorũ: quæ quáuis magna ſit, tamen quanta quãta eſt, gratia eſt, à Deo eſt. Neque vero in idem recidũt hæc duo; (vt opinatur Vvega) Deum ſibi debitorem eſſe ſenſu prædicto & Deum nobis

2. Timo. 2.
Hebr. 10.
2. Timo. 10.

Quãtum differat Deum ſibi debitorem eſſe et nobis.

B debitorem eſſe; quia poſterior hic ſenſus videtur ponere debitum meriti ſine gratia vel certè ſine gratuita retributione, quod prior ſenſus non facit. Rurſum Scripturæ & Patrum ſenſui prior ſenſus apertiſſimè conſentit; poſteriorem ſenſum niſi apud Scotum & eius ſequaces vix legas. Denique ſatis dura eſt poſterior loquendi forma & variis cauillationibus hæreticorum obnoxia, ideoque ſtudioſè vitanda. Certè reprehendit Auguſtinus tum manichæos tum pelagianos, de ſimili verborum forma, qua vterque gratiam Chriſti oppugnaret, ſimili vanitate, diſſimili voluntate. *Nam Manichæi* (inquit) *meritis naturæ bonæ, Pelagiani meritis voluntatis bonæ perhibent diuinitus ſubueniri. Illi dicunt, debet hoc Deus laboribus membrorum ſuorum. Iſti dicunt, debet hoc virtutibus ſeruorum ſuorum, vtriſque ergo merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.* Hæc ille contra. 2. epiſt. Pelag. libro 2. capite 2.

Quid Lutherani hodiè meriti, & quatenus in bonis renatorum operibus agnoſcant & doceant.

CAP. VIII.

C

ATQVE hæc de Catholicæ doctrinæ circa merita bonorum operum fundamentis & argumentis, hæreticorum in contrarium cauillationibus hactenus. Nunc quid hæretici hodiè de meritis operum doceant vel non doceant, quibuſque etiam argumentis ipſi nituntur, videndum eſt. Prioribus annis huius horrendi ſchiſmatis, quia bonis operibus mercedem in Scripturis repromitti ſæpiſſimè viderent, explicarunt non propter merita mercedem datã fuiſſe, ſed quia ea quæ reddũtur bonis operibus ſunt gratuitæ tantum compenſationes piorum laborum. Hac via in Apolog. Confeſſi. Aug. Mel. Et poſtea Bucerus euadere voluerũt. Sed nihil egerũt. Cõpenſatio enim opus iuſtitiæ eſt, non puræ liberalitatis, ideoque gratuita tantum eſſe non poteſt. Sed Merces (quo vocabulo ſcriptura ſæpiſſimè vtitur vtcunque illã declinent hæretici) dici non poteſt vbi nullum intercedit ius aut meritũ in eo qui mercedẽ accipit. Et hanc ob cauſam negat Apoſtolus remiſſionem peccatorũ ſeu primã iuſtificationẽ per Chriſtum eſſe mercedẽ operũ: quia ſanè merè gratuita eſt. Quo in loco nobilis in Apoſtolo

Prima proteſtãtum euaſio citra bonorum operũ mercedem.

Cur paulus in iuſtificatione opera excludit, ad vitam æternam requirit.

Diſtinctio notanda venit,quam etiam Auguſt.epiſto.105.non obſcurè inſinuauit. Nempè quoties de prima iuſtificatione ſeu de reconciliatione agit Apoſtolus , opera in vniuerſum excludit,negans ex operibus quemquam iuſtificari. Nam idcirco vt notauit Auguſtin.loco iam citato, *ipſa iuſtitia & fides, nuſquam in Scripturis merces vocatur.* Contrà verò vbi de vita æterna agit Apoſtolus,opera in medium perpetuo adfert:& *ſecúdum opera vniuſcuiuſque mercedem dari* docet,vel vitæ æternæ,vel mortis: ad Rom.2.& 6.2.Cor.5. 2.Theſſ.1.aliſque in locis ſupra citatis. Vita ergo æterna quum reſpectu bonorum operum ſit merces,eſt plus quam gratuita compenſatio. Alioqui ipſa remiſſio peccatorum & prima iuſtificatio,merces & compenſatio vocari etiam poſſet. Sed nec Scriptura ſic loquitur nec vlla hodiè hæreſis loqui auſa fuit. D

Secunda euaſio de merito bonis temporalis & ſpiritualis in hac vita.

Sed quum hæc euaſio de compenſatione gratuita non ſuccederet,(in qua tamẽ pertinaciter manet cum ſuis Caluinus) Lutherani molliores agnoſcũt meritũ bonorũ operum quo ad præmia corporalia atque etiam ſpiritualia in hac vita, ſcilicet augmẽta gratiarum non tamen quoad vitam æternam. Deum enim aiunt huiuſmodi premiis ornare quamuis inchoatam,languidam,imperfectam,& immundam filiorum ſuorum in hac vita obedientiam:idque mera & gratuita liberalitate propter Chriſtum non propter ipſorum operum dignitatem. Sed hanc eorum ſententiam quum apertis verbis reprehendiſſet Caluinus Inſtitu.libro 3.cap.15.ſect.4.idque hac de cauſa, quòd *mercedem laborum & certaminis coronam in cælo dominus ſemper ferè collocat*; addiderunt etiam accidentalẽ in cælo gloriam bonorum operum merito ſimiliter retribui. Et hoc totum iuxta ſcripturas à nobis antea citatas. *Merces veſtra copioſa eſt in cælo:pietas ad omnia vtilis eſt habens promiſſionẽ vitæ præſentis & futuræ. Si iuſtum eſt Deum retribuere vobis qui tribulamini requiem &c.* Hanc vtramque ſentẽtiam tradit Martinus Chemnitius in examine decretorum Conc. Trid. ſuper ſeſſ.6.q.4.& addit *vocabulum meriti in Apolog. Confeſſ. Auguſt. in Confeſſ. Vuittenbergenſi, & in aliis ſuorum* (id eſt Lutheranorum) *ſcriptis in hoc ſenſu vſurpari.* Sed vtraque hæc ſententia etſi propinquior paulò veritati ſit,tamen eam non attingit. Primum enim nõ ſolum temporalia & ſpiritualia bona ſeu gratiæ præſentis,ſeu accidentalis gloriæ bonis operibus promittuntur mercedis nomine, ſed & ipſa quoque vita æterna vt in multis Scripturæ locis antea oſtenſum eſt maximè ad Rom.2.& 6.& 2.Theſſ.1.& 2.Tim.4. Erit ergo & illa vera merces non ſecus atque alia. Præterea Scriptura eodem tenore & forma verborum,ipſam vitam æternam cum præmiis illis ſpiritualibus & accidẽtalibus bonis operibus promittit. Erunt ergo pariformiter vtraque merces & reſpectu vtriuſque meritum. Antecedens luculentiſſimè patet. Quum enim quærenti iuueni de vita æterna conſequenda,reſpondiſſet Chriſtus,*ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata*; vbi vitæ æternæ ſimplex meritum expoſuit,poſteaque perfectiori merito ſcilicet, *ſi venderet omnia & daret pauperibus theſaurum in cælo* promiſiſſet,(quam perfectionem iuuenis quia diues erat aſſumere noluit) ſubiecit ſtatim Petrus: *quid fiet nobis qui omnia reliquimus & ſecuti ſumus te*: id eſt qui maiora operati maiorem aliquam mercedem commeriti videmur, reſpondet Chriſtus: *Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper duodecim ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael*. Ecce gloria accidentalis maiori merito. Moxque addit de vtroque genere. *Omnis enim qui reliquerit domum aut fratres aut ſorores &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* In hoc ſermonis contextu tum accidentale præmium quod eſt *centuplum in hac vita*, (hoc enim marcus capite decimo, & Lucas capite 18. expreſſerunt) *Et theſaurus in cælo*, quam *mercedem copioſam* vocauit Chriſtus: tum etiam ipſa *vita æterna* clariſſimè proponitur,vt bonorum operum merces. Vtraque ergo pari & eodem modo merces ſunt:& vtraque veris meritis comparantur. Rurſum ſi non obſtat imperfectio, inchoatio & immunditíes operum noſtrorum quo minus veri nominis merita ſint, quoad alia præmia quæ agnoſcunt Lutherani, (quia non propter operum dignitatem, ſed propter Chriſtum gratuita liberalitate talia præmia conferuntur,) profectò nec quoad meritum vitæ æternæ obſtare debent. Vtrobique enim retributionem non ſolum iuſtam, ſed & gratuitam propter Chriſtum docent Catholici.

Tertia euaſio de premio accidentali in altera vita.
matth 5.
1.Timo.4.
2.Theſſ.1.
Ipſa vita æterna vocatur merces in Scripturis.
Matth.5.
Matt.5.
E
F

Quomodo retributio vita æterna eſt gratuita.

Gratuita tamen retributio eſt, non quia dignitatem operum excludit (ſic enim excluderet & meritum) ſed quia Chriſti gratiam in operibus agnoſcit; tam qua fiant opera,quam etiam qua facta propter Chriſtum cuius meritis innituntur) verè merceantur. In quo ſanè ſenſu niſi Lutherani gratuitam liberalitatem Dei accipiant circa

merita

A merita quæ agnoſcunt, profectò meriti veram rationem excludunt.

Lutheranæ ſententia circa merita, ſtoliditas.

Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quam ſtolidè vitæ æternæ merita negant Lutherani. Nam ratio qua loco citato lutheranorum ſententiam confutat Caluinus, quòd ex hac cōfeſſione meritorum ſaltem in hac vita ex parte gratiarum, adimitur gratiæ Chriſti, per quem ſolum omnia noſtra opera placent Deo; & præterea ſi quid mercedis accipiunt, ex ſola gratuita beneficentia Dei non ex merito aliquo noſtro accipiūt, quia omnia noſtra bona opera perpetuis ſordibus aſperſa eſſe ſcriptura docet; hæc inquam duplex ratio & argumentatio Caluini non ſecus contra merita accidentalis alicuius gloriæ ſeu ſpiritualis mercedis in cælo militat, quam contra merita vel ſpiritualis mercedis in hac vita vel vitæ æternæ.

Caluiniana ſententia impietas.

Suprà lib. 5. & 6.

Sed coegit euidentia Scripturarum fateri Luthetanos meritum & mercedem bonorum operum tam quoad temporalia & ſpiritualia præmia in hac vita, quam quoad ſpiritualem etiam aliquam mercedem in cælo; non obſtante illa operum iuſtorum vel imperfectione vel immunditia quam falſò ponunt, non obſtāte etiam gratuita Chriſti gratia nobis collata vt aliquid rectè & iuſtè coram Deo operemur vel mereatnur. Contra Caluiniani his duobus principiis pertinaciter inhærentes, alteri de gratia Chriſti quaſi ei repugnaret meritum, alteri de operum noſtrorum imperfectione & immūditia, quaſi etiam cum illa meritū conſtare non poſſet, impiè in primo Lutheri paradoxo inſiſtunt, & omnem operum veram iuſtitiam, omneque meritum prorſus negant. Sed iam olim ſatis demonſtratum eſt: imperfectionem & immūditiam operum bonorum talem
B nullam eſſe, quin ſit veri nominis iuſtitia, & in iuſto Dei iudicio conſiſtere queat, ideoq; meriti dignitatem ſuſtinere valeat: & quod ad Chriſti gratiam attinet non illa merito repugnat, ſed meriti cauſa & fundamentum eſt maximum & propriiſſimum. Nunc ergo vbi tam Lutheranorum quàm Caluiniſtarum argumentis reſponderimus, quibus vnanimiter oſtendere volunt vitæ æternæ nulla poſſe eſſe merita noſtra, huic Controuerſiæ finem imponemus.

Primum Proteſtantum argumentum contra meritum vitæ æternæ, quia vocatur in Scripturis gratia, inane & futile eſſe oſtenditur.

CAPVT IX.

Proteſtantū vel dolus malus vel craſſus error.

Rom. 4.

PRIMVM ergo illas Scripturas accumulant, quibus vita æterna vocatur gratia. Sed vel fraudulenter & impiè vel imperitè & ſtultè cōfundunt illas ſcripturas, quæ de prima ſalute & iuſtificatione loquūtur, non de vita æterna. Aiunt enim contra merita vitæ æternæ fortiſſimum argumentum eſſe, quod Paulus dicit. *Si ſecūdum gratiam iam non ſecundum debitum, ſi verò ſecundum debitum iam non ſecundum gratiam.* Quanquam hæc Paulus non dicit. Verè tamen opponit gratiæ debi-
C tum. Sed gratiam intelligit reconciliationis non remunerationis: & de operibus diſputat naturæ ſiue antè gratiam, non de operibus filiorum Dei & gratiæ. Addunt & iſta ex Apoſtolo. *Si ex gratia iam non ex operibus:* Et iterum. *Si ex lege eſt hæreditas, exinanita eſt fides:* & ibidem: *Dauid dicit beatitudinem hominis eſſe cui imputatur iuſtitia ſine operibus: & non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. & non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam liberauit & vocauit nos vocatione ſua Sancta.* Denique: *gratia ſaluati eſtis nō ex operibus.* Ac poſtremò, *Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini.* Hæc omnia loca citat Chemnitius cōtra merita operum reſpectu vitæ æternæ. Sed impudentia eſt intolerabilis, loquūtur enim omnia ad vnum de ſalute illa quæ eſt in prima iuſtificatione, non vitæ æternæ: item de beatitudine quæ eſt in remiſſione peccatorū de qua Dauid ibidem dixit, *Beatus vir cui remiſſa ſunt peccata,* &c. Non de beatitudine cæleſti. Denique de hæreditate quā habemus in ſpe non in re. Ex fide enim Chriſti, non ex lege *ſumus hæredes ſecundū ſpem vitæ æternæ.* Sed ſpes nititur bonis operibus. *Spes enim non confundit quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,* &c. Rurſum non ex lege eſt hæreditas vel iuſtificatio, ſed ex fide; id eſt non ex lege operum ſine fide, ſed ex fide per charitatem operante eſt hæreditas. Hæc ergo loca nihil ad rhombum.

Rom. 11.
Rom. 4.
Tit. 3.
2 ad Timo. 1.
ad Epheſi. 2.
ad Gal. 5.
ad Gal. 2.
ad Rom. 4.

Ioan.3. Ioan.6. Ioan 17. Ioan 1. 1 Ioan 5. Act.4. Rom.8.

Addit alia quæ magis propriè ad vitam æternam ſpectant, vt iſta: *Omnis qui credit in ipſum habet vitam æternam. Viuet propter me. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum verum* D *Deum, &c. Vt credentes habeatu vitam in nomine eius. Qui habet filium, habet vitam æternam. Non eſt aliud nomen in quo oporteat nos ſaluos fieri. Gratia Dei vita æterna*: Ex his locis colligit Martinus Chemnitius; Scripturam penitus adimere operibus renatorum vitam „ æternam, eámque tribuere miſericordiæ Dei propter Chriſtum. Ait enim *vel ex ſolis* „ *meritis, vel ex ſola gratia dari vitam æternam: ideóque Scripturæ quæ docent ex gratia illam dari ne-* „ *gant propter merita dari*. Hæc ille. Sed iſtud cauillationis genus apertiſſimè Auguſtinus confutat, acceutatè docens vitam æternam & eſſe debitum iuſtitiæ ſtipendium atque mercedem, & eſſe tamen gratiam veréque gratuitam: quia ſcilicet ipſa iuſtitia cui redditur ex gratia Dei eſt. Sic enim ſcribit *Quia vita bona noſtra nihil aliud eſt quam Dei gratia, ſine dubio & vita æterna, quæ bonæ vitæ redditur eſt gratia. Et ipſa enim* (vita æterna) *gratis datur, quia gratis data eſt illa* (ſcilicet gratia) *cui detur. Sed illa* (ſcilicet gratia) *cui datur tantummodo gratia eſt. Hæc autem* (vita æterna) *quæ illi* (gratiæ) *datur præmium eſt, & gratia pro gratia, tanquam merces pro iuſtitia: vt verum ſit quoniam verum eſt, quia reddet vnicuique Deus ſecundum opera eius.* Hæc ille. Rurſum, *Vita æterna meritis ſanè præcedentibus redditur. Tamen quia eadem merita quibus redditur non à nobis parata ſunt per noſtram ſufficientiam; ſed in nobis facta per gratiam, etiam ipſa gratia nuncupatur: non ob aliud niſi quia gratis datur. Nec ideò gratis quia meritis non datur: ſed quia data ſunt & ipſa merita quibus datur.* Hæc Auguſtinus. E Eandem ſolutionem dat in Enchiridio, cap. 107. Hanc ergo Auguſtini doctrinam ex Scripturis collectam conuellant hæretici oportet, ſi ſtultam illam cauillationem tueri volunt: vita æterna eſt gratia ergo non eſt merces. Quare loca citata oſtendunt non niſi per Chriſtum & gratiam eius dari vitam æternam. Non tamen inde conſequitur ideo ex meritis non dari. Rapiunt tamen impudentiſſimè hæretici quædam Auguſtini verba eodem cap. 9. libri de Gratia, & Libero arbit. vbi dicit, *gratiam Dei vocari vitam æternã vt intelligamus non pro noſtris meritis Deum nos ad æternam vitam, ſed pro ſua miſeratione perducere*: Hæc, inquam, verba rapiunt Chemnitius, Caluinus, & alij, nec reſponſionem quam ſtatim ſubiungit Auguſtinus aduertunt. *ideò Deus nos coronare in miſericordia, non quia corona bonis operibus non redditur, ſed quia ex eius miſeratione bona operamur quibus corona reddetur.* Hæc Auguſtinus vt certiſſimè ſciamus eum in priori ſententia excludere merita in ſenſu Pelagiano, non in ſenſu Catholico. Explicuit autem cap. 6. præcedenti ſententiam Pelagianam. *Pelagiani* (inquit) *cum dicunt gratiam qua dimittuntur homini peccata ſolam quidem eſſe, & non ſecundum merita noſtra dari, vitam vero æternam meritis noſtris præcedentibus reddi reſpondendum eſt. Si enim merita noſtra ſic intelligerent vt etiam ipſa dona Dei eſſe cognoſcerent, non eſſet reprobanda iſta ſententia. Quoniam verò merita humana ſic prædicant vt ea ex ſemetipſo habere hominem dicant, prorſus talia cogitantibus dicitur: dona ſua coronat Deus non merita tua: ſi tibi à teipſo, non ab illo ſunt merita tua.* Hæc ille loco citato. Eodem ſenſu lib. 2. cap. 2. contra ſecundã epiſt. Pelag. & Manichæos, & Pelagianos reprehendit, illos quia merita naturæ bonæ: iſtos quia merita voluntatis bonæ, (vtique F abſque gratia Chriſti) prædicabant. Stant ergo cum gratia Chriſti merita iuſtorum & vitæ æternæ merces.

Vita æterna eſt & gratia & meritum.

Auguſt. de gr. & lib. arb. cap. 8.

Auguſt. epiſt. 105. Non ideo gratis quia meritis nõ datur.

Impudentia protestantium in citando Auguſtino.

Auguſt. excludit merita in ſenſu pelagiano, nõ aliter.

Alterum Proteſtantum argumentum contra meritum quia promiſsione Dei non iuſtitia aut dignitate operum nititur, vanum eſſe conuincitur.

CAPVT X.

Rurſum

A RVRSVM cauillantur contra vitæ æternæ meritum, quia iuſtá retri-
butio vitæ æternæ, non propter iuſtitiam operum ipſorum, ſed pro-
pter promiſſionem Dei ſic vocatur: Iuſtum enim eſt vt quod promi-
ſit Deus fideliter reddat. Et hac cauillatione omnes illas Scripturas
eludere conantur, quas in tettio argumento pro iuſta retributione
bonorum operum attulimus. Confirmant autem quod ducunt ex il- Iacob.1.
lo. *Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam quum probatus fuerit accipiet
coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.* Sed huic cauillationi reſpondendum eſt
primò Apoſtolum, 2.Tim.4. 2.Theſſal.1. & ad Hebr.6. iuſtitiam Dei in retributione
operum docere, quoad ipſa opera, non reſpectu promiſſionis diuinæ, cuius in illis locis
mentionem nullam facit. Enumeratis enim bonis operibus. *Bonum certamen certaui*, &c. *Paulus docet retributionem iuſtam reſpectu operum, nō reſpectu promiſſionis tantum.*
infert. *reddet mihi coronam iuſtitiæ iuſtus index.* & ad Hebr.6. *Non eſt iniuſtus Deus vt obliuiſca-
tur operis veſtri*, &c. Item ſi iuſtum eſt apud Deum retribuere, &c. Ex quo loco ſic ar-
gumentari licet. Iuſtum eſt apud Deum retribuere iis qui nos tribulant, propter ipſa
mala opera, quæ ex ſe merentur pœnam æternam ſine vlla conſideratione promiſſionis
diuinæ: ergo & eadem conſideratione *iuſtum eſſe* dixit Apoſtolus, *vt iis qui tribulantur re-
tribuat Deus requiem*, &c. Huc pertinent quæ ſuprà diximus circa ſecundam cauillationē Suprà cap.6.
contra ſecundum argumentum. Non tamen negamus ex promiſſione Dei dari vitam
æternam: ſed rationem meriti mercedis ac iuſtè retributionis à ſola promiſſione Dei
pendere negamus.

B Quod vt melius intelligatur, conſiderandum eſt in ſcripturis triplex eſſe diuinatum *Triplex promiſſionum Dei genus in Scripturis.*
promiſſionum genus. Primum quo promittit Deus aliquid tanquam meram gratiam,
& gratuito daturus non ſolum propter ſe, & non propter nos, aut aliquid noſtrum, ſed 1.
etiam ſine nobis aut aliquo opere noſtro. Ad hoc genus referuntur varia Dei beneficia
quæ propter nomen & honorem ſuum ingratis & impiis hominibus Deus ſæpenumero
promittit & præſtat. Talis erat promiſſio terræ Chanaan. *Neque enim propter iuſtitias tuas*, Deuteron. 9.
&c. *ingredieris vt poſſideas*, &c. *ſed vt compleret verbum ſuum Dominus*, &c. Hanc promiſſio- 1.Reg.12.
nem vrgebat Samuël Propheta. *Non derelinquet Dominus populum ſuum propter nomen ſuum* 4.Reg.9.& 20 Eſai.37. Pſal.105.
magnum & quia iurauit, &c. Huc etiam pertinet quod Deus ſeruat Hieroſolymā *propter ſe*, *Promiſſiones merè gratuitæ.*
& propter Dauid ſeruum ſuum. Quo etiam reſpexit Dauid. *Saluauit eos propter nomen ſuum.*
Sed nobiliſſima huius generis promiſſio, eſt ipſa humani generis per Chriſtum genera-
lis redemptio; promiſſa quidem etiam Gen.3. obſcurius. Deut.18. paulò clarius, Eſaiæ 7.
multo apertius. ſed in Euangelio exhibita canente Virgine. *Suſcepit Iſrael puerum ſuum re-
cordatus miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad patres noſtros*, &c. Luc.1. Hæc enim promiſſio, hoc
beneficium non ſolum ſine merito operum, ſed etiam ſine vllo opere humano præce-
dente aut diſponente factum eſt. Huius etiam generis eſt ipſa prædeſtinatio æterna, &
vocatio in tempore ſingulorum ſaluandorum per præuenientem gratiam, vt in exem-
plo Pauli egregiè docet Auguſtinus de Grat. & Liber. arbi. cap.5. Alterum promiſſionis *2. promiſſionum genus gratuitū quoque ſed aliquid præſupponens.*
C genus eſt, gratuitum & indebitum ſine vllo merito operum præcedente, huiuſmodi ta-
men quod opera præcedentia deſiderat & præſupponit, quæ ad promiſſum beneficium
accipiendum animos diſponant & præparent. Talis eſt ipſa prima iuſtificatio & recon-
ciliatio adultorum. Hæc enim etſi gratuita prorſus eſt, tamen fidem, pœnitentiam, di-
lectionem ſpem in adultis requirit, ipſumque ſacramētum ſeu baptiſmi ſeu pœnitentię.
Tettium promiſſionis genus eſt, qua Deus aliquid promittit tanquam præmium, coro- *3. promiſſionum genus per modū præmij.*
nam & mercedem ſeu retributionem iuſtam. Hæc certè promiſſio nititur dignitate,
merito & iuſtitia operis ptopter quod merces & corona promittitur. Promittitur enim
vt merces non vt gratia tantum, ſicuti ipſa fides & iuſtitia, quæ *nunquam merces in ſcriptura
vocantur, quia nunquam merito operum dantur*, vt notauit ſapienter Auguſt. epiſt. 105. Quare
in illa connexione Apoſtolica, *Quos prædeſtinauit, hos & vocauit, hos & iuſtificauit: quos au-* Rom.8.
tem iuſtificauit, hos & glorificauit. Duo prima quorum prius ab æterno factum eſt, poſte-
rius in tempore fit, ad primum beneficij & promiſſionis genus pertinent: tertium ad ſe-
cundum genus, & quartum ad tertiam promiſſionis ſpeciem ſpectat. Hæc diſtinctio ſi
notetur, facilè intelligetur quo modo vita ęterna, & ex promiſſione Dei detur & me-
ritis opetum rependatur.

Quæ ex gloria & meritis Chriſti diſputant Proteſtantes, vt inde iuſtorum merita excludant, refutantur. D

CAPVT XI.

ALIVD adhuc cauillationis genus contra merita vitæ æternæ à gloria & meritis Chriſti deſumitur. Aiunt enim nos cum ſumma impietate & blaſphemia, gloriam vitæ æternæ quæ obedientiæ & merito Chriſti debetur, ipſi detrahere & rransferre ad noſtrorum operum merita: quaſi non eſſet ſummum ſacrilegium & extrema idololatria gloriam Chriſti alteri tribuere. Hæc illi. Reſpondentibus hic Catholicis nihil Chriſto per merita noſtra detrahi, quia merita noſtra ſunt dona eius, fiunt per gratiam eius, ac denique innituntur meritis eius, ideóque ex hac doctrina Chriſti gloriam magis illuſtrari, qui non ſolum pro nobis meruit, ſed etiam merendi vim & efficaciam nobis noſtríſque operibus contulit, quoad vitam æternam (non dicimus quoad remiſſionem peccatorum adoptionem & primã ſalutem ſeu iuſtitiam) replicant ſemper vaniſſimè aduerſarij Scripturam adimere operibus etiam renatorum gloriationem omnem de vita æterna, quùm dicit: *Non ex operibus ne quis glorietur. Non per legem, ſed per fidem excluſa eſt gloriatio. Abrahã ſi ex operibus iuſtificatus eſt, apud homines gloriã habet nõ apud Deũ.* Hæc enim loca nõ de vita æterna, ſed de huius vitæ iuſtitia loquuntur: quæ ſanè non ex operibus per doctrinam legis, ſine fide & gratia Chriſti fit, ſed per fidem *quæ per dilectionem operatur*: ipſa dilectione, *diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis*. Vnde etiam ipſa vita æterna etſi operibus iuſtorum reddatur, tamen quia talia opera non legis ſed fidei per charitatem operantis opera ſunt, omnem gloriandi occaſionem aufert in ſenſu Scripturæ: id eſt, *vt qui gloriatur non niſi in domino glorietur.* E

Doctrina meritis Chriſti gloriã illuſtrat.

ad Epheſ. 2. ad Rom. 3. Rom 4. Gal. 5. Rom. 5. 1. Cor. 1.

Gloriatio in ſeipſo excluditur.

Quo in loco notandum eſt Scripturam diligenter excludere confidentiam, & gloriam in ſeipſo, in virtute aut potentia propria, non autem in operibus propriis. Itaque ait ſanè Scriptura: *Maledictus homo qui confidit in homine*, ſeu alio ſeu ſeipſo. *Non in arcu meo ſperabo.* Pſam. 43. *Stultus confidit in corde ſuo.* Et parabola Publicani, & Phariſæi ad eos dicta eſt, *qui in ſe confidebant tanquam iuſti.* Sic olim Moyſes: *Ne diceres in corde tuo fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi omnia præſtiterunt.* Denique, *qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur*, &c. Hæc & alia loca excludunt vires & virtutem propriam, ne quis in illis confidat aut glorietur. Opera autem propria in gratia & fide Mediatoris facta à cõfidentia & bona ſpe mercedis Scriptura non excludit vnquam. Qua de cauſa & Paulus de ſuis operibus bonis confidit dicens: *bonum certamen certaui*, &c. *repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ*, &c. Et olim Ezechias Rex, dixit. *Obſecro, Domine memento quo modo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto*, &c. Nec Dauid veritus eſt dicere, *Retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.* Sed vnuſquiſque iſtorum cum Bernardo dicere paratus erat. *Meum meritum miſeratio Domini.* Vterque ſciuit dona Dei eſſe ſua merita: vt de Paulo quidem egregiè oſtendit Auguſt. in li. de Gratia & Lib. arb. c. 5. & ſeq. Dauid verò eundem Pſalmum ſic inceperat: *Diligam te Domine fortitudo mea, firmamentum meum*, &c. Quare gloriari in Domino non excludit gloriam & meritum iuſtorum operum quæ ſunt à Domino. F

Ieremę 17. Prouer. 28. Luc 18. Deuterom. 8. Pſal. 48.

Confidere de bonis ſuis operibus ſcriptura non prohibet.

2. Timo 4. 4. Reg. 20. Pſal. 17. Pſal. 17.

Chriſti gloria ratione meriti in quo conſiſtat.

1 Cor 3.

Rurſus notandum eſt gloriam Chriſti non in eo eſſe, quòd ſolus noſtram gloriam meritus fuerit, ſed quod ſolus à ſe habuit vnde illam mereretur, & ſolus à ſe & per ſe eam nobis meruit. Nobis enim ſanè dedit Deus, vt tam ad iuſtitiã quã ad gloriam cooperatores eius eſſemus, & vt Paulus loquitur, *adiutores*. Ac iuſtitiæ quidẽ cooperatores (quia naturam non deſtruit, ſed perficit gratia) liberi & efficaces ſumus, non tamen per modum meriti ſed mere gratuitò illam cõſequimur: gloriæ autem cooperatores ſumus per modum meriti quia gloria eſt merces. In vtróque tamen non à nobis aut ex nobis, ſed per Chriſtum & eius gratiam cooperamur: ideóque illius gloriam non violamus. Gloriam autem Chriſti non in eo eſſe quòd ſolus noſtram gloriam meruerit

Paulus

A Paulus apertè ſatis docet quum dicit. *Gaudeo nunc in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ ſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius quod eſt Eccleſia.* Docet enim, etſi paſſio Chriſti ſufficiens quidem eſſet propitiatio pro peccatis totiusmundi; tamen quòd voluit etiam in membris ſuis adhuc amplius pati, & ſic adimpleri quæ deerant paſſionum eius. Hoc ſenſu dictum eſt perſecutori Paulo. *Saule Saule quid me perſequeris?* Sicut ergo Chriſtus in ſeipſo paſſus eſt pro ſalute eccleſiæ, ſic etiam in ſuis patitur pro eadem. Hoc eſt enim quod dixit Apoſtolus, *pro corpore eius quod eſt Eccleſia:* id eſt in bonum & ſalutem Eccleſiæ. Sicuti ergo Chriſtus paſſus pro Eccleſia meruit ipſi Eccleſiæ, ſic & vnuſquiſque fidelium in ſuis paſſionibus pro iuſtitia meretur, & ſibi & fratribus ſuis. Sed diſcrimen notandum eſt. Chriſtus meritus eſt & remiſſionem peccatorum & gratiam qua bene operamur, & augmentum gratiæ perpetuum & ipſam gloriam quæ bonis operibus redditur. Cæteri iuſti non niſi augmentum grariarum & ipſam gloriam vel ſibi vel aliis merentur, quia illa tantum cadunt ſub meritum.

Coloſſ.1. — *Quomodo adimpletur paſſiones Chriſti.* — Actor.6. — Coloſſ. — *Diſcrimen inter merita paſſionũ chriſti & mẽbrorum ſuorum.*

Quod autem paſſiones iuſtorum merentur ſibi & aliis clarè ſcriptura docet. Quòd ſibi mereantur, iſtæ Scripturæ docent. *Gaudete & exultate in tribulationibus &c. quia merces veſtra copioſa eſt in cælis. Iis qui ſecundum patientiam boni operis &c. vitam æternam, vobis qui tribulamini requiem.* Quod etiam aliis mereātur non ſemel Paulus docet. *Siue tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute quæ operatur* (id eſt perficitur) *in tolerantia earundem paſſionum &c. Scientes quòd ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.* Docet hic locus ſanctorũ paſſiones non ſolum exhortari exemplo, ſed etiam ſalutem operari illorum pro quibus patiuntur. Hoc enim eſt quod Apoſtolus dixit, *Gaudeo in paſſionibus pro vobis.* Gaudium Pauli pro illis erat, quia per paſsiones illas merebatur illis, adimplebat quæ deerant paſsionum Chriſti pro corpore eius. Volunt nempè Chriſtus vt & membra eius parerentur in bonum reliquorum membrorum, atque ita adimplerent, non quod neceſsitatis, ſed quod voluntatis & diſpenſationis erat. Eſt enim diuiniſsima Dei diſpenſatio, & exuberātiſsima Chriſti gratia, quod non ſolũ Chriſtus pro nobis paſſus & meritus eſt, ſed & quilibet iuſtus facultatem & dignitatem hanc à Deo per Chriſtum acceperit, vt *compatiendo Chriſto conglorificentur & ipſi, & legitimè certando coronentur & ipſi.* Et deniq; *ſocij facti paſſionum ſocij ſint & conſolationum.* Hanc admirabilem Dei diſpenſationē etiam oratio Dominica perpetuò inculcat, quoties dicimus: *Ne nos inducas in tentationem.* Docet enim nõ niſi per varias tentationes ſuperatas cælum nobis patere. Sed hoc ipſum nobis honorificum erat. Vnde in illa verba Chryſoſt. Homi.14. in Matth. *Volens Deus hominem glorificare, tentat eum, non vt cum magno iudicio glorificet, ſed vt non ſine cauſa glorificet.* Hæc ille. Vult enim Deus nos concurrere vt cauſas ad noſtram glorificationē. Idcirco poſuit nos Chriſtus in agone, vt non niſi *bene currentes comprehendamus*, atque ita partem gloriæ & ipſi reportemus. Lege hac de re Homil.56. operis imperfecti in Matth.

Paſſiones iuſtorũ merẽtur ſibi & aliis. — Matth.5. — Rom.2. — 2.Theſſal.1. — 2.Cor.1. — B — *Adimpletio paſſionum chriſti non ex neceſſitate ſed ex diſpenſatione.* — Rom.8. — 2.Timo.2. — 2.Cor.1. — 1.Cor.9.

Quod doctrina de meritis renatorum non partitur inter merita Chriſti & merita hominum, ſed totum Deo dat per Ieſum Chriſtum.

C

CAPVT XII.

SEd hic iterum obganniunt hæretici, & aiunt hac ratione nos partiri inter meritum Chriſti & merita noſtra: nec totũ Chriſto dare, ſed nobis ipſis ſalutis noſtræ partem attribuere. Huic cauillationi quam miris modis exaggerant, reſpondebis: quemadmodum in ipſis operibus iuſtis non eſt partitio inter liberum arbitrium & gratiam, quamuis vtrumque concurrat ad opus iuſtum, ſed totum opus & gratiæ eſt, & liberi arbitrij, quia ſine neutro fit opus iuſtum; ideoque non eſt partitus Paulus inter ſe & Deum quum dixit. *Non ego autem ſed gratia Dei mecum*, ſed totam radicem boni operis ſui oſtendit; ſic etiam in corona & mercede iuſtorum operum nõ fit partitio inter Chri-

1.Cor.15.

Tota merces eſt Chriſti & noſtra.

ſti merita & noſtra, ſed tota merces & Chriſti eſt & noſtra. Chriſti quia ex eius gratia D perfecta ſunt illa merita, quibus merces redditur. Noſtra quia nos ſumus qui per Chriſti gratiam operamur, & operando meremur. Hæc autem explicatio importunis his hominibus merito deberet ſatisfacere, qui in doctrina ſacramentorum eadem vtuntur, ne inter Deum & ſacramenta partiri videantur, vel Lutherani dum per ſacramenta tanquã media & organa ſua aiunt Deum ſuam gratiam applicare, & exhibere, (ſic enim rem explicat Mart. Chemnitius in examine decret. Conc. Trid.) vel Caluiniſtæ dum per ſacramenta obſignari promiſſiones de beneuolentia Dei erga nos docent, quas antea ſpiritus S. obſignauerit, quia per ſacramenta Spiritus S. opus ſuum perficit, & virtus obſignationis in illo reſidet, miniſterium tantũ in ſacramentis. Sic enim Caluinus ſe defendit Inſtitu. libro 4. cap 14. ſect. 8. ne inter Spiritum S. & ſacramenta partiri videatur.

Huc etiam accedit, quod quia noſtra merita Chriſti meritis perpetuo innituntur, adeo nullam partitionem admittunt, vt nexu indiſſolubili coniungantur, quia *membra eius ſumus, & membra de membro.* 1. Cor. 12. Nempe in cauſis ſubordinatis, quorum inferior accipit omnem ſuam virtutem à ſuperiori, nulla partitio eſt, quoad effectum quem producunt. Proxima autem meriti cauſa in nobis eſt libera noſtra voluntas, quæ mota à ſuperiori cauſa gratiæ iuſtitiam operatur, & operando meretur: Explicat hoc eleganter, D.

Bernardus de grat. & lib. arbitrio.

Bernardus. *Ad condenda merita dignatur ſibi Deus adhibere creaturarum miniſteria, non quibus egeat, ſed quibus per hoc proſit.* Et paulò pòſt, *vtitur Deus & angelis & hominibus bonæ voluntatis tãquam commilitonibus & coadiutoribus ſuis, quos peracta victoria ampliſſimè munerabit. Hinc* E *autem coadiutores Dei & cooperatores ſpiritus S. promeritores regni nos eſſe præſumimus, quia per conſenſum vtique voluntarium Deo coniungimur. Hoc ergo totum liberi arbitrij opus. Hoc ſolum eius eſt meritum, quòd conſentit: Non quod conſenſus ab ipſo homine ſolo ſit, ſed quia Deus quum dat nobis*

Totum meritum ex Deo & in nobis.

velle, facit id nobiſcum non ſine nobis. Atque ita quod à ſola gratia (quum dedit cogitare) *cæptum eſt pariter ab vtroque* (quum dat velle & perficere) *perficitur: vt mixtim non ſigillatim, ſimul non viciſſim per ſingulos profectus operentur. Totum quidem liberum arbitrium & totum gratia: ſed vt totum in illo ſic totum ex iſta.* Hæc Bernardus. Hoc totum breuiter etiam docuit Auguſtinus diligenter docens quod fundamentum iudicij diuini in quo *vnicuique reddetur ſecundum*

Rom. 2.
Epiſt 47.
Pſal. 58.

opera eius, eſt liberum arbitrium. Vnde ait. *Si non eſt Dei gratia quomodo ſaluat mundũ, & ſi non eſt liberum arbitrium quo modo iudicat mundum?* Et paulò pòſt. *Gratia Dei conuertit hominẽ præuenientis eum in miſericordia, vt ex impio fiat iuſtus & incipiat habere meritum, quod dominus coronabit quando iudicabitur mundus.* Hæc ille. Nulla ergo hic partitio inter Chriſtum & nos,

Meritũ proprietate noſtrum, origine Dei eſt.

quoad vitæ æternæ meritum & coronã; quia illud Deus coronat quod proprietate noſtrum eſt, origine ſuum eſt: & totum quidem ab illo totum tamen etiam in nobis.

Ad quod magis intelligendum notandum eſt Chriſti paſſionem cauſam eſſe vniuerſalem ſalutis noſtræ, opera autem & merita noſtra cauſam eſſe particularem, agentia ex vi cauſæ vniuerſalis. Quemadmodum igitur cauſæ particulares non arguunt inſufficientiam aliquam cauſæ vniuerſalis, ſed potius ſufficientiam, & vim eius magis oſtendunt, in eo quod etiam aliis cauſalitatem & efficientiam ſuam communicat (vt quod ignis cale-

Merita noſtra non arguunt inſufficientiã paſſionis Chriſti.

facit, non arguit Dei impotentiã, ſed potentiam qui talem vim igni tradidit) ſic merita F noſtra non arguunt inſufficientiam paſſionis Chriſti, ſed magis commendant eam in eo quod talem vim merendi operibus noſtris illa paſſionis virtus communicauit. Pręterea ſicuti ignis verè calefacit & totum calorem producit, ſed in genere cauſæ inferioris & ſecundariæ, ſic opera noſtra verè merentur & totam beatitudinem merentur, ſed in genere cauſæ inferioris & ſecundariæ, & denique non ſua vi agentis, ſed ex vi ſuperioris & vniuerſalis cauſæ quæ eſt in hoc genere paſſio Chriſti. Hoc enim ſenſu Chriſtus eſt,

Epheſ 1.
1. Cor 12.
Ioan. 15.

caput corporis ſui & nos eius membra; ille vitis & nos palmites: quia virtus eius in nos ipſi per fidem & charitatem vnitos iugiter influit, eiuſque paſſio (quæ eſt precium totius mundi) nobis illi per gratiam vnitis ita applicatur & appropriatur, vt noſtra opera eius ſint opera, & virtus meritum atq; efficacia noſtrorum operum quia in illo ſumus, ad vitam æternam valeat; agens videlicet in virtute eius cui vnita eſt & ſubordinata.

Quòd

A *Quòd propter doctrinam meriti iuſti non ſunt mercenarij operatores, vt cauillantur Proteſtantes.*

CAP. XIII.

POSTREMA cauillatio hæreticorum hodiè contra merita eſt, quòd
iuxra hanc doctrinam ſumus mercenarij operarores, ideoque ſeruili- *Intuitus mercedis æternæ nō facit operarium mercenarium.*
ter operamur: Amor enim mercenarius non ſtar cum charitare. Vn-
de etiam conficiunr, vitiari omnes actus bonos, fierique peccara, qui
cum intuitu mercedis ærernæ fiunt. Huic variè reſpondetur. Primũ 1.
hac ratione non ſolum viræ æternæ, ſed & cuiuſcunque alterius præ-
mij merita (qualia agnoſcunt multa Lutherani) ſimiliter euertuntur.
Mercenarius enim eſt in ſenſu proteſtantum cuiuſcunque mercedis intuitu admiſſo.
Secundò ex doctrina meriti non ſequitur neceſſario intuitus mercedis, poſſunt enim iu- 2.
ſti per opera mereri vitam æternam, quamuis in ſuis operibus vel meritum non agnoſ-
cãt, vel mercedem non reſpiciant: nempè vel humiliter de ſeſe ſentiẽdo vel ex ſolo Dei
& iuſtitiæ amore rectè operando. Tertiò mercedis intuitus adeo non eſt vitioſus, vt etiã 3.
B ſit laudabilis. Alioqui non dixiſſet Propheta. *Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas* *Intuitus æternæ mercedis eſt laudabilis.*
propter retributionem. Nec Moyſen laudaſſet Apoſtolus, *quòd reſpiciebat in remuneratorem,*
aut Abrahamum etiam *quòd expectabat fundamentum habentem ciuitatem cuius artifex & con-* Pſal. 18.
ditor eſt Deus. De Chriſto quoque ipſo non dixiſſet Apoſtolus quòd *propoſito ſibi gaudio ſu-* Hebr. 11.
ſtinuit crucem, hortans proprerea nos, *vt per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen* Hebr. 12.
aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum. Denique non *gratias egiſſet Deo audiens di-*
lectionem Coloſſenſium quam habebant in ſanctos omnes propter ſpem quæ repoſita eſt illis in cælis. Coloſſ. 1.
Poſtremò nõ toties hortaretur nos ſcriptura ad præclara pietatis opera, propoſira mer-
cede vitæ æternæ, ſi talis mercedis intuitus vitioſus eſſet. Dicit autem Chriſtus. *Facite vo-*
bis amicos de mammona iniquitatis, vt recipiant vos in æterna tabernacula. Dicit Paulus. *Exerce te-* Luc. 16.
ipſum ad pietatem, vtilis eſt enim ad omnia habens promiſſionem vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. Et ite 1. Timo. 4.
rum *ſcientes quod à domino accipietis retributionẽ hæreditatis, domino Chriſto ſeruite.* Nihil his lo- Coloſſ. 3.
cis clarius. Quibus addi poteſt, quòd quum dixiſſet Apoſtolus, *ſobriè, iuſtè, & piè viuẽdum*
in hoc ſeculo, addit, *expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei,* &c. Hoc enim de Tit. 2.
mercedis æternæ vitæ expectarione exponit Auguſtinus tract. 17. in Ioan.

Quartò, amor certè mercenarius non ſtat cum charitate vt docent vulgariter ſcho-
laſtici. S. Thom. 2 2. q. 19. ar. 4. ad 3. & Bonauentura, in 3. ſent. diſt. 27. q. 2. ſed intuitus æter 4.
næ mercedis non eſt amor mercenarius; multis de cauſis. Primò quia obiectum iſtud eſt *Intuitus mercedis æternæ non eſt amor mercenarium.*
per ſe bonum & honeſtum: qualia non ſunt bona temporalia, de quibus loquuntur ſcho
C laſtici. Secundo quia mercenarius ſic mercedem principaliter intuetur vt nõ ſolum ea
ſublata nihil faceret, ſed etiam propter ipſam mercedẽ ſolũ & potiſſimum id faciat. Iu- 1.
ſti autem mercedem quidem merito intuentur, ſed minus principaliter: ideoque etſi ſic 2.
ex amore Dei iuſtè operantur, vt eius ſpe per impoſſibile ſublata ceſſarent ab opere, ta-
men quia maximè principaliter propter amorem & gloriam Dei operantur, rectè & piè
operantur. Quam ob cauſam adiecerunt hoc in loco Patres Tridentini, *cum hoc vt in pri-* Seſſ. 6. cap. 11.
mis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam. Solus enim & maximè principalis
mercedis intuitus vitioſus eſſet. Sed talem doctrina de meritis non docet. Eſt autẽ actus
purè bonus, cuius varij quum ſint fines, maximè principalis finis eſt purè bonus; etſi cæ- *Manuale Nauarri cap. 17. nu. 209.*
teri minus principales fines minus boni ſint imò etiam ſi cũ aliquo veniali peccato con-
iuncti ſint. Tertiò quia beatitudo æterna eſt vltimus finis ipſe, ideoque non poteſt non
eſſe puri & ſancti amoris obiectum ordinatum; id eſt, ſine charitate & obedientia erga 3.
Deum appeti non poteſt: tum quia ſine hac ad illam perueniri non poteſt, tum quia vlti
mi finis nullus poteſt eſſe amor inordinatus. Maximè quum beatitudo ipſa ſaltem obie-
ctiuè, (in quo ratio finis eſt) non ſit niſi Deus ipſe, vt bonum beatificans. Non ergo mer-
cenariè aut ſeruiliter operantur iuſti, qui in ſuis bonis operibus mercedẽ intuentur æter
nam. Atque hæc ferè præcipua ſunt, quæ contra merita bonorum operum reſpectu vitæ
æternæ vel diſputant, vel cauillantur hodiè hæretici.

 D

Quod iuxta Catholicam doctrinam nemo debet de ſuis meritis confidere aut illa iactare: quod orthodoxis falſò impingunt hæretici.

CAPVT XIIII.

HVic igitur Controuerſię vt finis imponatur,illam poſtremo loco ſa-
luberrimam cautelam apponemus,contra hæreticorum calumnias.
Catholicos videlicet merita bonorum operum iuxta Scripturas do-
cere: (nam de Patrum hac in re conſenſu ideo nihil afferimus, quia
& agnoſcunt hoc hæretici & contemnunt) tamen neque in ſuis me-
ritis confidere,neque illa iactare. Nemo enim Catholicus rectè in-
Quare in meritis ſuis nemo debeat confidere.
ſtitutus in ſuis meritis confidit, vel quia ſuperuenientibus peccatis
1\. impediri poſſunt quæcunque merita, vel quia nemini ſatis conſtat de ſuis meritis, vel
2\. denique quia videri hoc modo poſſet in ſe non in domino gloriari. Quod poſtremum
3\. magis explicabitur. Nempè quia primum & potiſſimum meriti fundamentum ſuprà à
nobis conſtitutum, eſt gratia Chriſti, adiutorium inquam gratiæ, quo in ſingulis acti- E
bus ad benè ſanctéque operandum diuinitus adiuuamur, propterea & Scripturæ & Pa-
tres diligentiſſimè docuerunt in ſolo Deo ac Chriſto eius, non in nobis ipſis, non in iu-
In Chriſti meritis confidendum, non in noſtris.
ſtitia propria, non in meritis noſtris eſſe confidendum. Quare ſuper illa verba Apoſtoli.
In Chriſto Ieſu Domino noſtro, in quo habemus fiduciam & acceſſum & confidentiam per fidē eius,
annotauit rectè S. Hieronymus in paruis commentariis: *non per noſtram iuſtitiam fiduclam*
Luc 18. Suprà.lib.5. cap.9.&.12.
habemus, ſed per eum cuius fides nobis peccata dimiſit. Hæc ille. Sic etiam Phariſæus in Euan-
gelio digniſſimè reprobatur, non quia falſa erant quæ de ſuis bonis operibus dixit, ſed
quia ſtultè confidebat in eis, eadémque iactitabat: vt eſt in hoc opere alibi á nobis ex
Auguſtino explicatum. Quam etiam ob cauſam ſuper illa Prophetæ verba, *Egenus &*
inops laudabunt nomen tuum, Pſal.73. egregiè exponit Auguſtinus in enarrat. ibidem, *ege-*
nos & inopes ac denique pauperes ſpiritu quorum eſt regnum cælorum eſſe illos qui trementes verbum
Dei confitentur peccata ſua, non de ſuis meritis nec de ſua iuſtitia ſuperbiunt. Celebratur quoque
Bernardi ſaluberrima ſententia.
& illa inter flores Bernardi ſaluberrima ſententia. *Nonnunquam temporalia quæri ſolent ad*
voluptatem, virtutes ad oſtentationem; ſed & vitam æternam fortaſſis aliqui non humiliter quærunt,
ſed tanquam in ſuorum confidentia meritorum. Nec hoc dico quum accepta gratia fiduciam præſtet
orandi, ſed omnino non oportet vt fiduciam in ea conſtituat quiſquam impetrandi. Hoc ſolum con-
ferunt hæc prima dona, vt ab ea miſericordia quæ tribuit hæc, ſperemus & ampliora. Ergo quæ pro
temporalibus oratio fit, circa ſolas neceſſitates reſtricta eſt: quæ pro virtutibus animæ, ab omni impuri-
Vita æterna humiliter non confidenter quærenda.
tate aliena eſt: quæ autem pro vita æterna, circa beneplacitum Dei intenta ſit, & in omni humilitate, F
præſumens de ſola miſeratione diuina. Hæc ſapienter & ſalubriter Bernardus. Quis enim re-
ctè in doctrina meritorum inſtitutus, de illis præſumere audeat, aut in alio quam in mi-
ſeratione diuina confidere, quum ſciat & merita præterita à ſola gratia & miſeratione
Dei profecta eſſe vt verè merita eſſent, & ſine eadem gratia non poſſe ſe in poſterū me-
reri; ac ne quidem iuſtè ſanctéque quicquam operari?

Wiclephi doctrina pelagiana de meritis. Doctrinal. fidei tom.3.tit.1.cap.7.
Quare meritiſſimè Thom. Vvaldenſis illas Vviclephi ſententias, *Nemo ſperet in nuda*
oratione alterius ſed omnino in propria iuſtitia vitæ ſuæ; & iterum; *Confidat homo in merito pro-*
prio, quia ad menſuram illius Deus neceſſariò præmiabit, hæreticas eſſe pronunciauit, & Pela-
giana hæreſi nihilo inferiores. Non tamen ſic Vviclephi Pelagianiſmum reprehendit,
vt vel Catholicæ doctrinæ de meritis operum aliquid detraheret vel vt cauſam Prote-
ſtantum hilo meliorem faceret, ſed vt dilucidè & eruditè ſententæ Catholicæ mentem
explicaret: id eſt, vt gratiam primarium eſſe meriti fundamentum oſtenderet, & ratio-
ne gratiæ quæ bonorum operum radix & fons eſt, non ratione operum ipſorum exclu-
ſa gratia, deberi coronam; vt antea ex eodem oſtendimus. Quare eleganter & ſapienter
Waldenſis vbi ſuprà.
dicit, *meritum noſtrum in articulo Deum non attendere ſub ratione vel congrui vel condigni, ſed*
Deum meritum noſtrum in articulo non attidit.
gratiam ſuam aut voluntatem ſuam aut miſericordiam ſuam. Hæc ille. Meritum in articulo vo-
cat quod per ſeipſum ſolum conſideratur, præciſa & ſemota ab eo gratiæ & diuinæ ac-
ceptionis

A ceptionis acceſſione. Vt enim ſi nodum in vite, ſi inſtans in tempore, ſi terminum in
menſura aliqua præcindas à reliquo ſuo toto, cuius quaſi articulus eſt, & pũctum vnum-
quodque horum; nec palmes creſcet cui nodus abſciſſus eſt, nec tempus erit cuius nul-
lum eſt inſtans, nec certa menſura quæ ſuo certo termino caret, ſic ſi gratiam à merito
ſepares, verè coram Deo meritum non erit. Quare vt ibidem ſcribit Vvaldenſis, *ille
ſenior theologus, fidelior Catholicus & ſcripturis ſanctis magis conſentiens eſt, qui meritum ſimpliciter* *Meritum ſimpliciter nullum, ex gratia dei maximum.*
(id eſt vnica intelligentia apprehenſum & ſine gratiæ adiuncto) *abnegat, & cum modi-
ficatione Apoſtoli & Scripturarum concedit quia ſimpliciter quis non meretur regnum cælorum, ſed
ex gratia Dei aut voluntate largitoris.* Hæc ille. Sic ſanè D. Auguſt. diligẽter notat ideo Apo-
ſtolum ſua varia merita commemoraſſe, & coronam iuſtitiæ confidenter à iuſto iudice 2. Timo. 4.
reddendam expectaſſe, quia in ſingulis illis meritis ſpecialis imò ſingularis Dei gratia
præceſſit: quod etiam in ſingulis Pauli meritis accuratè demonſtrat in lib. de Gratia, &
Lib. arb. cap. 7. Merita igitur cum gratia & ex gratia non negat contra Vviclephũ Vval-
denſis eſſe verè merita, adeóq; de condigno, quod eum negare falſò iudicauit Andræas
Vega quæſt. 5. de meritis, ſed perſpicuè & copioſè cum Auguſtino docet vt ſuprà ex eo
recitauimus. Sed meritum ſeorſim acceptum ſine gratia, meritum proprium quaſi pro- *Meritum quadãnauit ſemper Eccleſia.*
priis viribus factum, damnauit Scriptura, damnant Patres, damnauit olim contra Pela-
gianos & ſemper reprobauit Eccleſia Catholica; maximè Romana. Quare iuxta hanc
meriti conſiderationem ſcripſit Auguſtinus. *Si vellet Deus pro meritis agere, non inueniret niſi* Enarrat. in pſal. 94.
B *quos damnaret.* Hoc etiã ſenſu reprobatum in Euangelio Phariſæum fuiſſe notat Vener.
Beda, lib. 5. cap. 9. ſuper Lucam. quod *bonorum operum ſub merito ſibi quaſi ſingulariter tri-
buens, oranti Publicano ſe prætulit.* Et Gregorius exponens verba Iob. *Si oſculatus ſum manum
meam ore meo.* cap. 31. *ſic dictum eſſe*, ait, *ac ſi dixiſſet. Ego mea opera tanquam mea non profero: quia* Moral. lib. 22. cap. 5.
Authoris ſui gratiam negare conuincitur, quiſquis ſibi tribuit quod benè operatur. Hæc ille. Hac igi-
tur de cauſa, de meritis ſuis nemo Catholicus cõfidere nemo illa iactare poterit aut vo-
let. Qui in illis cõfidit, qui illa iactat, illa ſibi ſingulariter tribuit, ab illis gratiã excludit,
in illis miſericordiam coronantis non conſiderat. Hoc autem Eccleſia Catholica in do-
ctrina de meritis non docet ſed damnat. Vnde orat Eccleſia in Miſſa Catholica. *Intra
quorum nos conſortium non æſtimator meriti, ſed veniæ quæſumus largitor admitte.* & in alia col- *Eccleſiæ preces tollunt confidẽtiam à merito.*
lecta, *vt qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium tuum ſed miſericordiam conſequi me-
reamur.* Denique in ſecreta Oratione Dominicæ 2. Aduentus: *vbi nulla ſuppetunt ſuffragia
meritorum, tua nobis indulgentiæ ſuccurre præſidiis.* Quæ ſic orat Eccleſia, de meritis confide-
re aut merita iactare ſuos non docet. Hac igitur adhibita cautela, doctrina de meritis
operum, vt vera ita ſana & ſalubris erit.

Finis Libri Decimi.

DE CAVSIS PECCATI CONTRA CALVINVM.

LIBER VNDECIMVS.

Quòd hæretici horum temporum peccati regnum multis modis confirmarunt, circa cauſas, remedia, & diſcrimina peccatorum.

CAPVT I. E

Matth.1. Ioan.1. Luc.24. 1.Ioan.3.

QVI attentè conſiderat, Mediatorem humani generis hac potiſſimum de cauſa in mundum veniſſe, *vt ſaluum faceret populũ ſuum à peccatis eorum, vt eſſet Agnus Dei qui tolleret peccata mundi, vt prædicaretur in nomine eius remiſſio peccatorum per omnes gẽtes*, ac denique *vt diſſoluat opera diaboli*; Rurſum non aliam magis ob cauſam acerbiſſimam mortem ſubiiſſe, quam *vt de peccato damnaret peccatum in carne, vt emundaret conſcientias noſtras ab operibus mortuis & ad deſtructionem peccati per hoſtiam ſuam appareret*, Denique ſpiritus ſui gratiam, non alio magis fine *in corda noſtra Deum miſiſſe*, quàm vt *per legem ſpiritus vitæ liberaret nos à lege peccati & mortis, in qua venundati eramus, & vt peccatũ amplius in nobis non dominaretur, qui iam non ſub lege, ſed ſub gratia ſumus*, quia ille ſolus eſt *qui portat omnia verbo virtutis ſuæ purgationem peccatorum faciens*; qui hæc inquam tria, Chriſti aduentum, mortem, gratiam, ad peccati deſtructionem deſtinata eſſe attentè conſiderat; facilè iudicabit hæreticis horum temporum peſtilentius nihil eſſe poſſe, qui quaſi patrocinio peccati publicè ſuſcepto, & peccati regnum erigere ac ſtabilire volentes de cauſis peccatorum, differentia, & remediis peſtilentiſſima docuerunt. Ac primum quidem quod ad cauſas peccati attinet, vt eius regnum validiſſimè ſtabilient, id eſt ineuitabilẽ quandam eius neceſſitatem docerent, (ex qua doctrina & ad deſperationem emendationis boni adigũtur, & ad dulces excuſationes improbi alliciuntur; ideóq; vtriq; vel præcipites in peccata feruntur, vel nullo ſtudio à peccatis abſtinere conantur) primum ſanè hominem liberè peccare negarunt, *neq; eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere*. Sic enim docuit Lutherus ar 6. Idem docuit poſt eum Melanchthon in loc. com prius editis: & in com. in epiſt. ad Rom. 1. ſuper illa verba, *Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum*; tam ille quam Bucerus idem docuerunt. Alij poſtmodum Lutherani etſi libertatem ad malum concederent, radices tamen primæ blaſphemiæ ſuæ præſcindere noluerunt. Hæ enim quum duæ eſſent, naturæ noſtræ corruptio, & Dei præſcientia malè explicata, vtramque præpoſtere tradere non deſierunt. Docent enim adhuc cõmuniter omnes corruptionem naturæ per peccatũ originale tãtam & talem eſſe vt antè gratiam quidem nihil boni faciat, ſed ſemper peccet; poſt gratiam vero Chriſti acceptam, ſic tamen infirmam & corruptam manere vt nullum opus purè & perfectè bonum proferre queat, ſed vel in omni

Rom.8. Hebr.9. Gal.4. Rom.8. 7.&.6. Hebr.1.

Hæreticis herũ temporum nihil peſtilentius.

Peſtilentes hodie hæreſes circa cauſas peccati. F

1.

Duæ radices neceſſitatis ad peccãdum adhuc à proteſtantibus defenſæ.

2. bono opere etiam renatus peccet, vel certè in omni bono opere etiam renati & iuſti ali-
3. qua ſemper imperfectio damnabilis (remoto imputationis vmbraculo) & immunditia
4. inhæreat. Quæ doctrina etſi libertatem peccandi doceat à coactione liberam, ſpontaneam ſcilicet qualis eſt volũtatis actio circa finem ſuum naturalem, tamen à neceſſitate

peccandi

A peccandi ineuitabili,liberam eſſe humanam mentem negat. Manet ergo adhuc ex parte
naturæ noſtræ radix eius blaſphemię quæ libertarem ad malum negauit. Rurſum quum
altera eiuſdem blaſphemiæ radix eſſet ipſa præſcientia Dei,quæ ſecudum illos homines
ad malum deſtinando ad peccarũ impelleret,(vnde Deus ipſe authorpeccati ſtatuere-
tur) Lutherani quidem conſequens hoc horrendum verbo ſaltem refugerunt; Caluini-
ſtæ vero ſic mordicus amplexi hoc ſunt,vt etiam hodie flagitioſiſſimè doceant ex præ-
ſcientia diuina deſtinari impios ad peccaudum, atque adeo Deum ipſum eſſe peccati 5.
Authorem impulſorem & operatorem efficacem. Has ergo omnes hæreſes circa pec- *Blaſphemia cal*
cati cauſas euomuerunt horum temporum hæretici. Sed priores illas hæreſes contra *uiniana.*
libertatẽ peccandi & de neceſſitate peccandi ex parte naturæ corruptæ,iam olim pro-
fligauimus partim in Contr.de Grat.& Lib.arb.partim etiam in Cõtr. de reliquiis pec- Supra lib.4.
cati originalis ſiue de corruptione humanæ naturæ. Poſtremam tantum hoc loco hære- Suprà lib.2.
ſim & quę Caluiniſtarum propria eſt,quæ nimirũ cauſam peccati in Deum ipſum conii-
cere nõ eſt verita, ſtudioſè proſequemur. Hac enim hæreſi teterrima profligata, corruet
ſua ſponte & illa alia de prædeſtinatione Dei ad malum, tam in genere reprobotũ om-
nium,quam in particulari peccati alicuius temporalis ſiue electorum ſiue reproborum.
Si enim oſtendi poteſt nullo modo Deum peccati vel Authorem, vel impulſorem, vel
operatorem eſſe poſſe,conſequetur certè nec ad illud quatenus tale Deum hominẽ ali-
quando deſtinare. Et certè ex iſta præſcientia Dei ad malum (quam ſemel conceptam
B Caluinus deponere noluit,)ad hanc dementiam deuenit,vt etiam Authorem,impulſo-
rem,atque operatorem peccati efficacem,Deum eſſe ſtatueret. Hoc enim ad Dei proui-
dentiam & præſcientiam pertinere Caluinus ſæpius inculcat: *ne videlicet* (ait Cal.) *in locũ* Inſt. li.1. c.18.
prouidentiæ Dei nudam promiſſionem ſubſtituamus,ac ſi in ſpecula ſedẽs expectaret fortuitos euentus: ſect.1.
atque ita eius iudicia penderent ab hominum arbitrio. Hęc ille. Hac ergo hæreſi deteſtabili prius
euerſa,de deſtinatione Dei ad malum dicere non erit opus. Atque hæ ſunt hæreſes ho-
rum temporum circa peccati cauſas quarum omnium vnicam tãtum in hac diſputatio-
ne complectemur.

Circa diſcrimina peccatorum duæ potiſſimum hæreſes hoc tẽpore prolatæ ſunt. Vna *Hæreſes hodier-*
ſanè quæ vnicum tantum peccatum eſſe diceret:ſolam videlicet incredulitatem; ſicuti *næ circa diſcrimi-*
vnica etiam virtus eſſet,ſola fides. Hoc vnũ erat ex paradoxis Lutheri, quod ipſi poſtea *na peccatorum.*
Lutherani correxerunt quidem verbotenus,ſed ita tamen vt in ſola fide omnem iuſti- 1.
tiam & ſalutem nihilominus cum Luthero ponentes ab eius paradoxo reipſa non mul-
tum deflexerint. Si enim ſola fides ſaluat & iuſtificat,profectò ſola incredulitas damnat:
ideóque ſola incredulitas eſt peccatum damnans & vaſtans conſcientiam,quod ſcholæ
peccatum mortale vocant. Sed hanc hæreſim ſatis tunc confutauimus, quando ſolam 2.
fidem euertimus altera hæreſis eſt nullum diſcrimen eſſe peccatorum, ſed omnia eſſe
mortalia nullum veniale. Hanc hæreſim adhuc tenent Caluiniſtæ: & hanc in præſenti
quoque diſputatione tractabimus.

Circa remedia peccatorũ luculentius adhuc peccati & Satanæ regnum pręſentes hæ- Lib. ſeq.
C reſes conſtabilierunt. Primum enim docuerũt peccatorum remiſſionẽ nullam eſſe verã *Hæreſes moder-*
ſed imputatiuam tantùm,manentibus ſemper in nobis non reliquiis tantũ & fibris, ſed *næ circa remedia*
ipſis radicibus peccati,eiuſq; propria turpitudine & reatu. Hanc peſtilẽrem hæreſim in *peccatorum.*
controuerſ.de concupiſc.in renatis obiter confutauimus. Deinde cõformiter huic hæ- 1.
reſi aliam addiderunt,quod mortificatio & victoria peccati per Chriſtum (quam toties 2.
Scriptura docet & inculcat)non eſt adiutorium gratiæ per Spiritũ S. qua fit *vt peccatũ nõ*
dominetur in nobis qui ſumus ſub gratia,nõ ſub lege. Sed eſt partim perpetua in hac vita remiſ- Rom.6.
ſio peccatorum per Chriſtum facta,partim ipſius Chriſti imputata nobis iuſtitia. Hanc
peſtilentiſſimam hæreſim tradit Caluinus, vtcunque illam doloſè admodum diſſimu-
lat. Vtrunque hoc loco explicabimus,& hæreſim eius & fraudem. Tertia adhuc hæreſis 3.
(ſed quæ multas alias in ſe continet)circa remedia peccati hodie eſt, nullam eſſe vel in
ieiuniis,vel in orationibus,vel in eleemoſynis,vel in quocunq, opere noſtro peccati ſa-
tisfactionem quæ ad eius remiſſionem coram Deo quicquam valeat. Imò nec ſacramẽ-
ta ipſa ad remedium peccati ſed tantum ad confirmandam & ſubleuandam ſpecialem
ſuam fidem inſtituta eſſe dogmatiſant. De his omnibus in præſenti opere nihil. In Con-
trouerſiis circa doctrinam ſacramentorum dabitur de his diſputandi locus.

Singularis Caluini hæreſis (olim Pelagiana) quod victoria peccati per Chriſtum non eſt adiutorium gratiæ per Spiritum S. quam fraudulenter tegit, detegitur, & ex verbis eius manifeſtatur. D

CAPVT II.

Inſtit. lib 3. cap 3. ſect 8. & 9.

NVNC vt ad Caluini & hæreſem (ſecundo loco poſitam) & fraudem explicandam veniamus, docet quidem ille diligenter pœnitentiam in Scripturis commendatam, *eſſe quandam regenerationem & reſurrectionem à peccato: huius quoque eſſe duas partes mortificationem & viuificationem. His etiam verbis hoc ſignificari, vt deſinas à malo & facias bonū. Deinde vtrunque hoc ex Chriſti participatione nobis contingere, quia morti eius communicando, eius virtute crucifigitur vetus noſter homo & peccati corpus emoritur. Moritur autem non vno momento aut die, ſed per continuos profectus carnis corruptelis ſenſim abolitis.* Hæc ille. Prorſus de reali regeneratione & renouatione vt videtur. Docet quoque *virtutem Spiritus S. ſubminiſtrari qua ſuperiores in certamine contra peccatum victoréſque fiamus.* Alibi quoque docet *Spiritum Sanctum à purgandi energia aquam dici, ignem quoque vocari, quia concupiſcentiæ noſtræ vitia aſsiduè excoquit & exurit; corda noſtra incendens amore Dei & ſtudio pietatis.* Hæc omnia Caluinus de mortificatione peccati per Spiritum S. ſatis (vt videtur) orthodoxè, ſed re vera callidè & doloſè. Non enim in his omnibus locis intelligit veram & realem mortificationem peccati per gratiam Spiritus S. quam Chriſtus nobis promeruit; ſed intelligit imputatiuam reformationem factam per Chriſtum, in quo ſolo realiter erant dona Spiritus Sancti. Sic homo improbus mentem ſuam aliis in locis apertius explicauit. Ait enim diſputans pro ſua imputatiua iuſtitia contra Oſiandrum. *Non negamus quin reformet nos Deus Spiritu ſuo in vitæ ſanctitatem & iuſtitiam: ſed primò videndum eſt faciatne hoc per ſe & immediate an verò per manum filij ſui, penes quem omnem plenitudinem Spiritus depoſuit, vt ſua abundantia membrorum inopiæ ſubueniret.* Hæc ille docens apertè non reformari nos Spiritu S. immediatè, quaſi illo operante in nobis, ſed ideo reformari à Spiritu Sancto quia Chriſti plenitudo nobis ſubuenit; id eſt, iuxta eius perpetuam doctrinam, nobis imputatur. Nam & ideo in primis eius verbis allegatis, ſi rectè aduertimus, docuit *mortificationem & viuificationem nobis contingere ex Chriſti participatione*; itémque *eius virtute corpus emori quia eius morti communicamus.* Hanc enim participationem & communicationem non niſi imputatiuā ſemper intelligit Caluinus. Hac enim de cauſa docet proprium Spiritus S. officium eſſe, *beneficia Chriſti in cordibus noſtris obſignare.* Inſtit. li. 3. c. 1. ſect. 1. Rurſum, *ſanctificationem Spiritus hanc eſſe, quod in ſpem colligat æternæ hæreditatis.* ſect. 2. item ideo vocari *Spiritum adoptionis quia nobis teſtis eſt gratuitæ erga nos beneuolentiæ Dei.* ſect. 3. Denique quia *fides præcipuum eſt opus Spiritus S. ad eam magna ex parte referri quæ ad vim & operationem Spiritus S. in nobis exprimendam in ſcripturis paſsim occurrunt.* ſect. 4. In hoc ergo ponit Caluinus Spiritus S. operationem in nobis, quòd obſignat, confirmat & teſtificatur gratuitam non ſolum remiſſionem peccatorum, ſed etiam abundantiam donorum Dei per Chriſtum nobis imputatam, & communicatam; quando videlicet fide apprehenduntur, quæ eſt præcipuum Spiritus Sancti opus.

Cap eodem ſect. 11.
Lib eodem cap. 1 ſect. 3.
Ezechiel. 36.
Luc 3
Lib. eodem cap. 11. ſect. 12.
E
F

Hac etiam de cauſa negat diſertè Caluinus gratiam Chriſti vel Spiritus Sancti in adiutorio illo conſiſtere, quo infirma noſtra ad bonum voluntas, ad virtutē excitatur & confirmatur. Reprehendit enim hoc nomine ſcholaſticos, quòd *gratiam Dei* (ſunt eius verba) *non gratuitæ iuſtitiæ imputationem, ſed ſpiritum ad ſtudium ſanctitatis adiuuantem interpretantur.* Auguſtini quoque ſententiam ibidem taxat, quòd *gratiam Dei ad iuſtificationem refert, qua in vitæ nouitatem per Spiritum regeneramur.* Hæc ille. Hanc enim re vera Dei gratiam contra Pelagium defendit ſemper Auguſt. vt alibi oſtendimus. Denique ſuam ſententiam verſipellis hæreticus adhuc apertius alio in loco declarat. *Nemo,* inquit, *benè in Chriſto fundatus eſt, niſi qui ſolidam habet in ipſo iuſtitiam: quando non dicit Apoſtolus miſſum eſſe Chriſtū quo ad iuſtitiam conſequendam nos iuuet, ſed vt ipſe ſit noſtra iuſtitia.* Et rurſum. *Apoſtolus præfatus ſe aliíſque*

Inſtitut. lib. 3. cap. 11 ſect. 15.
Lib codē ca. 15. ſect 5.
Lib. eod. cap. ſect. 2.

A *aliíſque Iudæos, ſcientes quòd ex legis operibus non iuſtificetur homo, in Ieſum Chriſtum credidiſſe, rationem ſubucit, non vt adiuuarentur ad iuſtitiæ ſummam, ex fide Chriſti, ſed vt illa iuſtificarentur.* Hic iterum adiuuantem Chriſti gratiam apertè negat. Poſtremò hæc eſt vna pars libertaris Chriſtianæ quam docet Caluinus, *vt fidelium conſcientiæ dum coram Deo volunt iuſtificari totam legis iuſtitiam obliuiſcantur. Sic enim nos eſſe ab illa ſolutos, vt nulla prorſus operum ratio habenda ſit.* Hæc ille. His ergo in locis apertius ſe prodit, manifeſtè negans partim Chriſti gratiam eſſe adiutorium ad mortificarionem peccati vel ad vitæ nouitatem inſtiruendam, partim opera iuſtitiæ ad iuſtitiam coram Deo nihil pertinere, dilucidè aperiens quo ſenſu dixerat *reformari nos Spiritu S. per manum filij in quo quũ omnis ſit plenitudo Spiritus S. eius abundantia noſtræ inopiæ ſubuenit*: nẽpe nos participatione Chriſti diuites eſſe, & ipſum quoq; Spiritum S. ad reformationem habere; quia quicquid Chriſtus haber noſtrũ eſt.

Lib. eodẽ cap. 19. ſect. 2

Eluceſcet autem adhuc magis hęc Caluini aſtutia in alio exemplo. Docet nẽpe fidem ideo ſine operibus non iuſtificare, quia per fidem imputanrur & communicanrur bona opera Chriſti. Ait enim. *Non ſomniamus fidem bonis operibus vacuam, aut iuſtificationem quæ ſine illis conſtat.* Hoc autem quo ſenſu ſit verum explicans, ait. *Fide iuſtificamur quia fide apprehendimus Chriſti iuſtitiam. Hanc autem apprehendere non poſſes, quin & ſanctificationem ſimul apprehendas. ſunt enim indiuiduo nexu coniuncta hæc beneficia. Ita liquet quam verum ſit nos non ſine bonis operibus neque tamen per illa iuſtificari, quia in Chriſti participatione qua iuſtificamur non minus ſanctificatio continetur quàm iuſtitia.* Hæc ille. Vide ergo manifeſtam eius hæreſim & fraudem. Docet non ſine bonis operibus aut ſanctificatione nos iuſtificari, quia in Chri-

Quo ſenſu Caluinus docet fidẽ ſine operibus iuſtificare.
Inſtitu lib. 3. cap. 16. ſect. 1.

B ſto quem participamus ſunt bona opera & ſanctificatio. Docet per Spiritũ S. nos à peccato reformari, quia in Chriſto quem participamus eſt tota plenitudo Spiritus S. participamus autem Chriſtum non realiter ſed per imputationem iuſtitiæ eius quam fide apprehendimus. Ipſam ergo ſanctificationem & peccati mortificationem atque victoriam non realiter & verè ſecundum Caluinum conſequimur per adiutorium gratiæ operãtis in nobis, ſed imputatiuè tantum & imaginarie habemus ſicuti ipſam iuſtitiam. Hæc eſt peſtilentiſſima nec minus doloſa Caluini hæreſis circa peccati deſtructionem & mortificationem in nobis non veram, ſed imputatiuam tantum: qua vna hæreſi peccati regnum ita ſtabilitur, vt planè inuictũ & inſuperabile manere oſtendatur. Sed hanc hęreſim iam olim etiam ſatis confutatã dedimus partim in cõtrouerſia de iuſtificatione, maximè in cap. 3. probationum & cap. 1. obiectionum: partim in Controuerſia de imputatiua iuſtitia: maximè in duabus vltimis propoſitionibus.

Suprà lib. 2. cap. 4. & 9.
Lib. 7. cap. 5. & 6.

Quatenus iuxta ſanam doctrinam Deus Opt. Max. circa peccatũ agat, vel non agat. & quatuor impietatis puncta, quibus hac in re terminos ſanæ doctrinæ Caluinus horrende exceſſit, exponuntur.

CAPVT III.

IN hac ergo præſenti concertatione primùm de cauſa peccati contra Caluinũ, ac poſtea ſeorſim de diſcrimine peccatorũ contra tam Lutheranos quã Caluiniſtas diſputari, illud primo loco breuiter prænotabimus, quatenus iuxta ſanam doctrinã circa peccatũ agat Deus vel

C non agat; vt videlicet veritatis terminis & finibus ritè perſpectis, in quo vel quibus falſitas hodiè hæretica excedat & aberret, luculẽtius intelligatur. Deus Opt. Max. vt eſt totus quãtus quãtus eſt, bon⁹ & ipſa bonitas, ita quicquid vel in rebus creauit, vel in iam crearis operatur, bonũ eſt. De creatis rebus dicitur. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* De operibus dicitur. *Dei perfecta ſunt opera & omnes viæ eius iudicia. Deus fidelis abſque vlla iniquitate iuſtus & rectus.* Nulla igitur vnquã execrabilior doctrina fuit, quã Deum alicuius mali & maximè pecti authorem ponere. Doctrinæ huiuſmodi aſſertorem Plato in rep. nõ ferendum cẽſuit, vt ex eo narrat Theodoretus. D. Baſilius pro eodem habet negare eſſe Deum, & authorem peccari Deum ponere, in homil. quod Deus non eſt author peccati. Primum hereticum qui hoc docere eſt auſus Florinum videlicet omnes aliorum hæreſes impietate ſuperaſſe ſcribit Irenæus apud Euſebium. Quare cæteri hæretici qui peccati cauſam ſuperiorem quærebant, quam ipſam hominum voluntatem, maluerunt

Quatenus circa peccatum Deus agat vel non agat.
Geneſ. 1.
Deuteron. 32.
De curat. græc. affect. lib. 5.
Hiſtor. eccleſ. lib. 5. cap. 19.

duo principia & duos Deos ponere, alterum bonum alterum malum qui totius mali D
author eſſet, quàm verum & bonum Deum peccati cauſam docere. Tales erant gnoſtici, Cerdon, Marcion & Manichæus, vt ex Tertulliano, contra Marcionem & Auguſtino in libro de hæreſ. conſtat. Et reuera quum Deus ſit ipſa bonitas, & omnium rerum perfectio naturaliter, eius prorſus naturæ repugnat aut velle, aut præcipere, aut operari aliquod propriè malum & maximè peccatum. Atque ideo qui Deum authorem mali ponit, Dei naturam id eſt Deum negat. *Non poteſt enim arbor bona malos fructus facere*, ait Saluator: *Et ſi radix ſancta eſt, & rami quoque*: ait Apoſtolus. *Deus enim lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ*; ait Ioannes.

Matth. 12. Rom 11. 1. Ioan. 1.

Tria grauiſſima abſurda ſi Deus eſt author peccati. 1. Ioan. 3.

Poſtremò condemnatur hæc doctrina tribus grauiſſimis de cauſis. 1. quia ſi Deus ſit author peccati, nihil differret Deus à Diabolo cuius reuera opera ſunt peccata, vt docet S. Ioannes. 2. quia hac ratione nulla eſſet amplius cōſcientia peccati: ſed brutorū more ſequeretur vnuſquiſq; cupiditates ſuas quas à Deo eſſe non dubitaret. 3. quia nulla deinceps peccata aut maleficia puniri poſſent, imò laudari debeant quæ deum authorem haberent. Has ergo ob cauſas Deū nullo modo peccati cauſam, aut Authorem eſſe omnes non ſolum Chriſtiani, ſed etiam qui naturæ ductum ſequuti ſunt perpetuo docuerunt. Tamen quia Dei prouidentiam & ſcientiam etiam practicam circa mala verſari, non ignorabant theologi & veteres Chriſtiani, illam ſic diligenter explicarunt, vt voluntatem Dei à peccati (quatenus peccati, id eſt quatenus deformitatis & defectus à recta regula ſeu rationis ſeu voluntatis diuinæ) vel operatione, vel volitione, vel iuſſione liberrimam eſſe ſemper docerent. Duobus autem tantum modis ad peccati in genere E
operationem & effectum concurrere Deum tradiderunt. Nimirum vel permittendo ea fieri, vel ordinando facienda aut iam facta, ad bonum finem pro ſua infinita ſapientia. Vtrumque eruditè docuit Auguſt. his verbis. *Non ſineret bonus fieri male, niſi omnipotens etiam de malo facere poſſet bene.* Hæc ille. *Melius enim iudicauit de malis benefacere, quam mala nulla eſſe permittere. Nec* melius tantum, ſed & *potentius hoc eſſe* Deus indicauit. Vt idem doctor alibi docet: vbi etiam ad ſapientiam quoque Dei idem pertinere docet. *Tantæ* (inquit) *ſapientiæ tantæque virtutis Deus eſt, vt in eos exitus ſiue fines quos bonos & iuſtos ipſe praſcius, tendant omnia quæ voluntati eius videntur aduerſa.* Hæc ille. Quatenus autem peccatum eſt pœna peccati, qualis eſt excæcatio & obduratio cordis in malum, huius ſanè cauſam in Deo quoque non niſi dupliciter poſuerunt orthodoxi. Vno modo per ſubtractionem gratiæ deſerēdo quos indurat, qui vulgatiſſimus eſt. Alio modo *etiam per potentiā* (vt docuit Auguſtinus, non quidem potenter impellendo ad peccandum, ſed potenter ſubminiſtrando media & oportunitates, quibus animus impius ad malum vtatur, & maximè permittendo tentationes Diaboli iuxta illud Pſalm. 77. *Miſit in eos iram indignationis ſuæ, immiſſiones per Angelos malos.* Cuius rei illuſtrè exemplum eſt in deceptione Achab. In his ergo duobus circa peccatum in genere, permittendo ſcilicet & ordinando peccata; in duobus etiam circa peccata quæ ſunt peccatorum pœnæ, deſerendo ſcilicet peccatores & Satanam tolerando; prouidentiam, ſapientiam, atque omnipotentiam Dei ſatis ſaluari ac defendi poſſe, omnes hactenus pij & docti exiſtimarunt. Sic olim contra F
Vviclephum & eius complices Thomas Vvaldenſis in Doctrinal. fidei libro 1. capite 28. & ſcholaſtici poſtea vnanimiter tenuerunt. Inter quos vide de priori modo Sanct. Tho. 1 p. quæſt. 13. ar. 16. & q. 19. art. 9. ad 3. arg. Item de poſteriori, t. 2. q. 79. ar. 3. & q. 87. arti. 2.

Quomodo Dei prouidentia & ſcientia ſit practica etiam circa mala culpæ.

Enchirid cap 100. Ibidem ca 27. De Ciuit. Dei lib. 22. cap. 1.

Ad peccatum quod eſt pœna pecc. ſe Deus dupliciter habeat.

1. Contra Iulianū lib. 5. cap. 3.

3. Reg 22.

Sed nefarius Caluinus his finibus ſanæ doctrinæ non cōtentus, vlterius pergit, & ſub prætextu prouidentiæ & omnipotentiæ Dei amplificandæ, ſed re vera ad peccati & Satanæ regnum dilatandum atque confirmandum, quatuor puncta peſtilentiſſima adiecit, ex veterum hæreticorum ſententiis & Paganorum quorundam placitis deprompta.

Impietatis Caluiniana 4. puncta.

1. Primū eſt quòd Deus vult ipſum peccatū voluntate efficaci ſiue actiua non permiſſiua
2. tantum. Secundum eſt operari Deum in nobis peccatum, non ordinare tantum ad ſuos
3. fines. Tertium eſt Deum ad peccatum nos commouere & excitare, non deſerere tan-
4. tùm aut ſua nos interdum gratia deſtituere. Quartum eſt etiam ad peccandum nos à Deo deſtinati & neceſſitate plus quam fatali impelli. Hanc nunc teterrimā eius doctrinā
Diſtributio futuræ diſputationis 1. vt explicemus, primum quibus verbis ac locis illā tradat, ſigillatim & clarè oſtendemus.
2. Deinde quibus fucis & technis illam fruſtrà occultare, vel etiam excuſare conetur, ex-

plicabimus

A plicabimus: Poſtremò argumenta, quibus illam confirmat cõfutabimus. Atque hic erit
huius primæ diſputationis contra hanc primam hæreſim, finis & terminus.

Primum impietatis Caluinianæ punctum, quòd Deus non ſolum permittit, ſed & vult actiua & efficaci voluntate peccatum, exponitur.

CAP. IIII.

PRIMVM ergo impietatis punctum traditurus Caluinus, circa prouidentiam Dei nullum ponit diſcrimen in bonis & malis; ſed dicit: *quã-*
tum ad homines attinet ſiue boni ſint ſiue mali, eorum conſilia, volũtates, cona-
tus, facultates ſub manu Dei ſic eſſe, vt flectere quo libuerit ac quoties libuerit Inſtitu. lib. 1.
conſtringere in arbitrio eius ſitum ſit. Hæc ille. Hoc ſanè de bonis ita ſe cap. 17. ſect. 6.
habere agnoſcunt Doctores Catholici. In malorum autem conſiliis, "
& volũtatibus Deum ſuo aliquo arbitrio aut moderamine actiuo vti
negant, ait Caluinus. Propterea docet Satanam tentaſſe Iob, *non ſolum Dei promiſſu, ſed etiã*
B *mandato.* Et mox docet Semei malidicentem ideo ſuſtinuiſſe Dauidem, quia *non ſine Do-* Eodem cap.
mini motu illum maledicere intelligeret: moxque in omni iniuſta hominum vexatione, iubet ſect. 7.
nos *omiſſa hominum improbitate, ad Deum animo conſcendere, ac pro certo ſtatuere iuſta eius diſpen-* Sect. 8.
ſatione fuiſſe & permiſſum & immiſſum (nota vtrumque) *quicquid hoſtis ſceleratè in nos admiſit.* "
Rurſum in eadem ſectione dicit, *tam Diabolum quam improbos omnes à Deo armari ad conflictũ* "
contra nos & huius rei conſiderationem vtiliſſimam eſſe ad ſedandos omnes iracundiæ impetus admo- "
nitionem: quaſi videlicet aliter placari non debeamus, niſi Deum ipſum authorem ſcele- "
ris eſſe quo iniuſtè affligimur, intelligamus. Sed apertius adhuc in eodem libro ſuam ſen
tentiam manifeſtat. Primum enim ſic docet peccatum eſſe opus commune Deo, Dia-
bolo, & hominibus impiis, vt *vana ſit diſtinctio vulgaris inter agere & permittere. Abſurdum,* Cap. 18. ſect. 1.
inquit, *videtur volente ac iubente Deo excæcari hominem. Tergiuerſando itaque effugiunt Dei tantũ* "
permiſſu non etiam voluntate hoc fieri. Ipſe vero palam ſe facere pronuncians, effugium illud repudiat. "
Hæc ille. Manifeſtè docens Deum non ſolum permittere peccata, ſed & velle ac iubere, "
ac denique facere ea. Hoc autem adhuc manifeſtius fit ex probationibus quas ſubiungit
eodem loco. *Quia* (inquit) *vera eſt illa ſententia, dominus dedit dominus abſtulit &c. Colligimus*
eius probationis cuius Satan & ſceleſti latrones miniſtri fuerunt Deum fuiſſe Authorem. Ecce aper- Ibidem.
tè dicit Deum eius ſceleris authorem fuiſſe cuius miniſter erat Diabolus, vbi plus tri- "
buit Deo in ratione peccati quam Diabolo. Mox de excæcatione Achab per Spiritum
mendacem in ore Prophetarum 2. Reg. 12. dicit Caluinus. *Si Dei iudicium eſt excæcatio &*
C *amentia Achab, nudæ permiſſionis figmentum euaneſcit, quia ridiculum eſt, iudicem tantum permit-* Ibidem.
tere non etiam decernere quid fieri velit, & mandare executionem miniſtris. Hæc ille Ibidẽ. In hoc "
ergo rurſum exemplo vult Caluinus, Dei voluntatẽ & decretum ad deceptionẽ Achab "
tanquam principalem cauſam concurrere, Diabolum autem ſiue ſpiritum mendacem,
& ipſos prophetas mendaces, miniſtros Dei in hac deceptione fuiſſe. Probat autem cer-
tam Dei voluntatem & decretum interueniſſe exemplo Iudæorum, qui Chriſtum cru-
cifixerunt, de quibus Apoſtoli dicunt, *eos illa feciſſe quæ manus & conſilium Dei decreuerãt fie-*
ri. Confirmat etiam adhuc magis ex maledictione Semei contra Dauid, dicẽte Dauide: Act. 4.
Dimittite eum vt maledicat: dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid. Ex his omnibus pro-
bat Caluinus Deum non ſolum permittere ſed etiam velle & decernere, adeoque inter-
dum præcipere ſcelera impiorum hominum, ideoque eſſe hoc ſenſu Authorem pecca-
ti: nugari autem eos & ineptire, qui *in locum prouidẽtiæ Dei nudam promiſſionem ſubſtituunt, ac*
ſi in ſpecula ſedens expectaret fortuitos euentus, atque ita eius iudicia penderent ab hominum arbitrio. Ibidem.

Secundum impietatis Caluinianæ punctum, quòd Deus non tantum ordinat peccatum ad certos fines, ſed etiam operatur idipſum ſua propria actione, declaratur. D

CAPVT V.

Inſtitut. lib. 1. cap 18. ſect. 1.

SEcundum impietatis punctum quod Caluinus docet, eſt Deum non ordinare tantum peccata impiorum ad certos fines bonos, ſed etiam operari illa ipſa in nobis propria ſua & peculari actione. *Abſolon* (inquit) *inceſto coitu patris torum polluens deteſtabile ſcelus perpetrat. Deus tamen hoc opus ſuum eſſe pronunciat verba enim ſunt. Tu feciſti abſcondite, ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael & in conſpectu ſolis huius.* Hæc ille. Ecce vult inceſtũ Abſolonis eſſe opus Dei. Sed adhuc clarius hanc ſuam mentem homo impius aperit, aliis in locis, vbi ex propoſito diſputat quomodo operetur Deus in cordibus hominum. Ait enim *afflictionem Iob non minus fuiſſe opus Dei quam Satanæ.* ſect. 2. *Deum enim in reprobis ſuo modo agere quia Satan ipſe pro Dei nutu atque imperio huc atque illuc ſe inflectit ad exequenda iuſta Dei iudicia.* Hæc ille, docens Satanam, non ex malitia ſua, ſed ex Dei imperio homines ſeducere. Quod vt magis perſuaderet, addit. *Omitto hic vniuerſalem Dei motionem vnde creaturæ omnes efficaciam quiduis agendi ducunt: De illa tantum ſpeciali actione loquor quæ in vnoquoque facinore apparet. Idem ergo facinus Deo, Satanæ, homini aſſignari videmus non eſſe abſurdum.* Hæc ille. Moxque ſect 3. reprehendit veterum religionem quòd ſimplicem veritatis confeſſionem in hac parte reformidarent; & conqueritur ne ipſum quidẽ Auguſtinum illa ſuperſtitione interdum ſolutum eſſe. Nempè vbi docet Auguſtinus indurationem & excæcationem non ad operationem Dei, ſed ad præſcientiam ſpectare. *At iſtas argutias* (ait Caluinus) *nõ recipiunt tot ſcripturæ locutiones quæ plus aliquid Dei quam præſcientiã interuenire clare oſtendunt.* Hoc autem plus Dei in excæcatione reproborum, explicat mox Caluinus duplici ratione fieri 1. ſubtractione gratiæ & luminis diuini, quod orthodoxũ eſt. *Secunda ratio* (inquit Caluinus) *quæ multo propius accedit ad verborum proprietatẽ eſt, quòd ad exequenda ſua iudicia per miniſtrum iræ ſuæ Satanam & conſilia eorum deſtinat quo viſum eſt, & voluntates excitat & conatus firmat.* Hæc Caluinus: vbi docet nõ ſolũ quòd Deus impiorum conſilia deſtinat & ordinat, ad bonum ſcilicet, (quod orthodoxum eſt) ſed etiam quod *impiorum voluntates excitat & conatus firmat,* quod hæreticũ & Satanicum eſt. Mox autem ſect. 4. ſequenti clarius ſe explicat. *Secundum priorem* (inquit) *rationem dicitur: lex peribit à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus. Errare fecit eos in inuio & non in via. Quare errare nos feciſti domine de viis tuis? indurasti cor noſtrum &c. Iudicant enim hæc loca* (inquit Caluinus) *quales potius Deus homines faciat deſerendo, quam qualiter opus in ipſis ſuum peragat. At ſunt alia teſtimonia quæ vltra procedunt qualia ſunt de pharaonis induratione. Indurabo cor pharaonis ne vos audiat ac dimittat populum. Poſtea dicit Deus ſe aggrauaſſe cor illius & roboraſſe. An vero indurauit non emolliendo? Id quidem verum eſt. Sed plus aliquid fecit, quod obſtinatione pectus eius obfirmandũ Satanæ mandauit: vnde prius dixerat, tenebo cor illius.* (Sic enim legit Caluinus illud, Exod. 7. Ego indurabo cor eius.) Sed & aliis exemplis magis adhuc ſuam dementiam potius quã ſententiam patefacit. *Egreditur populus ex Aegypto: prodeunt obuiam infeſti regionis incolæ, Vnde excitati. Moſes certè populo aſſerebat dominum fuiſſe qui corda eorum roboraſſet. Indurauerat dominus Deus tuus ſpiritum eius, & obfirmauerat cor illius ita, vt traderetur in manus tuas. Propheta vero eandem Hiſtoriam recitans dicit. Conuertit cor eorum vt odirent populum eius & dolum facerent in ſeruos eius. Iam dicere non poſſis deſtitutos domini conſilio impegiſſe. Nã ſi roborantur & vertuntur, deſtinato inflectuntur ad idipſum. Ad hæc, quoties in populi tranſgreſſiones vindicare illi placuit, quo modo opus ſuũ in reprobis adimpleuit? vt videas efficaciã agẽdi penes ipſum fuiſſe, illos miniſteriũ dũtaxat præbuiſſe.* Quare Eſa. 5. & 7. itẽmq; Ezech. 12. & 17. ac deniq; Iere. 50. impios *ſuæ vindictæ inſtrumenta* vocat Deus. *Sed præcipuè declarauit hoc Deus quũ Sennacherib ſecuram vocat quæ ad ſecandum manu ſua & deſtinato fuit & impacta.* Hæc ibi Caluinus manifeſtiſſimè docens impiorum voluntates impias, non ſolum à Deo ordinari quum ſint ex ſe impiæ, ad certos fines bonos, ſed etiam efficaciter excitari vt ſint impiæ, vt certo eius conſilio deſtinari ac

Inſtitut. lib. 1. cap. 4. ſect. 1.

Caluinus Satanæ aduocatus.

Ibidem ſect. 3. Vbi ſupra.

Ezechiel 6. Pſal. 106. Eſai 63.

Deuteron. 2. Pſal. 104.

E

F

nari ac fortiter impelli ad ipſam animi malitiã & duritiam qua laborant. Explicat adhuc ſe clarius Caluinus in ſeq. verbis. *Dicitur ſæpius quod Saülem arripuit ſpiritus Domini malus, & ſpiritus malus à Domino. Ad ſpiritum ſanctum id referre nefas eſt. Spiritus ergo impurus, Dei ſpiritus vocatur, quia ad eius nutum potentiãmque reſpondet, inſtrumentum magis ipſius in agendo quàm à ſeipſo Author. Simul addendum eſt quod à Paulo traditur, diuinitus efficaciam erroris ac ſeductionis immitti, vt credant mendacio.* Hæc Caluinus egregiè Satanæ cauſam agens; quem Authorem eſſe negat ſeductionis impiorum, ſed inſtrumentum tantum, Authorem autem Deum. Manifeſtum eſt igitur ſic negare Caluinum promiſſionem nudam atque ordinationem ipſorum peccatorum ad certos fines bonos in Deo, vt præterea ponat Deum operari & facere ipſa peccata in impiis, miniſterio ipſius Satanę atque impiorũ ipſorum; excitare etiam & impellere eos ad peccandum, ac denique operum impiorum magis principaliter eſſe Authorem & cauſam, quàm vel ſatanam vel ipſos impios.

Ibidē ſect. 5. — *2. Theſſal. 2.* — *Caluinus Satanæ aduocatus.*

Tertium impietatis Caluinianæ punctum Deum non deſerere tantum impios, ſed etiam ad peccandum incitare, & commouere, manifeſtatur.

CAPVT VI.

B

TERTIVM impietatis punctum quod docet Caluinus eſt, Deum non deſerere tantum, aut ſua interdum gratia impios deſtituere, ſed etiam ad peccandum commouere & excitare: Hoc enim adeò docet, vt quamuis in locis iam citatis agnoſcere videatur Deum indurare interdum deſerendo, tamen aliis in locis ex propoſito rem tractans, etiam hoc ipſum prorſus negat. Sic enim ſcribit: *Niſi intus operaretur Deus in mentibus hominum, non rectè dictum eſſet. Errare fecit eos in nimio & non in via, auferetur labium à veracibus* (Sic enim legit Caluinus pro eo quod nos legimus, *lex peribit à ſacerdote*) *Atque huc pertinet quod ſæpe legitur homines eſſe pauidos, prout eius terrore occupantur corda eorum, vt dabo pauorem in cordibus eorum: & ſopor Dei irruit ſuper eos. Sed nihil clarius poteſt deſiderari quam vbi toties pronunciat ſe excæcare hominum mentes ac vertigine percutere, ſpiritu ſoporis inebriare, incutere amentiam, obdurare corda. Hæc etiam ad promiſſionem multi reiiciũt, ac ſi deſerendo reprobos à Satana excæcari ſineret. Sed quum diſertè exprimat ſpiritus iuſto Dei iudicio infligi cæcitatem & amentiam, nimis friuola eſt illa ſolutio, dicitur indurasse cor Pharaonis, item aggrauaſſe & roboraſſe. Eludunt inſulſo cauillo quidem has loquendi formas quia dum alibi dicitur Pharao ipſe aggrauaſſe cor ſuum, indurationis cauſa ponitur eius voluntas. Quaſi verò non optimè conueniant hæc duo inter ſe, diuerſis modis, hominem vbi agitur à Deo, ſimul tamen agere. Ego autem quod obiiciunt in eos retorqueo, quia ſi indurare* * *nudam promiſſionem ſonat, ipſe contumaciæ motus non erit propriè in Pharaone. Porrò quàm dilutum eſſet ac inſipidum, ita interpretari ac ſi tantum Pharao ſe obdurari paſſus eſſet. Adde quòd anſam talibus cauillis, præcidit Scriptura. Tenebo* (inquit Deus) *cor illius* (pro eo quod nos legimus, *indurabo cor eius*) *Sic & de incolis terræ Chanaam dicit Moyſes progreſſos fuiſſe in pugnam quia roboraſſet Deus eorum corda, Quod ab alio Propheta repetitur vertit Deus corda eorum, vt odio haberent populum ſuum. Similiter vocatur Aſſur virga furoris Domini. Ad gētem fallacem mittam eum,* &c. *non quia impios & præfractos homines docere velit ad ſponte parendum* (vbi nota quam diſertè negat Deum vti voluntaria hominum malitia ad ſuam gloriam) *ſed quia flexurus ſit ad exequenda ſua iudicia, perinde ac ſi iuſſa eius animis inſculpta geſtarent, vnde apparet certa deſtinatione Dei fuiſſe impulſos.* Hæc ibi Caluinus manifeſtiſſimè in poſtremis verbis docens, quod Deus flectit corda hominum ad impias actiones quibus ſua iudicia exequatur, nec flectat tantum, ſed certa deſtinatione (quæ, vt mox ex Caluino videbimus, voluntatis non ſcientiæ tantum actus eſt) impellat; idque adeo vt Dei iuſſa ad malefaciendum animis ſuis inſculpta geſtent. Quam ſuam ſententiam, vt nemini dubiam relinqueret, occurrit obiectioni, quæ contrà afferri poſſet, quòd videlicet non Deus, ſed Diabolus hominum corda ad impias actiones excitaret. Huic inquã obiectioni occurrit, & dicit. *Fateor quidem interpoſita Satanæ opera ſæpe* (non autem ſemper)

C

Negat Caluinus Deum deſerendo indurare. — *Inſtitut. lib. 1. cap. 18. ſect. 2.* — *Pſal. 106.* — *Ezech. 7.* — *Leuit. 26.* — *1. Reg. 26.* — *Exod. 8.* — *Deuteron. 2.* — * *Reſponde cauillatori, quod in Deo non in homine ſic ſignificat.* — *Exod. 4.* — *Deuteron. 2.* — *Ioſue 11.* — *Pſal. 104.* — *Eſai. 10.* — *Manifeſta caluini impietas.* — *Ibidem vbi ſupra.*

Deum agere in reprobis: Sed vt eius impulſu ſatan ipſe ſuas partes agat & proficiat quatenus datum eſt. Dicitur ſatan excæcare infidelium mentes: ſed vnde hoc niſi quod à Deo ipſo manat efficacia errorum, vt mendaciis credant, qui renuunt parere veritati. Secundum priorem rationem (nempe quod Satanæ opera interpoſita vtitur Deus) *dicitur. Si Propheta quiſpiam loquutus fuerit mendaciter, ego Dominus decepi illum. Secundum alteram vero rationem* (quod Deus tamen ipſe operetur) *dicitur ipſe dare homines in reprobum ſenſum, & proiicere in fœdas cupiditates: quia iuſtæ ſuæ vindictæ præcipuus eſt Author, ſatan vero tantum miniſter.* Hæc ille ad verbum. Móxque concludit *Dei voluntatem ſic eſſe rerum omnium cauſam vt non tantum vim ſuam exerat in electis, ſed etiam reprobos in obſequium cogat.* Hæc ibi impius Caluinus, docens ſine vlla ambage Deũ non ſecus agere in reprobis quam in electis, & Deum eſſe præcipuum Authorem flagitiorum & ſcelerum illorum in quæ reprobi traduntur in pœnam præcedentium delictorum, Satanam vero miniſtrum tantum eſſe operis diuini & impulſu atque imperio diuino homines excæcare & decipere. Quæ ſane doctrina vt eſt in Deum maximè blaſphema, ita ad Satanæ patrocinium egregiè ſubſeruit: vtpotè ex qua iam conſtat præcipuum impulſorem ad peccandum non Satanam ſed Deum eſſe, ſi tamen tantum ſcelus Chriſtianæ aures ferre poſſunt. D

Quartum impietatis Caluinianæ punctum quòd Deus reprobos ad peccandum deſtinat, & neceſſitate pluſquam fatali impellit, explicatur. E

CAPVT VII.

QVARTVM impietatis punctum quod docet Caluinus, eſt ad peccandum reprobos (horreſco referens) à Deo deſtinari, & neceſſitate pluſquam fatali impelli. Nempe quemadmodum ad actionem & operationem peccati quatenus talis, Dei voluntatem vult concurrere non permiſſiuè tantum ſed & actiuè, ſic ad eiuſdem euentũ determinatum vult Deum concurrere, non modo præſciendo futurum, ſed planè deſtinando & decernendo ab æterno, quòd ſic & non aliter eueniet: eo ſanè modo, vt voluntas & deſtinatio Dei ab æterno, ſit cauſa planè neceſſaria atque immutabilis rerum omnium, atque adeo peccatorum. Quæ ſanè doctrina non ſolum fortunam tollit Ethnicorum, quæ temere omnia fieri abſque conſilio & prouidentia Dei docuit, ſed etiam rerum omnium tam contingentiam, quam actionum omnium huma-
Inſtitut lib. 1. narum libertatem deſtruit. Hanc ſanè peſtilentem doctrinam accuratè tradit Caluinus
cap. 16. ſect. 4. variis in locis, & his quaſi gradibus ac viis. Primum negat Dei prouidentiam in ſola præ- F
1. ſcientia quaſi otioſam conſiſtere, ſed *iuxta illam Deum cunctos euentus ſic moderari, vt non minus ad manus quam ad oculos illa pertineat*, id eſt non ſolum in præſciendo ſed etiam in deſtinando illam conſiſtere, ac denique *in actu locari non in nuda præſcientia* iuxta illud Gen. 22.
2. *Dominus prouidebit ſibi victimam.* Secundò eos reprehendit *qui prouidentiam Dei vniuerſalem tantum ponunt, qua videlicet ſingulares effectus non impedirentur, quin iuxta proximas ſuas cauſas contingenter & liberè eueniant.* Hos enim dicit docere Dei potentia tantum quaſi erratica, non autem deſtinatione certa mundum gubernari. Tertiò ponit ille præter hanc
3. generalem, etiam ſpecialem Dei prouidentiam circa ſingulas creaturas & actiones creaturarum: quod vt aliquo ſenſu orthodoxum eſt, ita in ſenſu Caluini hæreticum eſt, vult enim hanc *ſpecialem prouidentiam deſtinato ordine & à definito Dei conſilio promanare. Quid enim*
4. *eſt aliud* (inquit) *moderari niſi ita præeſſe, vt deſtinato ordine regas ea quibus præes?* Quartò addit,
Ibidè ſect. 8. Dei prouidentia non ſolum creaturas inanimatas ſed *hominum etiam conſilia & volunta-*
Lib. 2. cap. 4 ſect. 7. *tes ſic gubernari, vt ad deſtinatum ab ea ſcopum rectà ferantur.* Quo pertinet quod alibi docet
5. *animum humanum potius à motione Dei quam ab electionis ſuæ arbitrio pendere.* Quintò denique
Lib. 1 cap. 18. ſect. 2. etiam ad ipſa peccata hanc Dei deſtinationem ſe extendere docet. Ait enim *voluntatem Dei ſic eſſe rerum omnium cauſam vt non ſolum electos ſpiritu ſuo regat, ſed etiam reprobos in obſe-*
Rom. 9. *quium cogat.* Hoc autem in exẽplo Pharaonis probat. Dicente enim Apoſtolo *quòd Deus*

excitauit

A *excitauit Pharaonem vt oſtenderet potentiam ſuam, ſequitur* (ait Caluinus) *abſconditum Dei conſi-* Lib. 3. cap. 23. ſect. 1.
lium obdurationis eſſe cauſam. Similiter quia Apoſtolus dixit, *cui vult miſeretur, & quem vult*
indurat, eo admonemur (ait Cal.) *nihil cauſæ quærere extra eius voluntatem*, Denique ad hãc de- Lib. eodẽ cap. 22. in fine. 6.
ſtinationem Dei ad malum, docet diſertè pertinere lapſum primi hominis & Angelo-
rum. Non enim contentus docere Deum erga reprobos eſſe iuſtum, quia ex corrupta
maſſa ſunt (quod docet Apoſtolus ad Rom. 9.) pergit vlterius, & hanc ipſam corruptio-
nem à Deo quoque prædeſtinatam eſſe affirmat. *Fateor*, inquit, *Dei voluntate cecidiſſe vni-* Lib. eodẽ cap. 23. ſect. 4. 7.
uerſos filios Adam & redeundum ſemper eſſe ad ſolum diuinæ voluntatis arbitrium, cuius cauſa ſit in
ipſo abſcondita. Hæc ille. Móxque addit, *defectionis Angelorum non aliam poſſe cauſam ad-* "
duci, quàm reprobationem quæ in arcano Dei conſilio abſcondita eſt. Quam ſuam ſententiam in
ſequentibus latius proſequendo, diſtinguit præſcientiam à prouidentia: & ex illa
quidem nullam inferri rebus neceſſitatem confitetur, ex prouidentia autem affir-
mat. *præuidere enim illa Deum* dicit *quæ vt ita fierent decreuit, non præſciuit tantum*: ideó- Ibidem ſect. 6. 8.
que Laurentij Vallę ſententiam laudat, qui *vitam & mortem* ſalutem & damnationem
diuinæ magis voluntatis quam præſcientiæ actiones eſſe docet. Hæc ille ſectione ſexta. Móx- "
que ſectione ſeptima, concludit *lapſum humani generis Deum præſciuiſſe quia decreto ſuo ſic* "
ordinarat: & decreto quidem horribili; non tamen abſurdum videri debere, Deum non modo primi "
hominis caſum & in eo poſterorum ruinam præuidiſſe, ſed arbitrio quoque ſuo diſpenſaſſe. Quia vt ad "
eius ſapientiam præſcientia, ita ad potẽtiam ordinatio & deſtinatio rerum omnium pertinet. Hæc ille. "
B Quibus ita conſtitutis, ſect. 8. ſeq. diſtinctionem voluntatis & permiſſionis circa impio-
rum interitum deridet. *Non eſt* (inquit) *probabile ſola Dei permiſſione nulla ordinatione hominẽ*
ſibi accerſiſſe interitum. Quaſi verò non conſtituerit Deus qua conditione præcipuam, ex ſuis creaturis "
eſſe vellet. Non dubitabo igitur cum Auguſtino ſimpliciter fateri, voluntatem Dei eſſe rerum neceſſita- "
tem; atque id neceſſario eſſe futurum quod ille voluerit; ſicut verè futura ſunt quæ *præuiderit*. Hæc "
ille. Vbi aduerte diligenter quomodo ex voluntate Dei circa peccatum, quam antea im-
piè docuerat, nunc prædeſtinationẽ Dei & neceſſitatem hominum ad peccãdum Cal-
uinus apertè inferat. Hæc eſt ergo eius infernalis & Satanica doctrina, in quatuor hor-
rendis punctis circa peccati cauſam ſuperius memoratis. Notandum tamen quod iſta
ferè omnia ex Luthero Caluinus hauſerat vt in art. 36. Lutheri apud Roffenſem, videre
eſt: niſi quòd more ſuo aliquid ſemper impietati Lutheranæ adiicere voluit.

Quibus fucis & technis impietatem ſuam in primo puncto Caluinus excuſare, & fortiſſima argumenta quibus illa refutatur eludere conatur.

CAPVT VIII.

C NVNC quibus fucis & technis hanc infernalem doctrinã excuſare co-
netur Caluinus, ne vel quicquam Dei maieſtate ac bonitate indignũ
docere, vel aliqua ex parte peccati & Satanæ regnum ſtabilire videa-
tur, diſpiciamus. Certè hęc dum facit, partim ſibi ipſi apertè contradi- *Velle peccatum naturæ Dei repugnat.*
cit, partim ſuam impietatem magis prodit. Primum quia velle pecca-
tum diuinæ naturæ penitus repugnat, qui non ſolum non vult iniqui-
tatem in aliis, ſed etiam in ſeipſo vult ſemper non niſi optima, vtpotè
cuius uoluntas eſt ipſa rectitudo & regula recti, Caluinus ne docẽdo Deum velle ipſum
peccatum voluntate actiua non permiſſiua tantum, id docere videatur, quod Dei natu-
ræ repugnat, id eſt ne Deum negare & atheiſmũ horrendũ docere manifeſtè videatur,
ait; Deum velle quidem peccatum, quia nihil præter eius voluntatem etiam actiuam fit,
non tamen præcipere aut iubere peccatum; *perperam* (inquit) *miſcetur cum præcepto volun-* Inſtitut. lib. 1. cap. 18. ſect. 4.
tas, quæ longiſſimè ab illo differt. Nam etſi dum ſtuprauit Abſalon patris vxores, voluit Deus hoc pro-
bro vlciſci Dauidis adulterium, non ideo tamen præcepit ſcelerato filio inceſtum committere: niſi fortè "
Dauidis reſpectu, ſicut loquitur de conuitiis Semei. Hæc ille. Verum quidem eſt voluntatẽ Dei "
à præcepto differre, quia illa beneplaciti eſt, hoc ſigni tantum, ideóque illa ſemper im-

Magis repugnat Deo velle peccatum quàm præcipere.

1. p. q. 19. art. 9. ad 1.

Caluini aperta contradictio.

Lib. 1. cap. 17. ſect. 7.

pletur, hoc non; ſed quod ad Deum attinet, non minus eius naturæ repugnat velle peccatum voluntate actiua & poſitiua, quam præcipere. Sic enim ſub eius beneplacitum caderet peccatum. Quod etiam magis repugnat Deo quam ſi præciperet peccatum. Peius enim eſt velle peccatum in ſe, id eſt delectari peccato quod ipſemet operatur, quam velle peccatum in aliis, id eſt delectari peccatis alenis. Quare rectiſſimè Sanct. Thom. non ſolum negat Deum velle mala, ſed etiam velle mala fieri aut eſſe, ſcilicet ab aliis aut in aliis, loquendo de ſimplici & abſoluta voluntate. Sed Caluinus ſui immemor aliis in locis, imò hoc ipſo in loco, Deum quoque præcipere peccatum docet. Ait enim hoc loco „ *reſpectu Dauidis Deum fortaſſe præcepiſſe Abſaloni inceſtum cõmittere, ſicut præcepit Semei maledicere David.* Quare etiam hoc præceptum Dei vrget cap. eodem ſect. 1. Docetque „ *non eſſe abſurdum volente ac iubente Deo excæcari homines: & ridiculum eſſe Deum permittere tantum, non etiam decernere excæcationem impiorum & mandare eius executionem Satanæ, aliiſque miniſtris eius.* Vnde & ſpoliationem Iob quam per Chaldeos Satan exercuit, dicit Caluinus factã fuiſſe *non permiſſu tantum, ſed etiam mandato Dei.* Denique impios ſic eſſe inſtrumenta iuſtitiæ diuinæ, „ *vt Dei iuſſa animis inſculpta gerant, eoſque in obſequium Deus cogat.* capite 18. ſect. 2. Manifeſtè igitur docet Caluinus Deum non ſolum velle voluntate actiua ſimplici & poſitiua ipſum peccatum, ſed etiam iubere atque præcipere peccatum. Sibi ergo contradicit Caluinus, dum vno in loco Deum quidem velle, ſed non præcipere peccatum docet, alio in loco etiam præcipere & mandare affirmat. D

Cauſa erroris Caluiniani.

Quomodo prouidentiam Dei nihil fugit.

Sed hoc Caluinum fefellit, quod quia Deus vult ipſa mala, ſeu mala eſſe; voluntate non actiua, ſed permiſſiua (permittit enim Deus mala fieri volens permittere, *non enim nolens ſinit, ſed volens*, ait Auguſtinus, in enchiridio capite 101.) iudicauit Deum velle tam ipſum malum, quam malum eſſe, id eſt malum ab aliis fieri voluntate actiua & efficaci: ne ſi ſciente quidem, ſed non volente Deo aliquid fieret, prouidentiam eius aliquid fugeret. Fit autem ipſum malum volente ſanè Deo quia vult permittere, (& ſic prouidentiam eius nihil fugit, ſed non volente quia vult aut alios malè facere, aut (quod deterius eſt) ipſemet peccatum operari. E

Alia cauſa erroris Caluiniani.

Deus non flagitia decreuit, ſed vſum eorum.

Rurſum in eo fallitur Caluinus, quòd quia Deus decernit certum vſum malitiæ hominum, & ad certos vſus illam malitiam deſtinat (cuius generis eſt illud Act. 8. *Conuenerunt facere quæ manus tua & conſilium tuum decreuerunt fieri*) iudicauit Deum ipſam quoque malitiam, puta Iudæorum inuidiam ſeu odium & Abſalonis inceſtum, decernere, iubere, ac deſtinare. Deus autem non decreuit vel præcepit, aut Iudæorum malitiam reſpectu Chriſti, aut Abſalonis inceſtum, vel Semei maledictionem reſpectu Dauidis, quaſi illa flagitia volendo aut præcipiendo quatenus talia; ſed vſum quidem talem, ad opus redemptionis in illis, ad vindicanda Dauidis peccata in iſtis, decreuit & ordinauit: ipſa autem flagitia tolerauit tantum, non præcepit aut voluit voluntate vel beneplaciti vel ſigni, & multo minus actiua & efficaci, quaſi operãs illa ſicuti virtutes operatur in electis.

Alia Caluini contradictio.

Inſtitut. lib. 1. cap. 17. ſect. 5

Caluini doctrina excuſat peccatores ab omni peccato.

Maxima argumenta contra Caluinum.

Rurſum in hac diſtinctione voluntatis diuinæ à præcepto diuino, qua vult euadere Caluinus, ſibi ipſi iterum contradicit. Nam alio in loco, vt oſtendat ipſos impios quando peccant, non facere voluntatem Dei, ideoque non excuſari, dicit. *In rebus agendis ea eſt nobis perſpicienda Dei voluntas quam verbo ſuo declarat. Id requirit vnũ à nobis quod præcipit.* Hæc ille. Hic ergo vnicam tantum Dei voluntatem agnoſcit, quæ videlicet in Scriptura declaratur, & præceptũ Dei eſt. At ſuprà diſtinguendo voluntatẽ Dei à præcepto, duas voluntates eſſe docuit. Vnam arcanam qua Deus vult ipſa peccata, alteram in Scripturis patefactam, qua cẽſetur ea velle quæ in ſcriptura præcepit, non alia. Si ergo vnica eſt Dei voluntas in ſcripturis patefacta, vt hic dicit, vana eſt, prior diſtinctio voluntatis Dei à præcepto; & inanis eſt euaſio, quòd Deus vult peccatum, ſed non præcipit. Si alia eſt Dei voluntas arcana, aliud præceptum eius in ſcripturis expreſſum, vt antea diſtinxit, falſum eſt id ſolum Deum velle quod in ſcripturis iubet: ideoque peccatores excuſari poſſunt peccando: quia etſi cõtra præceptũ in ſcripturis expreſſum faciunt, tamen non faciunt cõtra voluntatem Dei arcanam qua vult ipſa hominum quæcũque peccata. Aut ergo Caluinus Dei ſanctitatẽ, id eſt naturam negat & Atheus eſt, aut impiorũ peccata iuſtificat, & impius eſt. Sed aliud adhuc ſubterfugiũ habet, quo hoc maximũ inconueniens frequenter ſed inaniter eludit. Quod Deus nõ velit vllam iniquitatẽ, aut peccatum hominum, voluntate poſitiua, actiua, aut beneplaciti, eſt hoc maximum argumentum. Si Deus vellet peccatum, eſſent in Deo duæ contrariæ voluntates: vna arcana, altera in verbo patefacta, qua omne peccatum prohibet, virtutem imperat. F

Hoc ar-

A Hoc argumentum ex Platone citans Theodoretus lib.5 de curat. Græcarum affect. latè
proſequitur, & hoc argumentum veteres hæreticos co[…]it potius duo quædam æterna
principia, bonum & malum conſtituere, quàm in Deo [ſ]ummè bono voluntatem mali
vlla ratione agnoſcere. Præterea illuſoriè, hypocriticè, & diſſimulanter ageret Deus, ſi in
Scriptura diceret ſe nolle quod tamen vult; ſi prohiberet in ſcriptura, quæ ordinaret &
deſtinaret ab æterno; ſi puniret in futuro, quod ipſemet fecit & operatus eſt in nobis in-
præſenti. Caluinus tamen vt hoc totum ſoluat, hoc ſolum reſpondet, non eſſe hæc duo *Reſpõſio eius impudentiſſima.*
in Deo contraria velle peccatum & nolle, deſtinare & prohibere, facere & punire factũ
quamuis quomodo hoc verum ſit, nemo intelligat. *Vbi* (inquit) *non capimus, quomodo fieri*
velit Deus quod facere vetat, veniat nobis in memoriam noſtra imbecillitas, & ſimul reputemus lu- Inſtitut. lib. 1. cap. 18. ſect. 3.
cem quam inhabitat non fruſtra vocari inacceſsibilem. Hæc ille. Et rurſum. *Non ſum* (inquit)
Neſcius quanta hic appareat hominibus prophanis abſurditas & repugnantia, Sed quicquid illi garriãt
aut allatrent mea mihi conſcientia inſtar mille teſtium eſt. Sed intolerabilis hæc eſt ſcelerati ho- In lib. de prædeſtinatione.
minis arrogantia. Dei certè myſteria ſunt abſcondita, *& multiformis eſt ſapientia Dei.* Sed
In iis hoc verùm eſt quæ fidei regula tradit, non in priuatis placitis, quæ contra receptã Epheſ. 3.
fidei regulam, contra Eccleſiæ dogmata propter quaſdam ſcripturas malè intellectas aſ- *Scelerata Caluini arrogantia.*
ſeruntur. Illud nimirum obſequium ſui cerebri commento venditat Caluinus, quòd
Apoſtoli, quod Euangeliſtæ, quod Eccleſia Dei Catholica, in multis fidei myſteriis hu-
manos ſenſus & iudicia excedentibus iure ſuo à nobis flagitat. Hoc ergo non tam ſub-
terfugium, quàm ſuperbiſſimi hominis portentoſa dementia eſt. Quæ ſi locum haberet,
B quibuſcunque & quantiſcunque abſurdis eadem reſpondendi forma locum faceret.
Præterea negatur Caluini blaſphemia, non quia non intelligitur, ſed quia prorſus intel-
ligibilis nõ eſt; & hoc ideo quia ἀσυςατόν eſt. Contra dictoria enim neque à Deo poſſunt
fieri. Non quia aliquid eſt Deo impoſſibile, ſed quia contradictoria fieri non poſſunt.
Pars enim altera alteram ſemper perimit, vt vtraque ſubſiſtere nequeat. Deũ autem velle
peccatum & non velle contradictio eſt. Quare non mirum eſt ſi intelligi non poteſt,
quod nullo modo fieri poteſt.

Alius adhuc Caluini prætextus eſt, quod ſi Deum permittere tantum peccata non
etiam velle ipſa peccata docemus, ſtatuimus Deum circa peccata planè otioſum & im-
potentem, ipſamque permiſſionem eius voluntati opponimus. *Dicant obſecro* (ait Calui-
nus) *volens ne an nolens ſua iudicia exercet.* Cui reſpondemus, quòd planè volens Deus exer Lib. 1. cap. 18. ſect. 3.
cet ſua iudicia. Non enim permiſſionem Dei, voluntati eius opponimus quaſi contrariã, *Permiſſio volũtati Dei non opponitur.*
id eſt quaſi nolens & neſciens permitteret. Docemus enim cum Auguſtino in Enchir. c.
101. quod *non nolens ſinit, ſed volens:* vult enim permittere peccata: Rurſum dicimus quod
non neſciens, ſed ſciens non ſolum permittit, ſed & ordinat ad gloriam ſuam omnia ho-
minum peccata. Denique non ad Dei omnipotentiam ſpectat velle peccatum aut deſti- *velle peccatum non eſt potentia aliqua ſed impotentia.*
nare peccatum, quæ duo ſignificant actum voluntatis circa peccatum, quæ nec in ho-
mine propriè inuenitur; voluntas enim ſemper appetit bonum, aut verum aut apparens,
& eſt præter intentionem peccantis deflectere à regula rationis, in Deo autem ne impro
priè quidem aut per accidens talis actus inuenitur, quia errare circa apparens bonum
C non poteſt, nec paſſionibus ſubiicitur. Itaque impotentiam & imperfectionem quæ in
Deo locum habere non poſſunt notant hæc duo: velle & deſtinare peccatum. Sed ipſum
peccatum in aliis præuiſum, ad bonum finem ordinare, hoc potentiæ & ſapiẽtiæ diuinæ
proprium eſt, vt ſuprà ex Auguſtino oſtendimus.

Quibus artibus à ſecundo impietatis puncto ſe purgare & validiſsimas rationes quibus illa impugnatur euitare ſtudet Caluinus.

CAP. VIII.

IAM in ſecundo impietatis puncto, quibus artibus ſe purgat Caluinus D
diſpiciendum eſt. Eſt enim hæc firmiſſima contra eum colle[c]tio. Si Deus ipſe facit & operatur peccatum primũ nihil differt Deus à Diabolo, cuius proprium opus eſt peccatum. Imò iuxta hanc teterrimam blaſphemiam deterior Diabolo erit Deus. Diabolus enim tentat quidem ad peccãdum, ſuggerit prauas cogitationes, mouet voluntatem ad malum, ſed cogere illam non poteſt, nec operatur ipſe in nobis aliquod malum, verum nos ipſi operamur, & quidem voluntariè, omnia peccata noſtra.

Firmiſſima probatio, quòd Deus nõ operatur peccatum.

Placet tamen Caluino, quod Deus ipſe faciat & operetur peccata noſtra, ne eius actiuitatem & omnipotentiam quicquam fugiat. Quo modo igitur vel deterior Diabolo vel certè par & ſimilis non erit Deus? Proponit hanc difficultatem ipſemet Caluinus & eam ſoluere conatur. *Quomodo*, inquit, *idem opus, ad Deum ad Satanam, ad hominem authorem referamus, quin vel Satanam excuſemus Dei conſortio vel Deum mali authorem prædicemus? Facile ſi finem agendi primum inſpiciamus, Deinde modum, In rapinis bonorum Iob. Domini conſilium eſt ſerui ſui patientiam exercere. Satanas molitur ad deſperationem adigere: Chaldei ex re aliena lucrum iniuſtũ quærunt. Tanta in conſiliis diuerſitas opus iam valde diſtinguit*, Hæc ille, de fine agendi in Deo.

Inſtitut. lib. 2. cap. 4. ſect. 2.

Sed quod hoc nihil excuſat impietatem ſententiæ Caluinianæ, multis modis oſtẽditur.

1. Deus ipſe docuit *non eſſe facienda mala vt veniant bona*. Non ergo poteſt Deus facere aliquid iniuſtum propter bonum finem puta exercitium patientiæ ſuorum. Poteſt ſanè Deus ea iuſtè & ſanctè permittere, non autem facere. Quare & inter homines tolerare E
malum vt veniat bonum vel minus malum peccatum vna eſt.

Finis bonus non facit actũ peccati bonum in Deo

Rom. 3.

2. Secundò ſi omnes animi motiones operatur Deus in nobis, non ſecus intentionem operatur quam affectionem; eſt enim intentio finis animi motus & actio, & quidem primarius quidam. Operatus ergo eſt Deus ipſam intentionem malam tam in Satana, quàm in Chaldæis ad vexandum Iob. Atque ita Author eſt tam intentionis malæ quam operis mali.

3. Tertiò plæræque affectiones malæ ſunt ex ſe impiæ, quæ propter finem aut intentionem bonam non poſſunt vnquam niſi impiè fieri: vt adulteria, blaſphemiæ, furta, Idololatria & ſimilia. Harũ affectionũ ſi in impiis author eſt Deus, id eſt, ſi illas facit & operatur in impiis; quo modo ratione finis aut intentionis bonæ excuſari poteſt, quæ ſanè quocunque fine aut intentione fiant, niſi malè & deformiter fieri nunquam poſſunt?

4. Quartò ſi intentio excuſat peccatum, excuſantur omnes excæcati impij qui perſequuntur pios tãquam impios, *exiſtimantes ſeſe obſequium præſtare Deo*: vt Turcæ & Iudæi Chriſtianos, hæretici Catholicos perſequuntur. *Saulus perſequutus eſt Eccleſiam Dei ignorans: Sed miſericordiam conſequutus eſt*; qua illi opus non eſſet, ſi propter ignorantiam aut bonam intentionem & Zelum à peccato excuſari potuiſſet.

Ioan. 16.

1. Timo. 1.

Quare hoc effugium de intentione & fine agendi bono in Deo nihil Caluinum iuuat, quin planè Deum cum Diabolo & impiis in opere peccati eatenus parem faciat, quatenus author peccati non ſecus eſt quàm illi. Quod etiam alibi ſine vlla verecundia affirmat. Ait enim. *Iam ſatis oſtendi Deum vocari eorum omnium authorẽ quæ iſti cenſores volunt otioſè tantum eius permiſſu contingere*. Hæc ille.

Inſtitut. lib. 1. cap. 18 ſect. 3.

Aliud perfugium ponit, quo Deum excuſare videatur in modo agendi. Sed illum dũ F
explicat, quia re vera nullum inuenire diſcrimen potuit, ſibi ipſi & toti doctrinæ ſuæ manifeſtè contradicit. Sic enim ſcribit. *In modo non minus eſt diſcriminis. Satanæ affligendum ſeruum ſuum dominus permittit. Chaldæos quos ad id æxequendum miniſtros delegit, illi permittit ac tradit impellendos. Satan ad perpetrandum flagitium inſtigat. Chaldæi ad iniuſtitiam furioſè ruunt*. Hæc ille. Inſtitu. libro 2. capite 4. ſect. 2.

Alia Caluini oracula contradictio.

Sed hæc reſponſio vt veriſſima eſt, ita totam priorem Caluini doctrinam euertit, & eſt manifeſta contradictio. Nunc enim modum quo Deus agit, vel in Satana vel in reprobis, ipſam malitiam quam exercent, exponit eſſe permittendo tantum non operando vel inſtigando. *Deus*, inquit, *permittit Iob Satanæ affligendum*: Item *permittit Chaldæos à Satana impelli. Solus autem Satan inſtigat ad flagitium*. Quod totum orthodoxè dicitur.

Modum operãdi peccatum in Deo & Satana diuerſũ Caluinus oſtendere nõ poteſt ſine aperta contradictione.

Sed contradictio eſt alteri eius multiplici doctrinæ, qua diſtinctionẽ
1. orthodoxam inter permittere & agere irridet, & confutare conatur, qua Deum docet
2. voluntates impiorum excitare & conatus firmare; qua opus Dei in reprobis docet, qua
3. denique efficaciam agendi penes Deum eſſe, miniſterium autem tantum penes Satanã
4. & impios eſſe, eodem lib. & cap. affirmat. Nullum igitur prorſus diſcrimen ponit Caluinus in modo agendi circa actionem peccati quatenus talis, ex parte Dei & Satanæ atq; impiorum. Sed ſecundum eum vterque facit ipſum peccatum, vtriuſque eſt opus, vterque excitat

A que excitat voluntatem impiorum. Quod autem ponit diſcrimen Deum permittere Satanam inſtigare, impios ſuam malitiam exequi, veriſſimum ſanè eſt, ſed ſibi ipſi contradictorium.

Sed hic alio prætextu occurrit Caluinus, quo ſe à blaſphemia aduerſus Deum ſatis purgari exiſtimat. Nempè Satanam propriè agere in reprobis tanquam proximam & ſecundariam cauſam: Deum autem non eſſe proximam, propriam, & efficacem cauſam; *propriè*, inquit, *agere dicitur Satan in reprobis in quibus regnum ſuum, id eſt nequitiæ, exercet. Dicitur & Deus ſuo modo agere quòd Satan ipſe inſtrumentum quum ſit iræ eius, pro eius nutu atque imperio huc atque illuc ſe inflectit ad exequenda eius iuſta iudicia.* Hæc ille. Eſt quidem hæc diſtinctio vera quatenus docet Satanæ malitiam diuinæ iuſtitiæ & vindictæ inſeruire, quoad vſum malitiæ eius. Deus enim vtitur malitia Satanæ, & applicat illam ad exequenda ſua iudicia: ac ſi quis princeps audacium & improborum ſubditorum opera, qui alioqui latrociniis ac ſeditioni vacarent, in iuſto bello vteretur. Sed hæc diſtinctio eſt Caluinianæ doctrinæ planè contradictoria. Docet enim alio in loco Deum non ſolum vti malitia Satanæ, & ordinare illam ad exequenda ſua iuſta iudicia, ſed etiam excitare Satanam & impellere eum ad ipſam malitiam. Ait enim: *Fateor quidem interpoſita Satanæ opera Deum ſæpè agere in reprobis, ſed vt Dei impulſu Satan ipſe ſuas partes agat & proficiat, quatenus datum eſt.* Ecce iam dicit Dei impulſu Satanam ſuas partes agere, id eſt ſuam malitiam operari. Neque enim Satanas diuina iudicia, ſed ſuam malitiam exequitur, quando ſuas partes agit. Et addit proficere Satanam quatenus ei datum eſt, quaſi ſatis per ſe improbus Satan nõ

B eſſet, niſi improbum eum Deus faceret, & hoc à Deo acciperet; ſicuti ad bene operandum, *Deus operatur in nobis & velle & perficere.* Præterea docet illo in loco ex propoſito *impios Dei deſtinatione impelli ad malum*, Satanæ autem operam interponi quia ipſum Satanam Deus quoque impellit. Ergo ſecundum Caluinum non ſolum Satan, ſed & Deus ipſe propriè agit in reprobis. Rurſum eodem in loco docet Deum ipſum etiam abſque Satanæ opera *dare homines in reprobum ſenſum.* Ergo etiam proximam mali cauſam Deo tribuit. Denique eodem in loco concedit quidem, *Satanam excæcare infidelium mentes*, ſed addit, *hoc inde eſſe quia à Deo ipſo manat efficacia erroris.* Ergo iterum excæcationem hominũ non minus propriè ponit eſſe opus Dei, quàm opus Satanæ. Quare eodem in loco diſertè dicit, *Deum eſſe præcipuum Authorem ſuæ vindictæ*, id eſt peccatorum illorum quæ ſunt pœnæ præcedentium peccatorum, *Satanam autem eſſe tantum miniſtrum.* Prior ergo illa diſtinctio fucum tantum facit, ad ſceleratam eius doctrinam parum vel excuſandam vel occultandam: iuſta autem defenſio non eſt.

Alia Caluini euaſio iterum ſibi contradictoria.

Inſtitut. lib. 2. cap. 4. ſect. 2.

Lib. 1. cap. 18. ſect. 2.

Caluinus dum operationem Dei ad malum (quam blaſphemè ponit) excuſare conatur, partim ſibi ipſi contradicit, partim ſuam impietatem magis prodit.

C

CAPVT X.

IAM vero quum Dei operationem ad malum in malis excuſare conatur, partim iterum ſibi contradicit, partim ſuam impietatem magis prodit. *Concedo* (inquit) *fures, homicidas, & alios maleficos diuinæ eſſe prouidentiæ inſtrumenta: Sed an propterea eadem ſecum iniquitate Deum implicabunt? non poſſunt. Totum enim malum in ſe deprehendunt: penes Deum autem nõ niſi legitimum malitiæ ſuæ vſum.* Hæc ille. Hoc certè veriſſimum eſt, ſed contradicit apertè ſibi ipſi, dum alibi docet non ſolum malitiæ vſum penes Deum eſſe, ſed etiam cauſam excitantẽ & commouentẽ ad malum: quia videlicet intus operatur in cordibus hominũ non ſolũ bonum, ſed & malũ, vt latè oſtendimus ex verbis eius in tertio impietatis pũcto. Quare quũ per hãc reſpõſionẽ nõ ſatis ſe obiectioni feciſſe animaduerteret Caluin⁹, addit ſtatim: *Sed enim per ipſos impios operatur Deus.* Moxque reſpondet. *Et vnde quæſo fœtor in cadauere, quod calore ſolis tum putrefactum tũ reſerũ fuerit? Radiis ſolis excitari illum omnes vident. Nemo tamen illos fœtere ideo dicet. Ita quum in homine*

Inſtitut. lib. 1. cap. 17. ſect. 5.

malo ſubſideat mali materia & culpa, quid eſt quòd inquinamentum aliquod contrahere putetur Deus, D
ſi ad ſuum arbitrium vtatur eius miniſterio? Hæc ille vbi ſupra. Atque hæc eſt tota Caluini
ſpeculatio, qua Deũ ſatis ſe excuſaſſe exiſtimat, ne inquinari Deus, aut iniquitatis impio-
rum particeps eſſe videatur, quia iniquitatem operatur, & facit in ipſis impiis. Sed pro-
fectò in hac ſpeculatione ſuam ille impietatem verè Satanicam magis ac magis prodi-
dit. Docet enim Deum id facere in impiis, quod radij ſolares in cadauere. Docet autem
calore ſolis cadauer ipſum tum putrefieri, tum reſerari ſiue diſſolui in fætores: radiis por-
rò ſolaribus hos fætores excitari. Docet igitur apertiſſimè naturam humanã opere Dei
corrumpi & inclinatione ad peccandum affici: ſicuti re vera docuit *corruptionem ipſam pri-*
mi hominis à Deo deſtinatam fuiſſe (vt in 4. puncto explicuimus.) Docet etiam corruptionem
illam quam Deus creauit in homine, *ſpeciali motione Dei*, tanquam radiis ſolaribus, *excitari*
ad agendum, id eſt, ad peccati opus. Et huic conſentaneum eſt, quod alibi ſcripſit, *ſpecia-*
lem Dei actionem in vnoquoque facinore apparere. lib. 2. ca. 4. ſect. 2. *Attamen*, inquit Caluinus,
radios ſolares nemo fætere dixerit: ita nec inquinamentum aliquod contrahere putandus eſt Deus ſi ma-
lorum miniſterio vtatur, quum in ipſo homine malo ſubſideat mali materia & culpa. Sed obſerua
1. diligenter quot modis inualida eſt iſta reſponſio. Primum ſecundum Caluinum Deus
non ſolum vtitur miniſterio malorum (vt hic vafrè loquitur) ſed *operatur ipſum malum in*
homine, excitat eorum voluntates, & conatus firmat, vt ſuprà dixit in tertio & quarto punctis.
Nec radij ſolares vtuntur miniſterio fætorum in cadauere, ſed vi ſua & cadauer putre-
faciunt, ipſoſque fætores maturant, & iam putrefacto cadauere fætores euocant & exci- E
tant. Illa ergo loquendi formula impietatem ſuam obducere Caluinus non poteſt. Se-
2. cundo iuxta Caluinum mali materia & culpa ſic in homine ſubſiſtit, vt tamen eius au-
thor, operator & efficax cauſa fuerit Deus tum iuxta ſimilitudinem præſentem quam
adfert, tum etiam iuxta priorem ſuam doctrinam vt modo explicuimus. Quare nec hæc
reſponſionis particula illum poteſt iuuare. Tertiò aliud eſt deprauatio naturæ in homi-
3. ne ſecundum quam voluntas inclinatur ad malum, aliud verò actio ipſa voluntatis de-
prauatæ. Hæc enim actio ſi à Deo eſt, vt deprauata, & quatenus talis, certè cauſa peccati
Deus erit, vtcunque deprauationis ipſius in natura cauſa non eſſet; maximè in iam rena-
4. tis quorum deprauatio peccatum non eſt. Quartò radij quidem ſolares non fœtẽt, quia
& naturaliter agunt, non per electionem. & præterea ſubiectum huiuſmodi fœtoris ca-
pax non ſunt. At ſi Deus operatur peccatum in impiis, quia per electionem liberam id
facit, peccati quoque ipſorum particeps erit. Expreſſa enim eſt Scriptura. *Omnis qui facit*
peccatum & iniquitatem facit: & ruſum, ſicuti *qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſic qui facit peccatum*
ex Diabolo eſt. Eodem modo ſi operaretur peccatum, peccato contaminaretur quia ope-
rando illud capax eius eſt. Deus enim propterea non eſt capax peccati vel ſui alicuius
vel alieni, quia totus bonus eſt, & ideo velle aut operari peccatum vel in ſe vel in aliis nõ
poteſt. Non autem ideo non eſt capax quia volendo & operando capax non eſſet ſicuti
bruta; quæ quia rationem non participant nec ex electione agunt, ideo peccare nõ poſ-
ſunt. Atque hinc fit, vt non poſſe peccare vel operari peccatum, ſit perfectio in Deo, quæ
tamen in brutis perfectio non eſt: non magis quam ſapientia in lapide. Caluinus ergo F
docens Deum velle & operari ipſum peccatum, itemque malas voluntates ad peccan-
dum excitare, pariter docet Deum eſſe peccati participem: quum ſit natura intellectua-
lis, quæ volendo peccatum eſt peccati capax, licet radij ſolares excitando fœtores, ipſi-
met non fætent.

Satanica Caluini impietas manifeſtatur.

Caluini collatio de radiis ſolaribus refellitur.

Quare Deus nõ eſt capax peccati.

Alia Caluini ſubter fugia, nihil eum ab impietate & atheiſmo liberare oſtenditur.

CAP. XI.

A ALIO adhuc fuco ſuam impietatem tegit Caluinus, Deum videlicet
ideo excuſari à peccati conſortio, quia proxima & propria cauſa pec-
cati vel Satan vel impia hominum voluntas ſtatuitur, remota autem *Deus nec remo-*
& mediata cauſa Deus ponitur. Sed quocunque modo Deus aſſera- *ta cauſa peccati*
tur cauſa peccati, impium & Satanicum eſt. Primum quia Satan ipſe *eſſe poteſt.*
nec proxima nec propria peccati cauſa eſt, ſed voluntas ipſa vtrumq; 1.
eſt. Satan enim non producit peccatum in homine tanquam cauſa
proxima, ſed voluntas & concupiſcentia cuiuſque mala. Vnde Iacobus. *Deus neminem* Iacob.1.
tentat, vnuſquiſque vero tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Satan quoque non
eſt propria cauſa peccati, ſed eadem voluntas; quia tentare & ſuggerere Satan poteſt, vo
luntatem autem cogere aut conſenſum ad malum extorquere non poteſt, Vnde idem,
reſiſtite Diabolo & fugiet à vobis. Nihilominus tamen Satanæ imputantur peccata homi- Iacob.4.
num, & in Scripturis non reprehenditur tantũ, ſed & punitur hoc nomine Satan. Gen.3.
maledicitur ſerpens, qui decepit Euam. Sapi.2. dicitur, *Inuidia Diaboli mors intrauit in mundum.* 1.Ioan.3.
Qui peccat ex Diabolo eſt. Deus ergo ſi cauſa peccati eſt quamuis nec proxima nec propria,
reprehenſione tamen iuſta non carebit.

Secundò ſi Deus operatur peccatum, quia eius operatio eſt efficaciſſima, maximè 2.
quando deſtinat & impellit ad agendum (quod in cauſa peccati eum agere docet Cal-
uinus vt in 4. puncto explicatum eſt) multo magis erit Deus cauſa peccati quàm Diabo
lus, qui ad peccandum cogere neminem poteſt. Deo autem impellenti vel deſtinanti
B nulla virtus poteſt reluctari. Tertiò ſi Deus excitat voluntatem ad malum, imò & cogit 3.
in obſequium reprobos, vt loquitur libro primo, capite 18. ſect. 2. erit & maxima & tota
cauſa peccati. In cauſis enim ſubalternis, vbi inferiores prorſus reguntur à ſuperiore,
primæ cauſæ tribuitur effectus vel omnino vel certè potiſſimum. Atque ideo rerum
quotidiana productio Deo magis tribuitur, quam vel ſoli, vel terræ, vel humori, vel in-
duſtriæ & agricultutæ humanæ. Nihil ergo planè excuſabit Deum à conſortio iniqui-
tatis, quod vel Satan vel mala hominum voluntas proximè operentur peccatum. Si
Deus ipſe efficaciter excitando & Satanam & voluntates impiorum operatur ipſam
iniquitatem, vt apertè habet Caluini doctrina. Sicuti ſanè rerum generatio Deo non
negatur, propter ſecundarias cauſas quæ ad generationem concurrunt. Nec hæc ergo
excuſatio à diſtinctione cauſarum petita Caluini impietatem aliqua ex parte imminuit,
ſed aggrauat potius magis.

Poſtrema Caluini excuſatio, qua docet vtcumque peccata & velit & operetur Deus
in impiis, decernat quoque ac deſtinet ea, tamen impios propterea excuſari non poſſe,
iſta eſt, quòd impij non diuinæ volũtati, ſed ſuis cupiditatibus ſeruiunt peccando, ideo-
que inexcuſabiles ſunt. Non enim Iudas tradendo Chriſtum redemptioni humani ge-
neris, ſed ſuæ auaritiæ ſeruiuit. Non Dei imperio parebat, ſed ſuo ſtomacho indulge-
bat Semei, quum ex præcepto Dei malediceret Dauid. Populus Ieroboam ſequutus
non Dei iudicio Salomonem punienti, ſed ſuæ perfidiæ obſequebantur. His exemplis Inſtit. lib.1. ca.
docet Caluinus impios à ſua impietate non excuſari, etiam ſi id faciant quod Deus 18. ſect. 4.
C fieri vult, decernit, & deſtinat, imò quod & ipſe Deus facit miniſterio illorum. Eadem
etiam euaſione vtitur libro primo, capite 17. ſect. 5. Sed profectò ſi vera ſunt quæ de *Impij excuſan-*
Dei voluntate, operatione, decreto, deſtinatione, & impulſu circa peccatum docet *tur à peccato per*
Caluinus, omnino & à peccato & à pœna peccati excuſantur impij. Primum quia hoc *Caluini doctri-*
ipſum ſeruire impium ſuæ cupiditati, motus & affectio animi eſt; quæ iuxta Caluinum *nam.* 1.
Dei opus eſt, quia omnia & mala in cordibus hominum operatur Deus. Quamuis ergo
nec Iudas quo ad redemptionem hominum, nec Semei quoad puniendum vel exer-
cendum Dauid, nec rebellis populus quoad punienda Salomonis peccata, illi Dei vo-
luntati & decreto paruerunt, tamen alteri eius voluntati & decreto paruerunt, qua
voluit eos huiuſmodi ſuis cupiditatibus ſeruire, imò ipſas tales cupiditates in illis
operatus eſt. Deinde ſi impellit & deſtinat Deus peccatores ad malum, vt ipſum pri- 2.
mum hominem ad lapſum, (ſicuti Caluinum docere modo oſtendimus) profectò non
ſuis cupiditatibus liberè indulgẽt, ſed Dei decreto neceſſariò ſeruiũt omnes impij Deus
enim deſtinans aut impellens ad aliquem actum aut motum multò eſt violentior &
neceſſaria cauſa, quàm vel fatum ſtoicum, quòd ex connexione cauſarum quidem

ſed inferiorum, pendet (quibus propterea magis reſiſti poteſt induſtria humana, quam
3. Deo cui nihil reſiſtere poteſt) vel vlla alia naturæ aut neceſſitatis creatæ vis. Tertiò quòd D
impij non Dei iudicio ſed ſuis cupiditatibus peccando ſubſeruiant, fit planè ex ignora-
tione iudiciorum Dei quæ per illos operatur, & propterea quòd talibus Dei iudiciis nõ
obſequuntur, meritò excuſantur: maximè ſi verum eſt quod Caluinus docet, ad illã tan-
tum Dei voluntatem exequendam nos obligari, quæ in verbo ſcripto nobis reuelatur.
Eſt autem ſatis veriſimile multos impios ſi Dei iudicia in ſuis peccatis explorata habe-
rent, non ſecus Dei iudicio quam ſuis cupiditatibus obtemperaturos eſſe: puta ſi Paga-
nis perſequens Chriſtianos certo cognoſceret propter peccata Chriſtianorum, talem
eos perſequendi poteſtatem ſib à Deo datam eſſe. Quod Attila vel cognouiſſe vel exi-
ſtimaſſe videtur, qui ſeipſum cognominauit *flagellum Dei*. Nec tamen propterea ab iniu-
ſtè perſecutionis peccato excuſaretur Paganus; vel excuſatus fuit Attila.

Reſpondetur ad Caluini argumenta ex Scripturis deſumpta, quibus ad quatuor impietatis ſuæ puncta confirmanda fœde abutitur.

CAPVT XII. E

SVPEREST nunc ad hanc hæreſem vel atheiſmũ potius de cauſa pec-
cati in Deo terminandam, argumentis Caluini reſpondere quæ ad
quatuor impietatis ſuæ puncta confirmanda ſuperius protulit. Scri-
pturis in primo puncto allatis breuiter reſponde, Semei maledixiſſe,
Chaldæos ſpoliaſſe, ſpiritum mendacem Achab decepiſſe volente &
decernente Deo; id eſt volente permittere, non volente ipſa peccata,
item decernẽte talem vſum malitiæ impiorum & Satanæ non autem decernente ipſam
malitiam in ſe. Nec aliter ſcripturæ in tertio puncto allatæ intelligendæ veniunt. Non
enim plus aliquid ſignificant illæ Scripturæ, *indurabo cor Pharaonis, aut tenebo cor eius. Indu-*
rauerat Dominus corda Regum Chananæorum. Conuertit cor eorũ, &c. aut illud quod Aſſur, vir-
Exod. 2. & 7. Deuter. 2. Pſal. 104. ga furoris & Sennacherib, ſecuris ac flagellũ Domini vocetur, non inquã, plus aliquid
(vt vult Calu.) hæc omnia ſignificant, quàm in prioribus quidẽ locis, Deũ deſerendo &
permittẽdo induraſſe, roboraſſe ac cõuertiſſe corda impiorũ, in poſterioribus vero locis
Deũ potẽter applicaſſe impiorũ malitiã ad iudicia iuſtitiæ ſuæ exequenda. Illæ enim om-
nes phraſes Scripturæ iam citatæ (quibus adde quod Deus dicitur *decipere impios tradere in*
Ezech. 14. Rom. 1. *reprobum ſenſum mittere illis efficaciam errorũ*, & ſimilia (quas potiſſimum vrget Caluinus)
2. Theſſal. 2. quæ actionem in Deo ſignificant circa malum non ſic accipienda ſunt vt ſonant; ſed ac-
Quod Deus non tentat ad malũ actiuè. cipienda ſunt vt reliquæ Scripturæ eas nobis exponunt: verbi cauſa ſæpe legimus, *tentat*
vos Deus. Gen. 22. de Abraham. Deuter. 13. *de populo veteri*. Pſal. 52. *de Dauide*. At alia ſcriptu- F
Iacob. 1. ra hoc ipſum explicans dicit explicatiſſimè, *Deus neminem tentat, tentatur autem vnuſquiſq;*
à concupiſcentia ſua, &c. Quin & ipſe Apoſt. diſertè Deum non alio ſenſu tentare ad ma-
1. Cor. 10. lum quam permittendo. *Fidelis Deus qui neminem patitur tẽtari ſupra id quod poteſt.* Sic quod
Rom. 1. vna Scriptura dicit actiuè loquendo, *tradidit eos Deus in deſideria cordis eorum*. alia Scriptura
Pſal. 80. explicat permiſſiuè factum fuiſſe, *dimiſit eos Deus ſecundum deſideria cordis eorum*. Quare illis
Scriptura permiſſionem mali in Deo apertè docens. omnibus phraſibus Scripturæ quæ actionem circa malum in Deo ſonant, (quas impius
Caluinus vrget) opponendæ ſunt aliæ eiuſdem ſcripturæ phraſes quæ permiſſionem Dei
circa malum ſonant: non quaſi contrariæ phraſes, ſed quaſi expoſitoriæ aliarum, quæ id
de Deo affirmant, quod ſimpliciter & literaliter ſine horrore & impietate de Deo cogita-
Act. 14. ri non poteſt. Tales ſunt præter iam enumeratas etiam iſtæ. *Dimiſit Deus nationes omnes in-*
Ierem. 3. *gredi vias ſuas ſuas.* Sic *dimiſit Deus præuaricatricem Iſrael, & dedit ei libellum repudij*. Sic aufert
Eſai. 5. ſæpem vineæ Iuda, *& fit in direptionẽ, & ponitur deſerta, non putabitur, non fodietur*, &c. Sic de-
Ezech. 16. Pſal. 77. ſerturus Iſraelem iterum loquitur. *Auferetur zelus meus à te & quieſcam, nec iraſcar am-*
Rom. 9. Rom. 2. *plius.* Sic denique poſt multam tolerationem impiorum dicitur de Deo: *Excitatus eſt*
tanquam dormiens Dominus tanquam potens crapulatus à vino, Nempe Deus tam *ſuſtinet in*
multa patientia vaſa iræ, non cooperans illis ſed permittens illos deſideriis ſuis, quam
etiam *ſecundum diuitias bonitatis & longanimitatis ſuæ impios ad pœnitentiam adducit*: non

operans

A operans, ſed tollerans peccata eorum, nec deſtinans aut impellens ad peccandum, ſed expectans & inuitans ad penitendum. Ad hoc ergo Caluini fundamentum quod ex Scripturis petitur, quæ voluntatem & actionem Dei in malis ſonant, reſpondẽdum eſt omnes tales Scripturas non propriè vt ſonant, ſed figuratè accipiendas eſſe, iuxta illam Auguſtini regulam. *Si flagitium aut facinus videtur iubere Scriptura, figurata locutio eſt.* Iuxta quam regulam & membra corporea & paſſiones humanas quæ Deo in Scripturis attribuuntur, figuratè intelligimus, ne vel in anthropomorphitarum vel in Manichæorum hæreſes incidamus. Subiiciam vnam ex Auguſtino reſponſionem, quæ merito ſatisfacere debeat. Tractans illud Ioan. 12. *Propterea non poterant credere, quia dicit Eſaias, Excecauit oculos eorum,* &c, ait. *Hoc propheta prædixit quia Deus hoc futurum præſciuit. Quare autem non poterant credere, ſi à me quæratur, cito reſpondeo, quia nolebant. At aliam cauſam, inquis dicit* Propheta, *non voluntatis eorum. Quia dedit illis* Deus *ſpiritum compunctionis, oculos vt non videant:* &c. Eſaiæ 6. *Etiam hoc eorum voluntatem meruiſſe reſpondeo. Sic enim excæcat & obdurat* Deus *deſerẽdo, non adiuuando. Hoc omnino pietas religioſorum inconcuſſum debet tenere: iuxta illud Apoſtoli. Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit.* Rom. 9. Hæc ille tract. 53. in Ioannem.

De doctr. Chriſt. lib. 3. cap. 16.

Quod omnipotentia & prouidentia Dei actiua Caluini impietates nihil iuuant, oſtenditur.

B

CAPVT XIII.

ALTERVM Caluini fundamentum ad hanc impiam eius ſententiam ſtabiliendam eſt à Dei omnipotentia & prouidentia actiua petitum. Iudicat enim nec omnipotentem eſſe Deum, niſi etiam malas hominum voluntates operetur, nec in omnibus eius prouidentiam agere, ſed quaſi otioſum & epicureum Deum in ſpecula conſtitui, niſi ipſa etiam peccata hominum voluntate actiua deſtinet, decernat, adeóq; determinet & impellat. Quod ad prius attinet, docet diſertè Auguſtinus omnipotentiam Dei non in operando peccata (quæ potius omnipotentia eſt, quia imperfectio & defectus omne peccatum eſt) ſed in permittendo peccata conſiſtere. *Non* (inquit) *fit aliquid niſi omnipotens fieri velit; vel ſinendo vt fiat, vel ipſe faciendo.* Et paulò pòſt. *Niſi eſſet hoc bonũ vt eſſent & mala, nullo modo ſinerentur ab omnipotente bono. Cui procul dubio quam facile eſt quod vult facere, tam facile eſt quod non vult eſſe non ſinere. Hoc niſi credamus, periclitatur ipſa* Dei *omnipotẽtia quam credimus.* Hæc ille. Deus ergo mala permittit fieri quia vult permittere (*non enim nolens ſinit, ſed volens*, ait in eodem lib. Auguſt.) & volendo permittere, omnipotentiam ſuam oſtẽdit, quia nolendo permittere nihil fieret. Nec tamen propter hanc omnipotentiam Dei ſtatuitur aliqua iniquitas in Deo. *Non eſt enim dubitãdum* (ait Auguſt. cap. 96. iam citato) *Deum facere benè ſinendo fieri quæcunque fiunt malè.* Et

Ex omni potentia Dei non ſequitur actiuitas eius in peccato.

In enchirid. cap. 95.

Cap. 96.

Cap. 101.

C rationem ſubiungit. *Quamuis enim ea quæ mala ſunt inquantum mala ſunt non ſint bona, tamen vt non ſolum bona ſed etiam ſint & mala bonum eſt.* Quale autem hoc bonum ſit, in eodem lib. poſtea oſtendit. cap. 100. dicens. *Non enim ſineret bonus fieri male, niſi omnipotens etiam de malo facere poſſet bene.* Hæc ille.

Notandum autem cauſam erroris Caluiniani, cauſam quoque erroris Paganorũ olim fuiſſe. Nam vt Caluinus ad omnipotentiam Dei commendandam, vult eum ipſa peccata operari, ita pagani quia hoc à Chriſtianis negari audirent, imbecillitatem Deo obiiciebant, & omnipotentiam negabant. Reſpondet autem pro Chriſtianis Iuſtinus Martyr. *Permittit Deus vt ea mala faciamus quæ ſponte ſuſcipimus, non propter imbecillitatem aliquã, ſed vt & noſtrũ liberũ arb. & ipſius patientia declaretur, ſine quibus nec nos homines, nec ipſe bonus in hoc vitæ ſtatu eſſe poſſet.* Hæc ille in lib. de quæſt. gentibus propoſitis earúmque reſponſionibus: in reprehenſione reſponſionis ad quæſtion. 1. vbi paucis multa dicit. Si enim non permitteret Deus mala fieri, noſtrum lib. arbitrium nihil ageret. Si autem faceret in nobis mala, bonus nõ eſſet. Maluit autẽ Caluinus vt lib. arb. certius tolleret, Deũ bonũ negare, quàm vel minimũ libertati humanę locũ dare. Eodem quoq; modo quũ Marcion hæreticus vel præſcientiam vel potentiã in Deo negaret, circa lapſum primi hominis,

Caluinus et pagani ex eadem cauſa impegerunt.

Marcionis & Caluini furor idem.

quia aut neſciente Deo, aut non volente impedire, talis lapſus accideret, ideóq; ne hæc D dicetet, ipſum Deum huius lapſus Authorem ſtatueret, vt hodiè Caluinus, reſpondet Tertull. lib. 2. contra eundem, *Deum præſciuiſſe & potuiſſe impedire lapſum primi hominis; neutrum tamen feciſſe propter bonitatem & ſapientiam ſuam: bonitatem, quia quem liberæ naturæ creauit, frui libertate quam accepit Deus bonus impedire non debuit: ſapientiam, quia imprudentiæ videretur quod naturæ ſemel contulerat humanæ, ſtatim auferre.* Quare docet, poſita ſemel inſtitutione humanæ naturæ liberę quæ aliter à bono Deo inſtitui nō debet, & poſita ipſa ſapientia Dei quæ naturas a ſe inſtitutas quaſi pœnitentia ductus non mutat, ſic cætera explotanda eſſe quæ in Scriptutis dicuntut, ne huic inſtitutioni & bonitati diuinæ repugnēt.

Omnipotentia ſeu actiuitas Dei in tribus conſiſtit.

Veteres igitur omnipotentiam, actiuitatem & prouidentiam Dei non in operatione, in voluntate, ſeu deſtinatione peccati poſuerunt, (quæ Deo indigna eſſe exiſtimarunt, & impotentiæ potius atque imbecillitatis quam potentiæ argumenta, vt in tractatu 1. de Symbolo ad Catech. c. 1. docet Auguſt.) ſed omnipotentiā quidem ſeu actiuitatem Dei in tribus conſiſtete docuerunt. Primum quia quicquid bonum eſt ſeu in rebus ſeu in actionibus, operatut Deus. Deinde poteſt ſi vult, omnia & quæuis mala impedire & è medio tollere. Tertio quia pto ſua ſapientia & bonitate volens ac ſciens permittit mala fieri. Permittit autē volūtate nō otioſa ſed actiua; Actu enim vult permittere. Fingit Caluinus & poſt eū Beza nos ptomiſſionem Dei voluntati eius opponere, quaſi contrariam; id eſt quaſi nō volens & ſciēs, ſed quaſi inuitus & imptudens permitteret Deus peccata. Nos autem in ipſa promiſſione ponimus voluntatem Dei actiuam, non circa peccatum E ſed circa promiſſionem. *volens enim permittit non nolens.* ait Auguſt. Enchirid. cap. 100.

Prouidentia Dei circa mala ad 4 fines bonos.

Prouidentiam autem Dei circa mala in hoc ſolo poſuerunt veteres, quod ipſa mala
pto ſua infinita ſapientia in bonos vſus ac fines deſtinet, vel ad iuſta iudicia ſua exequen-
da, vt maledictionem Semeï & inceſtum Abſaloni ad Dauidis peccata punienda, vel ad
1. gloriam nominis ſui, vt indurata malitia Pharaonis ad oſtendendam potentiam ſuam
2. in liberatione populi ex Ægypto; vel ad ſeruorum ſuotum gloriam, vt malitia Satanæ
3. & rapina Chaldæorum ad illuſtrandam patientiam ſerui ſui Iob; vel denique ad cōmu-
4. ne etiam aliquod bonū aut Eccleſiæ ſuæ aut humani generis: vt tot Ethnicorum & hæreticorum perſecutionibus quoad primum, & ipſa malitia Iudæorum circa Chriſtum crucifigendum quoad ſecundum. His finibus Dei omnipotentiam & ptouidentiā circa

Dei prouidentia eſt falſa, ſi eſt actiua.

mala veteres complexi ſunt. Auguſtinus autem egtegiè argumentatut, quòd ſi Dei prouidentia eſſet actiua, conſequēter eſſet falſa. Ait enim. *Non præterea quenquam ad peccandū Deus cogit, quia futura hominum peccata iam nouit: Ipſorum enim præſciuit peccata non ſua, non cuiuſquam alterius ſed ipſorum. Quapropter ſi ea quæ ille præſciuit ipſorum, non ſunt ipſorum, non verè ille præſciuit.* Hæc ille. Tract. 53. in Ioan.

Quo modo Dei voluntas ſemper impleatur.

Quomodo autem diuina voluntas ſemper impleatur, etiā quando peccata fiunt, quæ contra voluntatem eius ſunt, docet Auguſt. in Enchirid. cap. 100. videlicet *non fieri præter eius voluntatem*, ſcilicet promiſſiuam & ad altiores fines directiuam, *etſi fiant contra eius voluntatem*; præceptiuam & beneplaciti. Atque hinc etiam eluceſcit non eſſe iſta duo F

Prohibere et promittere non ſunt contraria.

contraria Deus prohibet peccata, & tamen permittit ea. Deum enim ptohibere peccata, eſt non velle fieri aliqua peccata. Deum autem permittere peccata non eſt Deū velle fieri peccata (quod alteri eſt cōtradictorium) ſed eſt Deum velle permittete fieri peccata. Quare ptopriè loquendo, Deus nec vult mala fieri (quia prohibet ea) nec vult mala non fieri quia permittit ea, ſed nolens mala fieri vult tamen permittere mala fieri, & hoc bonum eſt: ut docet S. Thom. 1. p. q. 19. art. 9. ad 3. arg. quia videlicet illa permittēdo, vult ad altiores fines dirigere peccata. Quam diſtinctionem, qua mens Auguſtini in Enchir. cap. 100. & tot. explicatur, ſi aduertiſſet Caluinus, nunquam duas in Deo contrarias voluntates circa malum poſuiſſet; nec poſitas ita abſutde defendiſſet, vt contradictionem manifeſtam dum explicare nequiret, credendam ſua ſola authoritate obtruderet: vt in illo impius, ita in hoc impudentiſſimus.

Quod

A *Quod Auguſtini doctrina contra Iulianum lib. 5. pro Caluini impietatibus nihil faciat, tum ex illo tum ex aliis Auguſtini locis demonſtratur.*

CAP. XIIII.

HVIC iam diſputationi finis imponi poſſet, niſi ex Auguſtino negotium faceſſeret aduerſarius. Nam contra diſtinctionem de permiſſione Dei circa peccatum non autem actionem, item de deſerendo, non autem de impellendo ad peccatum varia ex Auguſtino profert Caluinus, quæ breuiter ſoluemus. Primum diſertè reprehendit Auguſtinus Iulianum Pelagianum quòd quum dicitur Deum *tradere homines in deſideria ſua*, doceat Deũ hoc facere deſerendo. [Rom. 1. Auguſt cõtra Iulianum lib. 5. cap. 3.] *Quæris inaniter quomodo intelligendus ſit tradere Deus, multum laborans, vt oſtendas eum tradere deſerendo.* Et paulo poſt. *Quid eſt quod dicis, quum deſiderijs ſuis traditi dicuntur relicti per diuinam patientiam intelligendi ſunt non per potentiam in peccata compulſi, quaſi non ſimul poſuerit hæc duo Apoſtolus, & patientiam & potentiam, vbi ait. Si autem volens Deus oſtendere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa*

B *patientia vaſa iræ, &c.* Moxque Scripturis illis citatis quas etiam produxerat Caluinus, [Ezechiel. 14. 3. Reg. 22.] *ego dominus ſeduxi Prophetam illum.* Et, quod ſpiritui mendaci in ore Prophetarum dixit Deus, *vade & præualebis*, infert Auguſtinus. *Quid horum dicis hoc eſſe patientiam an potentiam? Et quod Dominus dixit, ego ſeduxi, intelligendum vis deſerui, vt pro meritis eius ſeductus erraret.* Hæc ille. Et ne iſta non dogmaticè ſed contentioſè dicta videantur, quaſi contra aduerſariũ pugnando etiam in lib. de grat. & lib. arb. ca. 20. eandem doctrinam ad longum repetit. [Exod. 7. Ioſue 7. Deuter. 2.] Recitatis enim cap. 20. Scripturis etiam à Caluino productis de induratione Pharaonis, de aggrauatione cordis regis Chananæi contra filios Iſraël, de maledictione Semei à domino præcepta 2. Reg. 16. ac denique de diſſipatione conſilij Achitophel per dominum. 2. Reg. 17. Mox cap. 21. ait. [De gra. & lib. arbitr. cap. 21.] *Quis non iſta iudicia diuina contremiſcat, quibus agit Deus in cordibus etiam malorum quicquid vult?* Et ſtatim aliis multis exemplis accumulatis, vt de Roboam, quòd non acquieuit populo, *quia auerſatus eſt eum dominus.* 3. Reg. 12. de Iotam quòd *Deus ſuſcitauit contra eum ſpiritum Philiſthinorum & Arabum*, qui terram eius vaſtauerunt 2. Paralip. 21. de Aſſuero quod *conuertit Deus cor eius*, & tranſtulit ab indignatione in bonitatem de Ægyptiis quod *conuertit Deus corda eorum, vt odirent populum eius.* Pſalm. 104. Denique Apoſtoli verbis ad Rom. 1. *tradidit eos Deus in deſideria cordis eorum, &c.* & 2. ad Theſſ. 2. *Mittet illis Deus efficaciam erroris*, ſimiliter productis, concludit. *His & talibus teſtimoniis ſatis manifeſtatur operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit, ſiue ad bona pro ſua miſericordia, ſiue ad mala pro meritis eorum.* Hæc Auguſtinus.

C Sed nihil horum omnium vel contra orthodoxam veritatem nunc explicatam, vel pro impia Caluini doctrina quicquam facit. [*Auguſtini doctrina nihil pro Caluino facit.*] Quare Auguſtini doctrina dexterè eſt intelligenda: eo ſanè modo quem ipſe in aliis ſuis ſcriptis ſubinde & manifeſte expreſſit, imò etiam quem ipſis locis citatis manifeſtè tradidit. 1. Primum igitur notandum eſt Auguſtinum hoc totum ſcribere, *de illis tantum peccatis quæ ſunt pœnæ peccatorum*, vt tum tota diſputatio contra Iulianum habita clarè loquitur, tum etiam ſingulæ ſcripturæ ab eo citatæ manifeſtè oſtendunt. Quare ſi fortè in hoc genere peccatorum, Deum non ſolum per patientiam permittere, ſed etiam per potentiam impellere, nec ſolum deſerere, ſed etiã agere & operari ipſa peccata, doceret Auguſtinus, nõ tamen in vniuerſum de omnibus peccatis, ſicuti Caluinus facit idem docuiſſe conuinceretur. 2. Deinde aliis in locis diſertè docet deum in puniendo peccata aliis peccatis non facere ipſa mala, ſed vel vti malorum Angelorum Aut hominum opera, vel deſerere ipſos impios. [*Peccata quæ ſũt pœnæ peccatorũ Deus non operatur.*] Sic enim ſcribit. *Iniquiſſimam & maligniſſimam Aegyptiorum obſtinationem & cordis indurationem qua dimittere populum Dei noluerunt, Deus quum facere dicitur, non inſtigando & operando, ſed deſerendo facit, vt mali Angeli operentur in filiis diffidentiæ quod Deus debitè iuſtéque permittit. Nam & illud Eſaiæ, domine ecce tu iratus es & nos peccauimus & errauimus &c. ea ratione intelligitur. Præceſſit enim aliquid vnde Deus iuſtiſſimè iratus ab eis ſuum lumen auferret, vt in peccata offenderent. Et quod in alio* [Cap. 64. Pſal. 104.]

Pſal.legitur,conuertit Deus corda eorum,vt odirent populũ eius,bene creditur Deus feciſſe per illos Angelos malos, vt etiam vitioſæ mentes filiorum infidelitatis per eos Angelos quibus eadem amica ſunt vitia excitarentur in odium populi Dei. Hæc ibi Auguſtinus. Moxque & circa illud quod Apoſtolus dicit, *Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum,&c.* Dicit *malos Angelos tanquam in materia ſui operis verſari & gaudere quibus iuſtiſſimè ſubdita eſt vitioſitas humana.* Vides hoc loco, vt contra Caluinum quaſi ex propoſito diſputat Auguſtinus, & ſcripturas ab eo violenter in alienum ſenſum obtortas orthodoxè explicet. Nec diſſimiliter tract. 53. in Ioan. tractans illa verba Eſai. 6. & Ioan. 12. repetita, *excæcauit Deus oculos eorum & indurauit cor eorum*, item illa verba Eſai. 6. & Roman. 11. repetita, *Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, &c.* dicit, *Hoc totum eorum voluntatem meruiſſe reſpondeo. Sic enim excæcat,ſic obdurat Deus deſerendo & non adiuuando,quod occulto iudicio facere poteſt,iniquo non poteſt.* Hæc ibi. Sed longè apertiſſimè in lib. de prædeſt. & gratia mentem ſuam explicat. *Quod* (in quit) *dicitur quem vult indurat, non ita intelligendum eſt,quaſi Deus in homine ipſam quæ non eſſet duritiam cordis operetur.* Et paulò pòſt. *Indurare enim dicitur eum quem mollire noluerit,ſic excæcare dicitur eum,quem illuminare noluerit. Sic etiam repellere eum quem vocare noluerit.* Hæc ibi, moxque paulò poſt aperte dicit, *quòd induraſſe Deum cor Pharaonis præmittit Moyſes non ad operationem Dei, ſed ad præſcientiam pertinere.* Quod autem poſtea Exod. 7. inter ipſos miraculorum imbres dixiſſe legitur. *Ego indurabo cor Pharaonis &c. apertè intelligitur primam iteraſſe ſententiam. Quid enim eſt indurabo cor niſi non molliam?* Hæc ille. Deinque in epiſtola. 105. ad Sixtum. *Non obdurat Deus impartiendo malitiam ſed non impartiẽdo miſericordiam.* Poſtremò inter Articulos falsò Auguſtino impoſitos, quintus erat, *quòd peccatorum noſtrorum author ſit Deus, & quod malam voluntatem faciat hominum, &c.* quam ſententiam diſertè à ſe repellit in reſponſione ad eũdem, in libello de articulis ſibi falsò impoſitis. Rom. 7. In iſtis ergo locis ſatis eluceſcit vera Auguſtini ſententia & iudicium circa Dei concurſum ad mala impiorum opera, etiam quando indurantur, & in pœnas præcedentium peccatorum in peccata traduntur. Nunc oſtendamus nec in ipſis locis ab aduerſariis citatis vel ſibi vel orthodoxæ doctrinæ Auguſtinum aduerſari. Quod ad verba contra Iulianum attinet, primum non tam reprehendit quod dicat Deum tradere in deſidera mala deſerendo, quam quod negat eos à Deo tradi puniendo, id eſt per modum pœnæ præcedentium peccatorum. Subiicit enim ſtatim. *Quomodo libet tradat,propter hoc tradidit,propter hoc deſeruit: & vides eius traditionem qualem libet, & quomodo libet intelligas, quæ conſecuta ſunt. Curauit enim Apoſtolus dicere quanta pœna*
1\. *ſit à Deo tradi paſſionibus ignominiæ,ſiue deſerendo ſiue alio quocunque vel explicabili vel inexplicabili modo.* Adhuc ergo non prorſus reiicit quod Deus tradat deſerendo. Imò paulò pòſt dicit. *Cum dicitur homo traditus deſideriis ſuis,inde fit reus,quia deſertus à Deo cedit eis atque cõſentit.*
2\. Deinde verò quod paulò poſt addit patientiæ diuinæ in relinquendo, etiam potentiam in compellendo ad peccata, quia Paulus ad Rom. 9. Vtrumque complexus eſt; nec adhuc potentiam ſic vrget in tradendo, vt dum tradit Deus, eum deſerendo hoc facere neget. Quum enim dixiſſet, *an & hic dicturus es, Ego dominus ſeduxi illum, intelligendum eſſe deſerendo, vt pro eius meritis ſeductus erraret:* ſubiungit ſtatim. *Age vt vis: tamen eo modo punitus eſt pro peccato, vt falſum prophetando peccaret.* Ergo iterum vides, quod non tanquam falſum, hunc ſenſum reiiciat, Deum tradere deſerendo, ſed quòd pœnam peccati ſemper vrgeat.
3\. Tertiò etſi illum ſenſum ſaltem vt minus ſufficientem reprobat, & vult adiungi diuinæ patientiæ etiam potentiam, tamen nec hoc pro Caluino facit. Nam potentiæ nomine, non intelligit Auguſtinus potentem aliquam Dei operationem circa peccatum ipſum in cordibus hominum, vt facit Caluinus, ſed tantum intelligit potentiſſima Dei iudicia, quæ exercet puniendo præcedentia peccata per poſteriota, de modo tamen quo illa exercentur nihil determinans. Quare citata ad longum illa ſcriptura de deceptione Achab per Prophetas mendaces, ait, *Rex peccauit credendo falſis Prophetis. At hæc ipſa erat & pœna peccati, Deo iudicante, Deo mittente Angelum malum, vt apertius intelligeremus, quo modo in pſalmo dictum eſt, miſiſſe iram indignationis ſuæ per Angelos malos. Sed nunquid errando, nunquid iniuſtè quicquã vel temere iudicando ſiue faciendo? Abſit. Sed nõ fruſtra dictũ eſt. Indicia tua abyſſus multa.* Hic ergo potentiam Dei explicat Auguſtinus eſſe circa iudicium illud inſcrutabile, quo per noua peccata punit præterita. Modum autem quo hoc facit Deus non adhuc explicat. Quare & poſtea ſubiungit. *Facit hæc Deus miris & ineffabilibus modis, qui nouit iuſta iudicia ſua non ſolum in corporibus hominũ,ſed & in ipſis cordibus operari.* Hæc ille. Quo tamen in loco ne putaremus operari Deum ipſa peccata in cordibus hominum (vt dogmatiſat Caluinus

Deſerendo non adiuuando. — *De prædeſt. & gratia cap. 4.* — *Indurare non mollire.* — *Cap 6. Exod. 3.* — *Caluini doctrina olim Auguſtino falsò impoſita.* — *Quo ſenſu non parientiam ſed etiam per potentiam Deus tradat in reprobum ſenſum.* — *Auguſtinus adderido potentiã non negat patientiam Dei.* — *Potētia nomine quid intelligat Auguſtinus hoc loco.* — *Pſal. 35.*

D — E — F

A Caluinus) addit prouidentiſſimè. *Qui non facit voluntates malas, ſed vtitur eis, vt voluerit, quũ aliquid inique velle non poßit.* Hæc ille paucis ſed apertis verbis Caluini hæreſim iugulans, & ſimul potentiã quam dixit, explicans in eo eſſe, quòd Deus potenter vtitur malis hominum voluntatibus, ſua per eas iudicia exercens. Eodem quoque modo per potentiã immittit Angelos malos, non excitando aut operando malitiam illorum contra homines (vt Caluinus docuit) ſed vtendo illa. Sic rem alibi explicat Auguſtinus. *Immitti per Angelos immiſſionem ſuper quoſlibet à domino Deo, quos hac pœna iudicat dignos, durum videtur eis qui minus idonei ſunt cogitare quemadmodum ſumma Dei iuſtitia bene vtatur & malis. Quare malos Angelos ipſe non fecit: vtitur tamen eis qui bonus eſt bene, conuenienter, & iuſtè.* Hæc ille. Enarrat. in Pſalm. 77. Hæc eſt ergo potentia quam oſtendit Deus in peccatis impiorum, quia vtitur ipſorum malitia, atque item malorum Angelorum improbitate, ad ipſos impios puniendos, & ad ſua exequenda iuſta iudicia. Atque hæc ad locum Auguſtini libro 5. cap 3. contra Iulianum, qui nihil Caluinum iuuat.

Potentia Dei in parte peccatorũ eſt vti potenter peccatis ipſis.

Quomodo per potentiã Deus immittit angelos malos.

Ad alia & difficiliora Auguſtini verba in lib. de grat. & libero arbitrio reſpondetur.

CAPVT XV.

B MAIOR difficultas eſt in loco de gratia & lib. arb. capit. 20. & 21. Scribit enim diſertiſſimè *malas voluntates ita eſſe in Dei poteſtate, vt eas quò voluerit, quando voluerit, faciat inclinari vel ad beneficia quibuſdam præſtanda, vel ad pœnas quibuſdam ingerendas, ſicut ipſe indicat, occultiſſimo quidem iudicio ſed ſine dubitatione iuſtiſſimo. Nam inuenimus aliqua peccata etiam pœnas eſſe aliorum peccatorum.* Hæc ille, capite 20. Moxque cap. ſeq. dicit *Deum agere in cordibus hominum quicquid vult*, & addit poſtea, *Deum operari in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates ſiue ad bonum ſiue ad malũ.* Hæc quidẽ ille. Sed obſerua diligenter nuſquã dicere Auguſtinum, quod Deus inclinet hominum voluntates vel corda ad malum, ſed quòd *faciat inclinari*, cap. 20. & quòd *operetur in illis ad inclinandas voluntates ad malum.* cap. 21. Deus enim nunquam inclinat ad malum, ſed ſolus Satan vel homo. Deus autem facit corda inclinari, vel agit & operatur ad inclinandum, quando vtitur malitia præexiſtente ipſius Satanæ, vel impiorum ad noua peccata, vel ad perſeuerandum in peccato. Sic hoc ipſo in loco docet diſertè Auguſtinus. Explicans enim cap. 20. quomodo Deus præcepit Semei maledicere Dauid, ait: *Quia voluntatem Semei proprio ſuo vitio malam, in hoc peccatum iudicio ſuo iuſto & occulto inclinauit, ideo dictum eſt, præcepit ei dominus*, & paulò pòſt. *Sic vſus eſt Iuda tradente Chriſtum ſic vſus eſt Iudæis crucifigentibus Chriſtum. Qui & ipſo diabolo vtitur peſſimo, ſed optimè ad exercendam & probandam fidem & pietatem bonorum.* Nota autem
C quod non dicit voluntatem Semei in peccatum, ſed *in hoc peccatum* inclinauit Deus; ſcilicet quatenus per illam maledictionem puniret Dauid. Species enim mali vt eſt in genere vitij moralis, & eius qualitatiuum, à Deo eſt; licet defectus & deformitas circa factum ipſum, quæ eſt mera priuatio boni & recti, non à Deo, ſed ab agente deficiente, id eſt, libero arbitrio humano ſit. Vt docet Sanct. Tho. 1. 2. q. 79. art. 2. de quo & vide Caietanum in ſcholiis ibidem ad art. 1.

Deus non inclinat ad malũ eſt faciat inclinari.

Iam verò quæ in capite 21. durius ſonare videntur, & pro Caluino facere, vt quòd dicit *agere omnipotentem Deum in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum, vt per eos agat, quod per eos agere voluerit*; Item quòd Deus *idololatriæ peccatum volens vindicare, operatus eſt in corde Amaſiæ regis, cui iuſtè iraſcebatur, vt admonitionem ſalubrem non audiret, ſed ea cõtempta iret in bellum, vbi cum ſuo exercitu caderet.* Dicente Scriptura, *Domini voluntas erat, vt traderetur in manus hoſtium.* 2. Paral. 25. non docent Deum immediatè operari peccatum ipſum in cordibus malorum, ſed mediantibus malis Angelis, vel ipſa etiam praua voluntate hominum Deum operari, & agere *quod vult & quicquid vult*, id eſt, iuſtum iudicium ſuum: *quia iniuſtè aliquid velle non nouit*, ait ibidem Auguſtinus. Non autem peccatum ipſum vel mediatè vel immediatè operari. Hanc ſuam mentem eſſe clarè explicat in fine eiuſdem capitis Auguſtinus. *Potens*, inquit, *eſt Deus ſiue per Angelos vel bonos vel malos, ſiue quocunque*

Quomodo Deus agit in cordibus hominũ ad malum.

Deus mediatè operatur iuſtum iudicium ſuum: peccatum autem nec mediatè nec immediatè.

alio modo, operari etiam in cordibus malorum, pro meritis eorum; quorum malitiam non ipſe fecit, ſed D
aut originaliter tracta eſt, aut creuit per propriam voluntatem. Hæc ille. Reſolutio ergo Auguſt.
eſt, Deum per Spiritum S. id eſt per ſe, operari in cordibus electorum ſuorum bona: per
angelos autem vel bonos (quod tamen de bonis dubium eſt, nam & exemplũ quo vti-
tur ad hoc Aug. enarrat. in Pſal. 77. de Angelis qui Sodomis pœnas infligebant, de pœ-
nis infligendis eſt, non de operatione peccati:) vel malos, aut per voluntatẽ hominum
malam operari, non peccata aliqua ſed iuſta iudicia ſua, videlicet non faciendo malitiã,
aut inclinando ad malum voluntatem bonam; ſed vtendo malitia hominũ, & inclinan-
do volũtates iam malas, ad certũ genus mali atque peccati quo vel peccãs ipſe, vel alius
iuſtè puniatur (ſicut ſuprà de peccato Semeï dixit Auguſt.) ideóque non peccati, ſed pœ-
næ rationem habet id, ad quod Deus inclinat. Denique agendo per impios quod vult
id eſt non peccatum, (quia velle peccatum non poteſt) ſed peccati vſum volendo, ope-
rando, decernendo. Neque obſtat quod vtrumque pariter Auguſt. coniungit, *Deum vi-
delicet operari ad inclinandas hominum voluntates ſiue ad bonum ſiue ad malum*: quaſi propterea
eodem modo vtrumque faceret ſeu operaretur. Nam in fine capitis clariſſimis verbis
explicuit, *Deum operari in cordibus electorum bona per ſe, ſeu Spiritum ſuum*, in cordibus autem
malorum dicit Deum operari non per ſe, *ſed per angelos malos vel propriam hominum volun-
tatem, jam antea ſuo vitio malam atque corruptam.* Nec dicit Auguſtin. quòd per hæc media
Deus operatur malum, ſed abſolutè dicit *Deum operari*, ſcilicet iuſta iudicia ſua. Ita pror- E
ſus ab omni vel voluntate vel operatione mali, vel decreto & deſtinatione ad malum,
liberat Deum ſemper Auguſtini doctrina: ſed attentum & incorruptum lectorem illa
deſiderat.

Reſolutio Auguſtiniana doctrinæ.
Deus operatur non per ſe, ſed per alios.
Non peccatum, ſed iuſtum iudicium ſuum.
Inclinat non ad malum ſed ad certum genus mali.
Non peccati ſed pœnæ rationem illud habet.

Atque hæc de prima hæreſi de cauſa peccati contra Caluinum hactenus: quam Patres Trident. ſeſſ. 6. can. 6. anathemate iugularunt; quam à ſuis Eccleſiis alienam eſſe Martinus Chemnitius Lutheranus in examine decretorum Concilij Trident. ſtudiosè docet, adducta etiam in teſtem Confeſſ. Auguſt. Quam etiam Helueticæ Eccleſiæ omnes in ſua Confeſſione an. 68. edita cap. 8. diſertis verbis damnãt. Quę denique à Senatu Bernenſi præſente ipſo Caluino, aliiſque Miniſtris Helueticis, qui hanc eius doctrinam coram accuſarunt, inter quos præcipui erant Andræas Zebedeus Nyonenſis miniſter, & Ioannes Angelicus miniſter Burſini, publicè reiecta & damnata eſt an. 1555. 3. Aprilis.

Ita ſanè peſtilẽtiora quæque dogmata Caluiniſtarum propria ſecta tenet; quæ tamen hodiè penè ſola, certè maximè, inter Proteſtãtes floret: & in Anglia regnat: nõ ſine grauiſſimo propter peccata noſtra diuinæ vindictæ argumento.

Finis Libri Undecimi.

DE

DE DISCRIMINE PECCATORVM.

LIBER DVODECIMVS.

Quas ob cauſas diſcrimen peccatorum venialium & mortalium negare horum temporum hæretici voluerunt.

CAPVT I.

CIRCA DISCRIMINA peccatorum vnicam huius temporis hæreſim nos hoc loco tractaturos dixeramus. Non enim nullum peccatorum diſcrimen ponunr hodiè hæretici (nam & originale ab actuali diſtingunt, & ipſa intet ſe mortalia grauitate differre agnoſcunt:) ſed receptam in ſcholis & in Eccleſia de peccatis mortalibus & venialibus diſtinctionem *Quare proteſtãtes venialia peccata non agnoſcunt.* petulantet impugnant: ídque duabus ex cauſis quas aduertere operæprecium eſt. vna cauſa eſt, vt hac ratione perfectiſſimam legis obedientiam à ſingulis requiri doceant, eo ſanè rigore, vt quæuis vel minima tranſgreſſio, & momẽtanea mali cogitatio aut delectatio, mortem mereatur. Hoc enim illo- Inſtitut. lib. 2. cap. 8. ſect. 58.
rum paradoxum doctrinam de peccatis venialibus prorſus euertit. Eſt autem ab ipſis neceſſario hoc paradoxum tenendum vt omnem legis iuſtitiam exterminent, & ſolius fidei iuſtiriam ſtatuant. Hac ſanè de cauſa diſtinctionem hanc impugnat ardenter Caluinus. Altera cauſa eſt vt ſatisfactionem pro peccato, qualem docet Eccleſia, tanquam Inſt. lib. 3 cap. 4 ſect. 28.
impoſſibilem tollant. *Si enim ſingula & quotidiana peccata mortalia ſunt, ideóque ſatufactione* Diſtributio.
expianda, quem tandem ſatufaciendi exitum inuenient in tanto peccatorum cumulo? ait Caluinus, 1.
C In hac aurem hæreſi refutanda tria faciemus, & quidem breuiſſimè. Primum diſtinctio- 2.
nem venialiũ à mortalibus qualis & quotuplex ſit ex ſcholaſtica diſciplina repetemus. 3.
Secundo, ex Scripturis ipſis hanc diſtinctionem colligi oſtendemus. Tertiò, hæreticorũ argumentis contra hanc diſtinctionem reſpondebimus.

Duplex & magis propria diſtinctio peccatorum venialium à mortalibus iuxta doctrinam orthodoxam explicatur.

CAPVT II.

QVOD ad primum attinet, propria diſtinctio venialium peccatorum à mortalibus ab ipſa natura peccatorum ſumitur; quorum quædam in ſua propria natura & ratione venialia ſunt, id eſt ex ſe & ſua natura venia digna; alia vero in ſua propria natura ſunt mortalia, id eſt, ex ſe ipſis mortem animæ & conſequenter pœnam inferunt atque infligũt, hominem videlicet adeò penitus auertunt, diuidunt, adeóque *intercludunt*: vt Auguſt. loquitur. Huiuſmodi autem peccatorum venialium (quæ maximè propriè venialia ſunt) duo ſunt genera. Vnum genus eorum eſt quæ ex toto ſeu in genere ſuo ſunt ſemper venialia, niſi fortè ex parte & diſpoſitione agentis, ad malum finem relata reddantur mortifera. hoc genus peccati eſt actio quidem inordinata, id eſt non tendens actu ad vltimũ finem illũ, ad quem omnes actiones noſtræ ordinari debent: id eſt ad Deum & amorem Dei propter ſe, vel proximi propter Deum. Non tamen eſt talis actio quæ deſerit illum ordinem, vel auertit ſe ab illo, repugnans charitati erga Deum & proximum; ſed ſeruato principio vitæ ſpiritualis, qui eſt ordo ad vltimũ finem, ſaltem habitualiter, tantummodo circa ea quæ ſunt ad finem inordinationem quandam habet; ideóque eſt venialis actio ſeu reparabilis per ſuum propriũ principium interius, id eſt per charitatem à qua nondum excidit. Et hoc fortè ſenſu dicitur, quòd *charitas operit multitudinem peccatorum*. Ac ſi quis diceret, humor radicalis adhuc integer ſanat multas infirmitates corporeas: vel, principiorum ſcientia retenta liberat à multis erroribus circa concluſiones: vel denique quamdiu ad finem voluntate tenditur ex præcepto ambulatur, etſi vel ſegnius aliquis interdum procedat vel nonnihil à via recta deflectat. Sic miles legitimè pugnat, qui etſi hoſtem non vincat, diſciplinam tamen militarem non deſerit: Huius generis peccatum eſt maximè veniale, & ex toto, quia nihil habet morte dignum.

D

De peccat. mer. & remiſſ. lib. 1. cap. vlti.

Deſcriptio peccati venialis ex genere

Tho 1.2. q 88. art. 2.

1. Petr. 4.

E

Tho. 2.2. q. 44. art 6.

Huius etiam generis peccata quia circa propria quædam obiecta verſantur, talia videlicet quæ quatenus fiunt à Deo non auertunt, nec vnionem animæ cum Deo (quæ per charitatem fit) diſſoluũt, propterea determinari & aſſignari poſſunt. Quate multas ſpecies huius venialis peccati enumerat Auguſt. variis in locis Serm. 41. de Sanctis: homil. 50. ex Homil. 50. cap. 6. & 7. In Enchitid. cap. 78. contra Iulianum lib. 2. contra Fauſtum lib. 22. cap. 29.

Peccata venialia ex genere determinari poſſunt.

Aliud genus peccati venialis, etiã in natura ſua, non tamen ex toto ſed ex parte, ideóque minus propriè, illud eſt cuius actio aliqua ex parte venialis & reparabilis eſt, quia habet in ſe aliquid culpam diminuens & extenuans, etſi non ex parte obiecti (quod fortaſſe mortale eſt) tamen ex diſpoſitione agentis (ex qua peccati ratio conſideranda eſt non minus quam ex obiecto) qui non pleno cõſenſu & deliberato iudicio (quod eſt proprium principium omnis actus ſeu boni ſeu mali) ſed leui aliquo & ſubitaneo motu fertur in malũ, vel verſatur circa materiam omnino malam & prohibitam ſub pœna mortis æternæ. Et hoc dicitur peccatum veniale ex imperfectione actus. Huius generis ſunt cogitationes (ex parte intellectus errantis) & delectationes (ex parte voluntatis corruptæ) tranſitoriæ, vel etiam moroſæ, id eſt, in quibus ratio immoratur; ſine cõſenſu tamen deliberato circa obiecta intellectus, & ſine complacentia in actum malum ex parte voluntatis. Nam complacentia cogitationis ipſius moroſæ (quæ propemodum naturalis eſt) mortifera eſſe non poteſt, de qua lege S. Tho. 1.2. q. 74. art. 8. maximè in renatis, quibus corruptio naturæ (vnde talis complacentia oritur) amplius non imputatur, ſed verè remiſſa eſt per Chriſtum vt ex Apoſtolo ad Rom. 8. verſ. 1. docet S. Thom. 1.2. q. 89. art. 5. & non obſcurè D. Auguſt. de Nuptiis & Conc. lib. 1. cap. 23. vbi dicit; *omnem prolem concupiſcentiæ originali eſſe obligatam peccato*, id eſt damnationi, *niſi in Chriſto renaſcatur*.

Deſcriptio peccati venialis ex imperfectione actus.

F

complacentia cogitationis moroſa eſt peccatũ veniale.

Huius generis peccatum docet clare Auguſtinus, diſtinguẽs inter ſuggeſtionem, delectationem, conſenſum. Quorum primum nullum, ſecundum veniale, tertium mortale peccatum eſſe docet in materia mortali, id eſt ſub pœna mortis æternæ prohibita. *Cum ſola*, inquit, *cogitatione mens delectatur illicitis, non quidem decernens eſſe facienda, tenens tamen & voluens libenter, quæ ſtatim vt attigerunt animum, reſpui debuerunt, negandum non eſt eſſe peccatum; ſed longè minus quam ſi opere ſtatuatur implendum. Et ideò de talibus cogitationibus venia petenda eſt, pectúſque percutiendum atque dicendum, dimitte nobis debita noſtra.* Hæc ille. Per quam orationis Dominicæ particulam pro huiuſmodi cogitationibus dicendam euidens eſt, Auguſtinum quod *longè minus peccatum* dixit, veniale intelligere. Eius enim cla-

A ra doctrina eſt contra ſola venialia hanc particulam valere, vt alibi oſtendimus. De hoc etiam genere venialis peccati diſputat lib. 2. contra Iulianum. Quum enim dixiſſet, *à carne rebellante vinci nos interdum etſi non lætaliter tamen venialiter* (vbi diſertè inter veniale & mortale diſtinguit) exempla ſubiicit vtriuſque generis peccati venialis iam dicti. Prioris quidem generis his verbis: *Sicut coniuges quando modum generationi neceſſarium cauſa ſolius voluptatu excedunt*: (hoc enim *propter fidem thori venialem habet culpam*, ait expreſſe Auguſt. de bono coniugali cap. 6. idque iuxta doctrinam Apoſtoli. 1. Cor. 7. de qua re poſtea) poſterioris autem generis his verbis: *Et ſicut continentes quando in talibus cogitationibus cum aliqua delectatione morantur, non quidem decernentes flagitium, ſed intentionem mentu non ſicut oportet, ne illo incidat inde auertentes, aut ſi inciderit, inde rapientes.* Rurſum adhuc expreſſius. *Sunt* (inquit) *qui res illicitas obuias cogitationibus ſuis prorſus ita obiiciunt, vt nec delectentur. Sunt qui delectantur & non conſentiunt. Nondum perfecta mors eſt, ſed quodammodo inchoata. Delectationi accedit conſenſus: iam eſt illa damnatio.* Hæc Auguſtinus. Atque hæc duo genera propriè venialia dicuntur. Serm. 44. de verbis Dom.

Aliud duplex genus ſed magis improprium venialium peccatorum exponitur.

CAPVT III.

SOLET autem tertium venialium peccatorum genus conſtitui, quod ex cauſa dicitur: videlicet quod vel ab ignorantia vel à fragilitate humana proficiſcitur: quæ duo mala etiam regeneratis inhærent. Sed profecto ſi rectè rem perpendimus, tenui admodum diſcrimine hoc
B tertium genus à ſecũdo iam explicato differt. Nam imperfectio actus quæ facit peccatum veniale in ſecundo genere, aut oritur ex ignorantia & inaduertentia & ſurreptione ſubitanea ex parte ſuperioris rationis, vel caliginem patientis, vel non ſatis deliberatè dirigentis, vel denique etiam præuentę ſubita ſuggeſtione vel phantaſmate obiecto; aut ex infirmitate & fragilitate quæ inferiori appetitui inhærens captiuum ſæpe trahit appetitum ſuperiorem volũtatis, niſi diligenter ei reſiſtatur. Quare peccata omnia quæ ex imperfectione actus ſunt venialia, eadem quoque ex cauſa ſunt ferè venialia. Ipſa enim imperfectio fit ex illa cauſa, propter quam dicuntur venialia ex cauſa. Quam ob cauſam D. Thom. explicans peccatum veniale quod fit ex imperfectione actus, docet hanc imperfectionem ex duplici cauſa proficiſci. Nempe ſubitos motus delectationis & complacentiæ circa illicita, docet oriri ex ſenſualitate relicta in renatis, quæ nondum ſubdita rationi concipit praua deſideria & ponit peccatum. Similiter ſubitos motus ſuperioris rationis circa illicita, puta circa actus inferiorum virium, docet oriri ex debilitato & corrupto intellectu; qui quum non feratur in huiuſmodi obiecta inferiorum virium niſi per modum deliberationis
C conſulendo rationes æternas vt idem docet, fit vt non deliberando nec ſubdendo executionem actus rationis deliberationi, ſed temerè & ſubitò apprehendẽdo obiectũ tale peccet, ſed venialiter quia non plene adhuc deliberat, aut in talem actum conſentit. Sic vtrunq; genus peccati venialis ex imperfectione actus eſt etiam peccatũ veniale ex cauſa, ſed ſemper circa materiam illicitam verſando. Et ex hac parte aut nullum aut pertenuè diſcrimen hæc duo genera peccati venialis habere videntur. Quam etiam fortè ob cauſam idem D. Thom. quum tria tantum genera peccati venialis ponat, ab euentu, in genere, & ex cauſa, certè vnum genus facere videtur eorum quæ ex cauſa & quæ ex imperfectione actus fiunt venialia.

Veniale ex cauſa vix differt à veniali ex imperfectione actus.

1. 2. q. 87. art. 3.

1. 2. q. 74. art. 10.

1. 2 q. 77. art. 8. ad 1. & q. 88. art. 1. o.

Attamen quia latius patent illa venialia peccata, quæ ex cauſa dicuntur, & verſantur etiam circa materiam virtutis ſiue præcepti; propterea vt diſtinctũ genus recenſentur. Nempe quia ſuperior ratio non ſolum peccat venialiter circa obiecta & actus inferiorũ partium, non ſatis deliberatè decernẽdo vt iam dictum eſt; ſed etiam circa propria ſua obiecta, verum & bonum peccat quoque interdum venialiter, circa verũ quidem quando non per deliberationẽ id erranter apprehẽdit ſed ſubito motu in illud fertur, & circa verũ etat errore nõ affectato ſed innato, videlicet nõ cõſulendo rationes æternas, id eſt legem Dei, ſeu naturalẽ ſeu ſcriptam, ſeu quocunq; modo reuelatam, ſed per ſimplicem intuitũ (qui in corrupta natura debilis & obſcuratus eſt) obiectũ veri apprehẽdẽdo: circa bonũ autẽ, venialiter interdũ peccat, quãdo quod faciẽdũ videt aut omnino nõ agit, aut

Quare peccatum veniale ex cauſa diſtinguitur à veniali ex imperfectione actus.

ſegniter & negligenter agit, omiſſione & negligentia non affectata, ſed ex naturæ corruptæ fragilitate relicta; videlicet quia non tota voluntate, ſed tenui affectu & deſiderio fertur in bonũ; propterea iuxta propria obiecta ſuperioris rationis quædã ſunt peccata venialia ex cauſa, id eſt vel ex ignorãtia ſeu errore humano & leui, vel ex infirmitate ſeu fragilitate voluntatis parum alacris & fortis ad bonum. Et quia in iſtis peccatis ipſa (vt ſic loquar) venialitas illorum, ex cauſa potiſſimum apparet, propterea ad illud genus referuntur. Alioqui etiam in iſtis imperfectio quædam actus ſatis manifeſtè conſpicitur. Error enim per ſimplicem intuitũ eſt imperfecta deliberatio circa verũ. Negligẽtia etiã circa opus præcepti, eſt imperfectio voluntatis circa bonũ. Sed magis in iſtis cõſideratur cauſa imperfectionis quã ipſa imperfectio, vt pecc. venial. tales actus habeantur. Idcircò enim tales actus in renatis ſunt veniales, quia cauſa ipſa propter quã in huiuſmodi peccatur, eſt in renatis venialis, id eſt, remittitur per regenerationẽ. At in ſecũdo genere ſunt veniales, actus ideò quia circa obiecta illicita imperfectè proceditur tã ab intellectu, quã à volũtate. Hoc genus peccati venialis docet Aug. in Enchir. c. 81. *Duabus*, inquit, *ex cauſis peccamus aut nondum videndo quid facere debeamus, aut non faciendo quod debere fieri iam videmus. Quorum duorum illud ignorantiæ malum eſt, hoc infirmitatis.* Hæc ille. Infirmitatis autem nomine ipſam concupiſcentiã intelligit, vt alibi explicat contra 2. epiſt. Pelag. lib. 1. c. 13. vbi & eius primos partus, id eſt deſideria praua ſic vocat peccata, vt diſtinguat illa à criminibus. Ibidem cap. 14. In quibus igitur peccatis hæ duæ cauſæ maximè elucent, erunt illa venialia ex cauſa. Talia ſanè permulta & valdè quotidiana peccata enumerat diligenter Auguſt. De Ciuit. Dei lib. 22. cap. 23. & eſt locus inſpectione dignus. D

Peccatum veniale ex genere eſt etiam quodãmodo veniale ex cauſa. Notandum quoque hoc loco ipſa venialia primi generis peccata eſſe quoque quodammodo venialia ex cauſa. Oriuntur enim omnia ex illa infirmitate & fragilitate naturæ corruptæ, necdum plenè ſanatæ, propter quam fit vt ad finem ipſum qui Deus eſt, actiones noſtras omnes ſemper & infallibiliter non dirigamus; ſed circa media quędam ad finem inordinatè occupemur: non quidem ſic inhærendo illis vt ordinem ad finem abrumpamus, aut nos à fine ipſo auertamus; ſed ſic ſanè interim illis inhęrendo, vt ad finem vltimum actu non tendamus, nec eò actiones noſtras circa talia dirigamus. Notauit hoc D. Thom. his verbis. 1. 2. q. 89. ar. 3. *Quod humanus animus inordinetur circa ea quæ ſunt ad finem, ſeruato debito ordine ad finem, prouenit ex hoc quòd ea quæ ſunt ad finem non ordinantur infallibiliter ſub fine, qui tenet ſummum locum quaſi principiũ in appetibilibus.* Hæc ille. Ratio autem quòd appetitus non fertur ſemper in ſummum appetibile, qui eſt vltimus finis, eſt ipſius appetitus corruptio, & virium animæ deordinatio per peccatum originale inuecta. Quare peccati venialis etiam in genere & in ſua natura conſiderati, cauſa & origo eſt naturæ corruptio. Quam etiam ob cauſam in integra natura peccari venialiter non potuit, donec ſuperiori ratione facta rebelli Deo per peccatum mortale, inferiores vires rebellarent quoque contra ſuperiorem rationem, & omne genus peccati inueherent. Nihilominus tamen peccatum veniale ex genere ſiue ex toto, non ex cauſa ſed in natura ſua cenſetur & vocatur veniãle. Quare & eodem modo peccatum ex imperfectione actus ſui generis veniale erit, reſpectu obiecti & materiæ illicitæ ſiue mortalis. Veniale autem ex cauſa propriè ſic dictum erit peccatum ſuperioris rationis, quando circa propria ſua obiecta verum & bonum, ex ignorantia vel infirmitate, non affectata & craſſa, ſed innata & leui peccat. Quartum genus peccati venialis maximè improprium ab euentu dicitur, quod videlicet non eſt ex ſe vel ex cauſa ſua veniabile aut reparabile, ſed quod veniam iam conſecutum veniale dicitur cum prius mortale eſſet. Hoc ſenſu peccatum Euæ veniale vocat Ambroſius. *Veniabilis*, inquit, *culpa quam ſequitur profeſſio delictorum*: quia videlicet dicebat. *Serpens decepit me, & manducaui.* Sic in lib. de vera & falſa pœnitentia cap. 18. inter opera Auguſt. tom. 4. *Quædam ſunt peccata mortalia, & in pœnitentia fiunt venialia, non tamen ſtatim ſanata.* Quæ ſi verba Auguſt. non ſunt, tamen cum Auguſt. doctr. conueniunt in Enchirid. cap. 71. & de Ciuit. Dei lib. 21. ca. vlt. quibus in locis docet *orationem Dominicam, Dimitte nobis debita noſtra, contra peccata illa valere à quibus fidelium vita in melius pænitendo mutata diſcedit*: quam tamen particulam contra ſola venialia peccata valere perpetuò & conſtanter docet. Sed iſte modus prorſus alieniſſimus eſt. Non enim diſtinguuntur hoc modo venialia à mortalibus. Omnia enim mortalia fieri hoc ſenſu poſſunt venialia. Atque hæc quidem venialium peccatorum à mortalibus magis iam recepta & tuta eſt diſtinctio.

E F

Veniale peccatũ ab euentu. Lib. de paradiſo cap. 14. Gen. 3.

Quod

A

Quod venialia peccata à mortalibus diſtinctè ſemper diſcernere difficile admodum eſt: & illius difficultatis cauſa

CAPVT IIII.

QVo tamen in loco illud ſalubriter notãdum eſt, venialia peccata tam ea quæ ſunt ex genere talia, quam quæ ex imperfectione actus, aut etiã ex cauſa huiuſmodi ſunt, difficilime à mortalibus in particulari diſcerni vnde de primi generis peccatis venialibus ſic ſcripſit Auguſtin. *Quæ ſunt leuia & quæ grauia peccata non humano ſed diuino ſunt penſanda iudicio.* Hæc ille. Et paulò pòſt. *Sunt quædam peccata quæ leuiſſima putarentur, niſi in ſcripturis demonſtrarẽtur opinione grauiora.* Et exempla adfert de eo qui dicit fratri ſuo, *fatue*, quem *reum eſſe gehennæ* Chriſtus dicit: & de illis *qui obſeruant dies & menſes & annos in quibus noluit aliquid inchoare*, de quibus Apoſtolus dixit: *Timeo ne ſine cauſa laborauerim in vobis.* Denique huius ignorantiæ cauſam eſſe dicit conſuetudinem peccandi. *Hinc accidit*, inquit, *quòd peccata quamuis magna & horrenda quum in conſuetudinem venerint, aut parua aut nulla eſſe credantur: vſque adeo vt non ſolum non occultãda, verum etiam prædicanda ac diffamanda videantur.* Hæc ille. Talia ſunt ebrietas, iuramenta, mendacia, deceptio proximi, detractio, adulatio, auaritia, ambitio, & huiuſmodi. De quibus hodiè cum Auguſtino exclamare licet. *Væ peccatis hominum quæ ſola inuſitata exhorreſcimus, vſitata vero pro quibus abluendis filij Dei ſanguis effuſus eſt, quamuis tam magna ſint, vt omnino claudi contra ſeſe faciant regnum Dei, ſæpe videndo omnia tolerare, ſæpe tolerando nonnulla etiam facere cogamur.* Hæc ibi Auguſtinus. Atque hæc ex parte noſtra cauſa eſt, quare in peccatis venialibus à mortalibus diſtinguendis ita hallucinamur.

In Enchiridio cap. 78.
Cap. 79.
Matth. 5.
Gal. 4.
Enchir. c. 80.
Conſuetudo peccando parit ignorãtiam peccatorum.

B

Alia etiam cauſa eſt ex parte prouidentiæ diuinæ, quam his verbis explicat Auguſtinus. *Si ſcirentur quæ vel qualia ſint delicta, pro quibus etiam permanentibus, nec profectu vitæ melioris abſumptis, interceſſio ſit inquirenda, & ſperanda iuſtorũ, eis ſecura ſe obuolueret humana ſegnicies,* &c. *Nunc verò dum venialis iniquitatis etiam ſi perſeueret ignoretur modus, profectò & ſtudium in meliora proficiendi, orationi inſtando vigilantius adhibetur, & faciendi de mammona iniquitatis ſanctos amicos cura non ſpernitur.* Hæc ille. Ignorantur itaque hæc primi generis peccata venialia ad ſollicitudinem excitandam & ſtudium pietatis feruenter augendum, vt certi diſcriminis ignari pro omnibus & contra omnia peccata ſtrenuè aduigilemus.

De Ciuit. Dei lib. 21. cap. vlt.
Venialium ignoratio auget ſtudium pietatis.

Similiter in ſecundo genere adhuc magis incertum eſt niſi magna diligentia adhibeatur, quæ ſunt ex imperfectione actus veniala. Difficillimè enim aliquando perſpicitur in peccatis cogitationum circa peccatum mortale, plenus ne conſenſus adhibitus fuerit, an ſola cogitatio voluens ac tenens libenter in mente ſuggeſtionem malam ſine conſenſu in eadem interuenerit. Rurſum an illud libenter voluere ac tenere, affectatum ſit

C

& ex certo propoſito (quo caſu mortale eſt in materia mortali) an verò ex oſcitantia & infirmitate naturali profectum. Nam vt impedire ne quid turpe animum ſubeat omnino non poſſumus (*quibus enim viſis tãgamur in noſtra poteſtate non eſt*, ait Auguſt.) & ipſa turpi vel illicita cogitatione aliquantulum affici, in hac corruptione propemodum naturale eſt (niſi in quibus fortè ſpiritualibus viris & egregiè mortificatis naturæ vitium gratiæ virtus ſuperauit:) atque ita in iſtis aut nullum aut veniale tantum peccatum eſt; ſic vel rem cogitatam certo iudicio faciendam ſtatuere, vel ita cogitationi illicitæ immorari vt affectata ſit delectatio quæ inde concipitur, vtrumque mortale peccatum eſt in materia mortali. De poſteriori ait Auguſtinus. *Si decreuiſti facere, perfeciſti:* Exponens illud Apoſtoli ad Galat. 5. *Spiritu ambulate & carnis deſideria non perficietis.* Sed vtrumque explicat Author operis imperfecti ſuper Matth. *Quando* (inquit) *complacemus nobis in prauis deſideriis, & decreuimus, ſi potuerimus noſtram implere concupiſcentiam, ſimul anima concupiſcit cum carne. Si autem diſplicemus nobis & feſtinemus reprimere, ſola caro concupiſcit.* Sunt hic ergo 4. gradus in ſola cogitatione extra opus peccati. 1. cogitare de peccato cum delectatione. 2. delectationi tali immorari nonnihil. 3. delectationem affectatam habere, in eáque ex certo propoſito immorari, indéque voluptatem capere. 4. Decernere faciendum quod cogitatione conceptum eſt. Ex iſtis 4. primum nullum peccatum eſt.

Secundi generis venialia difficillimè cognoſcuntur.
De libero arbitr. lib. 3. cap. 25.
Serm. 43. de verbis Domini.
Homil. 12. in cap. 5.
Cogitationis abſque opere peccati 4. gradus.

2.veniale eſt. Duo poſtrema mortalia ſunt in materia mortali & lege Dei prohibita. Hos D
Lib. 2. contra Iulianum vel ſus finem.
4. gradus vna breui periodo Augu. complexus eſt. *Sicut* (inquit) *continentes quando in carnis cogitationibus cum aliqua delectatione immorantur*, non quidem *decernentes flagitium* (iſte quartus gradus eſt & peſſimus) *nec gerentes decernentis* (ſupple animum & ſpeciem, hoc eſt perinde ſe cogitatione oblectare ac ſi in opere ipſo verſarentur, qui eſt tertius gradus atque mortale peccatum in materia mortali) *ſed intentionem mentis non ſicut oportet ne illo incidat inde auertentes* (qui eſt primus peccati gradus non auertere animum à primo motu deſiderio-
De Trinitate lib. 12. cap. 12.
riorum malorum, *quæ ſtatim, vt animum attigerunt reſpui debuerunt*, (ait alibi Auguſtinus) *aut ſi inciderint inde rapientes*: qui ſecundus eſt peccati gradus, & moroſa delectatio vocatur: ſed vterque iſte gradus venialis eſt, vt ibidem Auguſt. docet, dicens in huiuſmodi, *à carne rebellante nos vinci, etſi non lætaliter, tamen venialiter*. Quod autem hoc loco de proprio carnis vitio, exempli cauſa diſputat Auguſtinus; intelligendum etiam eſt de cuiuſcunque alterius peccati mortalis cogitatione, puta auaritiæ, odij, ſuperbiæ, vindictæ, homicidij, & ſimilium, quorum flagitiorum ſola cogitatio vel recordatio etiam bonos interdum delectat, vel ex reliquiis præcedentium peccatorum, vel ex importunitate ſuggerentis aduerſarij, vel etiam ex naturæ & complexionis propenſione; impios verò ſæpenumero læ-
Difficultas diſcernendi venialia ex cauſa.
taliter reos tenet. Similis propemodum difficultas eſt in peccatis venialibus ex cauſa. Imputatur enim aliquando vel ignorantiæ vel infirmitati humanæ, quod ex proprio vitio ortum eſt, vel ex craſſa & ſupina ignorantia, vel voluntate improba & per conſuetudinem vel habitum peccandi malè affecta, non ex ſola naturæ fragilitate corrupta. Qua- E
Pſal. 140.
re in iſtis quoque diligentiſſimè cauendum, *ne declinemus cor noſtrum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatu*, & ne alia *tentatio nos apprehēderit quàm humana*; ſed potius iux-
1. Cor. 10.
ta ſuperiorem Auguſtini doctrinam de Ciuit. Dei libro 21. cap. vlt. *ſtudium in meliora proficiendi adhibeatur.*

Viæ & rationes quædam ſatis idoneæ, quibus peccata venialia à mortalibus diſtingui queant.

CAP. V.

ALIQVÆ tamē ſunt viæ, quas maiores noſtri tradiderunt, ad cognoſcenda peccata venialia, & à mortalibus diſtinguenda, maximè primi
1.
Venialia habenda ſunt quæ leuius taxat Scriptura.
generis. Prima via eſt, ea habenda eſſe pro venialibus quæ Scriptura leuius taxat & caſtigat, ſicuti pro mortalibus, de quibus ſcriptura dicit quod *à regno Dei excludunt*, vel quòd *Deo exoſa ſunt*, &c. Hanc viam docuit Auguſt. in Enchirid. cap. 78. vt ſuprà citauimus. De hac mox ex ſcripturis dicemus. Altera via eſt ex traditione & iudicio Eccle- F
2.
Venialia cognoſcuntur per Eccleſiæ iudicium.
ſiæ; vt pro venialibus habeantur, quæ Eccleſia in vtroque foro tam externo quam interno, per iudices ſuos tanquam venialia leuius aut punit aut reprehendit. Tertia via &
3.
Venialia à mortalibus ex parte charitatis diſtinguenda. 1. 2. q. 88. art. 1.
apertior eſt, illa habenda eſſe pro mortalibus, quæ directè repugnant charitati erga Deū & proximum: pro venialibus autem quæ vtcunque à lege Dei exorbitant, & rationi repugnent, charitatem tamen quam Deo & proximis & nobis ipſis debemus non grauiter ledunt. Hanc viam docuit D. Thom. vt ſuprà oſtendimus, in explicando veniali peccato in genere. Quarta via eſſe poteſt, illa habenda eſſe pro mortalibus, quæ contra legis
4.
præceptum fiunt: illa vero venialia quæ non contra præceptum, ſed præter intētionem
Venialia peccata præter legem, non contra legē.
aliquam legis fiunt, id eſt in quibus *non obſeruatur ille modus rationis*, ait S. Thom. vbi ſupra art. 1. ad 1. id eſt, illa charitatis perfectio, quam lex quidem intendit, vt finem & ad quam nos contendere docet, iubens *toto corde diligere, & non omnino concupiſcere*, ſed ad quam ex præcepto non obligat, vt alio in loco docuimus. Et hoc ſenſu Auguſti. eos qui per igno-
In Enchirid. cap 81.
rantiam peccant *peccatores* vocat, eos vero qui quod faciendum vident, non faciunt, vel quod non faciendū vident, faciunt, *legis prævaricatores* vocat. Iuxta hanc etiā diſtinctionē
De natura & gratia cap. 12.
docet leuia peccata *à lege diuina argui, vtcunq; vitari nō poſſunt*, (obiiciēre hoc pelagio) *quia* (ait Auguſt.) *intentio legis arguentis eſt*, (nō condēnare in talibus peccātes, ſed *vt propter illa quæ per-*

A *quæ perperam ſiunt confugiatur ad gratiam Chriſti; qua & remittantur quæ malæ fiunt, & eadem*
iuuante non fiant. Hæc ille. Sic etiam diſertè docet, eum demum *declinare à mandatu Dei* (nō In lib. de perfectione iuſtitiæ.
qui habet peccata leuia, ſed) *qui contra ea pugnare deſiſtit: eum quoque cuſtodire vias Dei, qui non*
ſic exorbitat, vt eas relinquat, ſed currēdo in eis proficit, etſi aliquando vt infirmus offendit aut titubat.
Hæc ille. Hæc ergo via eſt non obſcura diſcernendi venialia à mortalibus: quando videlicet non ab ipſo legis præcepto ſimpliciter ſed à legis perfectione & intentione ſecundum quid dematur.

Alia adhuc via diſcernendi venialia à mortalibus traditur à S. Thom. quod venialia 5.
ſunt inordinationes quædam circa media ad finem vltimum, mortalia vero circa finem *Venialia quædam inordinationes circa media ad finem.*
ipſum, vt antea commemorauimus. Sed in hac via notandum eſt, hanc inordinationem
circa media ad finem, non intelligi ratione materiæ tantum circa quam verſatur inordinatio, ſed ratione diſpoſitionis agentis, qui materia aliqua media, vt medio ad finem vtitur inordinatè: id eſt, vel non ſeruans debitum modum in vſu mediorum, ſed aliquantulum excedens ex parte materiæ, vel non referens illam materiam ad finem vltimum vt ordo rationis & virtutis poſtulat; ſed acquieſcens tantiſper in illa quaſique fruens illa potius quàm vtens: non ſic tamen, vt vel vltimum finem in eo ponat, vel ab vltimo fine ſe auertat. Similiter mortale peccatum eſt deordinatio circa vltimum finem, non ratione vltimi finis ſimpliciter, ſed ratione ipſius deordinationis circa illum, quæ eſt auerſio deliberata; quæ quidem auerſio cadit non ſolum ſuper vltimum finem ipſum qui Deus eſt, ſed etiam circa alia quatenus à Deo vel prohibentur ne fiant, vel præcipiuntur, vt
B fiant. Ex qua animaduerſione poſita, erit hæc via diſcernendi venialia à mortalibus non ſolum vera, ſed & manifeſta. Ex eadem quoque patebit, reprehēſionem huius viæ quam facit Andreas Vvega iniquam & inanē eſſe. Nam peccata mortalia quæ ſunt contra 2. De Iuſtificat. lib. 14 cap 11. Andreas vega.
tabulam ſunt quidem circa ea quæ ſunt ad finem (vt ille obiicit) ſed in illis peccatur mortaliter, non quatenus talia ſunt, ſed quatenus à Deo prohibita vel præcepta ſunt; quando videlicet cum auerſione ab vltimo fine, id eſt à Deo prohibente vel præcipiente, ea tranſgredimur. Contingit quoque circa vltimum finem venialiter peccare, propter offenſæ imperfectionem ex indeliberatione factā (vt idem arguit) ſed non ideo falſum eſt veniale peccatum verſari circa ea quæ ſunt ad finem. Hoc enim dictū eſt, de veniali peccato in genere & ex natura ſua totaliter veniali. In talibus enim non ſolū diſpoſitio agētis, ſed etiam materia ipſa actionis inordinatæ venialis eſt. Veniale autem peccatum ex imperfectione actus non ex parte materiæ, ſed tantū ex diſpoſitione agentis veniale eſt: ideoque circa mortalem materiam verſari poteſt, imò plerumque verſatur.

Eſt adhuc alia via diſcernendi venialia à mortalibus, ſed non perinde certa, quam Sco- 6.
tus tradit; vt venialia dicantur oppoſita conſilus, id eſt quando omittitur in agēdo quod eſt optimū, vel quod eſt vtile, ſed non neceſſarium ad conſequendum finē; mortalia vero dicantur quæ opponuntur mādatis. Sed hæc via, vt dixi, incerta imò falſa eſt. Omittere enim conſilia vel non ſemper facere quod vtile eſt, peccatum prorſus nullum eſt; niſi ex aliqua circunſtantia fiat peccatum, vt per contemptum omittere & ſimilia. Atque hæc
C de difficultate diſcernendi venialia à mortalibus, & de viis ac remediis, quibus illi difficultati occurratur; quorum 4. prima ſunt maximè certa & manifeſta. Nunc ex Scripturis oſtendamus venialium à mortalibus diſtinctionem.

Diſtinctio peccatorum venialium à mortalibus ex Scripturis & Patribus luculenter probatur.

CAPVT VI.

QVVM Scriptura quædam peccata eius generis eſſe oſtendat quod *qui*
talia agūt regnū Dei non poſſidebūt, qualia enumerat Apoſto. ad Rom. 1. di- *Peccata diuerſi generis Scripturis notata.*
cēs, quod *qui talia agūt digni ſunt morte*. 1. Cor. 6. & Gal. 5. dicēs, quod *talia qui agunt regnum Dei non poſſidebunt*. & ad Epheſ. 5. Chriſtus quoque Matth. 15. & Mar. 7. enumerans ea quæ *coinquinant hominem*, quædam autē alterius generis eſſe, *in quibus offendimus omnes*. Iacob. 3. & de quibus *ſi dixerimus quod ea non habemus nos ipſos ſeducimus*, manifeſtū eſt docere Scripturam quædam mortifera peccata, quædam autem iuſtorum peccata, &

quotidiana,quæ ſi ſimiliter mortifera eſſent,nemo coram Deo iuſtus eſſet. Ne quidem D
ex fide, quandoquidem & ipſam fidem quouis peccato mortali amitti docent Lutherani,& fidem iuſtificantem ſine bonis operibus non eſſe docent Caluiniſtæ.Quare Apoſtolus ad Epheſ.5.quum commemoraſſet fornicationem, immunditiam , auaritiam , cũ turpitudine,ſtulti loquio,& ſcurrilitate;illa ſanè priora repetit dicens huiuſmodi peccatorum reos *non habere hæreditatem in regno Dei.* De tribus autem poſterioribus hoc tacet; manifeſtè innuens alterius generis,nec tam grauia illa eſſe peccata,vt ab hæreditate excludant.Rurſum,huius generis peccata expreſſit Apoſtolus oſtendens quoſdam *ædificare*
1.Cor.3. *re ſuper fundamentum,fœnum,ligna,& ſtipulas,*quibus ſanè ardentibus,*homo ipſe ſaluus erit.*Sic enim de venialibus peccatis intellexit hunc locum Orig.Homil.6. in Exodum & 25. in numeros.Ambroſius in Pſalm. 118. Auguſtinus de Ciuit. Dei lib.21.capit. 26. De fide & operibus cap.16.In Enchirid.cap. 68.Et enarrat.in Pſalm.80.Gregorius denique libro 4.
Matth.12. Dialog.cap.39.Deinde Chriſtus docens *quædam peccata remitti in futuro ſeculo.*Vt loco iam citato docet Gregorius & Auguſt.de Ciuit.Dei libro 21.cap.24.& contra Iulianum lib.6. cap.5.haud dubie quædam venialia eſſe docuit. Neque enim mortalia poſt hanc vitam remittũtur.Rurſum eodem Matth.12.*De omni otioſo verbo reddenda ratio* dicitur,infligenda
Matth.5. damnatio non dicitur.Sed clarius eſt quod *eum qui iraſcitur fratri reum eſſe iudicio, qui autem dicit ei fatue reum eſſe gehennæ* docuit Saluator. Hic enim apertè diſtinxit iram momentaneam à maledicto,vt veniale à mortali:ſicuti hunc locum copioſè exponunt Auguſt.de ſerm.domini in monte libro 1.cap.19.& Gregorius.Moral.lib.21.cap. 5. Denique quod E
eodem Matth.5.dicitur,*non exiturum donec ſoluiſſet minimum quadrantem*,de peccatis minimis dicitur ex ſentẽtia Origenis Homil.35.in Euãgelia & Hieronymi in commentariis ibidem. Rurſus quum Chriſtus in Euangelio iubeat nos *quotidie orare*,vt dimittantur nobis peccata noſtra,de peccatis venialibꝰ & quotidianis,diſputauit.*Oratio quotidiana , delet quotidiana peccata*,ait Auguſtinus de Ciuit.Dei lib.21.cap.vltimo. Rurſum quum dixit. *Si dimiſeritis peccata hominibus, dimittet vobis & pater veſter peccata veſtra,*nõ *propterea hoc dixit*(ait ibidem Auguſt.)*vt quotidiana ſcelera faceremus,ſed vt diſceremus non putare nos eſſe ſine peccatis, etiam ſi à criminibus eſſemus immunes.*Hæc ille.Denique eodem loco docet ad venialia peccata pertinere,quod Chriſtus dixit *facite vobis amicos de mammona iniquitatis , vt quum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.* Luc.16. Rurſum ex Apoſtolica doctrina colli-
1.Cor 7. git veniale peccatum Auguſtinus.Primum ex illis verbis. *Reuertimini in idipſum ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram : hoc autem dico ſecundum veniam non ſecundum imperium.*Hinc enim docet incontinentiam coniugalem quæ modum generationi neceſſa-
1.Cor.6. rium excedit,peccatum quidem eſſe,ſed veniale,ſeu cui veniam concedit Apoſtolus. Rurſum ex illis verbis.*Iam omnino delictum eſt inter vos quia iudicia habetis vobiſcum.* In quæ verba Auguſtinus.*Prohibuit Apoſtolos ſuos de ſecularibus rebus cum aliis habere iudicium ; ex qua doctrina dicit eſſe delictum,Tamen quum ſinit in Eccleſia talia iudicia finiri inter fratres,fratribus iudicantibus,extra Eccleſiam vero terribiliter vetat manifeſtum eſt etiam hic quid ſecundum veniã concedatur infirmis.Propter hæc & huiuſmodi peccata &c.quotidiè dicimus,dimitte nobis debita noſtra.* Hæc ille. F

Auguſtini teſtimonia pro peccat. ven. Denique doctor iſte in Scripturis verſatiſſimus , de venialibus peccatis frequentiſſimè meminit.Nam præter loca ſuperius citata,dicit de mendacio officioſo *peccatum eſſe , ſed veniale, quod beneuolentia excuſat, fallacia damnat.*In Enchirid.ca. 22. docet *oratione dominica expiari leuiora peccata*,ibidem c.71.Docet *contra talia peccata valere eleemoſynas.*ibidem. ca.72. Diſtinguit clariſſimè,*Baptiſmo deleri & grauia & leuia peccata,poſt baptiſmum,leuia oratione deleri ,grauiora per pœnitentiam expiari.*Denique apertiſſimè diſtinguit,alia eſſe peccata *quæ cõſtituant filios ſeculi quibus iuſti non carent,& alia quæ conſtituunt filios* Diaboli*, quæ impiorum ſunt*
Matt.7. propria,ex illis Chriſti verbis.*Si vos quum ſitis mali &c. quantò magis Pater veſter.* &c. Poſtremò ad venialia primi generis peccata pertinere poteſt,quod Chriſtus in Euangelio,
In comment. ſuper Matth. cap.7. *feſtucam* vocat,& *à trabe* diſtinguit.Matth.7.& Luc.6. Trabis enim nomine mortalia crimina intelligi exponit Hieronymus,& feſtucæ nomine minora peccata quæ venialia dicimus.Auguſtinus quoque feſtucæ nomine iram,trabis nomine odium deſignari docet: ſerm.16.de verbis domini & Homil.5.ex Homil.50.& ſerm.202 de tempore. D. quoque Chryſoſt.in comment.ſuper Matth.c.7.ad Phariſæorum reprehenſionem hoc pertine-
Matt.23. re exponit,qui vt alibi eos taxat ſaluator.*Decimabant mentham, & cyminum & anethum: de-*
Matt.12 & 15. *relinquẽtes ea quæ grauiora ſunt,iudiciũ,miſericordiam,& fidẽ.*Item *calicẽ excolantes camelũ glutiebant.*

bât: diſcipulos videlicet reprehẽdebât, *quòd illorũ manibus manducarẽt, quòd ſabbato ſpicas vellebant*, &c. quæ ſi peccata erant, leuiſſima fuerunt. Et hic ergo rurſum minora & leuiora peccata à grauioribus diſtinxit Chriſtus.

Iam vero peccatũ veniale quod eſt ex imperfectione actus non obſcurè Paulus, apertiſſimè Iacobus docuit. Paulus quum diceret, *nihil damnationis eſſe iis qui non ſecundum carnem ambulant*. Docet enim legem membrorum & concupiſcentiã carnis vel in ſeipſa, vel in primo motu ſuo, non nocere ad damnationem, vtcunque quod odimus malum hoc faciamus, id eſt concupiſcimus. *Facere enim eſt concupiſcere & prauis deſideriis affici*, (vt docet Auguſt.) *quandiu non ſecundum carnem, ſed ſecundum Spiritum ambulamus*, id eſt, quandiu *deſideria carnis non perficimus*, vel vt expoñit Auguſtinus, *quamdiu concupiſcentiæ non conſentimus ad malum quod eſt deſideria perficere*, vnde Apoſtolus: *Spiritu ambulate & carnis deſideria non perficietis*. id eſt vt exponit Auguſtinus; *non decernetis facere quod caro ſuggeſſit*. Iacobus autem diſertè docet, *concupiſcentiam quum conceperit parere peccatum*: Sed ne illum primum partum mortiferum eſſe exiſtimaremus; addit: *peccatum autem quum conſummatum fuerit*; (conſenſu ſcilicet deliberato) *generat mortem*. Nam primum conſenſum ſeu complacentiam prauis deſideriis datam, veniale tantum peccatum eſſe, luculentiſſimè & ſæpiſſimè docet Auguſt. docens videlicet, *contra huiuſmodi conſenſiones ſed obreptitias clamari ab omnibus iuſtis, dimitte nobis debita noſtra*, contra 2. epiſt. Pelag. lib. 1. cap. 13. & lib. 3. cap. 3. & 6. contra Iulianum lib. 2. verſus finem. De pec. mer. & remiſſ. lib. 2. cap. 4. epiſt. 200. enarrat. in Pſal. 113. conc. 3. in lib. de perf. iuſtitiæ in fine. De Nat. & Grat. cap. 38.

Veniale ex imperfectione actus docet Scriptura. Rom. 8. De nat. & gra. cap. 62. Lib. 2. con. Iulianum. Gal. 5. Serm. 43. de verbis Domini. Iacob. 1.

Peccatum veniale ex cauſa, ſcilicet ex ignorantia vel infirmitate, colligit Auguſt. ex illis verbis. *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei*. Itẽ ex illis verbis, *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam*. Ait enim ideo Apoſtolum dixiſſe, *non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus ſed quaſi carnalibus*. Poſteaque nominat *æmulationem & contentionem* inter eos fuiſſe. *Vide* (ait Auguſt.) *quæ dicat mala de ignorantiæ malo venientia*. Hæc ille contra Iulianũ, lib. 6. cap. 5.

Veniale ex cauſa. 1. Cor. 2. Sap. 9. 1. Cor. 3.

Lutheranorum doctrina qui aliquatenus diſcrimen venialium à mortalibus agnouerunt, multiplici errore laborare oſtenditur.

CAPVT VII.

NVNC ad hæreticas horum temporum ſententias veniamus, quibus hoc peccatorum diſcrimen taxant. Lutherani mollius & moderatius id fecerunt: aſperius & ſceleratius Caluinus. Agnoſcunt Lutherani diſcrimen venialium à mortalibus, ſed præter Eccleſiæ ſentẽtiam vario errore illud explicant. Primus eorum error eſt, quod omnes vitioſos
C affectus & omnes prauas actiones in non renatis volunt eſſe peccata mortalia & propterea hoc diſcrimẽ in ſolis renatis inueniri. Sic enim docet accuratè Melanchthon in locis communibus. Sed quamuis in non renatis vitioſi affectus & deſideria mala videantur eſſe mortalia peccata, propter originale peccatum nondum remiſſum, cuius proles illa ſunt (vt innuere videtur D. Auguſt. lib. 1. cap. 23. & 24. de Nuptiis & Concupiſc. dicens. *quæcunque naſcitur ex concupiſcentia proles originali eſſe obligatam peccato*, niſi, *in Chriſto renaſcatur*, etſi contrarium doceat D. Th. quia *ipſam ſenſualitatem non poſſe eſſe ſubiectum peccati mortalis* iudicat, eadem parte q. 74. art. 4.) ideóque in non renatis peccata venialia ex cauſa, vel etiam ex imperfectione actus, aut nulla fortaſſe non tam multa inueniantur quam in renatis, quibus ignorantia & infirmitas remiſſa ſunt per pecc. originalis remiſſionem (quod totum tamen problematicum & diſputabile eſt) tamen peccata venialia quæ ex genere talia ſunt, æquè ſunt in non renatis venialia atque in renatis. Et in illis valet altera illa ratio D. Thom. quod *dignitas perſonæ non diminuit peccatum, ſed potius auget*. Quæ enim ex natura ſua venialia ſunt, ſi ex ſtatu aut ratione peccantis ipſius aliquod diſcrimen acciperent, profectò potius in renatis cenſerentur grauiora; qui gratiam reſiſtendi peccatis, fidem & notitiam Dei acceperunt, quàm in infidelibus vel in non renatis.

Lutheranorum varij errores. Quod etiam in non renatis ſunt quædam venialia peccata. 1. 2. q. 89. art. 5. 1. 2. q. 89. art. 5.

Altet error Lutheranorum eſt quod diſcrimen venialium peccatorum illud tantum D
agnoſcunt,quod nos ex imperfectione actus vocamus. Aiunt enim caliginem in mẽte,
dubitationes,omiſſiones magnas & multas non affectatas,& multas flãmas ſubitaneas,
eſſe peccata venialia quamdiu illis repugnamus: id eſt,quandiu caueamus ne volentes &
ſcientes aſſentiamur vitioſis motibus & indulgeamus. Contrà vero mortalia peccata
definiunt eſſe eaſdem ignorantias,dubitationes vel de Deo vel de beneficiis eius ſeriò
approbatas,item indulgere odiis,ambitioni,flammis libidinum,auaritiæ,& ſimiliũ. Hic
enim(aiunt)peccatur contra conſcientiam ſcienter & prudenter. In hac autem diſtin-
ctione errant,non ſolum quia hoc vnicum diſcrimen ponunt, & alias differentias ve-
nialis à mortali reiiciunt; ſed præterea quia hoc ipſum diſcrimen non ex imperfectione
actus colligunt,vnde re vera diſtinctio huius peccati ſumenda eſt. Nam(vt antea docui-
mus)tales ſubitanei motus & non affectatæ ignorantiæ venialia ſunt peccata, quia licet
circa materiam mortalem & lege Dei prohibitam verſentur,tamen non eſt in illis ple-
nius & deliberatus conſenſus. Idcirco enim venialiter tantum in illis peccatur.

Itáque alius error Lutheranorum eſt,quòd iſtos ſubitaneos motus & non affectatos
3. errores,dicunt eſſe ex natura ſua peccata mortalia pugnantia cum lege Dei (& hîc ta-
xant ſcholaſticos quòd doceant huius generis peccata venialia eſſe inordinationes tã-
tum præter legẽ Dei) ſed quia ſunt in renatis,propterea illis condonari, & fieri venialia.
Itáque non ex imperfectione actus,ſed ab euentu;nempe ex ratione perſonæ quæ Deo
grata eſt,illa eſſe venialia & non imputari, docent. Tunc autem demum imputari & fie-
Prapoſtera Lutheranorum doctrina. ri mortalia,quando ſciens & prudens quis ea committit:non quia fiunt iam voluntaria;
ideóque verè peccata,& eius generis peccata qualis eſt materia peccati;ſed quia per hu-
iuſmodi circumſtantiam accedentem,excutitur fides & effunditur Spiritus S. nec ſunt E
amplius perſonæ Deo gratæ. Quam etiam ob cauſam voluntarium vel inuoluntarium
in iudicio Dei ad peccati rationem nihil facere docent;vtcunque in iudicio ciuili & hu-
mano eo magis vnunquodque peccatum cenſeatur, quo magis eſt voluntarium. Hæc
eſt Lutheranorum noua theologia,circa diſcrimen pecc.venial.& mortaliũ in Confeſſ.
Auguſt.Melancth.locis com.& aliis Lutheranorum ſcriptis diligenter explicata.

Sed huius diſtinctionis & doctrinæ vanitas multis modis oſtenditur. Tota enim ex
Confutatio 2. & 3. erroris. ſcholaſticæ diſciplinæ ignorantia profecta eſt. Primum enim peccata hîc ab illis pro
venialibus deſignata,ex parte quidem materię circa quam verſantur,ſunt pugnantia cũ
lege Dei & mortalia: fiunt autem venialia propter diſpoſitionem agentis,qui illa mate-
rialiter mortifera,non agit,non operatur mortiferè,iuxta modum agendi; quia imper-
fectè circa illa verſatur,non tota voluntate,non pleno & deliberato conſenſu. Quę ſanè
fœlix imperfectio agentis voluntatis & intellectus,facit vt non ſit perfectè peccatum
Quo ſenſu docuerint Scholaſtici quædam fieri præter, non contra legẽ Dei. iuxta materiam ſubiectam;id eſt mortale in materia mortali. Deinde quum docuerunt
ſcholaſtici quædam peccata venialia fieri præter legem Dei, quæ tamen contra legem
Dei non fiunt,non intellexerunt(vt putãt Lutherani)huius generis peccata, hîc ab illis
deſignata:diſertè enim docuerunt peccata venialia ex imperfectione actus (qualia ſunt
illa omnia ſuperius memorata quando ſunt venialia) verſati circa materiam mortalem,
id eſt,lege Dei prohibitam. Sed intellexerunt peccata venialia primi generis, vt ſupra
Suprà cap.5. explicuimus in via quarta. Illa enim,vt (exempli cauſa) ſtultiloquium , ſcurrilitas, riſus
immodicus,otioſum verbum,amor temporalium qui non excludit amorem Dei, non
ſunt contra legem Dei neque repugnant legi Dei , quia non repugnant charitati,(quæ
eſt finis legis)quoad actionẽ;vtcunque exorbitant & deflectunt à lege,& impediunt aut
minuunt charitatẽ;ideóq; fiũt præter finẽ & intentionem legis,quoad eius perfectionẽ.
A ratione perſonæ non pendet peccatorum diſtinctio. Tertiò,ex ratione perſonę agentis non pẽdet vlla peccatorũ diſtinctio in natura ſua,vel
ex toto vel ex parte,ſed pendet peccatorum remiſſio facilior aut difficilior à perſona
agentis. Multa enim ignoſcuntur filiis Dei,quæ infidelibus iuſtè imputantur. Quare &
perpetua peccatorum remiſſio per Chriſtum,iuſtitiæ Chriſtianæ pars eſt. Aſſequimur
enim iuſtitiam legis,& legem mandatorum implemus,ad conſequendam veram coram
Deo iuſtitiam,vel vt loquitur Aug. *omnia mandata tunc facta deputantur, quãdo quicquid non*
Retractat lib 1 cap 19. *fit ignoſcitur* De qua re aliàs diximus. Fit ergo ratione perſonę aliquod peccatũ magis vel
minus remiſſibile,atq; ita eadem ratione fit aliquod peccatũ veniale ab euentu quidem
ſic dictum, id eſt maximè impropriè, non autem in alio aliquo genere peccati venia-
lis. Et propterea Apoſtolus quum diſputans de carnalitate hominis etiam renati
paſſen-

A patientis legem membrorum, &c. id eſt habentis ſubitos motus vitioſorum affectuum,
dixiſſet; *quis me liberabit à corpore mortis huius? Gratia Dei per Chriſtum*: Móxque concluſiſſet; Rom. 8.
Nihil ergo nunc damnationis in iis qui ſunt in Chriſto (vnde colligunt Lutherani hos motus nõ
affectatos ideo non damnare, quia ſunt in perſonis Deo per Chriſtum acceptis) proui-
dentiſſimè adiecit; *qui non ſecundum carnem ambulant*: oſtendens cauſam ipſam quare tales
vitioſi affectus non damnant, eſſe quia non ambulatur ſecundum illos, *neque itur poſt con-
cupiſcentias*, quia non *perficiuntur deſideria illa*, quia *ſpiritu ambulatur, & ſpiritu mortificantur fa-* Eccl. 18.
cta carnis. Illa autem verba (qui ſunt in Chriſto) interpoſuit Apoſtolus, vt doceret gratiam Gal. 5. Rom. 8.
Chriſti intrinſecus iuuantem & operantem illam eſſe quæ faceret, ne ambuletur ſecun-
dum carnẽ: quod & præcedentia ſtatim verba iam citata, & ſubſequentia verba, *lex enim
ſpiritus vitæ liberauit me à lege peccati & mortis*, manifeſtiſſimum faciunt.

Quartò ipſa Lutheranorum doctrina ſeipſam ſatis confutat. Aiunt enim *vitioſos motus* Lutherana doctrina ſeipſam confutat.
tunc eſſe veniales, quando eis repugnamus, tunc autem repugnare nos, aiunt, *quando cauemus ne
ſcientes & volentes aſſentiamur vitioſis motibus ac indulgeamus.* Sic enim ad verbum ſcri-
bit Melancthon in locis communibus in titulo De diſcrimine peccatorum morta-
lium & venialium. Hinc enim manifeſtè ſequitur cauſam venialitatis in huiuſmodi, eſſe
cautelam & ſtudium bonæ voluntatis cohibentis aſſenſum per gratiam Dei, ab huiuſ-
modi affectibus: cauſam autem mortalitatis (vt ſic loquamur) eſſe quia pleno conſenſu
aſſentimur illis: quia ſcientes id eſt deliberato iudicio ex parte intellectus, & volentes,
id eſt voluntatis aſſenſu, illis indulgemus. Quare docet re vera Melancthon quod docẽt Scholaſtica doctrina.
B ſcholaſtici, quia aliter explicare rem non potuit; doctrinam tamen ſcholaſticam repre-
hendit, quia ſolus ſapere & hæreticus eſſe voluit. Remouet enim diſertis verbis volun-
tarium à ratione peccati, & dicit iterum. *Non eſt hic opus ſubtiliter & Stoicè metiri gradus
conſenſus: rapitur enim infirma voluntas. Sed illud ſpectandum eſt ne ſciens indulgeas, ſed vt repugnes
ſpiritu*; Quare cauſam mortalis peccati in huiuſmodi eſſe dicit, quòd ſine vlla repugnan-
tia, ſcientes & contra conſcientiam, obſequimur affectibus. pariterque Spiritum S. (quo
iuuante repugnare & debuimus & potuimus) effundimus, abiicimus, & expellimus: eo-
démque momento fidem excutimus & amittimus: id eſt, non amplius apprehendimus
promiſſiones gratuitas in Chriſto nobis exhibitas per fidem. Quare fide excuſſa, care-
mus iam beneficio Mediatoris non imputantis nobis delicta noſtra: atque ita manent
ſicuti in natura ſua erant, verè mortalia & mortifera peccata, atque damnãtia. Hæc illo-
rum ſpeculatio eſt. Quinto igitur notandum eſt effuſſionem Spiritus S. quando volen- Effuſio Spiritus Sancti non eſt cauſa peccati mortalis ſed effectus.
tes indulgemus prauis deſideriis, non eſſe cauſam conſtituentem & formalem peccati
mortalis, ſed eſſe potius peccato mortali conſequens quaſi cauſæ effectum. Cauſa enim
peccatum conſtituens eſt voluntatis liber & deprauatus aſſenſus in malum, quæ quum Rom. 8.
in homine renato per Spiritum Sãctum (id eſt per charitatem diffuſam in corde per Spi-
ritum S. poſſet & deberet vitiis repugnare, & *facta carnis mortificare*, liberè non vult, ſed
volens & ſciens cupiditatibus indulget, & poſt concupiſcentias ſuas ambulat. Hoc qui
facit excidit ſanè à charitate, & conſequenter Spiritum Sanctum extinxit in ſeipſo (vt 1. Teſſal. 5
C loquitur Paulus). Sed effectus iſte non cauſa peccati eſt. Et in hoc potiſſimum error Lu-
theranorum hic conſiſtit. Quod autem adiiciunt, amitti & excuti eodem momento fi-
dem, olim confutauimus. Vtcunque enim de ſpeciali illorum fide apprehendente ve-
rum hoc eſſe poſſet, (quanquam & multi ſcelerati in mediis ſceleribus fiduciam veniæ
& gratiæ non abiiciunt) tamen de fide Catholica & propriè dicta nullo modo verũ eſſe Supra lib. 8. cap. 32.
poteſt, vt quolibet mortali peccato abiiciatur, ſicuti alias docuimus.

Sexto peccata mortalia non ideo ſunt huiuſmodi quia contra conſcientiam fiunt, vt Peccatum mortale non eſt ſemper contra conſcientiam.
iſti rem definiunt: volunt enim differentiam ſpecificã mortalis à veniali hanc eſſe. Qua-
re ſic definiunt peccatum mortale: *Eſt actio interior vel exterior, pugnans cum lege Dei, facta
contra conſcientiam*. Veniale autem peccatum aiunt pugnare quidem cum lege Dei, ſed
non fieri contra conſcientiam, quia repugnatur eius repentino motui ne ſcienter & vo-
lenter fiat. Huc enim pertinere volunt, illud Apoſtoli: *ex conſcientia bona & fide non ficta.* 1. Timo. 1.
Aiunt autem contra conſcientiam ſemper mortaliter peccari, *quia peccata mortalia mani-
feſta ſunt ex lege Dei*: iuxta illud Gal. 5. *manifeſta ſunt opera carnis & manifeſtiſſimum eſt Euange-
lium poſtulare bonam conſcientiam*, Hæc Melanch. Sed turpiter errat tantus magiſter cum Omnia peccata mortalia nõ ſunt manifeſta.
ſequacibus ſuis. Primum enim quamuis verum ſit de plæriſque peccatis mortalibus,
manifeſta illa eſſe, vt de operibus carnis dixit Apoſtolus ad Gal. 5. tamen alia ſunt pec-

cata mortalia non pauca parum manifeſta:idque ex variis cauſis , 1. quia Scriptura quæ D
non omnibus ſemper eſt manifeſta aliquando pronunciat eſſe mortalia,quæ iudicio hu-
mano videantur venialia,vt docet Auguſt.in enchirid. ca.79. Deinde quia variæ circũ-
2. ſtantiæ faciunt peccatum mortale, quod ex ſe tantum eſſet veniale, quæ tamen circun-
3. ſtantiæ non ſunt ſemper manifeſtæ. Rurſum difficultatem diſcernendi venialia à mor-
4. talibus ex diuina quadam prouidẽtia inter homines relictam eſſe, docet Auguſtinus de
Ciuitat.Dei lib.21.cap.vlt.præterea in peccatis cogitationum quando plenus & morti-
5. ferus conſenſus adhibitus fuerit,manifeſtum profectò non eſt, quia non niſi diligẽti ſtu
Prouerb.14. dio adhibito deprehenditur,vt antea explicuimus. Poſtremò *via ſtulti recta in oculu eius*,
6. Prouerb.12.& *eſt via quæ videtur homini recta,nouiſſima autem eius deducunt ad mortem*.Quare
Rom.10. ſtultiſſimè dicirur omnia peccata mortalia eſſe manifeſta conſcientiæ. Hinc etiam ſe-
quitur poſſe mortaliter peccari etiam errante conſcientia,vt in illis qui *habent zelum Dei*
7. *ſed non ſecundum ſcientiam*.Quare multa ſunt hæreticorum & errantium in fide peccata nõ
contra conſcientiam,ſed contra veritatem.Rurſum multa ſunt peccata mortalia ex paſ-
8. ſione,qualia ſunt ferè venerea crapulæ & ebrietatis omnia, cum nulla planè luce con-
9. ſcientiæ coniuncta.Abſorbent enim talia iudicium.Oſe.4.*fornicatio & vinum & ebrietas*
auferunt cor.Lege Auguſt.de Ciuit.Dei lib.14.ca. 16. Denique conſuetudo peccandi facit
tãdem videri planè licita,quę maximè ſunt illicita,vt ſuprà ex Auguſtino vidimus in en- E
chirid.ca.80.Præterea poteſt haberi alicuius rei ſcientia,tam in particulari quam in vni-
uerſali , ſed habitu tantum quæ actu non conſideratur ; & ſic propter actualis conſide-
rationis defectum,abſque conſcientia vlla peccati non raro, vt docet S. Tho.1. 2. q.77.
ar.2.Et certè peccata contra conſcientiam ſunt rara , & non niſi maximè impiorum de
10. Prouer.18. quibus ſcriptura dicit.*Impius quum in profundum venerit,contemnit*. Attamen in his omni-
bus,in quibus nec ſcienter,nec prudenter,id eſt,ſine certo iudicio vel remorſu conſciẽ-
tiæ peccatur,voluntariè tamen ſemper peccatur.peccata enim mortalia quæ ignorãter
committuntur,non ab ignorantia inuicta procedunt,ſed ab huiuſmodi quam vincere,
1.2.q.77.ar.7. & poſſit quis & debeat.Peccata quoque mortalia ex paſſione vel cõſuetudine ſunt om-
nia voluntaria ſaltem ex cauſa quãuis non ſecundum ſe,vt ſapienter diſtinguit, D.Tho.
Non ergo ex hac parte diſtinguẽda mortalia à venialibus,quòd contra conſcientiã fiãt
ſed quòd contra legem Dei & volũtariè fiant.Atque hæc de Lutheranotum erroribus,
qui ramen aliqua ex parte diſtinctionem venialium peccatotum à mortalibus docere &
agnoſcere voluerunt.

Caluini cauillationes nugatoriæ contra diſcrimen venialium peccatorum à mortalibus exploduntur.

F

CAP. VIII.

Inſtitut lib.3. cap.4.ſect.28.

Melancthon contra Caluinum.

NVNC ad Caluini in hac quæſtione ſententiam explicandam & breuiter confurandam veniamus.Quantò enim abſurdior eſt, eo facilius confoditur.Caluinus docet omnia peccata eſſe ex ſe mortalia : ſed in electis omnia eſſe venialia quia condonantur per fidem. A qua quia iuxta eius doctrinam electi nunquam excidunt , propterea etiam quãtumcunque peccantes non effundunt Spiritum S.Hunc Caluini errorem ſtrenuè taxat Melãcthon (in loc com.in titulo de peccatis actualibus exemplis Adæ & Euæ,Aaronis,Dauidis,qui electi quum eſſent,effuderunt tamen Spiritum S.& à gratia Dei ad tempus exciderunt.Eſt autem hæreſis iſta Vuiclephi docentis omne peccatum prædeſtinati eſſe veniale , & omne reprobi peccatum eſſe mortale:contra quã inſaniam diſputat copioſè Vualdenſis noſter. Docet igitur Caluinus id ſolum veniale peccatum quod ab euentu eſt:& illud ramẽ valde præpoſterè,quia in ſolis electis.Contra diſtinctionem autem Catholicam hoc maximè argumento pugnat, quòd *occultam impietatem contra primam tabulam*,(vt dubitationes de Deo & diffidentias.) Item *Vltimi mandati præuaricationem,vt immunditiem cordis* , ponimus eſſe venialia & leuia peccata

Lib.de Sacra. cap.155.

Inſtit.lib.2. cap.8.ſect.58.

A peccata. Sed clara reſponſio eſt, non eſſe vnquam iſta venialia in ſe, ſed tantum ex im-
perfectione actus ex parte agentis: quatenus videlicet ſine deliberato cõſenſu huiuſmo-
di motus & deſideria praua patimur potius quam facimus. Quando enim *quod nolumus* Rom. 7.
illud facimus, id eſt, quando concupiſcimus, ſine voluntatis conſenſu, *iam non nos operamur* "
illud (ait Paulus) *ſed quod habitat in nobis peccatum*. Imo ait Caluinus: *Ego ne ſubire quidem poſſe* Vbi ſupra.
dico huiuſmodi cupiditates, niſi ob defectum eorum quæ in lege requiruntur. Cui reſpondemus, de- "
fectum ſanè eſſe, ſed in renatis nõ culpabilem, quia abolitus & abſumptus eſt ille reatus, *Quomodo praua deſideria ſunt*
vnde ſolum talis defectus culpabilis eſſe potuit: defectum quoque illa eſſe fatemur eo- *defectus legis.*
rum quæ in lege requiruntur; non tamen quatenus lex ſub pæna præuaricationis obli- Supra lib. 6. ca.
gat, ſed quatenus lex ad perfectionem nos ducit, & docet, vt olim ſatis demonſtratũ eſt. 10.
Quare quod Caluinus poſtea ibidem ſubiungit, *quòd dominus non tantum deliberare, ſed etiã* "
concupiſcentia ſtimulari vetat, dicendo non concupiſces, &c. ideoque tranſgreßionem legis eſſe, non ſo- "
lum deliberatè concupiſcere, ſed etiam omnino concupiſcere rem alienam aut aliquid inhoneſtum, iam
olim explicuimus non ſic naturæ corruptæ & per Chriſtum reparatæ hoc eſſe vetitum,
vt ipſum concupiſcere conſtituat legis præuaricatorem, ſed tantũ *poſt concupiſcentias ſuas* Eccleſ. 18.
ire, & regnum illis permittere, vel *carnis deſideria perficere, & ſecũdum carnem ambulare*, vt Paulus Rom. 6. Gal. 5.
apertè docet, & ex Paulo Auguſtinus luculenter & frequẽter rem explicuit, ſicuti ſuprà Rom 8.
à nobis commemoratum eſt. Quam omnem Apoſtoli & Auguſtini explcationem, vel Suprà lib. 6.
ignorauit vel altè diſſimulat Caluinus. Id tantum vrget dixiſſe Paulum, *ſtipendium peccati* cap. 11.
mors, & anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Nec vult aduertere non de omnibus peccatis,
B ſed indefinitè loqui Scripturam. Definit autem & determinat Scripturæ ſenſum, illa in Rom. 6. Ezech. 18.
terris authoritas, cuius eſt *rectè tractare*, vel ſecare potius, ὀρθοτομεῖν *verbum veritatis*. de-
inde declamitat *nos Dei maieſtatem paruifacere, & legis tranſgreßionem extenuare*; Chriſtum 2. timo. 2. Ibidem ſect.
autem dicere, *eum qui tranſgreſſus fuerit vnum de mandatis iſtis minimis & docuerit ſic homines* 59.
nullum fore in regno cælorum. Sed reſpõdetur ad prius quidem: Legis tranſgreſſionem iux- Matt. 5.
ta legiſlatoris mentem intelligendam eſſe. Deum autem leuiores offenſiones aut vitio-
ſos affectus quibus non conſentitur deliberatè, non habere pro legis ſuæ tranſgreſſione
in aliis Scripturis ſuprà citatis nobis reuelaſſe. Ad poſterius verò, verbum Chriſti nõ in-
telligendum eſſe de peccatis venialibus, ſed de verè mortalibus. Vocat tamen huiuſmo-
di *minima mandata*, non ex ſe, quum ſint decalogi mãdata de quibus ibi agit, ſed (vt expo *Minima mandata quæ ſint.*
nit Chryſoſt Homil. 16. ſuper Matth.) *reſpectu ſuipſius, qui illa mandata tunc vel dedit, vel in-*
terpretatus eſt. Cõditurus enim legem ſeipſum humiliat, ait Chryſoſt. *& mediocria de ſeipſo loquitur,*
nos quoque docens ſeruare mediocritatem. Hæc ille. Deinde etiam minima vocare potuit Chri-
ſtus ea quæ inter mandata ſunt aliis minora, vt fornicatio eſt minor adulterio vel homi-
cidio: docens etiam minorum trangreſſorem non intraturum in regnum cælorum. Sic Apocal. 2.
in ſcripturis, primum pro priore & contra legimus. *Primam charitatem reliquiſti*, id eſt prio 1. Timo. 5.
rem; & *primam fidem*, id eſt priorem caſtitatis, *irritã fecerunt*. Contrà *peiora prioribus*, id eſt Luc. 11.
primis: τῶν πρώτων. Atque hæc de diſcrimine venialium peccatorum à mortalibus ha-
ctenus.

C *Antitheſes primariæ Lutheranorum & Caluiniſtarum in vniuerſa iuſtificationis doctrina vbi deteriorem ſemper partem tenent Caluiniſtæ.*

PECCATVM originale docent Lutherani eſſe ipſa vitia nobiſcum na- In Apologia Confeſſ. Aug.
ta, contemptum Dei, amorem ſui, odium iuſtitiæ nei, deſperationem
gratiæ:

Peccatum originale deſcribit Caluinus non ſolum eſſe habitus ma- Inſt. lib. 2. cap.
los à Lutheranis commemoratos, qui facilè in actum educantur, ſed 1. ſect. 8. & 9.
addit eos perpetuo & neceſſariò in actum exire. Scribit enim totum
hominem nihil aliud ex ſeipſo eſſe quam concupiſcentiam. Hanc au-
tem concupiſcentiam nunquã in nobis ceſſare, nouos aſſiduè fructus parere, opera car-
nis ſcilicet, non ſecus quam incenſa fornax flammam & ſcintillas efflat, aut ſcaturigo a-
quam ſine fine egerit: denique ſic naturam corruptam eſſe, vt non modo ſanari, ſed no-
uam propè naturam induere opus habeat, vide cætera huius operis lib. 1. cap. 13.

Vtraque ſententia in hoc opere confutatur: prior lib.1.cap.15. & 16. poſterior, libro 2. cap.9. & ſequentibus. D

2. Liberum arbitrium non ſolum in actionibus indifferentibus, ſed etiam ad moralia & ciuilia bona agnoſcunt pleriq; Lutherani etiam in nondum renatis, & ſine gratia: in renatis verò & in noua iam obedientia ambulantibus liberum arbit. ad ſpiritualia etiã bona moderatiores hodiè Lutherani concedunt, vt Chemnitius in examine oſtendit.

Caluinus adeo nec in gratia nec extra gratiam, nec ad moralia nec ad ſpiritualia, id eſt Deo grata opera liberum arbitrium concedit, vt ab ipſa voce liberi arbitrij prorſus abſtineri optet, vtpote quã ſine ingenti periculo non poſſe retineri, magno vero Eccleſiæ bono aboleri poſſe cenſet. Quare in nondum renatis ſic ſolam libertatem à coactione cum Lombardo agnoſcit, vt eam exponat eſſe aliud nihil quam peccare poſſe. Qui tamẽ ſenſus Magiſtri non fuit. Aliud eſt enim nihil aliud quam peccare, aliud nihil aliud quã peccare poſſe, vt in hoc opere oſtenſum eſt lib.2.c.10. In ipſis autem renatis & in reparata (vt loquitur) voluntate liberum arbitrium diſertiſſimè negat, acerrimè differens non ſolum in prima conuerſione, ſed etiam in corde iam conuerſo & reparato ſolum Deum in ſolidum operari, voluntatis humanæ nullas eſſe partes. Et addit Caluinus in ſolis electis Deum operari Contra vtroſque tamen oſtendimus etiam in ipſa prima conuerſione ad Deum eſſe liberi arbitrij partes aliquas, multo magis in corde conuerſo & renato. lib.3. per totum.

(Inſti. lib 2. ca. 2. ſect. 8. — Lib 2. cap. 2. ſect. 6. in fine. — Lib 2. cap. 3. ſect. 7. & ſeq.)

3. Lutherani ipſam fidem iuſtificantem quam ſpecialem vocant, partim docẽt eſſe fiduciam ipſam, partim eſſe manum apprehendentem quaſique organum & inſtrumentum quo iuſtificamur. E

Caluinus neutrum horum vult eſſe fidem iuſtificantem, ſed definit eã eſſe diuinæ erga nos beneuolentiæ firmam certãque cognitionem, quæ promiſſionis veritate fundata per Spiritum S. reuelatur menti, & cordi obſignatur. Tota hæc diſcrepãtia latè deſcribitur huius operis, lib.8.cap.14.

(Inſtit. lib. 3. cap. 2. ſect. 7.)

4. Lutherani volunt fidem vnoquoque mortali peccato amitti ne videantur docere fidem epicuream qua ſola iuſtificari docent.

Caluinus, fidem veri nominis & verè iuſtificantem nunquam amitti, ſed indelebilem eſſe dogmatiſat. Vide huius operis lib.8.c.26. & lib.9.cap.4.

(Inſtit li 2 cap. 2. ſect. 9. & 1c.)

5. Lutherani promiſſiones Euangelicas volunt eſſe generales & proponi omnibus tam electis quàm reprobis. lib.8.cap.21.

(Me a ch in lo. s com. Vbi ſupra.)

Caluinus vult ipſas promiſſiones, ideoq; & ipſam fidem in illis fundatam, ſolis electis eſſe proprias, & ad illos ſolos pertinere. Refutatur, lib.8.cap.26.

6. Lutherani recentiores maximè, & qui propriè confeſſioni Auguſtanæ adhærẽt, ſolam fidem eo ſenſu docẽt, vt charitatis & aliarũ virtutum præſentiam non negent etſi efficaciam iuſtificandi tollant, alij autem vt Maioriſtæ etiã neceſſitatem eorum ad ſalutem & iuſtitiam agnoſcunt.

Caluinus nec efficaciam aut neceſſitatem bonorũ operũ in cauſa iuſtitiæ admittit, nec præſentiam requirit, etſi verbo requirere videatur, partim quia quum nõ ſine bonis operibus fidem iuſtificare docet, exponit illud de bonis operibus Chriſti; cuius vt iuſtitia tota ita etiã ſanctitas nobis imputatur, (quod declaratur li.11.c.2. huius operis) partim quia nulla opera bona in vllo renato eſſe diſertè dogmatiſat; ſed etiã illa opera quæ Deus remunerat tanquam legis obedientiam, peccatis potius quam virtutibus accenſenda eſſe: partim deniq; quia ſtante operum iuſtitia ſtare fidei iuſtitiam non poſſe, ſed cõditionibus legis hanc prorſus ſolutam eſſe diſertè docet. In hac autem Caluini ſententia perſiſtit Illyricus cum ſuis iuxta primam Lutheri doctrinam. F

(Inſtit lib 3. cap. 16. ſect. 1. — Lib eodẽ cap. 17. ſect. 3. — Lib. eodẽ cap. 11. ſe. 13. & 17.)

7. Lutherani recentiores dc e nt certitudinem gratiæ ex parte promiſſionũ Dei: ſed nõ ex parte noſtra ſine conditione nouæ obedientiæ. Vide huius operis, lib.9.cap.7.

Caluinus hanc conditionem prorſus auerſatur, & ipſos Lutheranos hoc nomine ſemipapiſtas vocat.

(Inſtit. lib 3 cap 2 ſect. 24.)

8. Lutherani ſeu Confeſſioniſtæ certitudinem gratiæ ad iuſtitiam tantum & ſalutẽ præſentem non autem ad perſeuerantiam finalem extendi volunt.

Caluinus etiam de perſeuerantia finali atque ipſa beatitudine veros fideles, id eſt ſolos electos ſecundum illud certos eſſe vult certitudine fidei. Quem etiã ſequitur, ſed ſibi ipſi ac ſuis hac in parte contrarius Mart. Chemnitius. Vide huius operis lib. 9.ca.13.

Lutherani hanc certitudinem cum ſeria mortificatione conſtare volunt vt docet di- 9.
A ſertè Chemnitius in examine.

Caluinus ſola promiſſione tanquam proprio fundamẽto hãc certitudinem niti vult: Inſtit.lib.3.
& huius mortificationis conditionem cum certa fiducia conſtare non poſſe diſertè do- cap.2.ſect.42.
cet. Vide huius Operis lib.9.cap.13. & cap.11.ſect.38.

Lutherani agnoſcunt in bonis operibus Renatorum Meritum mercedis temporalis 10.
in hac vita, atque etiam ſpiritualis in altera vita, quæ ſit accidentalis aliqua gloria non
ipſa vita æterna.

Caluinus non ſolum vitæ æternæ, ſed etiam cuiuſcunque mercedis meritum prorſus
negat quibuſcunque filiorum Dei bonis operibus & Lutheranorum ſententiam diſer-
tis verbis reprehendit Inſtit.lib.3.cap.15.ſect.4. vide huius Operis lib.10.cap.8.

Lutherani prouidentiam tantum permiſſiuam in Deo circa ipſa peccata cum multis 11.
aliis etiam Helueticis Eccleſiis Orthodoxè tradunt. Vide huius Operis lib.11.cap.vlt.

Caluinus ponit in Deo quatuor. 1. voluntatẽ peccati non ſolũ permiſſiuã ſed & actiuã.
2. operationẽ peccati non ordinationẽ tantũ ad certos fines. 3. eũ ad peccandũ homines
cõmouere, & excitare non ſolum deſerere aut ſua gratia deſtituere. 4. ad peccãdum ho-
mines deſtinare & impellere. Vide ſingula ex verbis eius huius operis, lib.11.c.4.& ſeq.

Lutherani agnoſcũt aliquod diſcrimen pecc.ven. à mortalibus etſi nec verũ nec totũ. 12.

Caluinus nullũ diſcrimẽ agnoſcit ſed omnia pecc. ex ſe eſſe mortalia per Chriſtũ ex fi- Inſtit.lib.3.c.
de fieri ven. iuxta prima Lutheri paradoxa dogmatiſat. Vide huius operis, l.12.c.7.&.8. 4.ſect.28.

B Lutherani veram ſanctificationem in noua obedientia, & opera verè bona in renatis 13.
agnoſcunt, licet imperfecta & quæ in Dei iudicio ſtare non poſſunt.

Caluinus præſtigiatorẽ more ſuo agẽs, quãdo ſe diligẽter purgat ne hoſtis apertus bo-
norũ operũ eſſe videatur (vt Inſt. li.3. c.16. & in princip.c.17.) bona eſſe renatorũ opera
verbo fatetur re tamen ipſa etiã ibi diſertiſsimè negat, poſtea vero quũ de merito & bo-
nitate operũ diſputat, ait opera noſtra eſſe Deo grata, & Deũ ea benedictionib⁹ illis pro-
ſequi quæ ex pacto debẽtur legis obſeruationi, quãdo promiſsiones Euangelicæ ſubſti- Inſtit.lib.3.
tuuntur quæ gratuitã peccatorũ remiſsionẽ denũciant; ex ſe autẽ probrũ magis quã lau- cap.17.ſect.3.
dẽ perpetuò mereri, & peccatis magis quã virtutib⁹ accẽſenda eſſe, niſi ea cũ venia Deus
accipiat, nõ imputata imperfectione qua omnia inquinãtur, ideoq; Deũ auerſo ab ope-
ribus intuitu ſola fide intercedẽte citra operũ ſubſidiũ recõciliare ſuos ſibi in Chriſto.
Vide huius operis lib.8.cap.31.

Lutherani operationẽ Spir.S. adiutoriũ gratiæ ad nouã obedientiã præſtandã docẽt. 14.

Caluinus negat vel Chriſtum vel Spiritũ S. adiuuare ad bene operandũ, ſed Chriſtum Inſtit.lib.3.
ideo datum eſſe vt ſua iuſtitia & obedientia nos iuſtificet. Spiritum S. vero vt promiſſio- cap.15.ſect.5.
nes obſignet, & ſecuritatem cordis confirmet. Vide huius operis.lib.11.cap.2 & c.17.ſect.2. Lib.3.cap.2. ſect.1.& 2.

Lutherani recentiores & maximè Chemnitius in examine Imputatiuam Iuſtitiam 15.
ſic docent, vt Chriſti Iuſtitiam noſtram eſſe formalem tradãt nóſque ea veſtiri & indui
affirment. Vide huius operis, lib.5.cap.1.

C Caluinus eandem ſic docet vt extrinſeca tantum denominatione eam nobis impu-
tari exponat. Vide huius operis, lib.7.cap.1

Atque hæ ſunt in ſola iuſtificationis doctrina Lutheranorũ & Caluiniſtarũ Antitheſes
manifeſtæ, ne quis exiſtimet in ſola controuerſia ſacramẽtaria has duas maximas ſectas
diſſentire. Quanquã & in ipſa quoq; vniuerſa Sacramentorum doctrina, de numero, de
natura, de vſu & effectu Sacramentorũ diſſentiẽtes quoq; ſentẽtias magnas & multas v-
traq; hęc ſecta habet. Hinc autẽ perſpice non aliter hodiè orbi chriſtiano præſentes hæ-
reſes illudere, ſectas alere, opiniones ſpargere, populis imponere, q̃ Philoſophorũ olim
ſectæ de ſummo bono veritatis ſtudioſos & bona ingenia miſerè diſtraxerũt, vanis opi-
nionibus imbuerũt, falſę deniq; ſapiẽtię nomine in errorẽ abduxerũt: quod prior noſtra
Præfatio apertius explicat. vt nõ tam hic L. Gellio Procon. qui Philoſophis in vnũ locũ Cic.1.de legibus.
cõuocatis Athenis quũ eſſet, autor illis fuit vt aliquãdo Cõtrouerſ. aliquẽ facerẽt modũ,
in qua re operã illis ſuã pollicitus eſt, quũ Theodoſ. aliquo opus ſit qui vt olim Arria. Ma-
ced. ac Nouat. ſectas ſuſtulit, ſic has quoq; peſtes relig. toto orbe Chriſtiano exterminet.

Sequuntur inſignia quædam mendacia vnius Caluini circa ſcholaſticam doctrinam in Iuſtificationis doctrina.

1. Circa implicitam fidem,quòd eſt affectata ignorãtia.Inſt. lib 3.c.a.ſect.2.& 3. huius operis.lib.8.cap.24 D

2. Circa fidẽ in informem,quòd caret actu voluntatis.Inſt.l. 3.cap.2.ſect.8. huius operis lib.8.cap.9.

3. Circa fidẽ ipſam,q nõ eſt donu Dei in nobis.Inſt.lib.3.c.a.ſect.33.huius operis l.8.c.8.

4. Circa gratiam operantem,quòd docet poſſe hominem abſque gratia ſaltem inefficaciter velle bonum ſpirituale.Inſt.lib.2.cap.2.ſect.6.huius operis lib.8.cap.7.

5. Circa libertatem à coactione, quod ponat hominem nihil quam peccare poſſe ibidem,huius autem operis lib.2.cap.10.

6. Circa obiectum fidei,quòd ponat illud eſſe Deum ſolum abſque mediatore Chriſto. Inſt.lib.3.cap.a.ſect.1.huius operis lib.8.cap 24.

7. Circa naturam fidei,quòd ponat illam eſſe ſimplicem aſſenſum mentis, ſiue notitiam hiſtoricam.Inſtit.lib.3.c.2.ſect.33.huius operis,lib.8 cap.24.

8. Circa cooperantem gratiam,quòd doceat hominem naturæ ſuæ viribus & facultate naturali concurrere cum gratia.Inſt.lib.a.cap.2 ſect 6.huius operis,lib.4.cap.7.

9. Circa eãdem,quòd partitur inter deum & hominem operationẽ iuſtitiæ. Inſt.l.3.c.15. ſect.3.& lib.a.cap.3.huius operis,lib.4.cap.4,& lib 10.cap.1a.

10. Circa pec.ven.quòd ponat occultã impietatẽ cõtra primã tabulã,vt diffidentiã & immunditiem cordis,eſſe peccatũ veniale.Inſt l a.c.8.ſect 58 huius operis lib.ta.cap.8.

11. Circa obſeruationem mandatorum,quod legis tranſgreſſionem extenuamus. Inſt. li. a.cap. cap.8.ſect.59.huius operis lib.12.cap.8. E

12. Circa merita operum,quod ex tribus cauſis meriti, ſola fide iuſtificante, ignoſcentia peccatorum,& acceptatione ſeu pacto promiſsionis, vnicam tantum cauſam docet reiectis cæteris.Inſt.lib.3.cap.17.ſect 3 huius operis lib.11.cap.4

13. Circa permiſsiuam Dei voluntatem in peccatis, quò ponat Deum nolentem & imprudentem permittere Inſtit.lib.1.cap.18.ſect.3.huius operis,lib.11.cap.8.& 13.

Errata ſic corrigito.

Pagina.1.D pro cõmunicarunt,lege ebinarunt pro parulos renatos.l.paruulos non renatos.P.4.f. pro actuquidẽ ſi ue externo,l actu quidẽ ſine externo ſiue interno.p 8 D.pro perſecutionẽ,l.perfectionem.p 9 c.pro res,l.rea.ibid in margine deeſt Rom.e p.10.pro recepti,l.renati.p.11 pro creatu,l.creata p 12 D pro diſcendamus,l. defendamus. p.13. pro appetitum,l.appetitu.p.16 pro intrinſeca auerſio,l.intrinſeca ſicuti auerſio.ibid.pro obſeruat,l. obſerua. p.17. pro vtrunq.,l.vtcunq:.p.20 pro vt &.l.,&.ibid pro ſuor,l.ſiot.ibid pro manet,l. maneat.ibid pro paragrapho,l parte. p.22. pro docent,l.doceãt.p 24 pro Melancbthonem,l.Melancbthon.p.25.pro quem,l.quæ ibid pro in ordine & mẽtẽ,l. in ordine ad mentem.ibid.C pro perfluxerunt,l.profluxerunt.p 26.pro eccleſiaſticis.l eccleſiaſtici p.29. pro manifeſtari,l manifeſtè atteſtari.p.31 pro deligere,l.diligere.p.32 pro profectam,l.perfectam.ibid pro primatum,l.priuatim. ibid.tam pro tum p.33.pro hæreticis quantũ ad modum,l & hæreticis quantum ad modũ aſſentiendi attinet,licet non quantum ad modũ ibid.pro faciendi,l.facienti,p.34 pro gentium,l gentium p.35 pro deeſſe,l.eſſe,ibid. pro ſugiens,l. ſingẽs p 36 f vbi habetur,libro 1.c.1.deletur,c.1.ibid.pro beatifici,l.beatifico.ibid pro quod,l.quaſi.p.37. pro noſtræ,l. naturæ ibid.in margine A deſunt hæc verba lib.3 cap.21.contra Iulianũ.ibid.pro noſtrã,l.naturã.p.38 pro ſanitatẽ,l. ſanitas ibid.pro ſignat,l.ſignificat p 39 pro quo,l.qua.ibid pro prauatis,l.prauitas p.40.pro cõmemorãt,l. cõmemorauit p 41 pro profectionẽ,l perfectionẽ.p 42 pro capetorus,l capreolos.p.43 pro videos,l.viuẽs,ibid.pro maiorum, l.malorũ,ibid.pro inedia,l medius.ibid pro occurrit,l.incurrit p.44 pro expellat,l.expellas, ibid pro recurreret,l.recurret,ibid.pro non aute,l non autem p.45.pro ratione 13 l.ratiocinatione 13.ibid.pro extra peccãdi,l.extra gratiam peccandi p.46.pro & neceſſitas,l.eſt neceſſitas.p.47.pro vt arbos illa mala quam,l.& arbor illa mala quæ.p.48. vbi habetur his reſpondendum,deletur,bis.p 50 pro quam &,l.quo & p.51.pro fuit,l.fiat.p.52 pro diſputationis ſuæ,l.diſp. author p.54.pro quid dicit,l.quum.ibid pro finiunt,l ſiunt p.57.pro ſue reliquarum,l ſiue reliquiarum.p.59. hæc verba(vel ſi præter naturam eſſe dicebant)delenda ſunt p.60.pro vt nimirum,l.vt minimum.p.62.pro ſcilicet, l. ſcilicet concupiſc.p.66.pro ſignaut,l.ſignificat.p 68.in argumẽto cap 8.deſunt hæc verba (cõfutatio cauillationum quibus) in principio p.69 pro multo modo,l.nullo modo.ibid pro manẽte peccatol,l.manente,id eſt peccato. ibid pro peccatorũ,l.poteſtatũ.p.70.pro facta remiſſio peccatorũ,l.* facta remiſſio,vbi omnino plena & perfecta fiet remiſſio peccatorum,ibid.pro viam,l veſtra.ibid.pro à Deo,l.adeò. p.72.pro qui negat,l.quando p.78.pro quam,l.quod. p.79.pro non quæ ideo libera,l.ſit libera p 80.pro argumentũ,l.augmentũ. ibid.lin.41.pro liberũ arbitriũ negat. Et ſurſum,l * Eſt igitur(inquit)liberũ arbitrium quod quiſquis eſſe negauerit,Catholicus non eſt. Et quiſquis ſic eſſe dixerit quod ſine Deo bonum opor,id eſt quod ad eius ſanctum propoſitum pertinet,nec incipere nec perficere poſſit, catholicus eſt. Hæc ille. Et iterũ in lib.de correp.& grat c.1.liberũ arb.& ad bonũ,& ad malũ faciendũ confitendũ eſt nos habere, ibid.lin.vlt.pro & prima,l.& prima cõuerſio in ſcripturis.p.81.pro adiuuat,l.adimat.p.84.pro vbi eũ,l. vbi enim. ibid. pro diuerſæ naturæ,l ineſſe,ibid lin vlt.pro id eſt parte,l.prima parte.p 89.pro dicit quoq:,l.dici.p. 92. pro in bono,l. in vno p 93 pro deo auxilio,l.de.ibid pro prouenit eõ,l.enim.ibid.pro aperta ſuffragatus,l ratio ſuffragatur.p.94.pro notuiſſet,l.nocuiſſet.ibid.pro vt Chriſti miraculis vt operibus,l.& miraculis,& operibus.p 98.pro cũ itaq; voluntatis actus liber,l.* actus dupliciter dicatus liber.ibid.in margine omittuntur hæc verba(de pecc.mer.&remiſſ.a l.2.c.17 p. 99.in marg pro c.12,l.c.13.ibid.pro qua & nucibus,l.quo ouis & nucibus. & ibid.in marg è regione lin.48 pro li.16,l. lib 2.ibid.lin.penult.poſt peccatorũ,adde aſtrictam.& lin.vlt dele aſtrictam p.101 pro eodem lib.17.l.cap.17 ibid. pro vel ignorantia vel veri infirmitate,l.vel ignorantia veri,vel infirmitate ad bonũ.& lin.vlt pro quã ſine Deo,l.quod ſine.p.102.in marg ad lin.8 deeſt cap.7.p.107.pro ſed nec de quota,l. quarta.p.108 pro eſſe potuit cauſa quod Deus, l.* eſſe potuit cauſa remiſſionis peccatorũ niſi vt diſpoſitio neq; dilectio noſtra aliter eſſe potuit cauſa quod Deus p. 113. pro applicationis vtriuſq; inter ſe,l * vtriuſq; Paulũ non enim ſecus modũ & formam vtriuſq; inter ſe. ibid.pro ſi caſu illo,l.ſi corã illo & in marg.ad lin.50.deeſt epiſt.46 ibid.pro quia induit l.ſed quia induit hominẽ p.115. pro cõiunctos,l.conuictos p.116. pro iuſtitia quæ,l. quia.p.117.pro quodam malo,l.modo.ibid.in lege,adde quoq; ex lege. ibid.ex fide eſt quia,l.eſt qua credimus.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ qui in hoc opere vel contra hæreticos orthodoxè explicantur, vel alioqui per occaſionem tractantur & elucidantur.

Geneſ.1. FAciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, lib.2.cap.11.
4 Subter te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius, lib.2.cap.9
6 & 8 Cuncta cogitatio cordis eorum intenta ad malum, li.6.c.21
8 Senſus & cogitatio cordis humani in malum prona, &c. li 2.c.11
Exod.2. 15 Ego protector tuus & merces tua magna nimis, li.8.c.18
Credidit Abraham Deo & reputatum eſt ei ad iuſtitiam, li.8.c.16.& 18
22 Nunc cognoui te quod timeas Deum, li.8 c.15
Exod.2. Ego indurabo cor Pharaonis. li.11. c.12. & 14
20 Non concupiſces, lib.3.c.5.li.5.cap.14. lib.6.cap.10.10.&.12
Non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur, li.6.c.16
Leuit.18. Qui fecerit hæc homo viuet in ipſis, li.5. c.12.& 15
Deut.2. Conuertit corda eorum vt odirēt populum eius, li.11.c.12
6 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. lib.6.c.10.11.& 12
13 Tentat vos Deus, &c. lib.11.cap.12.
17 Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus, &c. lib.5.cap.15
1.Reg.2. Præparatur voluntas à Domino, lib.4. cap.6
2.Reg. 16. Dominus præcepit Semei vt malediceret Dauid, lib.11.cap.12.& 15.
3.Reg. 22. Vade & præualebis, lib.11.cap.14.
2.Paral. 25 Domini voluntas erat vt traderetur in manus hoſtium, lib.11.c.15
Iob.9. Si iuſtificare me voluero, &c. ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, lib.9.cap.8
27 Non reprehendit me cor meum in omni vita mea, lib.6.c.19
31 Si oſculatus ſum manum meam ore meo, lib.10.c.14.
Pſal.14. Qui ingreditur ſine macula, lib.6.cap.6. & 9
23 Quis aſcendet in montem Domini, &c. Innocens manibus, & mundo corde, lib.6.c.15
26 Adiutor meus eſto ne derelinquas me, lib.4.c.3
31 Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, lib.5.cap.9
39 Poſuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos, &c. li.5.c.12.
62 Melior miſericordia tua ſuper vitam, lib.6.c.8.
77 Miſit in eos iram indignationis ſuæ, immiſſiones per Angelos malos, li.11. cap 3.& 14
80 Aperi os tuum, & ego adimplebo illud lib.4.c.3
100 Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. li.6.c.14.
102 Qui coronat nos in miſericordia & miſerationibus, li.10.c.5
104 Conuertit Deus corda eorum, vt odirent populum eius, li.11.c.14
115 Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi, lib.10.c.5
118 Qui operantur iniquitatem in viis Dei non ambulauerunt, li.6.c.17
142 Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, li.6.cap.17
Hominis eſt præparare cor, & à Domino reſponſio linguæ, li.4.c.6 Prou. 16.
Fecit Deus hominem rectum, li.1.c 6 Eccleſ. 7.
9 Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit, lib.9.c.8
Deus reliquit hominem in manu conſilij ſui li.1.c.15 Eccleſ. 15.
18 Non verearis neque ad mortem iuſtificari. In Prolegomen. lib.5. Prolegomeno 2.
Excæcauit Deus oculos eorum, &c. li.11. cap.14 Eſaiæ.6.
40 Merces eius cum eo, libr.10. cap.3.
53 Iniquitates omnium noſtrum ipſe portauit. libr.5.cap.9. lib.7. cap.9. & 10
59 Peccata veſtra diuiſerunt inter me & vos, li.3.c.8
64 Domine ecce tu iratus es & nos peccauimus, &c. li.11.c.14
Facti ſumus vt immundi omnes nos & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, li.6.c.22
Dominus iuſtitia noſtra. libr.7.cap.10 Ierem. 23.

31 *Dabo leges meas in corde eorum. lib. 6. cap.2.*
Conſummabo ſuper domum Iſrael teſtamẽtum nouum.lib.5.c.4. & 12.
Ipſi non permanſerunt in teſtamento meo & ego neglexi eos,li.5.c.12.
Ezech. 11. *Auferam à vobis cor lapideum. lib.4.c.5. & 6.*
14 *Ego dominus ſeduxi illum. lib.11.c.14.*
18 *Si impius egerit pœnitentiam, & cuſtodierit omnia præcepta mea,lib 5.c.10.& in prolegom.eiuſdem libri.*
20 *Dedi eis præcepta non bona lib. 5. c.15.*
36 *Dabo vobis cor nouum.lib.2.c.9.*
Daniel.5. *Appenſus es in ſtatera & inuentus es minus habens,lib.6. c.4.*
Oſe 9. *Facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt,lib.1.c.3.*
Malach. 1. *Si pater ſum vbi eſt honor meus? ſi dominus vbi eſt timor meus?lib.9.c.5.*
2.Macc.12. *Vt à peccatis ſoluantur,lib.6 c.8.*
Matth.5. *Iota vnum aut apex non præteribit à lege donec omnia fiant,lib.6.c.13.*
Non veni ſoluere legem,ſed adimplere, li.5. ca.14.& lib.6.c.2.& 8.
Qui ſoluerit vnum ex mandatis iſtis minimis,&c.lib.12.c.8.
Qui iraſcitur fratri ſuo reus erit indicio, lib. 12.cap.6.
Non exibit donéc ſoluat minimũ quadrantem.lib.12.c.6.
Eſtote perfecti ſicut pater veſter cæleſtis, &c.lib.6.c.10.
6 *Dimitte nobis debita noſtra,lib.3. ca.3. lib.6.c.8.& 13.lib.12.c.3.*
Si dimiſeritis &c. Pater veſter dimittet vobis peccata veſtra,lib.6.c.8.& 9.lib.12. cap. 6.
Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.lib.6.c.7.
Ne nos inducas in tentationem. lib.2.c.13. lib.10.c.11.
7 *Si vos cum ſitis mali, &c. libro 3. cap.6.*
Arbor mala non poteſt bonos fructus facere,lib.6.ca.21.
9 *Fides tua te ſaluum fecit.lib.8.c.31.*
11 *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.lib.6.c.16.*
12 *Non remittetur ei neque in hoc ſeculo neque in futuro,lib.12.c.6.*
Facite arborem bonam lib. 4. c.3.& lib.8. cap.32.
14 *Modicæ fidei quare dubitaſti? lib. 8. cap.21.*
19 *Non omnes capiunt verbum hoc. lib. 4.cap.5.*
Impoſſibile eſt diuitem intrare in regnũ cælorum.lib.6.c.16. vos qui ſecuti eſtis me, &c.lib.10.ca.8.
22 *Quomodo intraſti non habens veſtem nuptialem,lib.8.c.33.*
25 *Quia ſuper pauca fuiſti fidelis,ſuper multa te conſtituam.lib.18.c.6.*
Abſcondit pecuniam domini ſui, lib.5. cap. 17.
Accipiet centies tantum nunc in tẽpore hoc &c.lib.8.c.33. Marc.10.
Incedebant ſine querela,lib.6. c.5. Luc.1.
2 *Ieſus proficiebat ſapientia & ætate & gratia,&c.lib.7.c.2.*
6 *Eyce prius trabem de oculo tuo, &c.lib. 11.ca.6.*
7 *Dimiſſa ſunt ei peccata multa quoniam dilexit multum,lib.8.ca.30.*
10 *Vos ſimiles hominibus expectãtibus dominum ſuum,&c.lib.8.c.2.*
Hoc fac & viues lib.5.c.15.
17 *Cum feceritis omnia, &c. dicite ſerui inutiles ſumus,lib.5.c.17.*
18 *Deſcendit iuſtificatus ab illo,lib.5.c.19. & 13.*
De plenitudine eius accepimus omnes lib.7. ca.2.& 8. Ioan. 1.
Plenus gratia & veritate, lib.6 cap.2.
Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.lib.6.c.2. & 13.
Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt,&c.lib.8.c.2.
3 *Nemo aſcendit in cælum niſi qui deſcendit de cælo,lib. 10.c 4.*
4 *Aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam, lib. 10. cap. 2.*
6 *Nemo poteſt venire ad me niſi Pater meus traxerit illum, lib.4. c.5.*
An & vos vultis abire? lib.4. c.7.
Omnis qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me.lib.4.c.7.
8 *Noli amplius peccare,lib.5.ca.10. & in prolegom lib.eiuſdem.*
10 *Ego ſum oſtium omnium. libro 7.cap. 14, bis.*
12 *Propterea non poterant credere &c.lib. 11.cap.12.*
14 *Ego ſum vita.lib.7. c.4.*
15 *Ego ſum vitis vera &c. lib. 7. cap.4.*
Manere & fructum facere in vite, lib.5. cap. 7.

Sine

Sine me nihil poteſtis facere. li.2.c.14. li.4. cap.5.
16 Ipſe pater amat vos quia vos me amaſtis. lib.7.cap.9.
Act.2. Agite pœnitentiam. In prolegom. lib.5. prolegom.1.
3 Authorem vitæ interfeciſtis. lib.7. cap.4.
4 Facere quæ manus tua & conſilium tuũ decreuerunt fieri. lib.11.c.8.& 15.
13 Per hunc remiſſio peccatorum annunciatur, &c. lib.5.cap.9.
In hunc omnis qui credit iuſtificatur. In prolegom. lib.5. prolegom.2. lib.8. c.18.
Dauid vir ſecundum cor Dei faciens omnes voluntates eius, lib.6.cap.4.& 22.
15 Quid tentatis Deum imponere iugũ ſuper ceruices diſcipulorum quod neque Patres noſtri neq; nos portare potuimus? lib.6.c.16.
Fide purificans corda eorum, lib.8.cap.9.
Rom.1. Reuelatur ex fide in fidem, lib.8.c.4.
2 Iis qui ſecundum patientiam boni operis, &c. vitam æternam, lib.10.c.3.
Deus reddet vnicuique ſecundum opera ſua lib.10.ca.5.
Circuncisio cordis in ſpiritu, lib.5.c.2.
Factores legis iuſtificabuntur, libr.5. cap.7.
Tradidit eos Deus in deſideria cordis eorũ, lib.11.c.12.& 14.
3 Quem propoſuit Deus propitiatorẽ, &c. ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, libro 7. cap.6.
Propter remiſſionem præcedentium delictorum, lib.7.cap.6.
Ex operibus legis nemo iuſtificatur, lib.5. cap.4.
Sine lege Dei iuſtitia manifeſtata eſt, ibidẽ. & ca.11.& 12.
Arbitramur hominem iuſtificari per fidẽ ſine operibus legis in prolegom. lib.5. prolegom.3. lib.5.c.11.12.& 14. lib.8.c.4.
Teſtificata à lege & prophetis, lib.5. ca.11. & 12.
Legem deſtruimus per fidem, abſit. lib.5.ca. 12.& 14.
Excluſa eſt gloriatio non per legem factorũ ſed per legem fidei, lib.5.cap.12.14.& 18
Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti. li.8.c.4. li.5.cap.12.
Iuſtificans eum qui eſt ex fide, libro 8. cap.4.
Qui iuſtificat circũciſionem ex fide & præputium per fidem. lib.8.c.4.
Iuſtificati gratis per Gratiam ipſius, lib.5. cap.4.& 5. lib.7.ca.8.9.& 10.
4 Beatus cui non imputauit Dominus peccatum, lib.3.cap.8. lib.6.cap.8.& 13. lib. 7.cap.10
Chriſtus reſurrexit propter iuſtificationem noſtram in prolegom. lib.5. prolegom. 2. lib.5.ca.3.& 8 & 9. bis
Dauid dicit beatitudinẽ hominis cui Deus accepto fert iuſtitiam, lib.5.c.9. & 15. li. 7.cap.10.
Reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam, li. 5.cap.9.& 16. lib.8.cap.4.& 16.
Ei qui operatur imputatur merces ſecundũ debitum, &c. lib.5.c.10.& 16. li.7.c.10. lib.8.cap.16.
Si Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt habet gloriam ſed non apud Deum, lib. 5.cap.15.16.
Merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum, li.10.c.9.
Si ex lege hæreditas exinanita eſt fides, li.8. cap.16 li.10.c.9.
Sed & nobis reputabitur credentibus in eũ li.8.cap.4 & 18.
Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio, li.8.ca.16.18. 21. 22.
Si qui ex lege hæredes ſunt, abolita eſt promiſſio. Ibidem.
5 Charitas Dei diffuſa in cordibus noſtris, li.5.ca.2. 4.& 6.
Per quem accepimus abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ, lib.5.c.3. li.6. cap.8.
Sicut per vnius delictum in omnes homines &c. In prolegom. lib.5. prolegom. 2. & lib.5.cap.5. lib.7.c.5.& 8.
Iuſtificati in ſanguine Chriſti, libro 5. cap.9.
Probatio ſpem operatur; ſpes autem non confundit quia charitas, &c. libr. 9. cap. 11.
Iudicium ex vno in condemnationem, lib. 1.cap.9.
Gratia ex multis delictis in iuſtificationem lib.5.cap.9.
In quo omnes peccauerunt, libro 1. cap. 10.
Gratia regnat per iuſtitiam in vitam æternam, lib.7. cap.5.
6 Stipendium peccati mors; gratia Dei vita æterna, lib.10.cap.3.& 9.
Seruiebant iniquitati ad iniquitatem, li.5. cap.7.
Conſepelimur Chriſto per baptiſmũ in mortem, &c. li.5. c.9.
Mortuus peccato ſemel lib.5.cap.9.

Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.lib.5.ca.11. & 12.
Complantati ſimilitudini mortis eius, lib.3. cap.3.
Serui facti eſtis iuſtitiæ, lib.4.cap.8.
7 Quis me liberabit de corpore mortis huius lib.3.c.5.lib.6.c.15.
Sed peccatum vt appareat peccatum, &c. lib.5.cap.12.
Non quod volo bonum hoc ago.lib.3.ca.5. lib.6.cap.19.
Peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me, & per illud occidit.li.5.c.12.
Conſentio legi quia bona eſt, lib.3.cap.5.lib.6.cap.19.
Perficere autem bonum non inuenio, lib.3. cap 5.lib.6.ca.19.
Ego ſeruio legi peccati & captiuantem me in lege peccati lib.6 c.19.
Quod enim operor non intelligo.ibidem, & lib 3.cap.5.
Lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum lib.6.cap.19.
Quum eſſemus in carne, &c.lib.5.cap.12.
Paßiones peccatorum quæ per legem erant. lib.5.ca 9. & 12.
Soluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur, lib.5.cap.12.
Ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus non in vetuſtate literæ. Ibidem.
Concupiſcētiam neſciebam niſi lex diceret, &c.lib 3.c.5.& lib.5 cap.12.
Nunc autem iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum, lib.2.ca.11. lib.3.cap.5.
Mandatum quod erat ad vitam, lib.5. cap.12.
8 Lex Spiritus vitæ liberauit me à lege peccati & mortis, lib.3 cap.5. lib.5. cap.12. lib.6.cap.15.
Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, lib.6.cap.17.
Si filij, & hæredes, ſi tamē compatimur, vt & conglorificemur, lib.10. cap.12.
Hæredes Dei cohæredes autem Chriſti. lib. 10. cap.4.
Non ſunt condignæ paßiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.lib.10.cap.7.
Nihil nunc damnationis &c. lib. 3. cap.5. & 9.lib.5 c.2.lib.12.c.6 & 7.
Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, lib.8 cap.25.
Spiritus viuit propter iuſtificationem vitæ lib.5.c.2.lib 8.ca.25.
Quos vocauit hos iuſtificauit, lib.5.ca.3. lib.9.cap.13.lib.10.cap.10.
Clamare Abba Pater.lib.5.cap.6.
Ambulare ſecundum ſpiritum, li.5 cap.7. & 12.
Quod impoßibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, lib.5.cap.12.
De peccato damnauit peccatū in carne, li 5. cap.9 & 12.
Vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, li.5. ca.12.lib.6.cap.2.li 7.ca.10.
Quis nos ſeparabit à Charitate Chriſti, &c. Certus ſum &c.lib.8.cap.24 li.9.ca.13.
Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro &c.lib.8.ca.25.
9 Vt ſit ipſe primogenitus ex multis fratribus, lib.7.cap.5.
Non ex fide, ſed quaſi ex operibus, li.5.c.11. lib.8.cap.5. & 23.
Quem vult indurat, lib.11. cap.14.
Non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei, lib.4.cap.6.
10 Ignorātes Dei iuſtitiā & ſuam volētes conſtituere.li.5.c.4 11.13:14.15.
Finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti.lib.5.ca.11.
Iuſtitia ex lege ſic habet, Qui fecerit ea, viuet in ipſis, &c.li.5.ca.14. & 15.
Quæ ex fide eſt iuſtitia ſic dicit. Si confitearis in ore tuo &c.li.5.ca.15.
11 Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis, &c.lib.11.cap.14.
Quid habes quod non accepiſti? li.4. c.5.
12 Qui diligit proximum legem adimpleuit, li.6.c.2.
Induimini dominum Ieſum Chriſtum.li.7. cap.5.
Quod infirmum eſt Dei fortius eſt hominibus, li.7.c.2.
Verbum crucis virtus Dei, li.7.c.6. 1.Cor.1.
Qui gloriatur non niſi in domino glorietur. li.10.cap.11.
Animalis homo non percipit ea quæ Dei ſunt, li.2.c.11.
Chriſtus factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, &c.li.5.c.18.li.7.c.4.& 9.
2 Accepimus ſpiritum qui ex Deo eſt; vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. li.9.c.12.
3 Si quis ſuperædificat ligna, fænum, ſtipulas, &c.li.12.c.6.
Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, li.12.c 6.
Vos eſtis templum Dei.li.6.c.19.
4 Quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur, &c.vſq; ad illud. Tūc laus erit vnicuiq; à Deo, li.9.c. 6.& 8.

Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. In Prolegom.lib.5. Prolegom.2.& lib.5.cap.17.lib.9.cap.6.8.
6 *Iuſtificati eſtis in nomine Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri.* lib.5.cap.5.
Iam omnino delictum eſt inter vos, &c. lib.12.cap.6.
7 *Hoc autem dico ſecundum veniam non ſecundum imperium.* lib.12.cap.6.
9 *Sic currite vt comprehendatis.* lib. 6. cap.4.
10 *Tentatio vos non apprehendat niſi humana, &c.* lib.6.c.5.
Fidelis Deus qui non patietur vos tẽtari ſupra id quod poteſtis, lib.8.c.27.
Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. lib. 8.cap.27.
13 *Si omnem fidem habuero, ita vt montes transferam, &c.* lib.8.cap.32.
15 *Nouiſſimus Adam factus in Spiritum viuificantem,* lib.7.cap 4.
Virtus peccati lex, lib.7.cap.5.
Non ego ſed gratia Dei mecum, lib.4 c.7.
2.Cor.1. *Spiritus S. pignus & Arrhabo hæreditatis noſtræ,* lib.10.c.2.
Sicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis, lib.10.c.11.
Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſciẽtiæ noſtræ, lib.9 c.3.
Dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris lib.8. c.25.
3 *Epiſtola Chriſti ſcripta non atramento,* lib.5.c.2.& 4 & 12.
Litera occidens miniſtratio mortis & damnationis, lib.5.c.12.
Spiritus autem viuificat, lib.6.c.4.
Vbi ſpiritus Domini ibi libertas, lib. 4. c.8. lib. 5.c.4.
Miniſtratio ſpiritus, & miniſtratio iuſtitiæ lib.5.c.4.
Miniſtros Teſtamenti noui, lib.5.cap.12.
4 *Æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* lib.10.c.7.
Renouari de die in Diem, lib.5.c.7.
5 *Noua creatura in Chriſto,* lib.7. c.4. & 9.
Non reputans illis delicta ipſorum, li.5.c.9. li.7.c.10.
Poſuit in nobis verbum reconciliationis, li.5.c.9.
Pro nobis peccatum fecit, lib.5.cap.9. lib.7. c.10.
6 *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis,* li. 4.c.6.lib.5.c.9.
7 *Triſtitia quæ ſecundum Deum eſt, &c.* In Prolegom.lib.5.Proleg.1.
12 *Virtus in infirmitate perficitur,* lib.6. cap.11.& 19.
Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, lib.6. c.19.
13 *Vosmetipſos tentate ſi eſtis in fide, ipſi vos probate,* lib.9.c.12.
Nõ ſumus idonei cogitare aliquid quaſi ex nobis, lib.2.c.14.
Vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequam lib.7.c.5. Galat.1.
2 *Non iuſtificabitur homo ex operibus legis,* lib.5.c.11.
In fide viuo filij Dei, lib.8.c.5.
3 *Chriſtum induiſtis,* lib.5.cap.2.
Priuſquam venit fides ſub lege cuſtodiebamur concluſi, lib.5.cap.12.
Lex pædagogus ad Chriſtum lib.5.c.11.& 12.lib.8.c 16.
Lex non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea viuet in illis, li.5.c.14.& 15.
Si per legẽ iuſtitia ergo gratis Chriſtus mortuus eſt, lib.5.c.11.
Si data eſſet lex quæ poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia, li.8.c.16. li.5.c.9. & 12.
Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis vt faciat ea, lib.5.c.5.li.6.c.13.
Chriſtus redemit nos de maledicto legis. li.5. c.15.li.6.c.13.li.7.c.6.
Iuſtus ex fide viuit. In Prolegom.li.5. Prolegomen.3 lib.5.cap.15.li.6.cap.20.li.8. c,7.12.
Vt pollicitationem ſpiritus accipiamus, li.8. cap.16.
Non ergo lex aduerſus promiſſa Dei, ibid.
5 *Deſideria carnis non perficietis,* li.6.c.8. li.12.c.6.
Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerũt cum vitiis & concupiſcentiis, li.6.c.21.
Nos ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus li.5.c.6.li.8.c.29
Qui ſpiritu ducuntur non ſunt ſub lege, li.6. cap.2.
Omnis lex in vno ſermone impletur, lib.6. cap.2.
Neque circunciſio, &c. ſed fides quæ per dilectionem operatur, li.5.c.6.bis.& c.13. li.8.c.29.
6 *Sic adimplebitis legem Chriſti,* lib.6. cap.9.
Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: & non quæcunque vultis illa faciatis, lib.6. cap.20.
Neque circunciſio, &c. ſed noua creatura, li.5.c.6

Epheſ.1. *Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam* li.7.c.2.& 3.

Benedixit nos Deus omni ſpirituali benedictione in Chriſto, lib.7.c.4

Inſtaurare omnia in Chriſto, li.7.c.4

Vt ſimus ſancti & immaculati in conſpectu Dei, lib.6.c.5.& 9.

Obſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, li.8.c.25.

2 *Conuiuificauit nos in Chriſto*, lib. 7.c.3. & 4.li.10.c.4

Non ex operibus ne quis glorietur. In Prolegomen.lib.5.Prolegomen.3.lib.5.cap. 6. & 10.

Creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, lib. 5.c.6.& 18

Quum eſſemus mortui in peccatis, lib.4. cap.5

Cuius gratia ſaluati eſtis, li.5.c.7

4 *Tenebris obſcuratum habentes intellectum*, li.2.c.11

Creſcamus in illo qui eſt caput Chriſtus, li.7.c.3

5 *Chriſtus caput eſt Eccleſiæ*, &c. lib.7. cap.3

Eratis tenebræ nunc autem lux in Domino, li.5.c.5

Aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, &c.li.12.c.6

Surge qui dormis, &c. li.4.c.6

Philip.2. *Deus operatur in nobis velle, & perficere*, li.2.c,14.li.4.c.5.& 5

3 *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus ſim*, li.6.c.6

Vnum autem, ea quæ ſunt retro obliuiſcens &c. ibidem.

Veruntamen in quod peruenimus, in eo ambulemus li.6.c.6

Vt inueniar in Chriſto non habens meam iuſtitiam quæ ex lege eſt, &c. lib.5. c.11.& 14

Eam iuſtitiam quæ eſt per fidem Chriſti, quæ ex Deo eſt, lib.5 c.14

Omnia propter Chriſtum detrimentum feci & arbitror vt ſtercora, &c. li.5. cap.17

Coloſſ.1. *In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare*, li.7.c.4

Primogenitus ex mortuis, lib.7. c.4. bis.

Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti &c.li.10.c 11

Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, li.10. c.11

2 *Conuiuificauit vos cum illo*; &c. li.7. cap.4

Si iuſtum eſt apud Deum retribuere, &c. li.10.c.7.& 10.

Iuſto lex non eſt poſita, &c. lib.5. ca.4. 1.Tim.1.
& 12

Lex bona eſt, ſi quis ea legitimè vtatur, li.5.c.4

Finis præcepti charitas, li.6.c.2

Abundauit gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum fide, & dilectione, li.8.c.29

Non dedit nobis ſpiritum timoris, vocauit
enim nos ſecundum propoſitum ſuum, 2.Tim.1.
li.9 c.13

2 *Certus ſum quod in te eſt fides non ficta* li.9.c.12

4 *Non ſolum mihi, ſed & iis qui diligũt aduentum eius*, li.10 c.5

Dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret,
&c.& *mundaret ſibi populum acceptabilem*, &c. li.7.c.3 Tit.2.

3 *Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus, nos*, &c. li.5.c.2

Hæredes ſecundum ſpem vitæ æternæ, li.9.c.11

Vt liberaret eos qui timore mortis, &c.
li.7.c.6. bis. Heb.2.

Cum timore, & tremore ſalutem veſtram operamini, li.8.c.27

3 *Si tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum teneamus*, li.7. c.8. & li.8.c.20

Si fiduciam & gloriationem ſpei vſque ad finem firmiter retineamus, li.8.c.24

5 *Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis*, li.6 c.9. li.10.c.4

8 *In melioribus repromiſſionibus ſancitũ eſt* li.5.c.12

9 *Quanto magis ſanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis*, &c.li.7.c.6

10 *Vna oblatione conſummauit in æternũ ſanctificatos*, li.7.c.6

11 *Fides eſt ſperandarum ſubſtãtia rerum argumentum non apparentium*, li.9. c.12.& 20

Per fidem operati ſunt iuſtitiam, lib.8. cap 31

12 *Circunſtans nos peccatum*, li.2.c.11

Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei, li.6.c.16

Beatus in ſuo facto erit, li.5.c.7 Iacobi 1.

Concupiſcentia cum conceperit parit peccatum, li.3.c.1. li.12.c.6

2 *Iudicium ſine miſericordia ei qui non facit miſericordiam*, li.6.c.9.& 14

Qui totam legem ſeruauerit, offendat autẽ in vno, factus eſt omnium reus, li.6.c.13

Fides

Fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt, lib.5.c.7 & 16.
Ex operibus iuſtificatur homo & non ex fide tantum, li.5.c.7
1.Petr.2. *Peccata noſtra pertulit in corpore ſuo, li.5. cap.9*
4 *Charitas operit multitudinē peccatorum li.6.c.9.bis, li.12.c.2*
2 Petr.1. *Maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamur diuinæ conſortes naturæ, li.10.c.2*
Diuinæ conſortes naturæ li.5.cap.2
Vt bonis operibus vocationem veſtrā certam faciatis, li.9.c.3
2 *Retrorſum conuerti à ſancto mandato li.5.c.7.li.8.c.16.*
1.Ioan.1. *Sanguis eius emundat nos ab omni peccato, li.6.c.8.li.7.c.6.& 7*
Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipſos ſeducimus, li.6.c.8.
32 *Verè in hoc charitas Dei perfecta eſt, lib. 6.c.7*
Ipſe eſt aduocatus noſter apud Patrem, li.7.c.9
3 *Quod natū eſt ex carne caro eſt. li.6.c.21*
Omnis qui natus eſt ex Deo non peccat, li.6.c.21
Si cor noſtrum non reprehenderit nos, &c. li.6.c.16
Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt, li.5.c.3
Peccatum iniquitas eſt, lib.1.cap.3. lib.3. cap.5
Omnis qui habet hanc ſpem ſanctificat ſe, li.4.c.3
4 *Timor non eſt in charitate. In Proleg. lib.5.Proleg.1*
5 *Mandata eius non ſunt grauia, li.6.c.13. li.9.c.2.*
Generatio Dei conſeruat eum, lib.6. cap.17.
Omnis iniquitas peccatum eſt, lib.3.c.5
Vt ſciatis quod vitam æternā habetis, li. 8. cap.18
Hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra, li.8.c.31
Ego ſto ad oſtium & pulſo, li.4.c.3 Apocal.3.

INDEX RERVM, VERBORVM, ET SENTENTIARVM HVIVS

libri, ſecundum alphabeti ordinem redactus, cuius numeri paginas denotant.

A.

ABrahæ iuſtitia, ſeu beatitudo, non fuit peccatorum remiſſio. 139
Abraham non fuit iuſtificatus per ſolam fidem. 248
Abrahæ fides, non fuit ſpecialis fides, ſed Catholica. 257
Abraham quomodo Pater Iudæorum, & gentium. 277
Abrahæ fides non fuit ſpecialis. 282
Abſolutionis verbum, non generat certitudinem fidei. 328
Adam potuit peccaſſe. 7
Adami perſonale peccatum, ab originali diſtinguendum. 8
Adami peccantis deformitas, quare noſtra eſt. 10
Adami peccatum quale. 23
Adoptionis teſtimonium, vel hæreditatis pignus, quomodo per ſpiritum ſanctum datur. 300
Ambroſius quid de Iuſtitia originali cenſerit. 7
Ambroſius. 14
Ambulare ſecundum ſpiritum in quo conſiſtit. 180
Ambulandi vox in ſcripturis docet in perpetuo progreſſu iuſtitiæ perfectionem conſiſtere. 180
Animæ potētiæ, à Theologis quare aliter quàm à Philoſophis traduntur. 17
Animæ vires ad virtutum ordinatæ: 37
Animi vitia quare dicuntur carnalia. 56
Anima fit iuſta, participatione melioris. 126
Animorum multorum virtutes, non faciunt iuſtum, vnius mortalis peccati reum. 176
Anima non accipit actiuè, ſed ſuſcipit paſſiuè iuſtitiam. 292
Anima donatur fide, & iuſtitia, non apprehendit illam. Ibidem
Apoſtoli quo ſenſu appellantur mali à Chriſto. 65
Apoſtolica acta, fidem generalem iuſtificantem docent. 256
Apprehendere in ſcripturis, non applicationē, ſed conſequutionem ſignificat. 293
Aqua iuſtitiæ ſaliens, ex fonte gratiæ, ſurgit in vitam æternam. 350
Arbor mala in ſcripturis quæ. 216
Arbor bona, voluntas bona. 217
Arbor bona quæ. 315
Auguſtanæ fidei definitio quadruplex. 250
Auguſtinus quos Scripturæ locos pro iuſtitia originali intellexit. 7
Auguſtinus probat carnis rebellionem aliam nunc eſſe, etiam in ſua natura conſideratam, quam in Adamo, antè peccatum fuerat. 36
Auguſt. & Pelagius, contrario modo concupiſcentiam definiunt 37
Augu. docet infideles ſeu alios quoſuis extra gratiam poſitos habere bona opera. Idcóq; huiuſmodi ex deprauatione naturæ nō ſemper peccare. 53
Auguſtin. opus bonum non vocat, niſi quod acceptum ſit ad vitam æternā 53
Auguſt. dogmaticè ſcribēs, agnoſcit bona opera infidelium. 54
Auguſt. Proteſtātum ſententiam, cum illi cōmodum eſſet ſuſtinere, tamen ſemper impugnauit. 59
Auguſt. intellexit motus primos concupiſcen-

cupiſcētiæ ſine conſenſu, quando negat concupiſcentiam eſſe peccatum. 72
Auguſt. docet operatiuam vim voluntatis ad bonum, non ſuſceptiuam tantum. 84
Auguſt. clara doctrina quod cooperamur Deo in prima conuerſione. 103
Auguſt. de prima & ſecunda iuſtificatione doctrina. 134
Auguſt. non negat poſſibilitatem obſeruationis mandatorum. 196
Auguſt. incertitudinem perſeuerantiæ docet. 346
Auguſt. locus difficilis, pro ſentētia Proteſtantum. 66
Auguſt. excludit merita in ſenſu Pelagiano, nō aliter. 364
Auguſtin. fidem iuſtificantem intelligit fidem Catholicam. 257
Auguſt. addendo potentiam non negat patientiam Dei. 392
Auguſt. doctrinæ reſolutio. 394
Auguſtin. teſtimonia pro peccatis venialibus. 402

B.

Baptiſmi encomia. 59
Baptiſmi gratiæ inimicus Chemnitius. 75
Baptiſmus iuſtitiæ humanæ inſtrumētalis cauſa. 105
Baptiſmo remiſſis omnibus peccatis, concupiſcentia tamen maneat verè peccatum. 69
Baſilius, quod de iuſtitia originali cenſeret. 7
Beatitudo æterna, merces iuſtitiæ. 352
Beatitudo eſt merces bonorum operum. 356
Beatitudinis merces promiſſa, non eſt promiſſio legalis. ibidem.
Bernardus, de gratia & libero arbitrio. 368
Bernardi ſalubertima ſententia. 370
Bonauentura definit peccatum Originale. 22
Boni poſſibilitas, ſecundum Pelagium omnimoda erat. 49
Boni & mali radices Duæ, 50
Bonum non habitans in carne, bonum perfectionis. 61
Bonum non perficere, morbus eſt, non peccatum. ibid.
Bonum nullum ſine gratia fieri poſſe. 49

C.

Caluinus, modū operandi peccatū, in Deo & ſatana diuerſum oſtendere nō poteſt ſine aperta contradictione. 384 Eiuſdem contradictio, ibid.
Caluini opiniones falſæ, & mendacia. 3
Caluini ſententia de peccato originali, 21. eiuſdem Diabolicum decretum. 22
Cal. Manichei errorem amplectitur. 23
Cal. peruerſus, aliorum probas ſententias peruerſè peruertit. 46
Cal. impudens ignorantia. 67
Cal. Eccleſiæ Catholicæ hoſtis, doctorum tamen ſententiam coactus amplectitur. 68
Cal. errores duæ. 93
Caluinianæ impietatis de cauſis peccati, puncta quatuor. 376
Cal. ſatanæ aduocatus. 378. 379
Cal. negat Deum deſerendo indurare. 379
Cal. manifeſta impietas. 379
Cal. doctrina olim Auguſtino falsò impoſita. 392.
Cal. Illyrico aduerſatur. 148
Cal. argumentum contra bonorum operum iuſtitiam, eiuſdem dolus malus. 161
Cal. Paralogiſmus. 166
Cal. oſtendit ſe adulterum, nō filium Dei fuiſſe. 268
Caluinianæ, & Lutheranæ ſententiæ diſcrimē, de fide iuſtificante. 294
Caluini diſputatio contra implicitam fidem.
Cal. calumnia putida. ibid.
Cal. de cauſis peccati, manifeſta contradictio. 382. eius erroris cauſa. ibidem.
Cal. doctrina excuſat peccatores ab omni peccato. 382
Caluini obiectiones, pro obſignatione ſecuritatis in corde per Spiritum ſanctum. 299
Calui. fidem amitti non poſſe aſſerit. 302
Cal. hæreſis alia. Quod in reprobis nō eſt fides. 303 aliæ eiuſdem tergiuerſationes friuolæ.
Cal. ſibiipſi manifeſtè contrarius. Ibid.
Caluini cauillationes, contra ſcripturas ad timorem hortantes. 304
Caluinianæ doctrinæ aperta impietas. 347
Caluinianæ ſententiæ circa merita, impietas. 363
Caluini impietas ſatanica opinio de cauſis peccati manifeſtatur. 386. eius collatio de radiis ſolaribus refellitur. ibid.
Caluinus, & pagani ex eadem cauſa impegerunt. 389
Capacitas, eſt in natura viciata, actiuitas in renouata. 88
Carnis rebellionem aliam nunc etiam eſſe in ſua natura conſideratam quam in Adamo antè peccatum fuerat. 36
Carnis vetuſtas, ſtat cum vera iuſtitia. 64
Certitudo Paulina, non probat certitudinem gratiæ. Eadem fuit ſpei non fidei certitudo. 286
Catholica ſentētia à Chemnitij deprauatione

vindicata. 89
Catholici, quid de concupiſcentia cēſeant, eorumque probationes. 57. 58
Cauſis ſecūdariis aliquid negatur quod eas tamen non tollit. 91
Certitudo proteſtantum qualis. 327
Certitudo gratiæ, eſt ſolius fidei mater & filia. Ibidem.
Certitudinem perſeuerantiæ ex fide docēt Lutherani, ſed probant tantum ex ſpe. 347
Certitudinem finalis beatitudinis, ſine vllo operum reſpectu ponit Caluinus. ibid.
Certitudinem gratiæ Caluinianam nemo ſanctorum Patrum vnquam agnouit. 347
Certitudo gratiæ per experimenta virtutum qualis, & quanta ſit. 348
Certitudo ex parte rei: ex parte intellectus: pro bona fiducia: Sanctitatis propriæ: pro communi fide, pro externo teſtimonio ſpiritus ſancti. Ibidem.
Charitas, ad iuſtitiam primam diſponens. 107
Charitas Dei gratia iuſtificans. 124
Charitas, gratia qua iuſtificamur. 126
Charitas eſt iuſtitiæ lex. 130
Charitas eſt bona voluntas. 136
Charitas, non ſecus quam fides iuſtificat. 160
Charitatis & iuſtitiæ comparatio. 160
Charitatis perfectiſſimæ præceptum cur datur, ſi in hac vita non impletur. 191
Charitas, eſt perfecta vnio cum Deo. 248
Charitas, quomodo forma fidei eſt. 261
Charitas, eſt proprium donum ſpiritus ſancti. 300
Charitatis donum eſt ſignaculum ſpiritus ſancti. ibid.
Charitas non ſecus ac fides iuſtificat in ſenſu quadruplici. 307
Charitas perfectiſſima, quare nō ſit huius vitæ. 182
Charitatis perfectiſſimæ defectus, peccatum non eſt. Aliud à tota latitudine charitatis exorbitare, aliud ab aliquo eius gradu deficere. ibidem.
Charitas fraterna maximū medium ad Chriſti propitiationem procurandam. 189
Charitas, non vt nota fidei viuæ, ſed efficaciter ad primam iuſtificationem concurrit. 308
Charitas forma fidei. 309
Charitas non eſt nota fidei. ibid.
Charitate extincta non extinguitur fides. 315
Chemnitij impudentia ſingularis. 65
eius impudens ignorantia. 67. eius ineptiſſima ex Auguſtino obiectio. 71
Chemnitij locus ipſum validè confutat. 71
eiuſdémq; cauillationes contra varia D. Auguſtini loca abſterguntur. 72
Chemnitij calumnia mendax. Idem ſibi contrarius. 74
Chemnitius Baptiſmi gratiæ inimicus. 75
Chemnitius ſtatum controuerſiæ, nempè de gratia & libero arbitrio, vt Pelagianiſmum Eccleſiæ obtrudat, eiuſdemque calumnia. 78
Chemnitij & reliquorum Proteſtantum error. 90
Chemnitij cauillatio diluitur. 111
Chemnitij turpis error. 197. eius mendacia cōtra doctrinam Catholicam. 205
Chemnitij fœda doctrina in examine decreti tridentini. 214
Chriſtus, quo ſenſu Apoſtolos malos appellarit. 65
Chriſtus quomodo eſt finis legis. 145
Chriſtus liberauit nos à maledicto legis, & quomodo. 165
Chriſtus eſt hominis iuſtitia in ipſius obedientia. 170
Chriſtus propter donum charitatis legem adimpleuit. 173
Chriſti gratia duplex. 199
Chriſtus, quomodo nos liberat à maledicto legis. 199
Chriſti iuſtitia quotuplex. 221
Chriſti iuſtitia, non fuit ipſa Dei iuſtitia. 222. fuit omnimodo excellentiſſima, etſi creata. ibidem.
Chriſtus principium vniuerſale omnis gratiæ, fons totius iuſtitiæ, & ſalutis humanæ, totius chriſtianæ religionis cardo. ibid.
Chriſtus caput influens in corpus quod eſt eccleſia. 223
Chriſtus vt homo influit gratiā in omnia mēbra. Dupliciter influit gratiam. 224
Chriſti gratiæ vita impartita, credentibus eos viuificat. 224
Chriſtus quo ſenſu vitæ & ſalutis author eſt. In Chriſto omnes viuificantur. 225
Chriſti habitualis gratia, noſtræ iuſtificationis meritum. 226
Chriſtus, non ſolum liberator ex merito, ſed etiam magiſter exemplo. ibidem.
Chriſti iuſtitia quomodo noſtra. 227
Chriſti exemplum non eſt gratia iuſtificans. ibidem.
Chriſti iuſtitia actualis efficiens cauſa, per modum meriti iuſtitiæ noſtræ. 227
Chriſti actiones pro noſtra ſalute, omnes ſuſceptæ ſunt. 228
Chriſtus pro nobis quid meruerit. ibid.
Chriſti mors ob quas cauſas nos maximè iuſtificat per modum meriti. 229. eius morte nullum genus operis conuenientius ad hominē liberan-

liberandum, cuius paſſio ex parte totius humanitatis dupliciter nos iuſtificauit ibid.
Chriſti mors, erat redemptio à Domino peccati 230
Chriſti iuſtitia quo ſenſu in vniuerſum noſtra vel nobis implicata. 232
Chriſti dona nobis communicantur efficienter non formaliter 238
eius merita quomodo nobis communicantur. eius ſatiſfactio verè eſt noſtra, etſi de reliqua eius iuſtitia hoc verum non ſit. ibid.
Chriſti paſſionis vt duplex iuſtitia, ita & duplex effectus. 239
Chriſtus habitat in nobis non imputatiuè ſed per virtutes infuſas. 242
Chriſtus quomodo peccata noſtra tulit, & factus eſt peccatum. 241
Chriſtus non eſt dicendus peccator. Chriſto non imputantur noſtra delicta ibid.
Chriſtus doctrinæ ſuæ fidem exigit. 255
Chriſtus fidem à Iudæis poſtulabat doctrinæ ſuæ ibid.
in Chriſti meritis confidendum, non noſtris. 370
Chriſti vnio duplex, capitis, & mẽbrorum eius 354
Chriſti gloria, ratione meriti, in quo conſiſtat, 366
Chriſtus ſanitates operatus eſt propter fidem omnipotentiæ eius. 256
Chriſtum accipere, vel beneficia eius quem ſenſum habet. 293
Chriſtum in nobis eſſe, quomodo agnoſcimus. 344
in Chriſti meritis confidendum non noſtris. 370
Chryſoſtomus, quid de iuſtitia originali cenſerit. 7.14
Creatura bona eſt arbor bona 315
Cyprianus, quid de iuſtitia originali cenſerit. 7
Clemens Alexandrinus. 14
Cogitationis moroſę complacentia, eſt peccatum veniale. 396
Cogitationis abſque peccati opere, quatuor gradus 399
Concupiſcentia, an ſit peccatum originale & primũ quid nomine concupiſcentiæ à Theologis intelligatur. 17
Concupiſcentia apud Theologos quid: eiúſque definitiones duæ. 18
Concupiſcentia qua peccatum eſt, diſtinguenda à ſenſualitate naturali. ibid.
Concupiſcentia non eſt ipſum peccatum originale, ſed materiale totum ipſius. 18.19
Concupiſcentia quas ob cauſas ſit materiale peccati originalis 19.
Cõcupiſcentiæ definitio. 36.37
Concupiſcentia rebellis, contra naturam ſimpliciter. ibid.
Concupiſcentia, quomodo circumſtans nos peccatum eſt. 47
Concupiſcentia in renatis. 55
Concupiſcentiæ nomine quid apud Theologos intelligatur. 56
Concupiſcentia, qua ratione vocetur peccatum. 57
Concupiſcentia, etiam in non renatis peccatũ per ſe non eſt. 58
Concupiſcentia in renatis quare ſine culpa eſt, eiúſque probatio. 58
Concupiſcentiam in renatis, non eſſe veri nominis peccatum Auguſtinus probat. 60
Concupiſcentiam, quamuis in decalogo prohibeatur, peccatum tamen non eſſe. 62
Concupiſcentiæ quandiu nõn conſentitur, ſeruatur lex de non concupiſcendo. ibid.
Concupiſcentia, quomodo ſit malum mortificandum. 63
Concupiſcentiam non eſſe verè peccatum. 66. & 97
Concupiſcentiam verè eſſe peccatum ex Martini Chemnitij ſententia, refutatur. 66
Concupiſcentia non eſt imputatiua, ſed vera remiſſio. 70
Concupiſcere non eſſe ipſius iuſti proprium opus. 212
Cõfidere de bonis ſuis operibus ſcriptura non prohibet. 366
Congruitas non eſt ſola in operibus gratiæ, ſed etiam condiguitas. 351
Controuerſiarum ſacræ ſcripturæ quot principia. 1
Conſcientia bona iuſtificat, ſed nemo de illa certus eſt. 169
Conſcientiæ tranquillitas ſine ſecuritate de futuro. 305
Cordis præparatio iubetur homini in ſcripturis 81
Corde recti & mundi, qui 104
Conuerti quid. 168.
Conuerſio prima quæ. 106
Cooperari nos Deo in prima conuerſione ex Auguſtini doctrina 103
Corpus corruptum animam aggrauat. 44
Corpus mortis quid 63
Corruptio naturæ per peccatum originale inuecta. 27. & vniuerſo libro ſecundo.

D

Damaſcenus, quid de iuſtitia originali cẽſerit. 7

à Damnatione liberat non ambulare carnaliter, eſt iuſtificatio legis cauſa vitæ in Deo. 122
Damnationis nihil in renato ambulante ſecundum ſpiritum ineſſe, quomodo dicatur. 72
Dauid rex perfectè iuſtus, cum multis peccatis. 175
Deſideria praua, quomodo ſunt defectus legis. 407
Dæmonum fides qualis. 261.315
Decalogi opera, quomodo non iuſtificant. 145
Deus, quo ſenſu ſolis naturæ viribus ſuper omnia diligatur. 32
Deus iuſtè ſuſtulit ab homine donum originalis iuſtitiæ. 39
Deus non eſt efficiens, aut formalis peccati cauſa. 39
Dei imago ad quam facti ſumus. 47
Deus remunerat opera infidelium ampla mercede. 54
Dei odium erga peccata. 73
Deo vocanti, voluntatis noſtræ eſt conſentire. 85
Dei tractus, non tollit liberi arbitrij cooperationem. 88
Dei quædam opera in quibus merè paſſiuè habemus. 91
Dei opera ſecundi generis circa iuſtificationē. 92. eiuſdem opera tertij generis. 93
ad Deum alios conuerti, alios non, & cur. 96.
Deum adiutorem tantum, & non largitorem virtutis docuit Pelagius. 100.101.102
Deus quare virtutis largitor. 101
Deus quo ſenſu non per patientiam, ſed etiam per potentiam tradit in reprobum ſenſum. 392
Deus, quomodo per potentiam immittit Angelos malos. 399. non inclinat ad malum &c. quomodo agit in cordibus hominum ad malum. Mediatè operatur iuſtum iudicium ſuum. ibid.
Deus operatur ipſum velle in nobis. 101
Deo per præuenienrem gratiam operanti, cooperatur homo per adiuuantem. 103
Deus ſolus iuſtitiæ noſtræ cauſa efficiens, finalis, materialis, meritoria. 105
Dei dilectio ſuper omnia diſponit ad iuſtitiam. 108
Deus induit hominem iuſtitia. 114
Deus iuſtitia induit hominem quando iuſtificat impium. 127
Dei præſentia quæ- 135
Dei motio perpetua & operatio in nobis an ſit illud quo iuſtificamur. 137
Dei iuſtitia quomodo nunc in ſtatu euangelij ſine lege manifeſtatur. 146. eius iuſtitia ſine lege quæ. ibid.
Deus non operatur per ſe, ſed per alios. 394
Dei lex à iuſtis impletur. 173
Deo ſoli propria eſt impeccantiæ perpetuitas. 174
Deus, quare ad omnimodam perfectionem de facto in hac vita neminem promoueat. 195
Deus in hac vita miſericors, pòſt iuſtus iudex. 201
Deum charum eſſe, & iuſtum cōſtitui, aliud eſt. 233
Deus neminem amat niſi amore ſuo dignum. 233
Deus qu ſenſu eſt obiectum fidei. 285
Dei filios nos eſſe, qua ratione bonum eſt. 301
Dei promiſſio qua fideles nituntur, qualis. 304
Dei virtus cui confidendum ſit, qualis. ibid.
Dei honor eſt obedientia noſtra. 332
Dei dona in nobis eſſe, triplici ſenſu ſcimus. 344
Dei ſpiritu an agamur, incertum eſt. & quare. ibidem.
Deus beneficia gratuita retribuit. 356
Deus, quo ſenſu remunerat ſanctos ſupra condignum. 360
Deus non eſt debitor mercedis, licet debitæ. ibidem.
Deus, quo ſenſu dicatur debitor vitæ æternæ. 361. Quantum differat Deum ſibi debitorem eſſe, & nobis. ibid.
Deus, meritum noſtrum in articulo non attendit. 370
Deus quatenus circa peccatum agat, vel non agat. 375
Deus, ſi author ſit peccati, tria grauiſſima ſequuntur abſurda. 376
Dei prouidentia circa mala ad quatuor fines bonos. 390. eius prouidētia falſa eſt ſi eſt actiua. Dei voluntas quomodo ſemper impletur ibidem.
Dei prouidentia & ſcientia, quomodo ſit practica, etiam circa mala culpæ. 376
Deus dupliciter concurrit ad peccatum quod eſt pœna peccati. 376
Deo magis repugnat velle peccatum quā præcipere. 382
Dei prouidentiam nihil fugit. 382
Deus non flagitium decernit, ſed vſum eorum. ibidem.
Dei voluntati non opponitur promiſſio. 383
Deus non operatur peccatum. 384
Dei præceptorum ratio triplex. 190

Deus in hac vita, quare perfectiſſimè diligi non poteſt. 191
Deus quare non eſt capax peccati 386
Deus, remota cauſa peccati eſſe non poteſt. 387
Deus non tentat ad malum actiuè. 388
Dei omnipotentia, & prouidentia actiua Caluini impietates nihil iuuant ad confirmandam peccati cauſam. 389
Dei omnipotentia, & actiuitas, in tribus conſiſtit. 390
Diabolus hoc ſenſu per mortem Chriſti ſuperatus eſt, quia à ſeruitute peccati illa nos liberauit. 231
Diaboli captiuitas quæ 45
Dilectio Dei ſuper omnia diſponit ad iuſtitiam. 108
Diuina voluntas virtutis regula. 4
Diuinæ miſericordiæ, & iuſtitiæ radix, eſt liberum hominis arbitrium. 81
Diuinæ iuſtitiæ timor, non eſt timor carnalis. 107
Diuinæ naturæ conſortium, propter dona interius accepta. 123
Diuina promiſſio ſecundum meriti fundamẽtum. 352
Doctorum primitiuæ Eccleſiæ opiniones de peccato originali tres. 6
Domini promiſſiones, quo ſenſu noſtras facimus. 286
Dominicæ paſſionis maximus fructus in maxima bonorum operum vbertate. 321
Dominici à Soto ſententia, quod virium inferiorum rebellio ſit naturalis. 35
Durandi argumentatio contra cauſam originalis peccati ex voluntate Adæ, eiuſdemque refutatio. 12
Durandi vulneris naturalis definitio. 35
eius ſententia refellitur. 38
ſententiæ contrarietas. ibid.
Durandi errores duæ 44
Donum bonæ voluntatis, eſt iuſtificatio impij 126

E

Eleemoſynæ peccata delent. 189
Eleemoſynæ, aliaque opera bona, iuſtitia noſtra. 135
Eſaias, quomodo dixerit omnes iuſtitias noſtras quaſi pannum menſtruatum. 217
Euangelium legi contrarium, iuxta Proteſtantes. 147
Euangelium eſt quædam lex. 148
Euangelij & legis verum diſcrimen. 162
Euangelij vox, ſeu promiſſio gratuita auditur & accipitur à bonis, & reprobis. 273
Euangelicum verbum, non eſt ſola promiſſio miſericordiæ. 291
Errores extremi duo circa naturæ ægræ remedium. 1
Errorum catena ab vno peccato originali malè explicato. ibid.
Eunomiana hæreſis, Lutheranæ ſimilis. 244
Euthymius. 14
Exemplum illuſtre ex Euangelio de iuſtitia ex lege. 163
Expoſitio verborum *Nihil mihi conſcius ſum.* 113

F

Fideles habent ſpiritum Dei ſub conditione. 344
Fidelium opera ſunt meritoria propter Chriſtum. 354
Fides, an ſit in hominis poteſtate 85
Fides diſponens. 106
Fides iuſtificans ab Apoſtolo commendata, abſque charitate non iuſtificat. 131
Fidem habent, etiam legem, qui ſub lege ſunt. ibidem.
Fides, quæ habet adiunctum amorem iuſtitiæ, iuſtificat, & ab apoſt. commendatur. Fides eſt pars iuſtitiæ tantum. ibid
Fides cooperatur bonis operibus, quia ſine fide nihil valent. 133
Fides ex operibus conſummatur, id eſt auctior efficitur. 134
Fides docet obedientiam legis. 161
Fides, & lex, non aliter opponuntur quã Chriſtus, & lex. 162
Fidei, & legis diſcrimen, quale. 162
Fidei iuſtitia intus in corde clamat. 164
Fidei iuſtitia, quare iuſtitia ex Deo, non ex lege. 162
Fides cooperabatur operibus Abrahæ. 167
Fides ipſa peccata ſoluit, quia ſine ipſa non ſoluuntur. 188
Fides vita iuſti. 212
Fides non iuſtificat, iuxta imputatiuam iuſtitiam. 235
Fides, nec alia bona opera, ſine precio mortis Chriſti nequicquam valuiſſent. 188
Fides ſola non facit filios Dei. 247
Fides, non eſt ſummus Dei cultus, omnimoda obedientia, fides ſola non glorificat Deum. ibid.
Fides ſola non copulat animam Chriſto. 248
Fides iuſtificans, & Catholica quæ 251
Fides iuſtificãs apud Paulũ eſt fides Catholica. Fides Abrahæ qua iuſtificatus eſt, non fuit fides ſpecialis. Fides iuſtificans, eſt prædicationis Euangelicæ doctrina. ibidem

Fides verbū euangelij.253.fides pro gratia Chriſti.ex fide, non ex lege iuſtificamur. Ibidem.
Fides iuſtificans,eſt fides diſponens ad iuſtitiā. 254
Fides,ad vitam æternam efficax,eſt fides generalis. 255
Fides qua Deus cognoſcitur,eſt vita æterna.
Fides,qua creditur ſcripturis facit vitam habere. ibid.
Fides ſaluificans,& fides euangelio data. 256
Fides iuſtificans ab Apoſtolus prædicata eſt fides Catholica. ibid.
Fides hiſtorica,quare à Proteſtantibus inuenta fuerit. 258
Fidei Catholicæ ab hiſtorica,duplex diſcrimē. 259.eiuſdem definitio per Chemnitium impia,& fraudulenta. ibid.
Fidei ſolitariè acceptæ definitio. 260
Fides ſine charitate quare non eſt perfecta virtus. Fides per ſe accepta quanta virtus. ibidem.
Fidei Chriſtianæ excellētia vnde.261. eius laus in ſcriptutis,vnde. ibid.
Fides ſine charitate quo ſenſu mortua. 261
Vnde informis. 262
Fidei generali quantum tribuunt proteſtantes ibidem.
Fidei officia,in diſpoſitione ad primam iuſtificationem. 264
Fides quæ obiecta reſpiciat,in toto curſu iuſtitiæ noſtræ. 165
Fides ex qua iuſtus viuit quæ fidei, apoſtolica definitio,non per obiectum ſpeciale, ſed generale. ibid.
Fidei iuſtitia,duplici de cauſa ſic dicta. 266
Fidei iuſtificantis officia varia. ibid. & ſeq.
Fidei,ex qua iuſtus viuit,verum officium. 267
Fides,quo ſenſu impetrat charitatem, vel iuſtificationem meretur. ibid.
Fides,per hiſtoriam rerum factarum iuſtificat. 268
Fides diſponit ad iuſtitiam in omnibus actibus ſuis. ibid.
Fides ſpecialis ſeipſum euertit. 272
Fides iuſtificans præcedit iuſtitiam,ſpecialis fides ſequitur eam. 273
Fides ſpecialis peruertit euangeli prædicationem: deſtruit orationem pro remiſſione peccatorum. ibid.
Fides ſpecialis excludit timorem iuſtitiæ cuſtodem.274 & ſacramentorum doctrinā euertit. ibid.
Fides formata, ſenſui apoſtolico conſentanea. 276
Fides per ſynecdochen accepta S. Paulo familiaris. 276
Fides,ad iuſtitiam quomodo credenti imputatur. ibid.
Fides quæ,& quomodo Abrahæ eſt imputata ad iuſtitiam. 277. ex fide non autem ex lege, quomodo hæreditas eſt. ibidem
Fides non excludit charitatem, ſed legem, & quomodo. 279
Fides formata,nō detrahit Chriſto iuſtificationis gloriam. 280
Fides prima diſpoſitio ad iuſtitiam. ibidem.
Fides,quomodo dubitationi opponatur. 282
Fides Abrahæ non fuit ſpecialis. ibid.
Fides,non eſt fiducia.284 fides, an ſit expectatio ſalutis. 285
Fides generat fiduciam ſalutis. 287
Fides animat ad fortiter & rectè agendum. ibidem.
Fidem pro fiducia accipit ſcriptura. 289
Fides modica eſt quædam incredulitas. 290
Fides quo ſenſu à Chriſto requiritur, ad obtinenda eius beneficia. 293
Fides implicita quæ,& qualis. 294
Fides,in ſenſu Caluini,non eſt certa cognitio. 294 Fides eſt ſenſus noſtri ſubmiſſio. ibidem.
Fides nititur auctoritate. 285
Fidei Caluinianæ ſigilla duo. 285
Fides vera,eſt ſine fiducia. 286
Fidei perfectio per ſpiritum ſanctum qualis. 299
Fidei ſolius iuſtificatio dupliciter conſideratur. 306
Fides ſola etiam abſq, præſentia bonorum operum iuſtificans. ibid.
Fides ſola, præſentibus bonis operibus iuſtificans. 307
Fidem ſolam iuſtificare,dnobus modis docēt, proteſtantes. ibid.
Fides per charitatem fit vtilis. 309
Fides quomodo per charitatem operatur, id eſt,perficitur. Fides quomodo ſine charitate mortua.fides,quare ſine charitate eſt ocioſa ſpeculatio. ibidem.
Fides quomodo legem ſtatuit. 311
Fides iuſtificans, habet actu charitatem, non potentia tantum. 311
Fides quare,& quatenus eſt cum affectu coniuncta. 312
Fides non habet neceſſario annexas alias virtutes. 314
Fides abſque charitate quare eſt.fides in multis eſt ſine charitate. ibidem.

Fidei

Fidei gradus, & qualitates diuerſæ. 315
Fides mortua, vera fides eſt.
Fides eſt fructus arboris bonæ ſicut cæteræ virtutes. ibid.
Fides, & charitas, diuerſæ iuſtitiæ radices, & quomodo. 315
Fides non amittitur quolibet peccato mortali ſicut charitas.
Fides non extinguitur extincta charitate. ibidem.
Fides ſola in ſenſu Proteſtantum iuſtificare nuſquam à Patribus dicitur. 322
Fides ſola quinq; modis poteſt dici iuſtificare.
Fides ſola iuxta excluſiuas apoſtolicas quæ. ibidem.
Fides, quare ad iuſtificationem imprimis neceſſaria 325
Fidei certitudo, argumento probatur. 346
Fidem, ſine operibus iuſtificare, quo ſenſu doceat Caluinus. 375
Flacci Illyrici inepria. 142
eius argumenta pro fiducia. 290
Flacci Illyrici cauillationes variæ contra bonorum operum conditionem, efficaciam, & neceſſitatem. 318. 319. 320
Fiducia ad Deum, per fidei opera ſtabilitur. 279
Fiducia eſt proles fidei, non eſt ipſa fiducia. 284
Fiducia ſequitur fidem. 285
Fiducia diſtinguitur à fide, ſicut ſpes. ibidem.
Fiducia deficit ex defectu fidei. 287
Fiducia ex fide, & ex ſpe, ſed diuerſo reſpectu oritur. 288
Fiducia Lutherana non ſequitur ex gratuita promiſſione. 290
Fiducia, non naſcitur ex ſola fide. 286
Filiorum obligatio pendet à voluntate Patris celeſtis. 352. Filij Dei quatenus ſumus de noſtro meremur. ibidem
Finis bonus non facit actū peccati in Deo. 384

G

Gloriatio, quomodo excluditur in bonorum operum iuſtitia. 170
Gloriatio quam lex fidei excludit qualis. ibidem.
Gratia, quare Angelis, & hominibus tributa, ex ſententia Auguſtini. 38
Gratiæ nomine quid intelligatur. 79
Gratia operans per modum ſpecialis auxilij. 92
Gratiam habens peccare poteſt. 93
Gratia operans duplex. ibid.
Gratia adiuuans quæ. 95
Gratia adiuuans non eſt omnino infallibiliter efficax. 97
Gratiæ adiutorium, non adeo tollit libertatem arbitrij, vt illam corroboret, atque confirmet. 98
Gratia excitans probatur contra cauillationes Chemnitij. 99. 100
Gratia adiuuans in prima cōuerſione ad Deum 100. 101. & 102.
Gratia adiuuans, quo ſenſu eſt Pelagiana. 101
Gratia adiuuans in prima conuerſione ab Auguſtino docetur. ibid.
Gratia cooperans quæ. 103
Gloriatio Caluiniana, ſcripturis ignota. 345
Gloriatio, in ſeipſo excluditur. 366
Gratia iuſtificans, eſt gratia internè ſanctificans. 115
Gratia Dei vita æterna quomodo. 116
Gratia Chriſti duplex. 199
Gratia renouans, gratia iuſtificans eſt. 124
Gratia Chriſti contra Pelagium defenſa fuit gratia iuſtificans eadémque internè adiuuans ad benè operandum. 125
Gratia iuſtificans, à Pelagio confitenda. ibidem.
Gratia, naturam ſanans quæ. 127
per gratiam qua lex impletur, iuſtificamur gratis. ibidem
Gratia iuſtificans, eſt libertas per Chriſtum data. 128
Gratia Chriſti iuſtificat, quando charitas datur. 130
Gratia Dei adiuuans & interna, ad initium, & progreſſum iuſtitiæ neceſſaria. 134
Gratiæ infuſio, an præcedat remiſſionem peccatorum. 137
Gratiæ meritum. 145
Gratiæ abundantia, reuelationi noui Teſtamenti propria. 156
Gratia qua lex impletur eſt charitas. 173
Gratia, quomodo per Chriſtum facta eſt. 173
Gratia Chriſti iuſtificans, & legem adimplens in duobus conſiſtit. 184
Gratia Chriſti, duplex officium. 185
Gratia Chriſti facit legem mandatorum onus leue 207
Gratia triplex, cuius certitudinem Proteſtantes docent. 327
Gratiæ nulla certitudo ex propoſito non

peccandi. 330
Gratiæ certitudo ex bonis operibus roboratur. ibidem
Gratiæ certitudo cum doctrina Lutherana conſiſtere non poteſt. 331
Gratiæ certitudo omnes hæreticos iuſtificat. ibid.
Gratiæ certitudo, tollit timorem iuſtitiæ diuinæ, quem ſcripturæ commendant. 332
Gratiæ certitudo, orationes fidelium deſtruit, & doctrinam de ſacramentis peruertit. ibidem
Gratia primum meriti fundamentum. 350
Gratia ſemen vitæ æternæ 351

H

HÆreditatis ſpes, nititur charitate interna 123
Hæreditas promiſſa propter carnis mortificationem datur. 317
Hæreditas, eſt mercedis fundamentum. 356
Hæreticorum errores, circa peccatum originale 3. modernorum opiniones. 1.2
Hæreticorum argumenta contra timorem ſeruilem. 106
Hæretici hodie non diſtingunt inter praua deſideria, & dominatum peccati 215
Hæreſes ex imputatiua iuſtitia variæ enatæ. 220
Hæretica hodie doctrina ethnica deterior. 227
Hæreſes peſtilentes circa cauſas peccati. 372
Duæ radices neceſſitatis ad peccandum adhuc à proteſtantibus defenſæ. ibid.
Hæreſes hodiernæ circa diſcrimina peccatorum, & remedia eorundem 373
Hæreditas bonis filiis datur. 351
Homini naturale eſſe, vt caro obediat rationi, variis difficultatibus cõtra hanc ſententiam reſpondetur. 33
Homo, qualem boni poſſibilitatem per peccatum perdidit. 49
Hominum ſine fide quædam opera, iuxta iuſtitiæ regulam laudabilia. 53
Hominis liberum arbitrium, iuſtitiæ & miſericordiæ diuinæ radix. 81
Hominis poteſtas, niſi à Deo detur fruſtra operatur 82
Homo per adiuuantem gratiam cooperatur Deo per præuenientem gratiam adiuuanti. 103
Homo iuſtificatur tripliciter. 129
Homini ſalutare eſt aliquas habere imperfectiones. 195
Hominem ſine peccato eſſe non negat Auguſtinus. ibid
Homines non quia ſine peccato non ſua, ideo in omni opere peccant. 208
Hominis iuſtitia duplex. 205
Homines ſpirituales ſunt, ex potiori ſua parte. 213
Homo carnalis dupliciter talis. ibid.
Homo non eſt ex parte iuſtus, ex parte iniuſtus 214
Hominis defectus, quomodo à Chriſto ſupplentur 237
Homo, in meritis ſuis confidere non debet. 370
Hugo, quo pacto peccatum originale definierit. 20
Humanæ naturæ deprauatio in quo conſiſtat, qualis, & quanta ſit, per quinque puncta magna ex parte oſtenditur. 40
Humanæ naturæ multiplex corruptio. ibidem
Humanæ naturæ deprauatio, ſpeciatim deſcribitur. 43
Humana voluntas, quo ſenſu poſſit reſiſtere adiuuanti gratiæ. 95
Humana natura, quomodo ab aliqua legis parte exempta eſt. 194
Humana voluntas, præuenientem gratiam liberè poteſt repudiare. 94
Hyeronymus, quid de iuſtitia originali cenſerit 7.& 14
Hilarij, & Cypriani uerba non contradicere Patribus Tridentinis. 65
Hypoſtaſis varia ſignificata explicantur. 286

I

ILlyricani negant adeſſe bona opera in iuſtificatione. 311
Illyrici blaſphemia. 141
Impij excuſantur à peccato per Caluini doctrinam 387
Imputatiua, non ſequitur ex gratuita iuſtificatione 338
Impius, ex lege fidei quomodo iuſtificatur. 127
Imputare, quid ſignificat. 240
Infidelium bona opera agnoſcit Auguſt. dogmaticè ſcribens. 54
Infidelium opera, ampla mercede remunerat Deus. ibid.
Infideles, ſeu alij quiuis extra gratiam poſiti ex Auguſt. doctrina habẽt bona opera, iuxta iuſtitiæ regulam laudabilia. 55
Infidelium opera ex Auguſtino peccata ſunt, & quare. ibidem

Inobe-

Inobedientiæ pœna, reciprocæ carni inflicta, eſt cauſa corruptionis naturæ, non autē ſublatio doni iuſtitiæ originalis. 39
Iniquitas eſt in peccato omni 64
Intellectus ſe habet paſſiuè circa ſua obiecta, ſed non voluntas. 87
Irenæus, quid de Iuſtitia originali cenſerit. 7
Iraſcibilis pars, quare ſub nomine concupiſcentiæ contineatur. 18
Iuliani cauillatio, Chemnitij argumentum. 71
Iuſti eſſe non poſſumus abſque Chriſti iuſtitia, ob varias cauſas. 236
Iuſti perſona, eſt in ſeipſo Deo grata, non in Chriſto tantum. ibid.
Iuſtus ex fide quare viuat. 166. & 251. 258
Iuſtus non eſt in quo verè iuſtitia non ſit. 233
Iuſtus, etſi non careat aliquo peccato, tamen facit multa alia bona vnde iuſtus eſt. 212
Iuſti coram Deo ſumus non obſtante concupiſcentia quomodo. 211
Iuſti cor quando reprehendit eum ibidem.
Iuſti in ſcripturis duobus modis vocantur. 200
Iuſti veteres an habuerint Euangelij gratiam. 154
Iuſti, quo ſenſu ſint ſerui inutiles. 168
Iuſti in ſcripturis ſpeciali fide iuſtificati. 274
Iuſti, quo ſenſu ſint ſerui inutiles. 168
Iuſtificari gratis per Chriſti gratiam quid. 150
Iuſtificatio prima cur rectè dicatur. 159
Iuſtificationis progreſſus duplex. ibidem
Iuſtificationis doctrina vniuerſa. 1
Iuſtificari nemo poſſit ſine timore. 106
Iuſtificatio, quare fidei tribuitur, etiam cum aliis virtutibus coniuncta. 313
Iuſtificationis ſignificationes. 111
Iuſtificationis nomine, quid intelligant Proteſtantes. ibid.
Iuſtificatio, quare fidei in ſua natura acceptæ tribuitur 314
Iuſtificatio, condemnationi quomodo S. Paulo opponitur. 112
Iuſtificatio importat ius ad vitam æternam 351
Iuſtificare quid ſignificat. 113. 114
Iuſtificatio apud S. Auguſt. ſignificat iuſtum facere. 114
Iuſtificatio, quare in ſcripturis toties fidei attribuitur. 25
Iuſtificatio triplex. 11
Iuſtificationis noſtræ modus à D. Paulo deſcriptus. 123
Iuſtificatio ex gratia regenerante, & renouante interius. 123
Iuſtificamur per gratiam Chriſti, quæ ſanat voluntatem. 127
Iuſtificatio prima quomodo fiat. 132
Iuſtificatio noſtra dependet à perpetua Dei gratia, intus ſanante, & renouante. 135
Iuſtificationis noſtræ cauſæ, & partes omnes. 218
Iuſtificatio prima eſt renouatio interna. 136 & ſecunda perpetua obedientia eſt. ibidem.
Iuſtificari nos non ex operibus, quomodo. 144
Iuſtorum trepidantium voces. 302
Iuſtorum merces eſt ſecundum debitum, & ſecundum gratiam. 360
Iuſtorum peccata in ſcriptutis. 174
Iuſtus cadens citius reſurgit. 176
Iuſtus eſt qui plures habet virtutes, ideóque propius accedit ad perfectam iuſtitiam. ibidem
Iuſtitiæ originalis annotationes, & definitio. 7
Iuſtitia originalis non fuit ſola naturæ ſanitas ſed totius hominis perfecta ſanctitas. ibidem
Iuſtitia originalis, & gratia, nunquam ſeparantur. 7
Iuſtitia originalis fuit habitus naturæ infixus, non virtus acquiſita, vel ſimpliciter infuſa. Non eſt propriè naturalis. Quare renatis redditur, quoad formale, non quoad materiale. ibid. & ſeq.
Iuſtitiæ originalis priuatio duplex. 8
Iuſtificatus ex fide, id eſt ex operibus fidei. 167
Iuſtitiæ priuatio non per ſe, ſed vt contracta facit nos peccatores. 9
Iuſtitiæ priuatio, non ex voluntate Adami, ſed ex voluntate Dei conſecuta eſt. 13
Iuſtitia originalis, cuius generis iuſtitia fuerit. 15
Iuſtitia originalis quid ſit, & qua in re propriè conſiſtat exactè definitur. 24
Iuſtitiæ vocabulum quid ſignificet. 25

Iuſtitia originalis à virtutibus diſtincta. ibid. eius deſcriptio explicata. 26. eius poſſibilitas ad bonum, qualis poſſibilitas ea fuit. ibid.
Iuſtitia originalis ex Durandi ſententia quid erat, ſecluſa gratia. 37. eius donum hominem perficit in naturalibus. ibid. & quid profuerit. 38
Iuſtitiæ originalis donum, Deus iuſtè ab homine ſuſtulit. 39
Iuſtitiæ perfectio varia. 61
Iuſtitiæ & miſericordiæ diuinæ radix, eſt liberum hominis arbitrium. 81
Iuſtitiæ noſtræ cauſa efficiens ſolus Deus. 105
Iuſtitiæ noſtræ cauſæ inſtrumentales. ibid.
Iuſtitia, vt conſequi poſſit, quot & quæ requirantur. 106
Iuſtitiæ diuinæ timor, non eſt carnalis 107
Iuſtitiæ nomine quid intelligatur, & quid appellarit D. Petrus. 114
Iuſtitia eſt in nobis ex Deo. 115
Iuſtitia quid, & quotuplex. 116. 117. 18. 19. 20. & 122
Iuſtitia noſtra, ad iuſtitiam primi parentis reſtauranda eſt. 124
Iuſti ſumus, & iuſtitia Dei cum iuſtè viuimus. 126
Iuſtitia rectificans, cut eſt iuſtificatio impij. ibidem.
Iuſtitiæ lex eſt charitas 130
Iuſtitiæ incrementum ex bonis operibus. 133
Iuſtitiæ incrementum 134
Iuſtitia ex lege & ex Deo, quomodo opponuntur. 146
Iuſtitia legis impletur non per iuſtitiam ex lege ſed per iuſtitiam ex fide. Iuſtitia legis eſt in lege ibid.
Iuſtitia ex lege opponitur iuſtitiæ fidei non autem iuſtitia legis 161
Iuſtitia fidei non excludit aut euertit, ſed implet, & ſtatuit iuſtitiam legis. ibid
Iuſtitia ex lege vnde dicta. 162
Ioſtitia ex fide quare ſic dicta ibid.
Iuſtitia fidei intus in corde clamat. 164
Iuſtitia ex lege non eſt. 165
Iuſtitia quam pro ſtercore habet Apoſt. qualis ea ſit. 169
Iuſtitia vera quo ſenſu pro ſtercoribus habenda ſit. ibid.
Iuſtitia quorundam in ſcripturis perfecta. 174
Iuſtitia noſtra, quomodo ſuo modo perfecta eſt 179.
Iuſtitiæ profectus, in quo maximè conſiſtit. 180
Iuſtitiæ perfectionem non tollit Auguſtini illa diſtinctio, de inchoata, & plena renouatione 180
Iuſtitiam operum coram Deo nullam eſſe aſſerunt Proteſtantes 181
Iuſtitia vera quæ. 183
Iuſtitia perfectiſſima non eſt homini ex diuina gratia impoſſibilis 194
Iuſtitia quædam minor. 196
Iuſtitia huius vitæ, multis nominibus vera eſt iuſtitia 197
Iuſtitia à S. Patribus diſtinguitur. 201
Iuſtitia vnica, & vnius generis, in omnibus iuſtis 202
Iuſtitia noſtra quomodo in Dei iudicio conſiſtit. ibid.
quo ſenſu in hac vita inchoata. 203
Iuſtorum peccata in iudicium non veniunt. 208
Iuſti coram Deo, ſunt perinde ac ſi nihil peccaſſent. ibid.
Iuſtitia huius vitæ peccatis mixta, quare in Dei iudicio conſiſtat. 209
Iuſtitia imputatiua, merum & inane commentum eſt. 233
Iuſtitia in omnibus æqualis non eſt. 224
Iuſtitiæ veræ dona à Deo per Chriſtum accipimus ibid.
Iuſtitia ipſa nobis verè donatur, non ſolũ gratia 235
Iuſtitia noſtra, quomodo Chriſti iuſtitiæ immittitur. 237
Iuſtitia noſtra omnis quare gratuita eſt. 240
Iuſtitiæ imputatio, non ſequitur ex non imputatione peccatorum 241
Iuſtitiæ imputatiuæ fundamentum, à Luthero iactum 246
Iuſtitiæ laus, quare & vnde fidei tribuatur. 261
Iuſtitiæ ratio, an aliqua inter Deum & hominẽ eſſe poſſit 351
Iuſtitię originalis donum, hominem perficit in naturalibus. 37
Iuſtitiæ, liberè ſeruire quid. 98

L.

Lex vetus, quare data eſt. 148
Lex antè fidem quomodo concluſit peccatorem. Lex erat pædagogus. ibid.
Lex vetus, eſt lex mortis, à qua liberat lex noua. 149

Lex nunc intrinſecus data, qua iuſtificemur. 127
Lex operum, & lex fidei, eſt ipſa charitas. 152
Lex quid. 152
Lex in cordibus ſcripta, eſt præſentia Spiritus Sancti. 153
Lex non damnat, ſed iuſtificat pios. 157
Lex fidei excludit legem operum, ſed non ipſa opera. 162
Lex mandatorum, vtilis eſt ad vitam æternam, ſed non ſola. 164. ex lege non iuſtitiam, ſed maledictum accepimus. 165
Lex Dei à iuſtis impletur. 173
Lex duplici ſenſu impletur. 175
Lex quomodo docet ad Chriſtum confugere. 192
Lex naturæ cur data. 193
Lex mandatorum, quo ſenſu vſque ad vnũ apicem cuſtoditur. 200
Lex Dei, quare non eſt renatis per Chriſtũ terribilis. 205
Lex mandatorum eſt iugum importabile. 206
Lex mãdatorum & legalium obſeruatio, vtraque ſine fide inutilis, ſed ſenſu diuerſo. ibidem.
Lex ſpiritualis eſt abſolutè. 213
Lex quare data ſit, cũ in fide promiſſionis præcedentis fuerit hæreditas. 278
Legis factorum, & legis fidei diſcrimen. 151
Legis veteris promulgatio. 152. diſcrimen. ibidem.
in Lege nemo iuſtificatur. 162. Legem cuſtodiens, verè viuit in ea. 164
Legis opera non iuſtificant vt opponuntur operibus fidei. 145
Legem ex fide non eſſe, & quomodo. 165
Legis obedientia, legis iuſtitia eſt, nõ autem ex lege. 146
Legis & euangelij diſcrimen ex Proteſtantum ſententia. 147
Legis obedientia viuificat, non autem lex. 149
Legis & Euangelij diſcrimen ex Apoſtolo. 149 150. & 151. ex Ieremia. 153
Legis & euangelij plenum diſcrimen. 157
Legis & fidei diſcrimen quale. 162
Legis & Euangelij verum diſcrimen. 162
Legis officium eſt docere. 190
Legis regula, non eſt mutata propter deprauationem noſtram. 193
Legis maledictio eſt de grauioribus mandatis tantum. 198
Legis vniuerſalis & perpetua obedientia, non eſt ad iuſtitiam neceſſaria, quia tota iuſtitia non eſt. 200
Legis iuſtificatio, quomodo in nobis impletur. 242
Liberum arbitrium agnoſcunt Lutherani, in operibus Renatorum ſeu iuſtorum. 77
Liberi arbitrij nomine quid intelligatur. 79
Liberum arbitrium præuenienti gratiæ cooperari & in prima præparatione ad iuſtitiã verè aliquid agere. 80. 81. & 82
Liberum arbitrium tollere non ſecus hæreticũ eſt, quam Dei gratiam negare. 80
Liberum hominis arbitrium, iuſtitiæ & miſericordiæ diuinæ radix. 81
Liberi arbitrij poſſibilitas, ex poſſibilitate obſeruandi mandata neceſſariò ſequitur, &c. 83
Liberi arbitrij cooperationem nõ tolli, ex proteſtantum ſcripturæ ſacræ teſtimoniis. 89
Liberi arbitrii cooperatio quid. 96. & 102
Libertas ex duplici cauſa dicitur. 45
Libertas voluntatis in accipiendo vel repudiãdo gratiam excitantem. 95
Liberum arbitrium, poſſibilitatis bonum perdidit. 44
Lutherus aſſerit iuſtũ in omni opere bono peccare, 181
Lutheri doctrina, in concilio Tridentino, iure optimo damnata. 245. eius diſputatio pro ſola fide. ibidem.
Lutheri fides ſola dupliciter peſtilentiſſima. 147
Lutheri turpis error. 60
Lutherana fides ſpecialis, ſibiipſi contradicit. 272
Lutherani, quo ſenſu agnoſcunt promiſſionem Euangelicam eſſe generalem. 289
Lutherana ſententia de fide apprehẽdente explicatur. 291
Lutheranæ ſententiæ circa merita ſtoliditas. 363
Lutheranorum varii errores, quod etiam in nõ renatis ſunt quædam venialia peccata. 403. & 404
Lutherana doctrina de peccatorum diſcrimine ſeipſum confutat. 405

M

Magdeburgenſes ignari, accuſant Patres quinti ſeculi. 30. 31
Magiſtri hodiè euangelici euangelium deſtruunt 153
Malum, infirmitas eſt voluntatis. 61
Malum quòd mortificatur, non contaminat quia non dominatur 216
Mandatum quare datum. 151
Mandatum ſanctum quid, & in quibus conſiſtat, eiúſque obſeruatio 135
Mandata minima quæ ſint 407
Marcionis, & Caluini furor idem. 390

Nn v.

Mediatoris noſtri ſecunda gratia, eſt actiuitas voluntaris ad bonum. 84
Melanchthonis opiniones falſæ, eiuſque mendacia. 3
Melanchthon contra Caluinum de diſcrimine peccatorum venialium à mortalibus diſputat. 406
Mentis rectitudo, an ex vtriſq; reſultans ſit formalis noſtra iuſtitia. 137
Mercedis æternæ intuitus, non facit operarium mercenarium. 369. non eſt laudabilis, non eſt mercenarius. ibid.
Merces tota, & Chriſti & noſtra. 368
Merces, & meritum, correlatiua. 352
Merendi vis per Adam perdita, per Chriſtum recuperata. 353
Meritum de congruo exploſum. 33
Meritum de congruo non eſt reſpectu primæ gratiæ. 351
Meriti ratio non exigit ſtrictam iuſtitiæ equalitatem. 351
Meriti ordinatio ex gratia pender. 353
Meriti fundamentum tertium, quod innititur meritis Chriſti. 354
Merita noſtra, quomodo Chriſti meritis innituntur. 355
Meriti doctrina Chriſti gloriam, illuſtrat. 366
Meritum totum ex Deo, & in nobis. Meritum proprietate noſtrum, origine Dei eſt. Merita noſtra. non arguunt inſufficientiam paſſionis Chriſti. 368
Meritum ſimpliciter nullum, ex gratia Dei maximum. 371
Meritum quale damnauit ſemper Eccleſia. ibidem.
Miraculorum fides nulla. 264
Miſericordiæ diuinæ, & iuſtitiæ radix, eſt liberum hominis arbitrium. 81
Mors, dupliciter nos iuſtificauit, ex parte carnis Chriſti. 230
Mors Chriſti dupliciter nos iuſtificauit per modum redemptionis. ibid.
Mortis huius corpus quid. 63
Mortui ſine gratia quatenus dicamur. 87
Moſaica lex, non potuit duobus modis iuſtificare. 141

N.

NAturæ corruptio, quare vocatur naturalis. 39
Naturæ deprauatio quæ, & quanta ſit. 35
Naturæ humanæ deprauatio in quo conſiſtat, qualis, & quanta ſit, per quinque puncta magna ex parte oſtenditur. 40
Naturæ humanæ multiplex corruptio. Naturæ integræ triplex bonum. ibid.
Naturæ bonum quale per peccatum naturale fuerat corruptum. 41
Naturalis inclinatio ad virtutem, quantum diminuta fuerit per peccatum originàle. Ibidem.
Natura per peccatum ægra, nõ mortua, quoad operationem boni. 42
Naturæ corruptio, ſeu ad malum inclinatio. 55
Naturæ actiuitas ad bonum ſecundum Pelagianos quæ. 84
Nazianzenus, quid de Iuſtitia originali ſenſerit. 7
Neceſſitas opponitur integritati naturæ. 46
Nouum teſtamentum eſt iuſtitia ſcripta in corde. 127. eſt miniſtratio iuſtitiæ qua ſaluamur. 128

O.

OBediendia perfectiſſima quoad modum obediendi: non requiritur ad iuſtitiæ in hac vita perfectionem. 181
ab Obedientia perfectiſſima defectus, quare peccatum non eſt. 183
Opera bona, quæ ex obedientia & charitate fiunt iuſtificant. 188
Opera bona quibus virtute mortis Chriſti, delentur peccata quotidiana. 188
Operum iuſtitiam nullam eſſe, aſſerunt Proteſtantes. 181
Operum iuſtitia ex lege, vel in lege, eſt iuſtitia humana non ex Deo. 162
Opera præparatoria, non ſunt propriè opera iuſtitiæ: etſi bona. 159. & quo ſenſu bona. 160
Opera bona quæ merita ſunt, ſequuntur iuſtificatum. 159
Opera purè mortalia non diſponunt ad iuſtificationem. 109
Opera bona in fide facta, verè iuſtificant corã Deo, & acceptam iuſtitiam conſeruant atq; augent. 132. ſalutem afferunt. 134
ex Operibus bonis in gratia factis iuſtificamur. ibidem.
Operibus bonis quantũ tribuat Augu. antè iuſtificationem, ſed poſt primam conuerſionẽ. 159
Opus bonum nõ eſt, niſi quod acceptum ſit ad vitam æternam. 53
Opus bonum non maculatur, mente manente integra. 212. Opus bonum quando inficitur ab extrinſeco. 218
Opera bona ſi contaminantur per venialia peccata fides quoque per eadem cõtaminabitur. ibidem.

Opera

Operá bona aſſumuotur propter vitam æternã 248 Eadem gratuito amore Dei facta iuſtificant. ibid.
Opera bona ſalutis propriæ cauſa aſſumpta Deo ad iuſtitiam placent. 247
Operum excluſio, non aduerſatur fidei formatæ. 279
Opera bona apprehunt vitam æternam. 293
Opera bona, quare fidei aſcribuotur. 312
Operum bonorum conditioni, promiſſio hæreditatis externæ annexa eſt. 317.
Operibus bonis, ſalus verè, propriè, & exactè tribuitur. 320
Operis integritas per ſe ſola nõ meretur vitam æternam. 352
Opera bona ſunt verè noſtra, quamuis nõ ſunt ex bonis. 358
Operibus bonis, & malis, mercedis proportio reddita, in ſcripturis reuelata. 358
Operum bonorũm dignitas in ſcripturis ſanctis aſſerta. 359
Operibus ipſis dignitas tribuitur. ibid.
Opera bona ex fide placent Deo. 159
Oſiandri hæreſis in ſchola Lutherana enata. 221
Oratio Dominica quatenus cõtra grauiora crimina valeat. 186
Oratio Dominica, eſt oratio iuſtorum. 185
Orthodoxæ & Pelagianæ ſententiæ diſcrimen circa voluntatis efficaciam ad bonum. 83
Originale peccatum. 1
Originale quid ſignificat. 5
Originalis peccati ætymologia. Cauſæ duæ ex ſacris literis recenſentur. 5
de Originali peccato quid neceſſariò credendum ſit. 6
Originalis peccati quæſtiones tres. 6
Originalis iuſtitiæ annotationes. Definitio. 7
Originale peccatum in quo conſiſtat quæ eius vicioſitas ſit, & quomodo Reos faciat. 8
Origioale peccatum quid. 9
Originalis peccati diſputatio. 12. 13. & 14
Originalis peccati cauſa & principium. ibid.
Origioale peccatum io quo ponent hodiè proteſtantes. 21

P.

POenitentia, ad reconciliationem neceſſaria. 210
Paſſiones huius temporis quomodo non ſunt coodignæ ad futuram gloriam. 359
Paſſiones Chriſti quomodo adimplentur. 387 Diſcrimen inter merita paſſionum Chriſti & membrorum ſuorum. Paſſiones iuſtorum merentur ſibi & aliis. ibid.
D. Pauli loca duo, quæ Caluinus putat inuicta, contra bonorum operum iuſtitiam. 161
Paulus perfectus & imperfectus in iuſtitia. 179
Pauli diſputatio. 1. cor. 9. & 10. confidentiam Caluinianam penitus tollit. 304
Pauli conuerſio & reconciliatio non ex ſola fide. 308
Paulus cur in iuſtificatione opera excludit, ad vitam æternam requirit. 362
Paulus probat iuſtificationem ſignificare inhærentem iuſtitiam. 113
Paulus docet retributionem iuſtã reſpectu operum, oon reſpectu promiſſionis tantum. 365
Peccatum originale. 1 9. eius diuiſio. 22
Peccati ratio in qua re conſiſtat. 4
Peccatum quæ conſequuntur, & quot. peccatum remaner tranſeunte actu. ibid.
peccatum quare & quo ſenſu vocetur originale. 5. de peccato originali quid neceſſariò credendum ſit. 6
Peccatum originale mors animæ. Peccati originalis quæſtiones tres. 6
Peccatum originale in quo conſiſtat, quæ eius vitioſitas ſit, & quomodo nos reos faciat. 8
peccata intrinſeca quæ ſunt. 9
Peccatum originale quomodo ad nos deriuetur, & à nobis contrahatur. 11
Peccatum per concupiſcentiam quomodo traduci dicitur, ex Auguſt. authoritatibus multis. ibidem.
Peccatum originale eſt propriè in ſingulis peccatum. 13
Peccatum originale propriè dictum, peccatum eſt. ibid.
Peccati originalis cauſa, & principium. 14
Peccati orig. controuerſiæ, errores, eorúmque fundamentum. 15
Pecc. actualis, & originalis diſcrimina duo. 16
Pecc. orig. partes diuerſæ iuxta naturæ, cuios peccatum eſt partes diuerſas. 19
Pecc. orig. quo ſenſu ſic vocetur à doctoribus. 21
Peccato originali ex ſententia D. Thomæ omnes animæ vires proprio ordine deſtitutæ erant. 37
Peccandi conſuetudinem in neceſſitatem ſæpiſſimè verti, ex ſacr. ſcrip. & veterum Patrũ teſtimoniis variis probatur. 40
Peccati originalis effectus æqualiter communes. 43
Peccati ſeruitus, ex naturæ depravatione quæ. 44
Peccaodi neceſſitas, in qua homo eſt extra gratiam. 45
Peccandi neceſſitas extra gratiam, opponitur

libertati gratiæ. — 46
Peccati victoria qualis, quæ ſine gratia non fit. — 51
Peccatũ vincere, & peccato reſiſtere quomodo differant. — 52
Peccatum qui facit, iniquitatem facit. — 64
Peccatum nõ eſſe omne illud, contra quod ſpiritus pugnat. — 66
Peccatorum nullum eſſe imputatiuam remiſſionem. — 69
Peccati reatus quomodo maneat. ibid. & 70
Peccare poteſt gratiam habens. — 93
Peccati odium ad iuſtitiam diſponens. 107. à contritione differt. ibid.
Peccatorum remiſſio eſt pars neceſſaria cuiuſque iuſtificationis. 138. ex ea remiſſione ſola, non ſumus beati. ibid.
Peccatum ipſum noſtra iniuſtitia eſt, non autẽ peccati debitũ. 141. peccata quare debita vocantur. ibid.
Peccatum non eſt debitum culpæ, ſed pœnæ. — 142
Peccata venialia, nullo pondere æquiparant mortale peccatum. — 176
Peccata leuiora ignoſcuntur, defectus ſupplentur. — 182
Peccatorũ remiſſio perpetuò neceſſaria ad iuſtificationem. 184. qualis ea ſit per Chriſtum in ſcripturis promiſſa. ibid.
Peccatorum remiſſio, pars neceſſaria iuſtitiæ. — 185
Peccatorum remiſſio perpetua, quo ſenſu iuſtitiæ pars ſit. ibidem.
peccatorum quotidiana remiſſio, an intelligenda ſit de peccatis moralibus. — 186
Peccata propter fidem delentur. — 188
Peccati agnitio præter fidem requiritur, vt deleantur peccata. — 189
Peccata venialia fiunt contra legem, & quomodo. 200
Peccato ſeruire, & in carne legi peccati ſeruire aliud eſt. — 215
Peccati victoria. — 228
Peccatorum remiſſio data fidei Catholicæ. — 256
Peccatores ad ſpem veniæ inuitat ſcriptura, nõ ad fidem. — 274
non Peccandi propoſitum, apud Proteſtantes intentio ad impoſſibile. — 330
Peccatum quomodo mortem æternam meretur. — 358
Peccati cauſa contra Caluinum. — 372
Peccatum velle, nõ eſt potentia aliqua, ſed impotentia. — 383
Peccata quæ ſunt pœnæ peccatorum Deus nõ operatur. — 391
Peccatorum diſcrimen. 395. & toto libro duodecimo.
Peccata venialia quare non agnoſcunt Proteſtantes. — 393
Peccati venialis deſcriptio ex genere, & imperfectione actus. 396. Pecc. ven. ex genere determinari poſſunt. ibid.
Peccatum veniale ex cauſa vix differt à veniali ex imperfectione actus. — 397
Peccatum veniale ex genere eſt etiam quodam modo veniale ex cauſa. — 398
Peccandi conſuetudo parit ignorãtiam peccatorum. — 399
Peccata diuerſi generis ſcripturis notata. 401
Peccatum mortale, non eſt ſemper contra cõſcientiam. 405. peccata mortalia omnia non ſunt manifeſta. ibid.
Peccatorũ diſtinctio, non pendet à ratione perſonæ. — 404
Pelagianorum opiniones de peccato originali. 1
Pelagius, & Auguſtinus contrario modo concupiſcentiam definiunt. — 37
Pelagiana boni poſſibilitas erat omnimoda. — 49
Pelagiani affirmant hominem ſine gratia poſſe perficere omnia mandata diuina. Ibid.
pelagiana hæreſis duplex. — 51
Pelagianorum calumnia Proteſtantum doctrina eſt. — 59
Pelagiana ſententia Catholicis à Chemnitio mendaciſſimè obtruſa repellitur. — 75
Pelagiani & Proteſtantes in duobus extremis circa quæſtionem gratiæ & liberi arbitrij. 78
Pelagij errores circa vocabulum gratiæ. — 97
Idem quam gratiam agnoſcere noluit. ibidem.
Pelagiana ſentẽtia de naturæ actiuitate ad bonum. — 84
Pelagius quo ſenſu Deum adiutorem tantum, & non largitorem virtutis docuit. 100. 101. & 102. eius ſenſus circa adiutorem gratiam. 101
Pelagius contradixit gratiæ iuſtificãti, quia negauit gratiam renouantem. 127
pelagiana hæreſis à Proteſtantibus defenſa. 142
Pelagiana calumnia Proteſtãtum doctrina eſt. — 181
Pelagianorum errores tres aperiuntur. — 194
Perfectus eſt qui perfectè currit in agone iuſtitiæ. — 177
Perfectum neminem in hac vita eſſe, quo ſenſu dicatur. perfectus in hac vita ſtatus. ibid.
Perfectum & imperfectum dicitur aliquid reſpectu diuerſi ſubiecti. 179. perfecti viatores iuſti in hac vita. perfecti viatores, perfecti ſunt iuſtitiæ poſſeſſores. perfectionis quatuor modi

modi in hac vita. ibid.
Perfectio primæua, quare nobis diuina virtute in hac vita non reſtauratur. 194
Perfectiones in ſcripturis duæ 201
Phariſæus quare cum ſuis operibus reprobatus eſt. 142
Philoſophorum errorum circa bonum naturæ 41
Pia conuerſatio eſt via iuſtitiæ 135
Pietatis myſterium ſingulare. 225
Pighij circa imputatiuam iuſtitiam erroris cauſa. 237
Potentiæ nomine quid intelligat Auguſt. 392
Potentia Dei in pœnis peccatorum. 393
Pœnæ timor, non eſt vera contritio. 108
Pœnitere qoid. 108
Præcepta perfectionis omnimodæ, non ſunt data vt hic impleantur. 191
Præcepta perfectionis, quare non obligant in hac vita 193
Poſſibilitas liberi arbitrij, quid appelletur ab Auguſtino. 39
Preces Eccleſiæ tollunt confidentiam à merito. 271
Preparatio ad gratiam quo ſenſu ſit in homine. 23
Primi parentis iuſtitia qualis 124
Prohibere, & promittere non ſunt contraria. 390
Promiſſio ex fide, eſt firma, vt ſit generalis 281
Promiſſio generalis non reſpicit fidem ſolam. 290
Promiſſio quomodo ex fide, non autem ex lege. 292
Promiſſio non ſolis credentibus datur. ibid.
Promiſſionum Dei in ſcripturis triplex genus. 365
Promiſſiones merè gratuitæ ſecundum promiſſionis genus gratuitum quoque, ſed aliquid præſupponens. Tertium promiſſionum genus, per modum præmij ibid.
Propitiatio per Chriſtum quibus datur. 187
Propitiatio per Chriſtum eſt etiam pro peccatis mortalibus. 185
Proteſtantes, qua in re hodie ponant peccatorum originale. 21
in vtraque parte peccati originalis, modum exceſſerunt. ibid.
Proteſt. ſententia, & varij errores, circa priorem peccati originalis, & formalem eius partem aperiuntur, &c. 22
Proteſt. de iuſtitia originali errores aperiuntur &c. 26. & 27
Proteſt. argumenta varia pro triſtiſſima illa naturæ depravatione refelluntur. 29. & 30
quatenus in hac controuerſia ex Patribus diſputant, aut non diſputant. 30
Proteſtantes in quibus, & quantis malis naturæ depravationem hodie ponunt. 31
mendaciter accuſant ſcholaſticorum doctrinam circa peccatum originale. 32. & 33.
eorum calumnia. ibidem
Proteſt. argumenta ex ſcripturis malè intellectis citata refelluntur. 47. 48
Proteſt. quid intelligunt cõcupiſcentiam eſſe, 57
Proteſt. argumenta quibus probant concupiſcentiam in renatis eſſe veri nominis peccatum. 60
Proteſt. arg. ex Patribus allata, vt probent concupiſcentiam in renatis eſſe verè peccatum, diſſoluuntur. 64. 65. & 66
Proteſt. fundamenta Catholicæ ſententiæ euellere nituntur. 68
Proteſt. ſententiæ variæ, de libero arbitrio. 77
Proteſtantes & Pelagiani, circa quæſtionem de gratia & libero arbitrio, in duobus extremis ſunt. 78
Proteſt. cauillationes, quibus liberum arbitrium non eſſe conantur eludere diluuntur. 83
Proteſtantes, quid iuſtificationis nomine intelligant, &c. 111
Proteſtantes, Pelagianiſmum reſuſcitant. 126
Proteſtantum ſententia de diſcrimine legis & euangelij, exploditur. 157. & ſeq.
Proteſt. fundamenta tria contra perfectionem iuſtitiæ. 170
hæreſes dictis fundamentis ſuperextructæ. 172
Proteſt. fraudes tres, circa perpetuam peccatorum remiſſionem. 186
Proteſtantum duplex & grauis error, circa legum mandatorum obſeruantiam 200
Proteſtantum calumnia contra doctrinam catholicam. 203
Proteſt. cæcitas hodiè Iudaicæ par. 206
Proteſtantes in altero extremo contra Pelagianos, more tamen Pelagianorum diſputant. 207
Proteſtantum ſpeculatio ad omniũ bonorum operum immunditiem probandam. 209
Proteſtantum collectio in Chriſti gratiam impia 215
Proteſtantes ad Pelagianam ſententiam quam maximè accedunt. ibid.
Proteſtantes Manichæis valdè affines. 216
Proteſtantum circa imputatiuam iuſtitiam er-

toris cauſa triplex. 240
Proteſt. ſpecialis fides, nõ ignota veteribus hæreticis. 244
Proteſtantum errores, in ſpecialis fidei vnico obiecto. 263
Proteſtantum diſſonantia circa applicationem ſpecialis obiecti, &c. 270. & 271
Proteſt. multiplex collatio cõtra fidem formatam iuſtificantem. 274
Proteſt. quare excluſiuam particulam, *ſola*, fidei commẽdant. 308
Proteſt. poſtremus ſcopulus circa ſolam fidem. 313
Proteſt. fidei nomine abutuntur. 323
Proteſt. ſententiæ variæ, de modo quo fides iuſtificat. ibid.
Proteſt. varia diuerticula vt ſolam fidem tueantur. 319
Proteſtantes bonorum operum manifeſti teſtes. 330
Proteſt. certitudo gratiæ, ex ipſorum propriis principiis euertitur. 335
Proteſt. diſputatio ad eludendum locum Salomonis eiuſdémque deiectio. 336
Proteſt in certitudine gratiæ dupliciter errantes, & in errorem mittentes. 338
Proteſt. argumentationes Atheiſmum inducunt. 357
Proteſt. euaſiones tres contra bonorum operum mercedem 361. & 362

R

Redemptio per Chriſtum à pœna peccati. 230
Regnum gratiæ Chriſti per iuſtitiam. 228
Rationis imperium non fuit ſublatum, ſed debilitatum. 42
Reatus peccati, quomodo maneat. 69. & 70
Rebellionis prauitas, in carne eſt, non in mente 62
Reconciliatio in ſcripturis ſemper habet adiunctam renouationem internam. 140
nondum Renati, quo ſenſu in ſcripturis vocantur tenebræ. 87
Renati quo ſenſu legem implent. 204
Renouatio per Chriſtum, non eſt naturæ ſed perfectionis. 42
Renouatio interna iuſtificantis gratiæ perpetuus effectus eſt. 122
Renouatio interna, eſt gratia noui Teſtamenti. 126
Renouatio interna in iuſtificatione impij. 143
eadem non eſt cauſa ſed forma iuſtitiæ. ibidem
Renouatio interna, pars conſtituens ipſius iuſtificationis. 144
diſtinguitur ab obedientia mandatorum.
Renouationis donum, ab ipſa renouatione differt. ibidem.

S

Sacramenta, humanæ iuſtitiæ inſtrumentales cauſæ ſunt. 105
Sacram. vſus, pro certitudine gratiæ nihil facit. 339
Salus, iuſtitia, beatitudo, & ſanctitas, pro eodẽ in ſcripturis accepta. 132
Salus fit propriè propter bona opera, non principaliter. 319
Sanctificatio in ſcripturis, eſt ipſa iuſtificatio. 114
Sanctitas interna, eſt iuſtitia. 124
Sanctificatio per oblationem corporis Chriſti, eſt interna credentium reuocatio. 231
Scholaſticorum ſententiæ variæ de pecc. orig. 24.
Scholaſtici, quo ſenſu doceant aliqua fieri præter, non contra legem Dei. 404
Scipionis Africani hiſtoria 31
Scripturæ docent tolli peccata. 70
Scripturæ contra naturæ vires non contra libertatem. 88
Scripturæ quæ videntur omnimodam obedientiam mandatorum iubere. 198
Scriptura, certitudinem infallibilem remiſſionis peccatorum negat. 333
Scriptura, non ſemper vtitur communis vitæ phraſibus. 357
Senſualitatis definitio Theologica. 18
Senſualitas ex ſe ſimpliciter non eſt culpabilis. 20
Senſualitatis definitio 56
Spes diſponens ad iuſtitiam. 107
Spes falli non poteſt, ſed qui ſperat. 340
Spei certitudinis conſentiens veterum & recentiorum ſcriptorum ſententia. 343
Spiritu ex fide, quomodo ſperatur iuſtitia. 130
Secundum Spiritum ambulare quid. 149
Spiritus libertas, eiuſdémque nouitas. 228
Spiritusſancti dono, quo peccatum auerſamur, iuſtificamur. 127
Spiritus Dei inhabitans facit impleri legem. 173
per Spir. Dei datur gratia. ibid.
Spiritusſanctus quomodo reuelet cordibus noſtris diuinæ beneuolẽtiæ perſuaſionem iuxta Caluinum. 298

Spiritusſancti ſignaculum ſequitur fidem : non eſt ipſa. 299
S.S.ſpiritus promiſſionis 300
eſt arra & pignus per modum ſpei non fidei. ibidem
Spiritus teſtimonium in nobis quale. 301
S.S.teſtimonium in nobis ex bonis operibus iuſtificatur ibid.
Sp.S.effuſio,non eſt cauſa peccati mortalis, ſed effectus. 405
Synecdoche vſitata ſcripturis figura 276
Symonis magi hæreſis, Lutheranæ affinis. 244

T

TApperi ſententia ſingularis. 16
Teſtamenti veteris & noui reuelatio diuerſa. 154
eorundem filij non temporum, ſed motum diuerſitatem notant. ibid.
diuerſæ reuelationis cauſæ. 155
Teſtam. vetus & nouum, vnde dicta, eorundémque diuerſitas 153.& 154
Theodoretus. 14
Theod.peltanus. 25
ſ.Thomas quid de peccato orig.cenſerit. 24
Timor ſeruilis ad iuſtitiam diſponens. 106
Timor iuſtitiæ diuinæ, non eſt timor carnalis. 107
Timor pœnæ non eſt vera contritio. ibid.
Tridentinum concilium, quid de peccato originali decreuerit. 6

V

VEniale peccatum ab euentu. 398
Venialium ignoratio auget ſtudium veritatis pietatis. 399
Venialia ſecũdi generis difficillimè cognoſcũtur. ibid.
Venialium peccatorum ex cauſa diſcernendi facultas. 400.vide totam paginam
Venialia quædam inordinationes circa media ad finem. 401
Veniale ex imperfectione actus docet ſcriptura 403
Veniale ex cauſa ibid.
Vviclephi doctrina Pelagiana de meritis. 370
Virginitatis verbum, donum Dei eſt, & liberum arbitrium. 97

Virium inferiorum defectus, quare in renatis non ſint culpabiles. 20
Virtutis regula, diuina voluntas eſt. 4
Virtutis aliquod bonum in corrupta natura agi aut vitari poſſit. 43
Virtutes inhærentes formalis iuſtitia noſtra. 136
virtutum habitus infuſi an hominem iuſtificant. ibid.
Virtutum operatio an præciſè ſit ipſa formalis iuſtitia noſtra 137
Vitæ nouæ propoſitum, ad iuſtitiam diſpoſitio eſt. 108
Vitæ interna nouitas beatos facit ex ſcripturarum teſtimonio. 138
Vita gratiæ. 228
Vitæ æternæ merces proponitur abſolutè 357
Vita ipſa æterna vocatur merces in ſcripturis. 362.
eius retributio, quomodo eſt gratuita. ibid.
Vita æterna eſt gratia & meritum. 364
Vita æterna, humiliter, non confundenter quęrenda 370
Vocatio quid ſignificat. 113
Vocatio in ſcripturis duplex. 346
Voluntas diuina, virtutis regula. 4
Voluntas ex Auguſt.ſententia corrumpitur. 41
Voluntas, ab habitibus prauis cogi nequit. 44
Voluntas extra gratiam, quomodo eſt tota cupiditas. 49
Voluntatis efficacia ad bonum ſecundum Pelagianos quæ ſit, & quæ ſecundum Catholicos. 83
Voluntatis activitas ad bonum quæ 84
Voluntas humana, præuenientem gratiam liberè poteſt repudiare. 94
Voluntatis libertas in accipiẽdo, vel repudiando gratiam excitantem. 95
Voluntas hum.quo ſenſu poteſt reſiſtere adiuuanti gratiæ. ibid
Voluntatis actus dupliciter liber eſt. 98
Voluntas ad ſuam conuerſionem agit. 103
Vox legis : *Fac hoc, & viues*: eſt inſufficiens ad iuſtitiam. 163.
Vulnus in naturalibus quid, ex ſententia Dom. à Soto & Durandi. 35
Vulneratio naturæ, non fuit ſola deſtitutio originalis iuſtitiæ ex D.Thoma ſententia. 36.& 37

Finis Indicis.

5-4-1